a ipse reus de reo petitor. vt l.fi.[a] ff.de rei vendi. & l.qui seruum §.in iure.ff.de interroga.actio. & facit auth.hoc si debitor.C.de pig.

1 *Ad interrogationem quo iure, & titulo quis posideat, reus respondere non tenetur.*

1 ITEM Quo iure & titulo. Licet autẽ † huiusmodi interrogatio posit fieri, tamen non tenetur reus respõdere, quoniã est iuri cõtraria. vt l.cogi possesorẽ.C.de peti.hær.& ibi no.& regula est qđ positioni, vel interrogationi quę sit contraria
b iuri, non cõpellitur quis respondere.[b] vt no.in l.j. C.de confes.& per Bar.in d.l.non fatetur circa fi. & in l.ornamentorum.ff.de auro & argen.legato. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Ad interrogationem, an dolo quis desierit posidere, reus respondere tenetur.*

ITEM An dolo desierit. Ista interrogatio non est multùm in vsu. sed tamen fieri potest. quia omne quod est probabile est ponibile, vel in modum positionis, vel interrogationis, vt not.gloss.in capitul.j.& ij. extrà de confes.li.vj.& Bar.in l.nõ fatetur.& Spe.in tit.de positio.in prin. Si enim ꝓbetur qđ dolo vel culpa posidere desierit, ꝓinde cõuenitur, & cõdẽnatur, ac si posideret. vt in l.pare.ff.de reg.iur.& l.is qui dolo.& l.si culpa.ff.de rei ven.& facit.l.qui petitorio. ff.de rei ven.& l.si rẽ.ff.de excep.rei iu. cum simi.
1 Vnde † tali interrogationi tenetur respondere. l.quoties.in §.prætor.ff.de nox.qđ sequitur Bar.in l.si gener.ff.de his qui.vt indig. In super scias quod hic potuissem recitare materiam positionum. Sed ipsam reseruo infrà in speciali tractatu positionũ, sub tit.de positionibus. His præparatorijs expeditis, venio ad formationem lib.&c.

Forma libelli in actione reali.

CORAM vobis egregio & potenti viro domino Potestate ciuitatis Papiæ, necnon domino Vicario vestro, agit & in iure proponit, non in modum solennis libelli: sed qualis qualis petitionis, seu facti narrationis. Andrinus de lacorona suo proprio nomine, contra & aduersus Ioannem de olearijs, & contra quamcunque personam per eo, & eius nomine in iudi

In iudicio legitimè comparentē, dicens & in iure proponens: quòd suprà scriptus Ioānes licet indebitè, & iniustè tenet, & possidet, quandam petiā terræ cultæ perticarū cētum positarum, & iacentium in loco, & territorio. Sartiranæ districtus Papiæ cui coheret ab vna parte &c. Quæ quidem petia terrę simul cū pertinentijs suis spectauit, pertinuit, & hodie spectat & pertinet, ad suprascriptum Andrinum iure dominij vel quasi ex veris & legitimis titulis & causis Idē dicit & ꝓponit, vt supra, quòd idē Ioānes spacio annorū quinq; ꝓximè præteritorū habuit, & percepit & verisimiliter percipere potuit ex dicta petia terræ: tot & tantos fructus inter frumentū & siliginem, qui fuerunt & hodie essent, si extarent precij & valoris vno anno cū alio cōputato in summa totius temporis antedicti florenorum.ccc.

Item dicit & proponit vt suprà: quòd ipse Ioan. prescriptā petiam terrę simul cum fructibus perceptis, & quos percipere potuit ex eadē hucusq; dare soluere, relaxare, ac dimittere recusauit, & iniustè &c. Quare petit & requirit idem Andri. à vobis dominis potestate, & Vicario antedictis quatenus ex officio vestro, & omni modo, iure, via, & forma quibus meli⁹ de iure potestis, per vestrā diffinitiuā sententiā ꝓnuncietis & declaretis suprascriptam petiam terrę cultæ spectasse & pertinuisse, hodie spectare, & pertinere ad ipsum Andrinum iure dominij, vel quasi, quodq; cōdemnetis supradictum Ioannē versus dictū Andrinū, & condēnatū, omnibus iuris remedijs cōpellatis ad dimittendū, restituēdū, & relaxādū, ac dandū, & soluēdū ipsi Audrin. prefatā petiā terræ cū pertinētijs suis, simul cū fructibus, & redditibus, inde perceptis, & qui percipi potuerunt, si extant & si non extāt in valore præcio, & æstimatione prædictis ac etiā in florenis.xv. pro damno, & interesse passis, factis, & supportatis, ac supportandis, fiēdis, ac patiendis in futurum, & vlterius in expēsis presentis causæ, & quæstionis factis, & fiendis prout liquidabitur in processu. Et predicta petit & requirit per vos fieri debere & executioni mādari sūmariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, & velo leuato, deducendo in presenti iudicio omne ius suum sibi cōpetēs, & cōpetiturū, vndecūq;, qūocunq;, & qualiter cunq;. Saluo iure minuendi, addendi, mutandi, & corrigendi. & alterius petitionis quādocūq. fiendæ. Non se astringēs propterea ad probandū nisi solū ea omnia & singula quę sibi sufficiant ad victoriā suæ causæ. Petens insuper idem Andrinus debere cogi, & cōpelli dictū Ioan. respōdere petitioni, & contentis in ea per sacramentum calumniæ. Et inde &c.

non teneatur, an sibi præiudicet d. Abb. cōsi. xcviij. et an quis cogatur ostēdere tit. possessionis, vide in c. ordinarijs. de off ord. in vj. & per Caide. cōs. xxx. ij.

EPITOME.

1 *Secundum libelli tenorem sententia est formanda.*
2 *Libellus quod modis sumatur.*
3 *Diffinitio libelli quæ sit.*
4 *Libellus debet esse breuis.*
5 *Ordo petitionis non debet conuerti.*
6 *Scriptura regulariter est de substantia libelli.*
7 *Libellus non solū iudici, sed etiam parti est dandus.*
8 *Libellus est offerendus nedum in ciuilibus sed etiam in criminalibus.*
9 *Libellus an de necessitate corā omni iudice sit offerēdus.*
10 *Libellus an possit remitti à partibus in iudicio vel extra.*
11 *Actor dat libellum reo expensis ipsius actoris si pars non remisit libelli petitionem.*
12 *Ante libelli oblationem reus citari debet.*
13 *Dilatio.xx. dierum est danda reo ad respondendum libello, quæ tamen per iudicem abbreuiari potest.*
14 *In actione vniuersali & generali sufficit causam & rē quæ petitur vniuersaliter & generaliter exprimere.*
15 *In actione singulari, causa remota, debet in libello exprimi &, res quæ petitur designari.*
16 *Cuiuscunq; actionis, tam realis, quā personalis duplex est causa, scilicet proxima et remota.*
17 *In actione personali non sufficit exprimere causam proximam.*
18 *In actionibus reali pro dominio, vel quasi sufficit exprimere causam proximam.*
19 *In actionibus realibus, quæ cōpetūt ratione alteri⁹ iuris quā dominij an sufficiat exprimere causam proximam.*
20 *An proximum nomen actionis exprimi debeat in libello.*
21 *In omni causa an debeat libellus offerri.*

AD euidentiam & pro clariori intellectu tam præsentis libelli, quā generaliter omniū libellorum maximè de quibus inferius
1 tractabitur. † Sciendum est quód discretus iudex, & aduocatus ante omnia debet diligenter considerare formā libelli, & qualitatē propositæ actionis, quia secundū libelli tenorē sentētia est formāda, alijs si iudex cōtra vel præter libelli formā ꝓnūciet fatuus reputatur, vt dicit text. in l. vt fundus. ff. com. di. & c. licet hely. extra
2 de si. & l. fi. C. de fideicō. lib. Itē † sciēdum est quòd libellus in iure nostro
a sumitur multis modis.[a] primo modo sumitur ꝓ pariete albo, vt probatur per tex. qui non est alibi. l. iudices. C. de epis. au. Secūdo modo dicitur libellus petitio & assertio actorū facta in iudicio cū solēnitate iuris de quo in auth. offeratur. C. de li. conte. & in c. j. & ij. extra de lib. ob. Et isto modo sumitur in præsenti opusculo & tractatu. Tertio modo dicitur libellus qui datur à iudice parti appellanti a sententia. vt. l. j. de lib. dimis.

a *Modis. Ad de Spec. in tit. de lib. concep. in prin. p. & Host. de libe obla. & Spec. eo tit. vbi dicit quòd libelli fiendæ sunt tres copiæ de quibus ibi vide.*

a *Fori. Adde quòd libellus poßit formari secundũ stilum curiæ. Ange. consi. cxiiij.*

b *Sed etiã parti. Adde quòd primo iudici, vt dicit Spe. in tit. de lib. concep. §. restat videre.*

c *Figura. Adde vidẽda per Specul. multos casus in quibus requiritur libellus in titu. de.li. conte. §. nunc videndum. & in. §. restat videre. & ibi an coram arbitratore offeratur. Quid ergo. Adde nota. Bal. in leg. non ignorat. Codic. de fru. & lit. expen. quod potest peti expensa instrumenti debiti habiti à tabell. quando eum prius interpellauit. &c.*

Quarto modo dicitur libellus scriptu
ra priuata, facta ad alicuius infama-
tionem vt l.j.C.de famo.libe. Quinto
modo dicitur delegatio causę, vt l.nec
quicquam.§. vbi decretum.ff. de offi
cio proconsul.& legati. Sexto modo
dicitur libellus paruus liber. ad dif-
ferentiam magni, prout dicimus in
vulgari.
3 Deinde † quęro quę sit diffinitio libel
li de quo loquimur in p̃senti tractatu.
Respondeo ꝙ libellus est breuis, & or
dinata scriptura, claram continens &
iudici, ac parti demonstrans intentio-
nem agentis, vel accusantis. quam diffi
nitionem approbat Cynus in dicta au
thenti. offeratur.
4 Condescendo † ad declarationẽ eius
quod dixi. Dixi ergo in diffinitione,
breuis, hoc ideo dictum est, quia ver
borum Prolixitas à iure respuitur. vt l.
ampliorem.§. in refutatorijs.C.de tem
po.appel.
5 Dicitur † etiam in diffinitione, or-
dinaria quod idem sequitur, quia or-
do petitionis non debet conuerti, vt
prius velit quis petere executionem
antequam sententia sit lata. vt l.j.C.de
execu.rei iu. Nec debet etiã cõclusio
libelli præcedere facti narrationem,
vt l.præcibus.C. de impuber. & alijs
substitu.& l.vt responsum.C.de transa
cti. Verũtamen si qs in libello sic for
maliter diceret, peto talem cogi &
cõdemnari &c. nõ per hoc talis cõuer
sio ordinis vitiaret libellum, quia ser
mo iste reducitur iuris interpretatiõe
ad cõgruum ordinem, attenta potius
mente proferẽtis, quàm forma scriptu
ræ. vt in l.talẽ.ff.de hæ.institu. & hoc
sequitur Barto. in l.si cum nulla.ff.de
6 re iud.& aliàs plenius dicam. Item † di
citur in diffinitione scripturæ quod
nõ sine ratiõe exprimitur, qm̃ scriptu
ra est regulariter de libelli substãtia.
vt in d.auth.offeratur.& de libel.ob.&
in ca: quoniam contra falsam. extra de
probat. Fallit tamen huiusmodi regu-
là in pluribus casibus, qui notari solẽt
per glos.& doc. in.l.nec quicquam.§.
de plano.ff. de offi.proconsul, & lega.
in auh.de exib.reis.§.sancimus igitur.
Fateor tamen secundum Cyn. vbi
supra: quod si consuetudo fori esset
quód libellus posset offerri in vul-
gari, vel sine scriptis: quod tunc scriptura nõ esset
a de substantia, quia consuetudo fori[a] derogaret iuri
scripto. vt l. iij. in fine.ff. de testa. & arg.l. de quib⁹
ff.de legi. Subiũgitur insuper in diffinitione. Clarã
nec in merito quia claritas est amica legibus. vt in au
then.de testa.imperfec.§.primo. obscuritas autẽ est
7 iuri inimica. vt, l.ita fidei.ff.de iur.fis. Deniq; † dici
tur in ea iudici, & parti, quodquidem ideo est: quia
b non solum iudici, sed etiam parti[b] libellus est dãdus
vt in dicta authen.offeratur. ad hoc vt iudex possit
iuxta formam libelli suam proferre sententiam, vt
l.vt fundus.ff.commu.diuidundo.& ipsi parti: vt pos
sit deliberare, an velit cedere liti., vel contendere.
8 vt l.j.ff.de eden. Postremo † subinfertur, vel accu-
santis. quod ideo exprimitur, quia nedũ in ciuilibus
sed etiam in criminalibus, libellus offerendus est. vt
l.libellorum.ff.de accusa.
9 Quæro † vlterius an coram omni iudice sit de
necessitate offerendus libellus: dic quod sic. siue sit
ordinarius, siue, delegatus, siue arbiter, per text.
in dicta authentic. offeratur. qui generaliter.lo-
quitur iũcta l. penulti. in fine.C.de arbi. Sed co-
ram arbitratore nõ offertur de necessitate libellus
quia nullus ordo iudiciarius coram eo est neces-
sarius. vt not. Innocent. in. capitu. quintauallis.
extra de iureiuran.& Speculator in titul.de arbit.
& per doctores & maximè Bartol. in l. si socie
tatẽ §.arbitrorũ.ff.pro so. Nec coram illo iudice
c qui potest cognoscere sine figura [c] iudicij, vt in
10 cle.sæpe.de verbo. sing. Secundo † queritur, an
libellus possit remitti à partibus in iudicio, vel
extra super quo sunt opiniones, vt refert Cyn. in
d.auth.offeratur. tu tamẽ secundùm eũ & alios di
stingue, aut quæritur an remissio facta à partibus
teneat quo ad ipsas partes, ne possit altera ab al-
tera parte sibi libellum offerri, & dicendum est
quòd hoc respectu tenet remissio, vnde quia cõ-
muniter solẽt in instrumẽtis notarij dicere, quòd
vna pars promisit nõ petere libellũ &c. repellitur
volens petere ipsum, cũ liceat vnicuique iuri pro
sè introductò renuntiare, vt l.si quis in conscri-
bendo.C.de pa. aut quæritur an talis remissio te-
neat quò ad iudicem. et dico quòd non, quia quò
ad eum libellus est principium & fundamen-
tum sententiæ proferendæ vt suprà dictum est,
cum secundum tenorem libelli sententia est for-
manda, vt l.vt fundus. ff. commu. di. vndè opus
erit parti suum libellum offerre iudici & de-
scribi per notarium in actis de quo potest ad-
uersarius exinde copiam postulare per notari-
um sibi suis proprijs expensis fieri. Quid er-
d go[d] si pars non remisit petitionem libelli, nun-
quid actor dabit libellum reo expensis proprijs
ipsius rei, verò expensis proprijs ipsius actoris?
Ioan. Andr. dicit quòd est dandus expensis a-
ctoris. vt no. per eum in clement. sæpe. de ver-
broum significatione, quæ opiniò probatur per
tex. in dicta authentic. offeratur. nam offerre est
petenti dare, vt lege Iulianus. §. offerri. ff. de a-
ctio. emp. & in lege fideicommissa.§. si rem.ff.
de l.iij. quia igitur offert actor libellum, vt a-

ſtringat reum inuitum in iudicio ſtare: vt l. inter ſtipulantem. §. ſi Sticum.ff. de ver. ob.meritò non debet reus grauari onere illius,vel expenſis quas ſubit inuitus,licet Cyn.vbi ſuprà ſentiat contrarium.

12 Quæro † vlterius, an ante libelli oblationem reus debeat citari,[a] & de hoc ſunt opiniones inter aliquos,vt refert Cyn. vbi ſuprà.Credo, & de iure verius eſt,quòd reus prius citari debeat quàm libellus offeratur,per text.dicta authentica offeratur. cùm ibi dicatur quòd libellus offertur ei qui ad iudicium vocatur , ergo patet quòd reus eſſe debet in iudicio, quando offertur libellus, & hanc partem ſequitur gloſſ.in capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ extra de conſtitutio.& probatur c.quoniam contra falſam.extra de probation.Verum cõmunis practica pluriũ ſe habet, quòd vel prius citetur reus ad accipiendum libellum, vel libellus ex parte iudicis mittatur reo ad domum, quæ practica fundatur ex c.ſignificauit extra de lib.obla.

13 Sexto † quæro an reo ſit danda dilatio,& quanta ad reſpondendum libello?Dic quòd dari debet terminus xx.dierum per dictã authenticã offeratur.qui quidem terminus an poſsit de iure per iudicem abbreuiari, fuit opinio & contentio inter doctores, vt refert Cyn.& Iaco.butri.in dicta authentica offeratur. Verumtamen generalis conſuetudo approbauit, quòd talis terminus poſsit per iudicem abbreuiari, quæ conſuetudo videtur confirmari authoritate l.ſecunda & ibi nota.ff. de re iudicat.Septimo quæritur de forma,& tenore libelli.Ad quod reſpondendũ eſt in hoc eſſe conſiderandum actionis qualitatem.

14 Aut † enim agitur actione vniuerſali:vt puta vniuerſali hæreditatis petitione,vel actione generali,vt negotiorum geſtorum,& tutelæ,& in his caſibus ſufficit cauſam & rem quæ petitur vniuerſaliter,& generaliter exprimere, verbi gratia,peto hæreditatem Sempronij, vel peto vt reddas mihi rationem adminiſtrationis tutelæ , vel curæ,nec eſt neceſſe cum peto hæreditatem dicere cauſam, an ex teſtamento, vel ab inteſtato ad me pertineat,ſufficit enim quod hoc liquidetur in cauſæ proceſſu,vt l.ſi mater.in principio. ff.de except.rei iudi. & per gloſſ. in l.prima.in princip. ff.de edendo.

15 Aut agitur † iudicio ſiue actione ſingulari, vt ex vendito,locato,vel commodato,& tunc cauſa remota debet in libello exprimi,vt l.an & eandem. §.actiones.& l.mater.ff. de except. rei iudica.& l. edicto.§.ſinautem.C.de edi.diui.Adria.tollen. Ac etiam res que petitur debet deſignari per loca,latera,& confinia,ſi ſit res immobilis, vt l.forma.ff. de cenſib.not.per gloſſ. in c.ſignificantibus. extra de lib.ob.Si vero ſit res mobilis tunc debet demõſtrari per numerum, & colorem, vt l.ſi in rem.ff. de rei vendi.de quo not.per glo.in d.l.j.in princi. de eden.& per Innocen.in c.conquerente.in gloſ. ſi,extra de offi.ord.

16 Verum † quia ſuperius dictũ eſt cauſam in libello exprimendam:[b] quæritur quæ ſit iſta cauſa ? cuius gratia ſciendum eſt , quod cuiuſcunque actionis,tam realis, quam perſonalis, duplex eſt cauſa,ſcilicet proxima,& remota.Proxima autem cauſa in actione reali eſt dominium, vt l.in rem. in princip.ff.de rei vendi.Remota autem eſt contractus,vt l.iij.§.ex pluribus.ff.de acquirenda poſſeſſio.In actione verò perſonali,proxima cauſa eſt obligatio,vt in l.licet §.ea obligа.ff de procur. remota autem eſt contractus, vt l.conſenſu.& l.actionum genera.§. actionum quædam. ff.de actionibus & obligationibus.& inſtitutio.de oblig. quæ ex conſen. §.primo.

17 Ad † propoſitum ergo eſt dicendum,quod ſiquidem agitur actione perſonali,ſufficit exprimere cauſam proximam ſecundùm quoſdam, puta ſi dicatur in libello:peto decem, ad quæ es mihi obligatus. Sed verius eſt dicendum non ſufficere expreſſionem talis cauſæ, ſecundum Cyn. & alios doct quia per expreſsionem ſimplicis cauſæ proximæ, reus non redditur certus, an cedat,vel contendat, quod fieri debet, vt l. prima in principio.ff.de eden.vnde requiritur expreſsio cauſæ remotæ,vt dicatur ſic.Peto à te decem,ad quæ es mihi obligatus ex cauſa mutui, vel depoſiti, quam opinio.ſequitur Archid. in capitulo abbate ſanè.extrà de regulis iur.lib.vj.

18 Si verò † agitur actione reali pro dominio , vel quaſi , tunc ſecundum omnes ſufficit exprimere cauſam ꝓximam , hoc modo. Peto talem rem quæ mea eſt iure dominij,vel quaſi, per hoc enim reus certus efficitur, an cedat,vel contendat,cũ res nõ poſſit eſſe plurium inſolidum , vt l. ſi vt certo.§. ſi duobus vehiculum. ff. commo . & leg. Pomponius. §. ſed & is. ff. de procuratori . nec etiam vnius tantùm ex pluribus cauſis , ſed vna ſola,vt lege ,tertia.§.ex pluribus . ff. de acquirenda poſſeſſione.&c.

19 Quid autem † iuris ſit in alijs actionibus realibus.quæ competunt ratione alterius iuris quã dominij,dicã ĩ.

a Citari.no.quod vbi ex forma ſtatuti debent citari per diem ante vt in caſtro nouo non valeret petitio ſi citaretur ea die.facit l.de vno quoque.ff.de teſt.in capitulo inter quatuor extra de mai.& obe.l.ea que.C.quomodo & quando iu.Contra videtur facere not.per Bartol.in l. lenia . ff . de act.& ibi an quia forma ſtatuti non eſt ſeruanda in leuibus, ſed Bal. primũ dict.tenet, & nota in c. de mili. vaſ.qui cõ tu.& quod forma ſtatuti ad vnguem ſit obſeruanda tenet Bal. in.repertorio ſuper Inno. verſic. contumax. Adde quod melius ſcribitur per Angel.con. ccxvj. vbi concludit quod citatio eſt nulla,cum non ſeruatur forma tradita à ſtatuto.

b Exprimendam.Adde an quis teneatur cauſam exprimere , vide Alexan.conſil.cxxj. in libel.

& tangitur per Bartolum in dicta l. & an eandem. §. actiones. Octa-
20 uo † quæritur, an proximum nomen
a actionis[a] exprimi debet in libello, vt sit necesse dicere ago cõtra te actione depositi, vel Publiciana, vel Seruiana, & similia? Dic quòd aut causa quæ exprimitur in libello est apta producere vnã solã actionẽ: & tunc sufficit eam exprimere, & nomen actionis tacere, vt verbi gratia Dico domine iudex Titio commodaui librum talem quem peto condemnari ad restitutionem non enim est necesse exprimere ago actione commodati, & idem in similibus. aut causa proposita est apta producere plures actiones. vt patet in exemplo de colono, qui arbores succidit, vt l. duobus. §. colonus ff. de iureiu. & ff. arbo. fur. ca. l. j. & l. pe. Quo casu dãtur tres actiones, videlicet ex locato, & legis Aqui. & ex l. xij. tabu. vt ibi habetur, & debet exprimi nomen actionis, quam intentare intendit, ne sola expresio vnius causæ reddat reum incertum super qualitate actionis propositæ secundùm Cynum Iacobum Butri. & alios doct. vbi suprà. Nono
21 † quæritur, an in omni causa[b] de-
b beat offerri libellus? Dic breuiter: quòd aut loquimur de causa principali, aut de causa appellationis, Primo casu subdistingue, quia aut proceditur iure actionis, aut officio iudicis. Si iure actionis, aut causa, sui natura est plenaria, aut summaria, si quidem plenaria: tunc offertur libellus, vt in dicta authen. offeratur. & in capitulo j. extra de libel. ob. Aut causa est summaria, vel ex forma iuris cõmunis, vel municipalis, aut rescripti, qui casus ponuntur per glossam in l. iij. §. sciendum. ff. ad exhiben. & in authen. de exhi. re. §. sancimus igitur, & in d. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. procon. & leg. & tunc non offertur libellus parti, sed qualis qualis petitio offertur iudici inscribẽda apud acta, de qua petitione reus accipit copiam suis expẽsis, si vult. in cle. sæpe. de verbo. signifi. super qua iudex formabit suam sententiam, vt in l. ij. C. de senten. experi. re. & in authen. nisi breuiores. ibi posita. Si verò agitur officio iudi. mercenario deseruienti actioni propositæ, & tunc in illo nõ offertur libellus, quia sufficit, quòd semel super actione sit oblatus, & sic intelligitur gloss. in l. j. ff. de interroga. actio. aut agitur officio nobili, & tunc aut petitur aliquid dari, antefieri à parte, aut à iudice tantum. Si à parte, & tunc si est causa plenaria, & offertur libellus, vt l. quòd si minor §. restitutio. ff. de mino. & in §. fina. Aut causa est summaria, & qualis qualis petitio sufficit, vt dictum est per l. j. §. cum patronus. ff. de offi. præfe. vrb. & l. si quis à liberis. §. meminisse. ff. de lib. agn. & l. si iudex. & ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. Si autem petitur aliquid fieri à iudice simpliciter, vt puta decretum interponi super alienatione rei, super constitutione tutorum vel curatorum, vel actorum, & similium, & tunc non offertur libellus, nec petitioni scriptura est necessaria, vt d. l. nec quicquã. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. & in l. omnia. ff. de regu. iur. Secundo casu principali cum loquimur de causa appellationis, dic in illis casibus in quibus est in causa principali necessarius libellus
c in illis est necessarius in causa appellationis.[c] aliàs non, quia causa appellationis assumit sibi naturam causæ principalis, vt illis modis reguletur. vt in authen. vt cum de appel. cogno. in prin. col. viij. de quo tangit Specu. in titu. de appel. in §. dicendum restat. & Inno. in c. cum contingit de offi. delega. & Barto. in l. j. in fi. ff. de appel. His igitur omnibus præmissis sic conclusis & transcursis accedamus ad text. libelli presentis, qui se habet in hũc modum.

a *Nomen actionis. Adde an actio in lib. exprimenda sit. Oldra. consil. cccxiiij.*

b *Omni causa. adde Spe. in tit. de libel. concep. §. nunc videndũ, per totum.*

c *In causa appellationis. adde de hoc, dicẽdũ vt per Ro. singul. suis fol. xxij. supra allega. in apostilla an libellus possit remitti.*

d *Vicarius. Adde quot sint genera vicariorũ, & de eorũ potestate vidẽdum per Fed. de sen. eius consil. antepe.*

EPITOME.

1 *Quot sunt partes libelli.*

1 CORAM Vobis domino potestate. Libellus iste continet duas partes principales: in quarum prima præmittitur facti narratio in secunda subijcitur narrationis conclusio. Secunda ibi, quare petit &c. Prima pars continet quinque, prout continere debet quilibet solennis libellus. videlicet nomen iudicis proprium, vel appellatiuum coram quo libellus offertur; Secundo nomen actoris. Tertiò nomen rei contra quem libellus producitur. Quartò causa ex qua agitur. Quintò res vel qualitas quæ postulatur de quibus notatur per gl. in c. si cõtra vnum. extrà de offi. delega. libro vj. & l. j. in principio. ff. de eden. & l. edita. C. de eden. & in dicta authentica. offeratur.

EPITOME.

1 *Vicarius appellatur quasi gerens vices potestatis.*
2 *Si potestas solus, vel vicarius solus velit in aliqua causa procedere, & sententiam ferre, an possit sine altero.*
3 *Ex pluribus iudicibus ordinarijs. vel ad vniuers. causarum delegatis, qui cœperunt de aliqua causa cognoscere si vnus eorum tempore sententiæ diffinitiuæ iurauerit sibi de causa non liquere; an cæteri possint ferre sententiam.*
4 *Si plures iudices simul de aliqua causa cognouerint, & diuersas tulerint sententias diffinitiuas an omnes. vel nulla earum, vel qua tenebit.*

1 NECNON Vicario. † Vicarius[d] ap-
d pellatur vices gerens ipsius potestatis,

vt.l.j.C.de offi. eius qui vices alterius gerit, & in.c.j.& ij.extrà de offi.vica. & censetur idem esse tribunal,& auditoriũ vtriusque, adeò quod à sententia lata ab vno nõ appellatur ad aliũ.[a]
a vt in ca.j.extrà de consti.lib.vj.& not.per glo. in c.si contra vnum.in fi.extrà de offic.deleg.li. vj.Suntque ambo iudices ordinarij:vt in dictis iu
2 ribus Pro † cuius declaratione q̃ro,si potestas solus,vel vicarius solus velit in causa ista ꝓcedere & sẽtẽtiã ferre an possit sine altero.Ad solutionem huius quæstionis sic est latius consyderandũ. & distinguendum.aut illi iudices coram quibus simul est libellus oblatus sunt omnes iudices ordinarij,aut sunt oẽs iudices delegati.Si sunt omnes iudices ordinarij, vt hic dicitur,tunc aut omnes cœperunt de causa cognoscere simul:aut vnus solus.Si quidem omnes,tunc ex eis vnus solus poterit in ipsa causa procedere,& sententias interlocutorias ferre,diffinitiuè autem pronunciare non
b poterit[b] solus.vt l. Põponi⁹,aliâs incipit si vni. ff.de re iudi.& ibi no.per glo.& Bar.Si verò vnus solus cœperit cognoscerè,tunc omnia facere poterit,& sẽtẽtiam diffinitiuam solus proferre.qa iurisdictio est insolidum in omnibus. vtl.vnica. ff.de offio consul.& occupantis melior est conditio.vt in c.cum plures.extra de offi.delega.notatur in d.l.pomponius.Secundo casu principali quando omnes sunt delegati.subdistingue,quia aut ad vniuersitatem causarum,aut ad certas speciales causas.Si quidem sunt delegati ad vniuersitatem causarum,tunc dic per omnia in eis sicut dictum est suprà in plurib⁹ ordinarijs.quia tales delegati æquiparantur ordinarijs.vt ff.de offic. eius cui mã.est iuris.l.j.in prin.& ibi notatur per glo.&.l.à diuo pio.in princ.ff.de re judic.& per Barto.in d.l.pomponius.& glo.& docto.in c.prudentiam.de officio deleg.Vbi autem sunt delegati ad certas speciales causas tunc est subdistinguendum.quia aut sunt delegati omnes purè simpliciter,& sine clausula,& tunc vnus non potest
c sine alio procedere,[c] nec sententiam diffinitiuam proferre sine alio.vt in d.capi.prudentiam. & in.l.duo ex tribus.ff.de re iud.& quod notatur in dicta.l.pomponius.si vni.eodẽ titulo.Aut sunt delegati cum clausula conditionali, videli-
d cet quòd si omnes[d] interesse nequiuerint, tunc vnus,aut duo procedant &c.& tunc aut constat de impedimento tertij,& tunc alter,aut alij poterunt in causa procedere. aut non constat de eius, vel ipsorum impedimento, & tunc alter ab alijs,vel alio non poterit in causa procedere. vt habentur hæc in d.capi.prudentiam.aut sunt delegati cum clausula alternatiua,videlicet quòd vnus,aut duo possint in causa procedere,& tunc occupantis melior est conditio,quia alternatiua contulit iurisdictionem,& eius exercitium cuilibet insolidum.vt in dicto capitulo cum plures. extrà de officio delegat.lib.vj.& tangit Barto.in
3 dicta.l.põponius si vni.Sed circa † præmissa occurit dubitatio,si sũt plures iudices ordinarij,vel delegati ad vniuersitatẽ causarum qui simul cœperint de quadam causa cognoscere, deinde tempore sententiæ vnus dicit sibi de causa non liquere,& hoc iurat:an cęteri poterunt ferre diffinitiuam sententiam. Distingue, aut isti iudices sunt numero tres,vel plures, aut duo tantùm.Primo casu tenebit sententia aliorũ.Secundo casu nõ, vt l.põponius si vni.ff.de re iu.Et sit ratio, quia l.non tantũ confidit de sententia vnius solius,sicut de sententia plurium.vt in dicto.c. prudentiam.pro quo facit d.l.põponius si vni, in ver.plurium sen-
4 tentia &c. Denuo † quęro,quid si plures iudices simul cognouerunt de certa causa,& inter se di-
e uersas[e] sententias diffinitiuas protulerunt,an omnes sententię,aut nulla,vel aliqua tenebit. Distingue,aut isti iudices erant omnes ordinarij,vel delegati ad vniuersitatem causarum, & ordinarijs ęquiparantur, & tunc si quidem sententia lata sit super statu personę,valebit illa quę lata est pro libertate.Si verò sit lata super realia, tunc valebit illa quę lata est pro reo vt l.inter pares.ff.de re iudicata. Aut omnes erant delegati in certa causa speciali, & tunc valebit sententia illius,quam ordinarius confirmauerit. vt l. duo iudices.ff.de re iudi.& in c.
5 si.extra de re iud. Item † quęro pone causa delegata est tribus iudicibus duo tantùm sententiam diffinitiuam in concordia protulerunt,alter verò nihil pronãciauit,an valebit sẽtẽtia duorum.[f] Distingue sic, aut talis sententia lata tertio pręsente valet,aut eo absente,& tunc aut causa fuerat cõmissa cum clausula quòd vnus ex eis posset tertio absente procedere,& tunc si lata fuit ipso monito & citato,valet,aliâs non,vt in d.c.prudentiam de of.dele.Aut causa fuerat cõmissa simpliciter sine clausula,& tunc non valet.vt in d.l. duo ex tribus.de re iudicata, & de his aliâs dicam.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quid differat à quali quali petitione.*

a *Non appellatur ad alium.* Adde de hoc *videndum per cal.consi.ij.de appel.*

b *Non poterit.* Adde *Ro.consili.xcij.per dominos de Rot. deci.*DCCCLI. *in nouis.de arb.*

c *Procedere. adde quod domini de Ro.dec.cx. in nouis.de offi.delega. dicunt quod citatus ab vno ex tribus collegis datis insolidum non tenetur comparere coram eo qui non citauit nec tenet process.*

d *Quod si omnes.* Adde *videndũ per dominos de Ro. de offici.de lega.in nouis.decis.cl. xvi.& .cc. xiiij.*

e *Diuersas.* Adde *Pau. de cast.consilio.xxiij. in.i.impessi.*

f *Sententia duorum.ad de Ioan, de Ana.consl.*

a *Qualis no. differentiam inter libellum, & qualem quale petitionẽ, & aduerte quòd verba generalia trahi debẽt ad iuris intellectũ, vt disponant de iure, vnde si in libello fiat narratio, licet posteà non concedat, tamen ex eo sequi debet iuridica dispo. vnde sufficit dicere vendidi talem rẽ tali pro tanto prætio. peto cõdemnari ad præciũ non oportet dicere act. ex empto &c. de quibus vide aurea dicta Bal. & docto. in l. gallus. §. quidam recte. ff. de lib. et posthu. &c. adde vnum verbum aureum quod sicut libellus ineptus in plenarijs vitiat processum eodem modo in summarijs qualis qualis petitio inepta. dictum est per. de Anc. cõsi. xxxiij. inci. in christi nomine per statutum. et ibi vide rationes. vide de hoc per Alex. in l. vitium col. fi. in fin. ff. si certum. pet. et per domi. Maria. Soci. in c. primo de libel. obl. cur.*

b *Libellus not. tamen vnum quod contenta in libello quis videtur fateri. l. cum precum. et ibi glo. c. de libe. causa. quæ dicit idem in libello supplicatorio.*

c *Tenet No. quod aliud est tenere, aliud poßidere, quia tenere importat poſſeßionẽ facti, poßidere ciuilẽ & iuris poſſeßionem verbum habere poteſt referri ac vtrũque l. sti. §. hi quoque & ibi Bart. & doct. ff. de verbo. ob. qui dicunt quod eo ipso quod quis tenet præsumitur de iure poſſidere. idem Inn. in c. cum olim de priui. cre. quod notat, et dicit ibi Bartolus quod non valet dictum testis qui deponit super poſſeßione ciuili, quia non cadit in eius auribus &c. Sed quæro an ex poſſeßione præsumatur dominium. Distingue, aut agitur principaliter de dominio, aut incidenter. primo casu non secundo sic, ita Barto. l. penul. ff. de cond. insti. quem refert do. Raph. Ful. in l. si à furio. ff. si cer. pe. vide gloſſ. in l. sicuti §. si quæratur. ff. si serui. vend. idem Ange. in l. si ticio. ff. de pi. qui alleg. Bart. in l. apud Trebatiũ. ff. de aqua plu. arc. idem Ang. in l. iur. ff. de pig. vide etiam Bal. in l. plures. §. si seruus ff. ad l. acquil. qui vult quòd vbi dominiũ deducitur incidenter, vel acceſſorie, sufficit probare poſſeßionem cum titu. allega. l. titia. de solu. & d. §. si quæratur. et ibi statuto cauetur quod miſſus in poſſeßionẽ lucretur fructus & per talem mißionẽ poſſeßio transfertur Bald. in l. consentaneum. c. quomodo & quando iud. &c. Adde an poßidens ciuiliter teneatur libellum offerre naturaliter poßidenti. Ful. consi. ccxxx. Fran. de Are. consi. xxi. & qualiter debeat deponere testis de poſſeßione dicetur loco suo, & an ex poſſeſ. præsumatur dominum, vide Fran. de are. consi. cliij. Alex. consili. xxxviij. ij. lib. & consilio x. iiij. libro.*

QVALIS QUALIS *a petitionis.* Quæritur hîc qd differat †libell⁹ à quali petitiõe. Rñdeo q̃ libellus, b est solennis scriptura. vt supra dictum est in eius diffinitiones. Sed qualis qualis petitio est breuis facti narratio minus solenniter apud acta descripta, quæ solum in causũ modicis, vel summarijs admittitur. vt in auth. nisi breuiores. C. de sen. ex peri. reci. & in capitulo sæpe. de verborũ significatiõe & lege Federici, quę incipit ad reprimendũ. Licet ergo de consuetudine talia verba inferantur tamen modicum operantur in causis magnis, & in quibus vertitur plena causæ cognitio, nisi forte in negotijs in quibus per partem renunciatum est petitioni libelli. vt fit quotidie in instrumẽtis obligationum. vt suprà dixi.

EPITOME.

1 *Legitimè comparens nomine alieno qui sit.*
2 *Sententia an mandetur executioni contra procuratorẽ.*

1 LEGITIMAE *comparentem.* Sed quis dicitur † legitimè comparere alieno nomine. Respondeo quilibet procurator domini habens generale vel speciale mandatum. vt in l. j. C. de procurato. & l. j. & l. nõ solum & l. sed & hæ. in fine cum l. sequenti. ff. de procurato. & capitulo qui generaliter. extrà de procurato. libro sexto. Item simplex defensor sine mandato cùm satisdatione tamen de iudicato soluendo. vt l. seruum quoque. §. publice. ff. de procurato. & l. quæ proprio. §. j. eo. tit. & instituta. de satisdationibus.
2 §. si autem. Sed an contra † procuratorem, vel defensorem, mittetur sententia executioni, Dic vt infrà dicã institu. de forma executionis sentẽtiæ.

EPITOME.

1 *Rei vendicatio habet duo substantialia extrema, dominium vel quasi ex parte agentis, poſſeßionem, vel detentionem ex parte rei conuenti.*
2 *Tenet proceſſus contra reum conuẽtum, quamuis neque teneat, neque poßideat, si tamen tempore libelli oblati aſſerat se tenere vel poßidere.*
3 *Reus conuentus si desijt poßidere lit. pendente, an debeat absolui.*
4 *Simpliciter detinens vt depositarius &c. poteſt euitare Iudicium nominando dominum, qui tamen lit. suscipiat.*
5 *Desinente reo poßidere, vel lata sententia vel lit. penden. an executio fieri poßit sine nouo proceſſu contra reum succeſſorem.*

c 1 TENET *c & Poßidet.* Hoc † enim est necesse vt aduersarius teneat vel possideat, nam rei vendicationis duo sunt substantialia extrema scilicet dominium vel quasi ex parte agentis, vt l. in rem actio. in prin. ff. de rei vendi. & possessio vel detẽtio ex parte rei cõuenti. vt l. officium, & lege is destinauit ff. de rei vendica. & in l, j. C. de aliena. iudic. mu. causa facta. & ibi plene per
2 doc. Quid † si iste conuentus tempore libelli oblati, nõ teneat nec possidebat, sed tamen asseruit se tenere vel possidere an tenebit processus contra eum factus, videtur quòd non, quasi deficiat vnum ex extermis substantialibus, argumen. l. tertia. §. hoc autem à superiore ff. de iti. actuque priua. In contrarium est veritas, vndè dic quòd tenet processus in odium mendacis & dolosi. & proinde condemnabitur, ac si verè teneret vel possideret. vt lege si is qui se obtulit. ff. de vendi. cum distinctione de qua ibi & in l. sinautem. ff. eodem titulo. facit l. iiij. in principio ff. de re iud.
3 Sed † circa hoc q̃ritur, qd si re⁹ cõuẽtus desijt possidere lite pendẽte, an debebit absolui. Rñdetur

a aut desijt[a] possidere dolo vel culpa lata, & tunc condemnabitur, ac si possideret. vt l. si is qui dolo & l. si culpa. ff. de rei ven. aut culpa leuissima, vel casu, & tunc debet absolui, vt d. l. fin. autem §. primo ff. de rei vendicatio. lege tigni. §. si quis ff. ad exhiben. Et hoc si sit bonæfidei possessor & iustam causam habuerit litigandi. aliter enim teneretur ad æstimationem, & hæc probantur in lege si verberatum in fin. cum lege sequen. ff. de rei vendica. & ibi plenè notatur per glossam & facit lege illud. cum similibus ff. de petitio. hæredita. Item † quæro si

4 agitur contra simpliciter detinentem, puta colonum, depositarium, vel commodarium, quod fieri potest. vt dicta lege officium ff. de rei vendicatio. an poterunt tales personæ euitare iudicium. Dic quòd sic, nominando domi-

b num[b] rei in iudicio, quo nominato & eo suscipiente litem in se, tunc actor litem prosequetur contra ipsum dominum nominatum. vt hæc & alia probantur in lege secunda. C. vbi in rem actio. & ibi per Cynum & doctores. Postea

5 † quæritur si lata sit sententia contra reum detinentem vel possidentem, vel si adhuc lis pendeat, & desinat eius dolo possidere, an poterit fieri executio sententiæ sine alio nouo processu in ipsum reum successorem. Dic quòd aut iam lata erat sententia, aut lis pendebat. Primo casu poterit fieri executio contra hunc successorem absque alio processu. vt lege si separatus. §. fina. ff. de pigno. & lege si mater in §. fina. & lege iudicatæ rei. in fine. & lege si à te in fine. ff. de exceptione rei iudicatæ. Secundo casu subdistingue, aut per talem litem res facta erat inalienabilis, vt quia agebatur causa de rei dominio. & hoc casu ius exequendi transit contra ipsum successorem. vt C. de litigiosis. lege secunda & lege fina. secundo respon. Aut res non erat effecta litigiosa, quia agebatur de iure pignoris, & tunc non transit ius exequendi sententiam postea latam in successorem. sed opus est nouo processu, vt in authentica de litigiosis §. ad hoc, quæ est in authenti. posita super dicta lege secunda. de quo vide Cynum in lege prima C. de alie. iudi. mu. causa facta. & Barto. in lege creditor. C. de pignoribus.

EPITOME.

1 *Res immobilis quæ petitur, debet designari per loca generalia, & specialia, & per latera, & confinia, & per qualitatem suam. mobilis per quantitatem, qualitatem, pondus, & numerum.*

2 *Agens an debeat exprimere in libello, an petat rem in totum vel pro parte.*

3 *Confines & coherentiæ qualiter probantur.*

4 *Non vitiatur libellus si erretur in demonstratione finium.*

5 *Error in demonstrandis cõfinibus tam in contractibus quam vltimis voluntatibus non vitiat.*

6 *Actor tenetur demonstrare rem quam petit, si reus dubitat an teneat vel possideat.*

7 *Gelebrato contractu de pertica terræ an attendatur mensura loci contractus, vel loci vbi situata est terra.*

1 CVI *coheret ab vna parte.* † Nota quòd res quæ petitur si est immobilis debet designari per

c loca generalia,[c] & specialia, & per la-

d tera, & confinia saltem duos[d]

a *Dolo desijt. Adde quod voluit. Oldra, consilio. cxx. vbi vide quis probare debet quod dolo desierit possidere.*

b *Dominum. Nota quod habens ius in re potest nominare dominum in iudicio Barto. & Bald. in lege secunda C. vbi in rem ac. specu, titu. de primo decre. §. restituat ver. sed numquid & ibi Io. And. & in c. quoniam §. in alijs. vt lit. non contesta. & qualiter debet fieri nunciatio d. absenti. & an ipso venienti sit opus nouo libello; & an sententia lata contra ipsum non defendentem, licet alius defenderit, noceat & sufficiat si aliter sibi nunciatum fuerit. vide vbi supra & Barto. de rei ven. l. offic. & de acquiren. poss. l. peregre. §. quibus. an executio possit fieri contra successorem sine nouo processu, quando pendente lite est res alienata. vide etiam infra in forma exce. sententiæ in versicu. sed quid dices si se opponens &c. adde an simpliciter detinens teneatur dominum nominare. Dic quod si non nominat domino præiudicat, nisi aliter sit dominus certificatus, & quod hoc solum habet locum in reali, in personali autem nominatio locum non habet. vt concludit Roma. deci. lxxvi. incipien. vbi colonus de causa possessio. & propri. vide specula. de actio. seu peti. §. iij. circa princ.*

c *Loca generalia. Adde an sufficiat dicere peto quicquid habes in tali loco, allega. consi. clxxxiiij. lib. ij.*

d *Confinia duo. Adde videndum per Alexand. consilio lxxiij. vol. iij. & qualiter probantur confinia per Bald. cõsilio cliij. & an per cartas, consi. ccxxviij. & an per literas antiquas. per eundem consil. ccclxi. i. lib. Et adde tu per quæ probentur confinia, vide vltra prædicta quæ ponit. d. Bartol. soci. in consil. suo. lxxxvi. col. prima in fine & seq. & in consil. lxxix. in col. prima & secunda & in col. fin. versi. præterea, ibi quod fines episcopatus probantur in antiquis per instrumenta, & in dictis locis quando sufficiat fama & cõmunis opinio, & vide eundem in consi. xcvi. col. vij. versicu. præterea ex alio & ibi per quos testes, & vide eundem in consi. cxiiij. col. pen. versic. ij. quia est, vbi quod per instrumenta inter alios confecta non probantur fines iurisdictionis & in col. fi. ver. confirmatur ista conclusio, licet probantur per coniecturas, tamen hoc nõ procedit quando non constaret de iustitia possessionis illius contra quem ageretur. Adde tamen quod illud præsumitur esse illius factum, cuius confinis est Barto. in l. cum seruus. ff. de contrahen. emp. & Barto. & Alexan. in l. demonstratio falsa. ff. de condi. & demonstra. Alexan. in consi. liiij. in iij. volu. & soci. in consilio. lxxxvi. col. ij. circa medium. duplici. in consilio clxvi. & in consilio. cxxvij. & in consil. clxi. & in consilio clxxxi. col. ij. post med. versic. circa secundum. & de probatione finium. vide per Alexand. in consil. i. iiij. volu.*

vt l.

vt lege forma.ff.de censibus. & lege si in rem in fine. ff. de rei vendicatio.& not. gloss. in capitulo ij . extra de libelli oblatione. Sed non puto quòd mensura vel numerus perticarum sit de necessitate exprimendus, vbi constat de confinibus. ar. l. patronus. § .primo & secundo.ff.de legatis tertio. Debet etiam designari qualitas rei, an sit pratum, vinea, an terra culta. vt in dicta.l.si rem.in fin. ff.de rei vendi.&.l.si quis intra prouinciam . C . de bonis proscrip. vbi autem res mobilis petitur, tunc debet exprimi eius quantitas, & qualitas, pondus, & numerus, & color secundùm naturam rei, vt dicta lege si rem in principio. & §.primo.optimè facit l.prima. §.si quis argentum & §.stipulationes.ff.depositi.in l.in actio.in prin
2 cipio.ff.de furtis. Sed †an agens debet exprimere in libello an petat rem in totum vel pro parte, & determinat etiam hoc Bartol.in lege de pupillo.§.qui nunciat.ff. de operis noui nuncia. quòd aut quis vult petere partem rei tantùm, & tunc debet hoc exprimere sic intelligitur gloss. in l. Pomponius.§.si is.ff. de procuratoribus. aut vult petere totam ipsam rem, & tunc sufficit simpliciter rem petere, & ita procedit glo.in l.si in rem . ff.de rei vendicatio.
3 † Sed qualiter probabuntur confines vel cohærentiæ. dic per testes, vel per instrumenta . vt notatur per gloss. & doctores in l.cum aliquis.C . de iu .deliberan l.optimam.C.de contrahen.& committen.stipulatione.& in l. prædijs.§. Titio.ff.de legat.iij.& etiam alijs modis.vt pulchrè notat per gloss. & per docto.in.c.cum olim extra de censibus & c.cum causam.extra de probationibus. Verumtamen secundum Bald.in quodam consilio suo sciendum est quòd interdum loca territorum seu confiniũ sunt euidenter & notoriè discreta, quòd quidem contingit varijs modis aliquando scilicet per vias regales, & quandoque per montes vel flumina, quandoque per lapides, vel signa alia multum apparentia, quibus modis confinia communiter distingui consueuerunt. vt notãt Gof.& Ioan. And in d.c.cum causam.de proba. Interdũ probantur fines iurisdiõis per expressas vel tacitas assertiões partiũ. vt habetur, & notatur per glos in d.l. optimam, & lege cum aliquis. Aliquando verò probantur per vulgi opinionem, & iudicium circumcolẽtium, qui pre cæteris in hac re idoneiores sunt testes. vt l.j.§.j.ff.de fluminibus. Aliquãdo verò probantur per sentẽtiam iudicum vel arbitrorum. vt ff.de arbitris.l.inter castellanum. & instituta de officio iudicis.§.fina. Aliquãdo verò per perceptionem redditũum . vt C. finium regun.l.si quis super. Quandoque probantur per appositionem custodum.ff. de fundo instru.l.si ita.§.mulier villę custos. Item per exercitium iurisdictionis. vt nota. Innoc.in cẽ.cum ad sedẽ.de restitu.spo.& facit.c.super quibusdam.de verbo.
4 significatio. †Sed quid dices si erraretur in demõstratione finium, an viuificabitur libellus, dic quòd non, si tamen aliter constat de corpore, vel per rei euidentiam, vel alijs modis, vt probatur in.d.l.patronus.§.primo.& ij.ff.de leg.iij. Hinc est quòd si certo nomine aut signo res demonstretur, non est necessaria expresio aliorum confinium, vt in l.cum seruo, in fi.ff.de contrahen.
5 emp. Postea† circa hoc quæro, quid dicendum est in contractibus & in vltimis voluntatibus, puta in legatis, si dictum sit vendo, vel lego omnes possessiones quas habeo in tali loco vel villa, nec aliter de finibus, vel cohęrẽtijs expresũ fit, an
a vitietur legatum seu venditio. dic quòd non, [a] vt
6 l.vxor . §.legauerat.ff. de lega.iij. † Sed quid si reus dicit dubito super re quæ petitur, an illam teneam vel possideam: facies quòd actor ostendat mihi ad oculum illam rem? an teneatur actor hoc facere . Dic quòd sic, vt in cap . significauit. extra de libel.ob.& nota . Bartolus in lege
7 prima in principio.ff.de edendo. Denuo† quæro de quadam quæstione de facto occurrente, Ecce Titius vendidit simpliciter perticam terræ situatæ alibi quàm in loco contractus, contentio oritur inter emptorem, & venditorem super quantitate mensuræ, cum ita sit quod alia sit mẽ
b sura[b] loci, vbi res sita est, & alia loci contractus, quæ ergo mensura attenditur, videtur quòd attendi debeat mensura, quæ seruatur in loco contractus. vt lege si fundus.ff.de euictioni.& in l. semper in stipula.ff.de regu . iuris. Alij dicunt, inspici debere locum illum in quo videatur mensura vtilior pro emptore . argumen . l. veteribus.ff.de pact. Alij dicunt obseruari debere aliam mensuram quæ sit communior & generalior in vniuersa regione, & sic intelligitur lex imperator.ff.de contrahen. emptio.& quod habetur in l.arbitrio.§. de eod.ff.de dolo.

Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Actor libellans per hæc verba, spectat, & pertinet, videtur omne ius suum in iudicium deduxisse.*

2 *Actor non potest vtrũque ius deductum in libellum prosequi. puta dominij & pignoris.*

Spect-

a *Dic quòd non. Adde, & vide do. Alexan. in l. locus. ff. de acqui.re. do.cur.*

b *Mensura loci. quòd locus cõtractus debeat semper attẽdi. Adde secus esse in matrimonijs vbi seruantur statuta domicilij viri. l. exigere. & quæ ibi notantur per ang.& mo. ff.de iudi. cur.*

a SPECTAT & pertinet.a Per hæc verba † vi
1 detur actori in iudicium omne ius suum dedu
xisse, tam ius dominij quàm pignoris, propter generale significatum, vt l. verbum pertinere. ff. de verbor. signifi. quod sequitur gloss. in c. inter dilectos. extra de fide instrumento. in gloss. super verbo pertinere. & in l. si quis intentione ambigna. ff. de iudi. & Innocen. in c. cum ecclesia sutrina. extra de causa possess. & proprie. tamen non posset vtrũque ius prosequi, quia ius dominij & ius pignoris in eadem re non concurrerunt, vt in l. neq; pignus. ff. de regul. iur. & l. ex sextante. §. latinus. de excep. rei iudic. sed debet eligere iuxta notata in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributor. & per Dynum in regula nullus pluribus. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Libellus in quo nulla est expressa causa, an procedat? & num. 43. & 44.*
2 *Dominium quid sit, & quotuplex dicatur? & nu. 5. 6. 7 & 10.*
3 *Dominium non cadit propriè super re incorporali.*
4 *Res pupilli, ecclesiæ, & quorundam aliarum personarum nisi certa interueniente solennitate non possunt alienari.*
8 *Dominium vtile est duplex.*
9 *Dominium acquiritur pluribus modis iure gentium introductis. & num. 11. 13. 14. 15. 16. 17, 18. & 28.*
12 *Dominium vtile concurrens cum suo directo tripliciter acquiritur.*
19 *Bellum si fiat & indicatur inter principes inferiores à Papa, vel Imperatore, an illa quæ inuicẽ capiũtur fiant capientiũ? Et in quibus casibus sit licitũ siue Papæ vel Imperatoris authoritate belli indicere? & nu. 20. 21. et 22.*
23 *Represaliæ concedi possunt pro iustitia denegata. & quãdo dicatur denegari? & num. 24. & 25.*
26 *Illi qui virtute represaliarum coactus est soluere, quibus remedijs succurratur. & num. 27.*
29 *In traditione quæ requirantur ad hoc vt per eã dominiũ transferatur. & numer. 30.*
31 *Titulus solus regulariter sine traditione non transfert dominium quibusdam casibus exceptis. & numer. 32.*
33 *Res quando & qualiter dicatur esse tradita. & nu. 34.*
35 *Castro vendito cũ eius territorio, an per aprehẽsionem possessionis castri videatur etiã territorij quæsita possessio?*
36 *Rei traditæ ad hoc vt quæratur dominiũ an necesse sit tempore quo tradebatur eius fuerit vacua possessio.*
37 *Verba, iure dominij, vel quasi posita ĩ libello quid denotẽt*
38 *Dominium & quasi dominium possunt simul in eodem libello proponi.*
39 *Dominiũ simpliciter prolatum, refertur ad directum.*
40 *Actore & reo æquè de proprio titulo, & rei traditione probantibus quis eorum obtinere debeat?*
41 *Actor disiunctiuè simul proponens ius dominij vel quasi an possit simul prosequi, & super vtroque probationes & capitula facere? & num. 42.*
45 *Reus si petat causam in libello, quæ causa erit ab actore exprimenda proxima an remota? & num. 46. & 47.*
48 *Verba, pleno iure. in libello posita denotant ius dominij.*
49 *Ius superueniens actori pẽdente iudicio in actione reali, generaliter proposita, quod non cõpetebat tẽpore libelli oblati includetur sub generali petitione, & procedet iudicium.*
50 *Dominiũ directũ quæritur quinq; modis à iure ciuili introductis, qui explicantur. num. 51. 52. 56. 59. 70. 71. & 72.*
53 *Adoptio seu arrogatio quid? & vtriusque differentia. & num. 54. & 55.*
57 *Professionis forma.*
58 *Possessio bonorum eius qui ingreditur religionem an sicut dominiũ sine apprehensione transeat in ecclesiam.*
59 *Quæ hîc dicuntur de ingrediente religionem, quomodo intelligenda sint?*
60 *Ingressus religionis an ob id quod sub hac cõditione factus est, quòd bona ingrediẽtis non acquirãtur ecclesiæ, sed sibi remaneãt, vitietur? & num. 61. 62. & 63.*
64 *Dedicatio bonorum an sicut ingressus vitietur propter vxorationẽ? et nu. 65. et 66*
67 *Conuersi, & alij qui assumunt habitũ religiosum, & vxores & bona retinent, an dicantur religiosi?*
68 *Ecclesia an teneatur ad expensas pro muris ciuitatis sicut tenetur ad refectionem pontium & viarum.*

b IVRE Dominij b vel quasi. Idem si
dixerit rem ad se pertinere pleno
iure, dicam j. versicu. sextus modus
1 circa fin. Quid si † nullam causam
expressit: sed simpliciter dixit rẽ ad se pertinere: an procedet libellus. dic quod sic, tamen si reus petat exprimi causam. tunc actor illam tenetur exprimere aliter non procederet libellus, vt not. in cap. Abbate sanè. extra de re iudic. lib. vj. & vide quod j. dicam. versic. nunc autẽ quæritur, quæ
2 ritur quid sit libellus. Hic † quæren
dum est de aliquibus, & primò quæritur quid sit dominium. & secundum doct. dic vt refert Bart. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. posses. quòd dominium est ius de re corporali perfectè disponendi nisi lege prohibeatur. Declaratur diffinitio sic. dicitur enim in ea ius quod ideo in eá ponitur vt differentiam denotet à re ipsa in qua cadit ipsum ius: res namque de se facti est quod probatur ex rubrica de acquirẽ. rerum dominio. & ad hoc facit l. & an eadem. §. actiones. ff. de
3 except. rei iudic. Subiungitur † subse
quenter de re corporali, quod positum est ad differentiam rei incorporalis, in qua non cadit propriè dominium, vt in l. iiij. & ibi notatur. ff. de vsufruct. postea subinfertur, perfectè disponendi, vt l. in re mandata. C. mandati. & ad differentiam simplicis possessionis. quæ est ius insisten

a *Spectat & pertinet. ad de quid si dicat spectasse & pertinuisse, an libellus procedat d. de Ro. deci. iij. incipi. si in lib. obl. ĩ nouis. dicũt quòd sic, quia sufficit libellum præsumptiuẽ cõcludere, & ibidẽ respõdet ad contraria.*

b *Iure dominij vel quasi.* Adde tu *quòd licet quis dicat rem ad se pertinere iure dominij vel quasi quod nõ tamen sit & ex narratis cõstet quòd ex alia causa spectet, quòd libellus sustineatur & iudicium procedit: ita Pe. de Anch. in cõsil. xxiij. in fin. & facit quia multiplicatio verborũ nõ necessaria non mutat substãtiã actus. l. insulam. ff. de præs. verb. & l. pediculis. § j. ff. de au. & ar. leg. Franci. de cur.*

di rei,vt not.in l.j.in princi.ff.de acq.
possessione.
4 Quod†autem adijcitur. nisi à lege
prohibeatur.dictum est ideo propter
res pupilli,& ecclesiæ,& quarundam
aliarum personarum, quæ à iure alie
nari prohibentur, nisi certa interue-
niente solennitate,vt C.de predijsmi
norum,per totum,& in authentic. de
non alienandis.per totum.& in auth.
hoc ius porrectum.C. de sacrosanct.
ecclesijs. & extra de rebus ecclesiæ
non alienandis,per totũ.& ff.de reb.
eo.qui sunt sub tut.vel cur.per totũ.

a *Dominiũ aquiratur. Adde Spec. in titul. de act. & pet. §.ij. versic. nautem.*

5 Deinde†queritur quotuplex est do
minium:dicunt quidam quòd estvnũ
solum numero,& substãtia,licet eius
qualitates sint plures, vt videtur col
ligi ex rubrica,de acquiren. rerum
domin. nam dicitur ibi dominio non
in plurali sed in singulari.& sic patet
esse vnum. In contrarium tenet Bar
tolus & alij doctores, vt ipse no-
tat in dicta l. si quis vi. §. diffe-
6 rentia. Videlicet † quòd sit duplex
in substantia, scilicet directum &
vtile : probatur hoc per l. possesso
ris in fine.C. de fund. patrimo. libro
xij. vbi dicitur quòd emphyteuta
est dominus : idem probatur in l.j.
& ij. C. de iure emphyteutico. ta-
men constat quòd alius est domi-
nus, scilicet ille cui debet solui cen
sus, vel reditus. vt ibi sequitur. er
go quòd sint domini : diuersa specie
dominij : nam eadem specie domi-
nij non potest esse quilibet eorum
dominus, vt in lege iij. §. ex con-
trario. ff.de acquirenda possessione,
l. si vt certo. §. si duobus vehicu-
lum. ff. commoda. ad quod optimè
facit.capitul.j.de inuestitu.de re alie
na facta, in vsibus feudorum. & l.
ij.ff.si ager vectigalis.
7 Potest†etiam adduci tertia species
dominij, licet sit impropria, vt est
quasi dominium quod competit ei
qui rem emit à domino bona fide
nec eam vsucepit adhuc. vt habetur
in l.j.ff.de pub.in rem actio.
8 Vltra † quæritur an vtile domi-
nium, de quo supra sit vnum solũ.
sicut directum. Dic quòd est duplex:
vnum quippe est vtile dominium,
quod est oppositum & aduersans
suo directo. vt est exemplum in vti
li dominio quæsito in re immobili
ex longua præscriptione. vt not.in l.
si quis emptionis. §. ij. C. de præ-
scriptio. xxx. vel xl. annorum.in an
thentic.nisi.C.de bonis maternis. in
l. vnica. ff.de vsucapio. aliud verò est vtile do-
minium quod est conforme & comparabile cum
directo concurrens cum eo, & exhibẽs illi reue
rentiam tanquam suo superiori cuius exemplum
est in vtili dominio quod competit emphiteutæ
superficiario,feudatario & similibus, vt in d. l.
ij.de iure emphiteutico.cum similibus.
9 Nunc†autem quæri potest, quibus modis do-
a minium acquiratur[a] pro cuius solutione suffice-
ret remissionem facere ad leges & iura quæ ha
bentur.ff.de acquirenda rerum domin. per to-
tum titul.& insti.de rerũ diuis.§.singulorũ. cũ se-
10 quentibus. Verũ tamen†vt iuuenes facilius ca
piãt explanabo:sciendũ est igitur prout supra prę
misi.ꝙ duplex est dominiũ,propriũ,scilicet & im
propriũ.ꝙ aũt est propriũ,subdiuiditur,nã quod
dam est directũ,& quoddã vtile. impropriũ autẽ
dicitur quasi dominiũ:ideo aduertendũ est quòd
si quęratur qualiter quasi dominiũ acquiratur:di
cendũ est ꝙ illud acquiritur ex traditione facta
à nõ domino ex aliquo iusto vel legitimo ti. vt l.
cũ seq.ff.de publ.in rẽ act.& instit.de actio. §. sed
11 vt ibi not. Vtile†aũt dominiũ qualiter acquira
tur,responderi potest, ꝙ si quæritur de dominio,
quod est oppositũ ipsi directo, tale dominiũ quæ
ritur ex præscriptione,vt d.l.si quis emptionis. §.
12 ij.cũ sim.supra alleg. Si verò†quęritur de do-
minio cõcurrente cũ directo,& cognoscẽte dire
ctũ,tunc tale vtile dominiũ quæritur tripliciter.
Vno modo traditiõe facta ab eo qui est dominus
directus ex iusto ti.vt d.l ij.de iure emph.& d.c.j.
de inuest.fis.C.de re ali.fact.& l.j.ff.si ager vect.
per totũ,& in c.j.quis dic.dux.mar.cũ sim. Secũ
dò modo quæritur per successionem,vt in c.j. de
grad.suc.in feu.x.col. Tertiò modo quæritur per
præsc.vt in c.si quis per xxx.an.si de feu.fuer.con
trouer.col.x.& not.per Cy.in l.cõpetit.C. de præ
13 scrip.xxx.vel xl.ann. Si autẽ†quæratur de acqui
sitione directi dominij.tũc dicendũ ꝙ directum
dominiũ quæritur certis modis à iure gentiũ in-
troductis,& alijs modis per ius ciuile superaddi-
tis. De iure itaq; gentiũ quæritur directũ domi-
niũ xiiij.vel xv.modis:vt apertè colligitur inst.de
re.diuis.§.singulorũ.vsq; ad fin.inter quos sunt.v.
qui sunt quò ad præsens digni recitatione. Pri-
mus modus acquirendi est ille qui fit per occupa
tionẽ rerũ quæ in nullius priuati sunt bonis,sed es
se possunt,vt in volatilibus cœli & animalibus sil
uestribus & piscibus fluminũ.vt habetur instit.de
re.di.§.singulorũ.& ff.de acq.re.do.l.j.in fi.& l.ij.
14 & iij. Secũdus est†modus quẽ nec vidi nec au-
diui de facto cõtingere,videlicet per inuentionẽ
thesauri.vt in §.thesauros.insti.de re.di.& in l.nũ
quã.§.thesauros.ff.de acq.re.do.Circa quod sic so
let plenius per glo.& doct.distingui. aut thesau-
rus reperitur in loco priuato, aut in loco sacro,
aut in loco fisci,vel in publico vel in ciuitate. Si
reperitur in loco priuato,subdistingue, aut reperi
tur in suo aut in alieno.si in suo proprio,tunc, aut
est inuẽtus arte magica: & sic opera illicita & re
probata:& tunc directum dominiũ efficitur fisci,
non

non autem inuentorum.vt l.j.C. de thesau.lib.x.
Aut est inuentus casu fortuito,vel data ad hoc ope
ra licita & tunc efficitur in totum inuentorum,vt
in §.thesauros.& in.d.§.thesaurus. Aut reperitur
in alieno & tunc si quidem casu fortuito dimidia
pars efficitur inuentorum alia verò dimidia effici
tur domini loci in quo inuentus est. Si verò data
ad hoc opera licita.tunc in totum efficitur domi-
ni loci & hoc probatur in.d.§.thesauros.& hoc si-
ue ille esset dominus loci vtiliter,vt feudatarius,
& emphiteuta,siue directò,vt not.in d.§.thesaurus
Vbi autem thesaurus inuentus est in loco publi-
co,vel fiscali,aut ciuitatis,& tunc si quidem data
ad hoc opera licita,efficitur in totũ domini ipsius
loci.si verò casu fortuito.tunc thesaurus diuiditur,
& dimidia quæritur inuentori,alia quæritur fisco,
15 vt c.j.in fi.quæ sunt regalia.co.x. Sed † si fuerit
inuentus in loco sacro vel religioso,tũc si data est
ad hoc opera licita queritur in totũ dño loci.Si ca
su fortuito,de hoc sint opi.licet tamẽ idẽ sciendũ
qđ supra videlicet quòd dimidia sit inuentoris &
16 alia fisci.vt in l.iij.§.fi.ff.de iur.fis.Sed quare nõ est
presbyteri vel põtificis potius quã fisci,nõ video,
vnde forte hodie per iura canonica põtifici appli-
caretur.ar.c.quæ in ecclesiarũ.extra de cõsti.& in
c.ecclesia sanctæ mariæ.e.ti. Tertius est principa-
lis modus per alluuionẽ,vt insti.de re.diui.§.prete
17 rea & ff.de acqui.re.do.l.adeo.§.j.Est † autẽ allu-
uio incremẽtũ latens facto fluminis interueniẽs,
vt dictis iuribus cõprobatur.vbi verò esset incre-
mentũ patẽs & appertũ,vt puta,si quodã impetu
flumen agrũ meum diuiserit in partes duas,vel si
eodẽ impetu ipsum agrũ in formã insulæ redege-
rit,tunc non pditur dñiũ nec alij acquiritur .vt in
d.§.præterea.& in §.quod si aliqua parte.insti.eo.
ti.vel si crustã agri mei in aliũ agrũ trãstulerit,dũ
modo radices ibidẽ nõ emiserit,nõ perditur domi
niũ,vt in dictis iuribus & in l.hoc ampli⁹.§.alphe-
nus.ff.de dã.infec.& idẽ si ope manu facto ipsum
flumen alueum mutauerit.
18 Quartus † modus acquisitionis est per rei vel
personæ apud hostes constitutę captionem & ap-
prehẽsionẽ,vt in.§.item ea quæ insti.de re.di.Sunt
autem hostes, illi quibus populus romanus vel
imperator seu papa bellum indixit , econtra
illi qui ipsum bellum faciunt & indicunt siue sint
christiani,vel saraceni,vt l.hostes.ff.de ca.& postl.
reuer.& l.quos nos.ff.de ver.sign.& ex hoc sequi
tur quòd non omnia quę capiuntur in alijs bellis
aliter , & inter alios efficiuntur capientium. Vn-
19 de † quero quid si bellum fiat & indicatur inter
alios inferiores principes vel dominos ,prout fie
ri quotidie videmus,an illa quæ inuicem capiun
tur efficiantur capientium,& an homines capti
efficiantur serui . Respon.secundum Innoc.quòd
personæ captæ non efficiuntur seruæ,vt not.per
eum in c.olim causam.extra de resti.spo.quam opi
sequitur Bar.in d.l.hostes. res autem captæ effi
ciuntur capientium de consuetudine .secundum
Bart.vbi.s.sed de iure non. per d.l.hostes.quod se
quitur Innoc.in c.sicut.extra de iureiur.imo secun
dum Inno.de iure hoc est quòd quili a
bet inferior imperatore vel papa
qui bellum fecerit iniustè tenetur
ad restitutionem omnium dam-
norum & rerum ablatarum in
huiusmodi bello iniusto.ar.l.si cum
exceptione.§ . pedius.& §.in hac.ff.
quod me.causa.cũ si.& ita no.per eũ
20 in c.fi.extra qđ me.causa. Sunt † ta
men aliqui casus speciales in quibus
licitum est inferiori bellum indice-
re sine imperatoris vel papæ licen
tia,videlicet pro defensione suę pro
priæ personæ ac rerum suarum,vt
habetur & no.in l.vt vim.ff.de iusti.
21 & iur.& l.j.C.vnde vi. Item † pro
recuperatione suarum rerum.dum
tamen fiat incontinenti,vt in l.iij.
§.cum igitur.ff.de vi & vi arm.& si
fortasse non esset copia iudicis supe
rioris ad quem posit haberi recur
sus adhuc liceret bellum indicere.&
ex interuallo.vt l.null⁹.C.de iudę.&
l.si alius.§.bellissimè.ff.quod vi aut
clam . & l.ait prætor . in § .si debi
torem . ff. de his quæ in fraudem
credito.
22 Item † pro exercitio iuridictionis
propriæ.in sibi subditos,vt l.qui re
stituere.ff.de rei vend.& l. non est
singul.ff.de re.iudic. & l.si quis mis
sum.ff.ne vis fiat ei quos casus not.
Inno. in.d.c.sicut,& in c.olim cau-
sam. vbi vide.Item secundum eum
a potest iustè indici bellum [a] contra
dominum vel superiorem qui dene-
gat iustitiam facere de homine suo,
qui iniuriam aut damnum intulit b
homini meo,vt multoties fieri vide
mus per Marchionem montisferra-
ti, Comitem sabaudiæ , & princi-
pem achayæ,& etiam capere de ip-
sis hominibus vsque ad integram sa
tisfactionem iniurię,& damni dati.
vt not.in c.dilectus.extra de appell.
cui opinioni multum refragari vide
tur.l . j . C . vt nullus exigatur pro
alien.debi . libr . vj.& in authenti.
vt non fiant pignor.§.j .& ibi not.
per.Iaco.de Bel.& C .ne filius pro
patre.per totum. & C.ne vxor pro
mari.per totum.
23 Sed aduerte † quòd in hoc conue-
niunt omnes,vt pro iustitia denega
b ta posint concedi represaliæ,[b] quæ
de iure ciuili appellantur pignora
tiones,vt not.in d. titu.vt non fiant
pignor.& habetur & not.in capit.
primo de iureiurand.libr.vi. & est
text . aureus . xxiiij . quæst.secunda
24 dñs noster. Dicitur † autem dene-

a *Bellum no. secundum Bartolũ in l.hostes.ff. de capt.& Postlim . re uer . quòd bona quæ capiuntur in bello , etiã iniusto efficiuntur capientiũ de consuetudine &c. Adde. quis posit indicere bellũ Old. consi .lxx. per d.Car. consi. xix. an prælati posint bellum indicere,p cal. consi.j vbi latissimè quis posit bellũ indicere,& cuius sunt in bello capta . Bernardi.*

b *Represaliæ . Adde Ro.consil. cccxxxix. & cal.vbi proximè , & dicit Roma.cõs. cccxxxij . quòd præsumitur quòd superior faciat iustitiam . Bernard.*

gari iustitia, si agens porrexerit libellum suum coram iudice rei, qui iudex ipsum admittere & audire recusauit sine causa legitima: nec sufficit ipsi actori ire cum literis sui iudicis ad iudicem rei super iustitia obtinenda sine libello modo debito ordinato, in quo multi errant secundum Bartolum vt plenè scripsit in suo tracta. represaliarum. Sed cum talibus literis debet etiam ipsi iudici rei suum libellum dirigere, & in ipsa lite persistere modo debito, vt traditur in dicta authent. offeratur. cum similibus. alioquin non diceretur iustitia denegata. Quid ergo si libellum obtulit & litem prosecutus est vsque ad sententiam inclusiuè: & iudex ipse reum absoluit, vbi condemnare debuit: an diceretur iustitia denegata? videtur quòd non, quia ius & iustitia ministrari dicitur, etiam cum per iudicem iniquè discernitur & pronuntiatur, vt l. penultim. post princip. ff. de iustitia & iur. & probatur in l. j. § . in hoc interdicto. ff. de liber. exhibend. & in capitul. cum inter vos. in fine. extra. de re iudica. & not. per gloss. in l. j. in princip. ff. ad turpillia. Bartol. verò in dicto tracta. distinguit, aut extat iudex appella. & tunc ad eum est habendus recursus, vt in titul. de appellatio nib. maximè in l. j. §. si quis appel. ff. de appell. si autem nullus sit iudex appellationis, tunc pro represalijs poterit ad iudicem suum habere recursum: quod verum intellige prius eidem facta fide legitimè de iniustitia & præcedente debito processu secundùm eum.

25 Quid † autem dices si lata sit sententia iniusta contra eum per iudicem rei conuenti, actor appellauit semel & bis per iudicem appel. fuit prima iniusta sententia confirmata, an poterit actor pro represalijs ad suum iudicem habere recursum. dicit idē Bartol. quod aut est lata iniustè proprio motu iudicis, & tunc nullum est remedium, aut est lata propter grauamen partis, & tunc sicut posset peti restitutio in integrum coram superiore. vt l. præfecti. ff. de minor. ita represaliæ coram suo iudice. aut est lata ob gratiam vel inditionem præsidentis: & tunc ipsi tenentur ad interesse: ergo per consequens represaliæ erunt concedendæ. argumen. in l. nec quicquam. ff. pro socio. Nec credas quòd quilibet officialis possit concedere represalias, imò solus superior omnium puta princeps, vel Rex, aut Dux, vel Marchio illas concedere possunt, secundùm eum. Bartolum, in authentic. habita.

26 Quomodo † autem succurratur illi qui virtute represaliarum coactus est soluere.[a] dicit Bartol. distinguendum. aut represaliæ sunt concessæ contra officiales, vel iudices, & exactio contra eum puta, qui iustitiam facere negauit: aut concessæ generaliter contra quemlibet de ciuitate, & exactio contra alium de populo secuta. Primo casu subdistingue, aut iudex peccauit in faciendo iustitiam: puta iniquè pronuntiando, aut peccauit simpliciter negligendo. Primo casu non succurritur contra principalem debitorem, vt notatur in l. si quis dolo. ff. de re iudicata.

27 Secundo † autem casu sibi succurritur. argum. in l. missi apparitores. in fine. C. de exacto. trib. libro x. vbi verò fuerit exactus alius de populo, tunc ei succurritur contra ipsum debitorem: secundùm Iacobum de Aretio, per l. ij. in fine. & ibi notat. ff. de verborum obligatio. & ff. de negotijs gestis. l. nam & seruus. & ff. nautæ caupo. stabular. l. licet. §. final. & ff. de his qui deiece. vel effu de. l. si verò. in §. cum autem. & si voluerit petere iste plus quàm soluit poterit petere, vt sibi cedantur à creditore actiones ad exemplum conrei & fideiussoris &c. per d. l. licet. in fin.

28 Quintus † modus acquisitionis est ille qui fit per rei traditionem factam ab eo qui rei dominus est, vt l. traditionibus. C. de pact. & l. traditio. ff. de acquiren. rerum domin. & in §. per traditionem. & in §. venditæ. instit. de rerum diuisio. & hic modus quotidie est in vsu ideoq; notandus est.

29 Igitur † sciendum est quòd non omnis traditio transfert dominium, sed debet habere in se causam ad hoc dispositam: vt l. nunquam nuda, ff. de acquiren. rerum dom. debet etiam res esse talis naturæ quæ subijci possit alterius dominio: nā si esset res sacra, vel religiosa, aut homo liber, non posset traditio dominiū transferre, vt l. intantùm. §. sacræ. ff. de acquir. rer. diuis. §. sacræ. & l. liberti. ff. de contrahen. emption. cum simil.

30 Item † persona quæ tradi debet esse talis naturæ & conditionis vt babeat ipsius rei liberam alienandi facultatem: nam maritus non potest fundi dotalis dominium in alium transferre, vt ff. de fundo dotali. l. j. institu. quibus alien. licet. in principio. nec tutor rem pupilli[b] nisi cum magna solennitate: vt in l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum. & ex l. lex quæ tutores. C. de administratio. tuto. & instit. quib. alien. licet. §. tunc admonendi. nec etiam prælatus rem ecclesiæ sine magna solennitate, vt extra de rebus ecclesi. non. alienand. capitu. j. & ij. & facit authentic. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis ecclesijs. nec seruus, vel filius rem cōmini, vel patris sui. vt l. si seruus. C. de pac. & l. quanto magis. ff. de iureiuran. cum simi. ibi no.

31 Et aduerte † quòd notantur dictum est de traditione

a Coactus est soluere. Vide Alex. cō si. cxlvij. in j. colū. in ij. vo.. Bernar

b Rem pupilli. Adde quòd nec decreto iudicis null' trāsfertur dominiū rei minoris, vt ff. de re. eorū. l. j. vers. manente. & l. magis puto. §. maneat. eo. titu.

a tione rei, quia solus titulus[a] regulariter non trāsfert dominium, nisi sequatur traditio. vt l. si ager. ff. de rei vend. & l. penultim. C. de rei vendicatio. Fallit in legato, in quo transfertur dominium sine traditione. vt l. à Titio. ff. de furt. & l. cùm pater. §. surdo. ff. de leg. ij & §. final. C. quando dies lega. ced.

32 Item † fallit in hærede. vt no. in dicta l. si ager. & habetur in d. l. cum hæredes. C. de acquirend. possess. & in ecclesia. vt l. final. C. de sacrosanc. ecc. & in alijs certis casibus de qbus aliàs loquemur.

33 Ad † declarationem autem eius quod de traditione rei dicemus. est videndum quando, & qualiter dicatur res esse tradita. vbi respondetur pluribus modis, de quibus plenè no. per gl. & docto. in l. iij. in princip. ff. de acquiren. posses. & in cap. j. de consuet. recti feud. col. x.

34 Primo † dicitur res tradita si introducatur in corporalem possessionem, ambulando per ipsam, vt l. si me in vacuam. ff. de acqui. pos. Secundò si sciente & volente & patiente domino rei, emptor ingressus sit per seipsum in rem. vt l. ij. C. de acq. possessio. secus est eo inuito, quia tunc vim committeret, vt l. si ex stipulatu. ff. de verborum obliga
b tioni. Tertiò si tradantur sibi claues[b] portæ domus, vel solarij, vel scrinij, in quo res recondita est, vt l. clauibus. ff. de contrahen. emptio.

Quartò si emptor ponat custodē ad rem ipsam vt l. quarundam. ff. de acquiren. possessio.
c Quintò si res est in conspectu,[c] & dicat tradens habeas tibi illam rem vel similia, vt l. j. §. si iussenm. ff. de acquirend. possessio. Sextò si alienans rem quam possidet, constituat eam rem precario
d nomine[d] emptoris possidere, vt l. quod meo. ff. de acquirend. possessio. & l. interdum. eodem titulo. & in capitulo cùm venissent. in fine. extra de restitution. spoliat. cum similibus. Septimò si alienans tradat emptori instrumentum præcedentis acquisitionis ipsius rei, vt l. j. C. de donatio.
e Octauò si alienator retineat vsumfructum[e] rei alienatæ. vt l. quisquis. C. de donatio.

45 Vlterius † quæritur si aliquis vendit castrum cum eius territorio, an per apprehensionem castri videatur quęsita possessio territorij. Distingue tres casus pro omnium doctrina. Aliquando quis vendit castrum modo prædicto. Aliquando quis vēdit plures fundos separatos. & sequitur apprehensio vnius? an vno apprehēso videatur quæsita possessio cæterorum. aliquando quis vendit vnum fundum & secuta est apprehensio partis? an videatur quęsita possessio cęterarum partium. Primo casu vbi quis castrum vendit, dic quòd per apprehensionem castri quæritur possessio etiam
f territorij[f] eius. arg. in l. Caius. ff. de legatis ij. & in l. Caia. & in l. patronus. & in l. Titia testamento. ff. de legat. iij. pro quo facit quod not. Innocen. in c. mulieres. extra de restitu. spoliat. & sequitur. Barto. in d. l. ij. & adde quod not. Innocent. in capitul. dilectus. extra de cap. mo. & ipse Bartolus in l. ij. in princi. & in §. si quis. de aqua pluuia arcen. Nam & si princeps donet castrum videtur concessisse iurisdictionem contentam in castro. vt notat Bartol. & docto. in l. ij. C. de bonis vacan. Secundo casu cum facta est alienatio plurium fundorum tunc per apprehensionem vnius fundi non acquiritur possessio aliorum. vt notat gloss. in dicta l. ij. Tertio autem casu apprehensione partis prædij inducitur acquisitio possessionis in toto. vt in d. l. iij. in princip.

36 Vnde † quæro ad prædictorum declarationem an ad hoc vt quæratur dominium rei traditæ sit necesse quòd tunc cum tradebatur,
g fuerit vacua[g] possessio, & à nullo alio occupata. Dic quòd non, vt l. si fundum. ff. de fund. do. licet quò ad
h præscriptionem[h] inducendam & publicianam intentandam sit necessaria vacuæ possessionis traditio: vt

a *Solus titulus.* Not. quod ibi processit titulus & reperitur habens titul. possidere præsumitur vigore tituli præambuli. gloss. & docto. in l. quædam mulier. de rei vendi. & in l. ij. C. de acquiren. posses. Et not. quod dominium etiam potest probari per indicia. Bartol. pulchrè in l. celsus. ff. de vsucapio. Bald. clarè, & Angel. sequitur in l. indicia. C. de rei vendic. vbi dicunt quòd non solum per instrumentū, sed etiam per alia indicia potest probari dominiū vnde infert Bald. quòd si pater tenuerit rem aliquā & decessit, & ego successor possideo illam rem, ita quòd probatur possessio decem ann. mei & patris, probatur dominium etiam non aparente de titulo patris mei amplius ibi Ang. quòd si habeo titulum & reperior in possessione quòd præsumitur possessio mihi tradita per titulum præcedentem, vt d. l. quædam mulier. & ideo ex hoc satis indicat dominium vt obtinere possint in rei vendi. d. l. inducta per Bald. in iiij. q. facit quod not. ipse Bald. in rubric. extra de præscrip. in iiij. col. & Bar. in d. l. celsus. maximè in versi. pone pater tuus emit fundum. Et adde an quis præsumitur vigore tituli possidere, vbi præcessit titulus. Alexand. consil. lxxviij. & qualiter probetur dominium. per Ro. consil. ccxxiij. Alexand. consil. iiij. ij. lib. per Fran. de Are. consil. cxlix. Ber.

b *Sibi claues.* Adde quòd si tradantur ab eo qui non potest de re solus disponere, quòd possessio non transfertur vt per Oldr. consil. ccix.

c *In conspectu.* Adde an per illa verba dedit, tradidit. præsumatur res fuisse in conspectu. Oldra. consil. ccxvij. Ro. consi. ccccix. Ber.

d *Precario nomine.* Adde quando per constitutum transferatur possessio. vide Alexand. consilio lxxxj. ij. volum. & consilio xxviij. ij. volum. per Oldr. consilio cxxix. & de hoc plenè sunt membranæ. & vide Mat. no. sus. fo. xxx. & xxxj. Ber.

Vsumfructum. Adde Oldra. consilio ccxvij. supra allegato. Ber.

f *Etiam territorij.* Adde latè videndum per Ro. consilio ccccxliiij. & vide quod voluit Old. consi. cclij.

g *Vacua.* Adde quot modis possessio dici possit vacua. Old. consi. cccxj.

h *Ad præscriptionem,* Adde quod ad præscriptionem facta possessio non sufficit. gloss. quam Ro. dicit singularem. in

c.sine possessione.de regul.iur.libro vj.Ber.not.quòd dominium quæritur, licet possessio non sit vacua, vt l.si fundum.ff.de dona.

a *Solo cedit.Adde singulariter notandum,quod hoc est de iure naturali gentium, vt hic dicitur. & per principem tolli nō potest & dicit Ro, in singu.suis. fol.xj. alle.l. qui dominū. ff. ad l. Aquiliā. Ber.*

b *Pertinere. Adde Ro. consi.cxij. Ber.*

c *Simul proponi.Adde Alex.cons. xcvij. iiij. vol.& cōs. xxj.vol.j. et ccvij.ij. ver Ber.*

d *Cōtraria. Adde ang. cōsi.clxvij. Ber.*

e *Etiā vtile. Adde an statutū faciēs mētionē de dominio cōprehēdat vtile. Franc. de Are.cōs xxix. Ber.*

f *Decipiuntur. Adde videndum Spec.in ti. de act. & peti. §. ij. versi. item not. Bern.*

not.Iacobus Butrig. & Salice.in l.ij. C.de acquiren.possessio. conuertuntur enim hæc inter se: vt l.eum qui. in princip. ff. de publician. Sextus modus additur per quem dominiū quæritur, videlicet per plātationem vel ædificationem: vt in §. cùm in suo.institu.de rerum diuision. & l.si quis sciens.C.de rei vendicatio. vnde versus. Quicquid plantatur seritur vel ædificatur. Omne solo cedit[a] radices si tamen egit.

37 Denuo † sciēdum est quòd ex verbis in præsenti libello positis, quibus dicitur, iure dominij, vel quasi, demonstratur qualitas & essentia propositæ actionis, non ad quem verbū (pertinet) hîc insertum, refertur, & restringitur, cùm tamen de se sic latius pateat. vt habetur in l.verbum, pertinere.[b] ff.de verbo.significatio. vnde ex ea parte qua dicitur iure dominij, intelligitur proponi, & in libello deduci directum dominium, vel vtile. & per consequens rei vendicatio, quæ soli domino datur. vt l. in rem.in princip.ff.de rei vendica. Ex alia autem parte quæ subiungitur, vel quasi intelligitur proponi quasi dominium. & sic actio publiciana, quæ datur quasi domino. vt l. prima.ff.de publica.in rem actio. & instit.de actio.§.sed istæ.versic.aliæ autem.

38 Ex quibus † patet quòd dominium, & quasi dominiū possunt simul proponi[c] in eodem libello in modum agendi. Super quo licet hactenus fuerit dubitatio. tamen hodie firmatum est, vt habetur & notatur in c. abbate sanè.extra de re iudica. libro vj.& per gloss.& doctor.in dicto §. sed istæ.& per Dyn.in capitul. nullus pluribus. extra de regulis iur.libro vj.& hoc verum si vtrumq; proponitur disiunctiuè, vt hîc. Secus autem si copulatiuè proponatur, puta dico talem rem ad me pertinere iure dominij vel quasi. tunc enim libellus non procederet tanquàm contraria[d] manifestè in se continens. argumen.in l.j.C.de furt.& l.vbi repugnantia.ff.de regu.iur. quod clarè tenet Ioan.Andr.& Archid.in dicto c. abbate sanè.& in d.§.sed istæ.

39 Sed † pone quòd actor solùm proponat ius dominij simpliciter dicendo rem ad eum pertinere iure dominij. quæritur quare dominium videtur esse propositum, cùm, vt suprà dixi, duplex est dominium, scilicet vtile & directum. Dicunt quidam quòd solum directum, quia dominium simpliciter prolatum refertur ad directum. vt l. fina. & ibi not.per gloss.ff.si ager vecti. In contrarium quod etiam vtile[e] firmat gloss.in d.§.sed istæ. & Bartolus & Cyn.in l.si mater.§.eadem. ff. de exceptio.rei iudic.& hoc verius per illum text.in l. si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiu.

40 Quid † autem si actor proponat ius quasi dominij, videlicet publicianā: & tam actor quàm reus probant de titulo proprio & traditione rei, quis obtinere debet, cùm vterque sit in pari causa: distingue, vt habetur in text.glos.in l.siue autem. §.si duobus.ff.de public.

41 Sed † vnum quæro. iste agens proponit disiunctiuè simul ius dominij, vel quasi: an poterit vtrumque simul prosequi, & super vtroque probationes & capitula simul facere? quædam gloss. in dicto §.sed istæ.tenet quòd non.& idem Archid.& Ioan.Andr.in dicto capitul.abbate sanè.& Barto. in d.l. actor quasi vtrumque prosequendo. videtur sibi contrarius.

42 Quid † igitur si prosecutus est causam dominij tantùm, & feratur superinde sententia absolutoria simpliciter, an obstabit exceptio rei iudic. si velit intentare prosequi ius quasi dominij per se in alio iudicio? Videtur quòd sic: quia sententia simpliciter lata, videtur referri ad omnes causas in libello contentas, vt not.glos.in l.hoc enim. in princip.ff.de excusat. tut. In contrarium tenet Archid.& Ioan.And.in d.c.abbate sanè. Idem sequitur gloss.in d.§.sed istæ.& Barto.in d.l.actor. pro qua opin.facit l.minor.§.seruus.ff.de euictio. & est ratio, quia sententia debet referri & restringi ad prosecuta, vt in l.licet, & ibi not.C.de iud.& l.si de certa. & quod no.in l.sub prætextu. C.de transaction. Ex præmissis sequitur quòd si iste actor capitulauit prout communiter fieri solet quòd talem rem emit à tali & quòd ipsam possedit spacio xxx.vel xl. annor. & non probet nisi possessionem triennalem & titulum & traditionem, quòd nihilominus reus debet absolui. Ratio est, quia talia capitula referuntur & respectum habent ad dominium saltem vtile, & sic ad rei vendica. vnde quia ex forma processus apparet quòd prosecutus est ius dominij, licet probet de quasi dominio, & sic in publiciana: tamen debet succumbere, & reus est absoluendus. quia super vtroque non potest fieri prosecutio, vt dictū est, quod est notan. quia multi decipiuntur[f] in hoc.

43 Nunc autem † quæritur, quid si libellus sit conceptus generaliter nulla causa expressa, vt peto talem rem, quam dico ad me pertinere, an procedat iste libellus. Videtur quod non, quia verbum, pertinere, latissimum est & aptum referri ad omnem actionem tam personalem quàm realem, vt l.verbum, pertinet.ff.de verbo.signifi.& generalitas parit

tas parit obſcuritatem.vt l.fidei.in prin.ff.de iure fiſc.vnde ſequitur quòd reus non redditur ex hac forma libelli certus,an cedat vel contendat,quod eſſe debet,vt l.j.poſt princ.ff.de eden.

44 Tu dic†quòd procedit talis libellus & videtur actor deduxiſſe omne ius ſuum vndecunque & qualitercunq; ſibi cõpetens.vt l.ſi mater.§.eadẽ.& l.& an eadẽ.§.actiones.ff.de exceptio.rei iudic. & hanc partẽ tenet glo.in l.j.in princ.ff. de eden. & videtur tex.in c.abbate ſanè.& ibi idẽ ſequitur Io.And.Archid.& Spec.in tit.de cauſa poſ.& proprie.§.ſequitur.Puto tamen quòd reus poſsit petere ab actore cauſam proximã exprimi.nam verbũ,pertinere.põt habere relationẽ tã ad perſonalẽ actionẽ quã ad realem,vt dictũ eſt. ſed nõ poſſe petere exprimi ſpecialẽ dñij tiulum. vt not.gl. in d.l.ſi mater.vendenti q. quod cũ ſequitur gl. & Arc.in d.c.abbate ſanè.licet reus petẽdo in actione reali tit.ſpecialẽ exprimi,ſuũ pedẽ percutiat cũ ligone,vt ait Bul.ſecundũ ꝙ refert Cy.in l. edita.C.de edẽ.& eodẽ modo admittitur petitio generalis in actionibus perſonalibus,vt ſi dicat,peto à tex.in quibus es mihi obligatus.vt l.fin.C.de anna.excep.licet reus poſsit petere ſpecialẽ & remotã cauſam exprimi.vt not.in d.c.abbate ſanè. & in c.j.de lib.obl.& in iuribus.ſ.alleg.

45 Quæritur†ergo ſi reus petat cauſam exprimi, quæ erit illa cauſa quæ erat neceſſariò exprimẽda,cũ ſ.dixerim cuiuſcunq; actionis duplicẽ eſſe cauſam,ſcilicet proximã & remotã.Dic latius quã ſ.dixerim circa princ.huius libelli ꝙ ſi quidem libel.offertur in acti.perſonali:tũc vtraq; cauſa eſt exprimẽda ſcilicet proxima & remota,vel ſaltem remota,quoniã per eius expreſsionẽ infertur ad cauſam proximã.quod verũ eſt,vbi agitur contra eũ qui contraxit vel eius hæredẽ.arg.l.cõſenſu.& l.obligamur.ff.de ac.&oblig.ſecus ſi agatur contra eũ,quia tũc puto vtrãq; cauſam exprimendã.

46 ar.l.fin.ff.pro ſuo.cũ ſim. Si verò†libellus offertur in actione reali tũc cõſiderandũ eſt.quia aut actio realis proponitur pro dominio vtili vel directo,aut pro quaſi dominio,aut pro alio iure ſeparato.Primo caſu ſufficit expreſsio cauſę proximę ſcilicet dominij,puta dicẽdo,peto iſtã rẽ iure dominij.Secũdò caſu requiritur expreſsio cauſæ remotæ,videlicet tituli,ſiue cõtractus, vt dicitur in actione perſonali. cũ eadẽ ſit ratio. nã ex pluribus cauſis cõpetit publiciana.vt l.j.in fin.cũ l.ſeq. ff.de pub.Tertiò aũt caſu verbi gratia agitur quaſi ſeruiana,vel hypothecaria,quæ realis eſt, vt inſtit.de actio.§.itẽ ſeruiana.tũc exigitur expreſsio cauſæ remotæ & ſic idẽ eſt quod in acti.perſonali ex paritate rationis. quia pignus põt conſtitui ex pluribus cauſis.vt C.ſi ob cyro.pe.l.j.cũ ſimil. Idẽ dico in cõfeſſoria & negatoria.quæ cõpetunt pro ſeruitute,eadẽ ratione.vt l.iij.ff.de vſufruc. & l.lucio.ff.de aqua quoti.& æſti.& l.in concedendo.ff.

47 de aqua plu.arc. Quid†autẽ dices de actione mixta puta,petitione hæreditatis.dic idẽ quòd in reali actione quæ pro dominio cõpetit , vt ſuperius dictum eſt,cũ non poſsit quis eſſe hæres , in ſolidũ,niſi ex vna cauſa.vt l. ſi mater.& l. ex ſextante.ff.de excepti rei iudic. In actione autem perſonali in rem ſcripta dicam idem quod in me rè perſonali per eandem rationem, quia ex pluribus cauſis deberi po-

48 teſt. Sed quid † dices, ſi dicat actor in libello talẽ rem ad ſe pertinere pleno iure[a]. dic quòd hæc verba pleno iure denotant ius dominij in libello proponi,vt probatur in l.Titia.ff.de au.& arg.leg.l.ſi Titio. ff.de vſufru.& l.pater.de ſerui.le. & l.ſi tibi.ff.quib.mo.vſuſfr.amit. & in c.quærelã.extra de elect.& l.generaliter.in fin.ff.qui & à quib.ap.li. & cap.cũ inter.extra de rè iu.& ibi per Innocẽ.& adde quod no.in d.l.ſi mater.§.an eadem.ff.de excep. rei iudi. per Bartol.

49 Et nota†ꝙ ſi pendente iudicio in actione reali generaliter propoſita ſuperueniat ius actori quòd nõ competebat tẽpore libelli oblati,ꝙ procedet nihilominus iudiciũ.Et includetur[b] hoc tale ius ſub ipſa generali petitione.vt in d.c.abbate ſanè de quo iure ſuperueniẽte iudicio pendente. no.per gl.& doct.in l.nõ poteſt.ff.de iud.& in d.§.actiones.in actione aũt perſonali generaliter propoſita ſuperueniẽs noua cauſa ſeu nouũ ius, iudicio pẽdẽte, nõ claudetur in ipſa generali petitiõe.quia hęc actio perſonalis determinationem habet certi loci & temporis quo celebratus fuit contractus,ſecundùm Bartolum,vbi ſupra.

50 Tractauimus†hucuſq; certos caſus quibus dominiũ directũ quęritur de iure gẽtiũ,quibuſdã quæſtionibus applicatis.Nũc aũt cõnumerabimus certos alios caſus quibus directũ dominiũ quæritur iure ciuili, qui ſunt v.videlicet per ſucceſsionẽ,per arrogationem,per religionis ingreſſum, per vſucapionem, & per ſententiam iudicis.

51 Capio†primũ modũ qui per ſucceſſionẽ inducitur,qui duplex eſt.Nam vel quis ſuccedit ex teſtamento, vel ab inteſtato.vt patet ff.de hæred. inſtituend. per totum & C.& ff.de ſuis & legi. per totum. Aut ergo quæritur de ſucceſsione ex teſtamento, & per hunc modum quæritur dominium de iure ciuili, quia eius cauſa eſt à iure ciuili introducta,ſcilicet factio & ordinatio teſtamenti. vt inſtitu.de teſt.poſt princip.& in l. teſtamẽti factio ff.de teſta. Aut quę

a *Pleno iure. Adde quod importent hæc verba Franciſ. de Are.conſil. clvj. Ro.cõſi.lxxv. Oldra. ccxx. iiij.Ber.*

b Includetur. *Adde quod alleg. Oldr.conſi. cxcix. Ber.*

a *Corpore apprehendatur. Adde quod ideo vt plurimum in ciuitatibus sunt statuta quòd possessio defuncti cõtinuetur in hæredem: de quorũ vigore vide per Alex.consi.lxxxiij. ij.libro. per Bald.consi.cxiij. Ber. Not. de ingressu monasterij. Not. casus quibus directũ dominium quæritur iure ciuili. Not. de arrogatione & adoptione.*

b *Profitendo regulã. Adde oportere quòd & regula sit approbata & quòd profiteatur in manib⁹ habentis potestatẽ recipiẽdi professionẽ iuxta no. per Cal. consil. xxiij. & xxvij. & xxvj. de regu. per Lapũ alle. cxxix. & Abbat. consi. cxj. ij. vol. Ber.*

c *Forma professionis. Adde quo tuplex sit pfeßio & qualiter fiat domi. Car. cõsil. xxj. Ber.*

d *Quasi. dominiũ. Ad de are. cõsi. xxix. Ber.*

e *Transiuit possessio. Adde Old. consi. cclxvij. Ber.*

ritur de successione ab intestato, & tunc puto quòd hic modus quærendi dominium fuerit à iure gentium introductus. iuxta illud. Si filius, ergo hæres. ad quod facit quòd habetur in §. sui. insti. de hære. quæ ab intest. & ff de libe. & post. l. in suis. & l. cum ratio. in princ. ff. de bo. dã. vnde iste modus congruè potest adaptari cum alijs præcedentibus modis quibus dictum est dominium quæri de iure gentium. sed licet per successionem dominium quæratur, non tamen possessio quæritur, nisi
a corpore apprehendatur [a]. vt l. cum hæres. ff. de acquir. poss. nec huic repugnat quod de pos. dicitur in l. cum miles. ff ex qui. cau. ma. quia ibi loquitur quò ad complendum vsucapionem iam cœptam in quo casu fingitur possessio continuari in hæredem, secus autem quo ad alia

52 Secundus † modus à iure ciuili, introductus quærendi dominium directum est per arrogationem, vel adoptionem, de quo loquitur. inst. de acqui. per arro. per totum. & in l. cum in adoptiuis. C. de adop.

52 Est autem † arrogatio vel adoptio actus quidam legitimus per quem quis efficitur filius qui secundum naturam non erat vt in dictis iuribus comprobatur. Arrogatio autem fit de eo qui est sui iuris, sed adoptio fit de eo qui est in alterius potestate, vt in l. j. & ij ff de adopt. & in d. l. cum in adoptiuis cum similibus.

54 Non tamen † credas quòd quælibet persona possit sibi in filium aliquem arrogare, vel adoptare, nec quòd quilibet possit adoptari, vel arrogari. Vnde de hoc vide quòd habetur in l. j. in fi. & in l. si pater. §. fin. & l. nec ei permittitur, cum simi. ff. de adopt. & quod no. Azo in summa. C. de adoptioni. Exigitur enim causæ cognitio hincinde maximè in authoritate præstanda. nam arrogatio fit principis solius authoritate: vt l. ij. in princip. ff. de adop. adoptio verò fit authoritate cuiuscunque inferioris magistratus habentis merum & mixtum imperium. vt l. j. C. de adop. facit institu. de adoptio. in princip. & institut. quibus modis. testa. infirm.

55 in princip. Per quæ † patet quòd multæ arrogationes & adoptiones quæ fiunt in Monte ferrato & Pedemontium nullius sunt momenti, quia in eis non interuenit debita causæ cognitio, nec superioris authoritas. facta autem arrogatione vel adoptione, trãsibant olim omnia eius bona pleno iure in patrem arrogatorem, vt l. si pater. in prin. ff. de adopt. hodie autem in filio arrogato transeunt, quo ad vsum fructum tantum ad similitudinem filij naturalis. vt insti. de acqui. per arro. post princi In filio verò adoptato per extraneam personam nihil transit nec bona nec persona. vt d. l. cum in adoptiuis & in d. §. sed hodie. instit. de adopt. & quia iste modus multũ nõ est in vsu & rarissimè de facto cõtingere vidi: ideo nõ psequor.

56 Tertius † est modus acquisitionis [redacted] s. vt in authen. ingressi. C. [illegible] san. eccl. & in authen. si qua mulier. eo. ti. & in authenti. de mona. §. illud. facit c. si. extra de succes. ab intest. & in c. ad monasterium. extra de sta. mo. xxviiij q. ij. c. qui ingredientis. & in c. si qua mulier. cum simi. Quod intelligo verum quando ingressus solenniter cum proposito renunciandi seculo
b & profitendo regulam [b]. quia non habitus sed professio facit monachum, vt in d. c. porrectum. extra de regula. & transeuntibus ad religio. & in c. consuluit extra ne cleri. vel mo. cum simi.

57 Forma † autem professione [c] est, vt cancellatis
c manibus in præsentia abbatis, vel alterius monachi dicat profiteor me velle seruare regulam istã totis temporibus vitæ meæ, vt in c. vidua. xx. q. j. & deinde ponatur sibi vestis monachalis, vt not. d. c. porrectum. acquiritur autem isto casu ecclesiæ ipso iure omnium bonorum plenum dominium sine alia traditione fauore ecclesiæ. vt l. fin. C. de sacrosanctis ecclesijs. & in dicta authentic. ingressi. cum simi. Non idem est dicendum in quasi dominio pro quo datur publiciana, imò in eo requiritur traditio in ecclesia sicut in priuato, vt tenet Speculator. in titulo, de loca. versicu. xvij quia lex scripta in dominio non debet extendi ad quasi domi-
d nium [d]. arg. l. si verò. §. de viro. ff. so. ma.

58 Quid † autem dices in possessione an transibit in ecclesiam sine apprehensione. gl. in d. l. fi. C. de sac. sanc. eccle tenet quòd non. alibi glo. Ioan. in d. c. si qua mulier. xviij q. iij tenet quòd sic. Tu autem pro concordia distingue sic. Aut res alienatur in ecclesiam per dedicationem seu professio-
e nem, & tunc transiuit possessio [e] in ecclesiam sine traditione, vel apprehensione. ita loquitur glo. in d. c. si qua mulier. aut res alienatur alio titulo, puta donatione vel venditione, & tunc licet transeat dominium, tamen non transit possessio: & ita procedit glo. l. fin. de sac. sanc. eccle.

59 Præmissa † autem quæ dicta sunt intellige vera de ingrediente religionem aliquam in qua non potest habere quis proprium in singulari, sed solum in communi, vt sunt regulariter monachi: secus si ingrederetur ecclesiam in qua possit habere proprium in communi & in singulari, vt sunt

isti

isti canonici,& presbyteri sæculares: quia tunc non transiret dominium in ipsam ecclesiam sed adhuc remanet penes ingredientem,vt in l.sacro sanctas.& in authẽ.presbyteros.C.de episcopis & clericis. Et facit xij.q.j. c. sunt manifesta. & xij. q.iiij.c.j.& ij.& extra de pecu.cle.c.j.&, in c.inquirente.

60 Sed † quid si aliquis ingreditur solenniter religionem monachalem hoc pacto & conuentione quòd eius bona non acquirantur monasterio ,sed sibi pleno iure remaneant,quęritur an ingressus vitietur [a] seu sola retentio bonorum,& an vtrunque?Et certè quantum ad bona pertinet , clarum est quòd non valet bonorum retentio,sed vitiatur omnino ,quia est contra substantiam monachatus, vt in c.cum ad monasterium.extra de sta.mo.

61 Relinquitur † ergo sola dubitatio circa personã, an ingressus ex hoc vitietur.super quo variæ sunt opi.gl.& doct.vt refert Cy.& Iac.But.in d.auth. ingresi.C.de sacrosan.eccle.& tangitur istud dubium in gl.d.authen.ingresi.& in gl.l.per seruũ. in fi.ff.de vsu.& ha.& in c.fi.extra de condi.app. & in c.insinuante.extra qui cle.vel vo.& ibi Inno. & Ioan.Audr . Conclusiuè autem sic dicendum est:quòd aut retentio bonorum in conditione fit quò ad ipsum ingressum,verbi gratia,dedico me si mihi liceat retinere bona mea,aut in sola conuentione seu exceptione,vt puta,dedico me sine meis vel quòd mihi licitum sit mea possidere.

62 Primo † casu vitiatur ingressus,quia actus illius ingressus magis sapit naturam contractus inter viuos quam vltimę voluntatis.Ideoque conditio ista tanquam impossibilis de iure,vitiat ingressum,sicut contractum,vt l.non solum ff.de act.& obli.& in §.si impossibilis.insti.de inuti.stip.& ita intelligitur glo.iuris canonici.præallegata.

63 Secundo † casu subdistinguitur.aut fit ista deductio bonorum incontinenti simul cum ingressu,& adhuc ingressus vitiatur,quasi talis ingressus contineat in se repugnantiam,cum talis retentio bonorum sit contra substantiam ipsius ingressus.vt s.dictum est.aut fit ex interuallo,& tunc tenet ingressus & retentio vitiatur.Facit pro hac distinctione tex.in l.j.§.j.ff.si vsufr.peta.& l.iiij.§.si loci. ff.de adimen.le.& l.per seruum.in fi.de vsu.& ha.

64 Quid † autem dicemus si ingressus vitietur propter vxorationem,an vitiabitur dedicatio bonorum.vt ecce quidam habens vxorem sine voluntate vxoris dedicauit se & sua bona,vxor repetit virum,quod facere potuit,vt in c.quidam.& in c.sanè.cum simi.extra de conuer.coniug.vnde ingressus remanet vitiatus.an bona restituentur ipsi viro,vel manebunt apud monasterium.Ista quęstio est multum reuoluta tã apud antiquos quã apud modernos.vt refert Cy.i d.auth.ĩgresi.& diuersi

45 modè distinguitur. Pro † cuius tamen solutione dic secundum sanã & ęquiorem opinionem. Aut ingrediens errauit putans ingressum tenere , aut sciuit ingressum non tenere.Primo casu bona sibi restituentur tanquam in eis vitietur dedicatio , & sit ratio,quia cum ipsum monasterium succedere debeat istis bonis tanquã filius,vt in auth.nisi rogati.C.ad Tre.quę filius nõ est habiturus propter defectũ ingressus,meritò sequitur quòd collata in ipsam monasteriũ tãquã filiũ, quẽ filiũ esse credebat,qui nõ est,reuocatur,vt l.si pater.C.de hær.insti. & l.eam quã.C.de fideicõ. Secun-

66 do † verò casu quando sciebat ingressum nõ tenere,& tũc subdistinguitur,aut bona sunt dedicata sub cõditione expssa,si ingressus teneat, & tunc vitiato ingressu consequẽter vitiatur dedicatio bonorũ tãquã cõditioné defecta.ar.l .si militẽ.C.de cõdi.ob.cau.cum si.aut sunt dedicata purè & simpliciter,tacitè vel expresse.& tũc non vitiatur dedicatio bonorũ.nec fit eorum rest.quasi videatur ille iactare & donare.ar.l.j. ff.de condi.inde.& l.cuius p errorẽ. ff.de reg.iur.Sunt tamen aliqui qui voluerunt hoc casu aliter distingue re dicendo, aut bona fuerunt dedicata expresse,aut tacitè . rccurrunt ad illam viam brocardicam ; an vitiatio expresso,vitietur tacitum.de quo notat. per Cyn.& alios docto . in dicta authentic.ingresi.& l.item sic.§. qui habet.ff.de seruit.rustic.prædio. tene primam.

67 Sed † circa prædicta quæritur quid iuris de conuersis,qui assumunt habitum simplicem conuersorum & vxores retinent , & bona , vt bighinis & fratribus gaudentibus[b].Dic breuiter quod tales non sunt religiosi,sed solũ eximuntur à iurisdictione seculari.vt habetur.& not.in clemen.extra de reli.do.& xij.q.j.c.duo sunt genera . & not.per Bartol. in l.ij. ff. de iureiuran. & per Ioan.Andr.in clem.cum ex eo. in princ.extra.de sent.excom.

68 Habes † ergo ex præmissis vnum amplum ecclesiarum priuilegiũ, [redacted]

a *V it[redacted]r. [redacted]dde quæ posui in auth.ingreß.in ... ad Bart.i[redacted] impre[redacted].de tertis.& quando mon.... posui habere [redacted]prium vide per Cal.consi.ij.de regula. Ber.*

b *Fra[redacted]bus gaudentibus.Not.quòd milites gaudentes non gaude[redacted] clericorũ priuilegijs.& ideo tenentur ad collectas vil. cir. circa fin . ff. de mune.& honor . ita Bart.C. de testa. mili. l.idem Specul.titu.de stat .mon. quod illi qui exercẽt aliquam hospitalariam,& habent propriũ & de vxo.nõ defendi ab ecclesia tanquã persona ecclesiastica nisi de epi authoritate sint recepti quod imo rector hospitalis sit persona ecclesiastica tenet spe. in. d.tit. versi. xxxvj. & sic gaudẽt priuilegio clericali . xxviij. q.j.vt text. xj.quæst.j. aliud.extra de sen.exc. c.parochianos. xij. q. duo sunt.et c.quisquis. xvij.q.iiij. alleg. x.vij. quæst.iiij.in gl.ordi.in verbo ecclesiasticis.igitur ad suũ iudicẽ ecclesiasticũ toto pcessu formato cõtra ipsum est remittendus.vt c.si iudex laicus.de sen.excõ.lib.vj.nec põt reuerẽter sine pœna canonis ipm retinere &c.Adde an bighini & assumentes aliquem habitum conuersorum gaudeant priuilegio clericali.Anto.de Butri.consi.xix. Cald.consi. vij.de iudi.d.Car.consi.xij.Ber.*

[redacted], vt ecclesia non teneatur ad expēsas murorum ciuitatis, quanquam teneatur ad refectionem pontium & viarum, vt nota. in l.ad instructionem. C. de sac.sanct.eccle.& in c.fin.extra de immu.eccle.quod est falsum.Imò etiā tenetur ad expensas murorū maximè si muri fiant potius ad necessitatem quam ad ornatum[a], vt probatur per tex in d.l.ad portus.C.de oper.publ. quam sententiam sequitur Iac.Butr. in d.l.ad instructionem. Et pro hac opinio.facit, quia ecclesia tenetur ad expensas custodiæ ciuitatis.vt in c.ij. extrà de immun.eccles.ergo eodem modo ad expensas murorū, quæ fiūt

69 ꝓpter custodiā eius. Quartus † subijcitur modus acquisitionis per vsucapionem. Est autem vsucapio acquisitio dominij per legitimi tituli interuentum & possessionis continuationē spatio & tēpore à lege diffinito. vt probatur & nota. in l. vsucapio.ff.

70 de vsucapionib. Et notanter † dixi per vsucapionem quæritur directū. vt l.traditionibus.C. de pact.ad differentiā præscriptionis longi vel longissimi temporis.nam per illam non quæritur dominium directum, sed vtile tantùm, vt supra dixi: & probatur in l. si quis emptionis.§.sed & si quis.C.de præscriptionib.xxx.vel xl. annor.& not.per gloss.& docto, in d. l. vnica. Circa quem modum acquisitionis de pluribus esset videndum. de quibus vide quod scripsi. ī. circa responsionem libelli in gloss. super

71 verbis pręscriptionis. Quintus † modus sub infertur, qd fit per sentētiam iudicis[b] circa quem modum sic est distinguendum: aut sententia fertur in actione reali, aut personali. Primo casu per sententiam non transfertur dominium: quia iudex simpliciter declarat cuius est dominium.vt l.ex diuerso.ff.de rei vend.non autem agit disponere vel dominium de uno in alium transferre: meritò vltra eius intentionem sententia non operatur.l.non omnis.ff.si certum petatur. l.si cùm argentum. in princip. & l.si ex testamento.in fin.ff.de exception. rei iudicat.& hoc sequitur.gloss.in l. inter officium.ff. de rei vendication. licet alij contra. vt plenè nota.Cyn. in l.ij, C. communia vtri.iud.Secundo

72 † autem casu sententia transfert dominium propter rei iudic.authoritatem. vt l.ij.in fin.ff. ex noxa.causa agatur. & l. generalitatem. & l. quæ ex pluribus.ff.de noxalib.& not.per gl.institut.de offi. iudi.§.final.& leg.Pomponius.§. si iussu. & ibi per Bartol.ff.de acquirend.possessio.cum similib. pro quo optimè facit text.in l.& si quis §.j.ibi & dominium habeatur. & in capitul. final. de religios.& sum.fune. Dicam de hoc infra in rubric.de forma sententiæ diffinitiuæ.

[a] *Quam ad ornatum.* *Adde vidēdum. Cal. cōsi.ij de cēsi. & Anc. consil.xcv. Ber.*

[b] *Sententiam iudicis.* *Ad de Alexan. cōsil.lxxxvj.ij.volu.*

EPITOME.

1 *Titulus legitimus quis dicatur?*

2 *Contractus redditur nullus tribus modis principaliter.*

3 *Contractus ratione defectus formæ, multipliciter efficitur inutilis. & numer. 4. & 5.*

6 *Contractus inutilis redditur ratione defectus personarum contrahentium, quod pluribus modis contingit.*

7 *Infans regulariter nec contrahere, nec obligari potest, duobus casibus exceptis.*

8 *Maior infante an contrahere, vel obligari possit?*

9 *Sola tutoris authoritas non sufficit, vt contractus teneat in alienatione rei immobilis impuberis: sed exigitur decretum & authoritas iudicis.*

10 *Pupillus, vel minor læsus in contractu alienationis rei suæ immobilis quantumcunque solenniter factæ, potest restitui in integrum, & numer. 11.*

13 *Contractus filijfamiliâs quando sit validus, & quando inutilis? & numer. 14.*

15 *Seruus contrahens cum extraneo, an ex eo contractu obligetur, & contractus teneat?*

16 *Dominus an obligetur ex contractu per seruum, cum extraneo gesto?*

17 *Contractus per mutum, aut surdum gestus, an teneat: & numero 18.*

19 *Contractus per furiosum sine iudicis, ac curatoris authoritate gestus, non tenet ipso iure.*

20 *Furiosus an per seipsum acquirere possit?*

21 *Quæ dicuntur in iure de furioso intelligenda sunt locum per omnia habent in mentecapto. Et quis dicatur mentecaptus?*

Furiosus & prodigus à iure æquiparantur.

22 *Persona aliquando à lege prohibetur contrahere, aliquando ab homine.*

23 *Forensis, qui prohibetur à lege municipali, siue statuto emere, aut contrahere, an ex successione prohibeatur acquirere? Idem quæritur de muliere, & filiofamiliâs & numero 24.*

25 *Statutum in sua ciuitate tantæ est potestatis, quantæ est ipsa lex communis in suo vniuerso.*

26 *Qui prohibeantur de iure communi, siue per legem contrahere.*

27 *Medicus an possit contrahere cum suo infirmo, aduocatus cum clientulo, hæres super re hæreditaria?*

28 *Dominium rei traditæ ex contractu inutili an transferatur?*

Iudex

29 Iudex per sententiam potest prohibere personam ne contrahat.
30 Arbiter an per sententiam possit prohibere personam, ne contrahat?
31 Contractus factus contra voluntatem testatoris, an valeat? & numer. 32.
33 Illi quorum causa testator prohibuit fieri alienationem, si eidem alienationi consentiant an teneat?
34 Nepotes testatoris an poterunt reuocare alienationem per eorum patrem factam contra voluntatem dicti testatoris?
35 Personæ, quarum gratia prohibitio alienationis facta est, an poterunt inter se inuicem vna alteri alienare?
36 Persona prohibita contrahere inter viuos, si contrà faciat an tenebit contractus?
37 Qualiter succurratur illi qui pactus est rem nõ alienari, contra ipsum alienantem?
38 Ad impendendam dominij translationem, potentius operatur prohibitio testatoris quàm contrahentis.
39 Modus an possit dari per quem in contractu possit impediri dominij translatio?
40 Quæ personæ prohibentur alienare ratione delicti.
41 Hæreticus an possit contrahere, vendere, vel alio modo alienare?
42 Excommunicatus ab omni administratione publicæ suspensus est: super suis autem rebus potest disponere prout vult.
43 Excommunicatus an possit facere testamentum?
44 Apostata quis dicatur? & an possit facere testamentum & contrahere: & numer. 45.
46 Iudæis & Sarracenis an liceat contrahere cum Christianis?
47 Christianus an liceat propria authoritate vsurpare, & accipere res infidelium?
48 Crimen læsæ magestatis quod dicatur?
49 Filij eius qui damnatus est læsæ magestatis crimine, omni successione priuantur: fiuntque infames. & taliter delinquens statim commisso crimine fit intestabilis.
50 Damnati alio crimine, quàm læsæ magestatis, an possunt contrahere, & testamentum facere? & numero 51.
52 Alienatio præcedens delictum, vel contractus an reuocari debeat crimine perpetrato, & secuto?
53 Fraudem interuenisse in alienatione quæ præcedit crimen, qualiter probetur? & numero 54. 55. 56. 57. & 58.
59 Donatio causa mortis facta per delinquentem extraneæ personæ, reuocatur indistinctè lata sententia condemnatoria. Et quid si facta fuerit vxori?
60 Alienatio facta post delictum commissum, & ante accusationem porrectam, an teneat?
61 Alienatio facta post accusationem, ante tamen litem contestatam. Item si post litem contestatam fiat ante tamen sententiam, aut demum post sententiam latam an valeat? & nume. 62. & 63.
64 Ante sententiam latam fiscus, in pœnis nullum ius habet hypothecæ, sicut in contractibus.
65 Persona aliquando prohibetur contrahere ratione fragilitatis sexus. Et an indifferenter?
66 Contractus qui prohibetur ratione defectus rei super qua celebratur redditur inefficax principaliter ex duobus. & numero 67. & 68.
69 Rei ecclesiasticæ siue mobilis sit, siue immobilis alienatio, nisi interueniat certa solennitas, non valet.
70 Forma tractatus qui requiritur in alienatione rei ecclesiasticæ. Et an vnicus sufficiat, an verò plures sunt necessarij? & numero 71.
72 Quæ dicta sunt requiri in alienatione rei ecclesiasticæ, intelligenda sunt de alienatione perpetua, non verò de locatione.
73 An per solum instrumentum alienationis rei ecclesiasticæ probetur solennitates & tractatus interuenisse in dicta alienatione?
74 Consuetudo potest facere vt minor solennitas, quàm quæ requiritur de iure, sufficiat in alienatione rei ecclesiasticæ.
75 Alienatio rei ecclesiasticæ omissa omni solennitate, an valeat?
Alienatio solenniter facta in qua ecclesia est multùm læsa, an possit reuocari, & infra quod tempus?
77 In alienatione rei ecclesiasticæ an sufficiat authoritas inferioris, an verò superioris requiratur?
78 Actio siue realis, siue personalis, competens ecclesiæ, an possit cedi, vel alienari sine solennitate? Et an actiones inter res mobiles, vel immobiles computentur?
79 Fundus dotalis an possit alienari?
80 Electio in dubio an præsumatur esse veri soluendi vxori soluto matrimonio rem vel eius pretium, an verò vxoris petendi quod velit?
81 Res litigiosa an possit alienari?
82 Res vt efficiatur litigiosa, an necessaria sit litis contestatio, an verò sufficiat libelli oblatio?
83 Alienans rem vel actionem litigiosam punitur.
84 Alienatio rei ciuitatis an valeat?
85 Alienatio rei non litigiosæ, facta tamen spe futuræ litis, an valeat?
86 Contractus prohibetur ratione turpitudinis.

a 1 VERIS ac legitimis [a] titulis. Est enim † legitimus titulus qui lege iuuatur & approbatur: vt l. legitima. ff. de pactis. quod est quando in eo concurrunt sua

a Veris ac legitimis titulis. Quot modis accipiatur titulus. vide per Alex. in l. j. ff. si cer. pe. Fran. Cur.

substantialia. vt in l. consensu. & l. obligationum. ff. de actionibus & obligat. Ille verò titulus qui reprobatur à iure non est legitimus sed pro nullo reputatur. vt l. ij. & l. fi. C. de vsucapio. pro empto. & l. nullo. C. de rei ven. & facit l. si nulla. et l. in prob. C. de acqui. possessio. cum simili. Et notanter dicitur legitimis ti. quia nuda traditio sine vero titulo, vel saltẽ putatiuo non facit transire dominium, nec causam præstat præscribendi. vt d. l. nulla. cum similib. et de acquiren. rerum domi. l. nunquam nuda. Reddi
2 tur † autem contractus minus legi
a timus [a] tribus modis principaliter. Primo casu ratione defectus formæ vel consensus, vel propter accidens aliquod seu adiũctum. Secundo principaliter ratione defectus personarum contrahentium. Tertio ratione defectus rei super qua fit cõtractus.
3 Ratione † namq; formę, contractus efficitur inutilis multipliciter: vt patet in contractibus qui verbis contrahũtur, vt est stipulatio. Nam si responsio præcedat interrogationem vitiatur stipulatio. vt ff. de verborum obligationib. l. j. §. j. vel si ad interrogata nõ adaptetur responsio. vt insti. de inuti. stipu. in §. præterea. Item et ex defectu consensus, vt patet in contractibus qui re contrahuntur, vt de posi. commo. vt institu. quib. mod. re. contra. obli. per totum. et in contractibus qui solo consensu contrahuntur. vt locatio, venditio, et simil. vt in stitu. de obligatio. quæ ex consen. per totum. Nam si omnibus his deficit consensus contrahẽtium, contractus inutilis est. vt ibi. et l. in venditionibus. in princip. ff. de contrahen. empt.
4 et l. quid tamen. eod. tit. Item † etiam est exemplum in contractibus simulatis, in quibus valet quod agitur tacitè non quod expresè concipitur. quia in expresso deficit consensus. vt l. j. et ij. C. plus valer. quod agitur. et l. imaginaria. ff. de regulis iuris. et l. nuda. ff. de contrahen. emption. Adeo quòd ex tali imaginario contractu non transit dominium, ibi. sed possessio bene transit: quia in illa transferenda non requiritur titulus vel causa. l. j. §. si vir. ff. de acquirend. possessio. licet ipsa translatio possessionis præsumitur simulata si contractus esset simulatus. argument. l. cum proponas. C. si quis alteri vel sibi. quod tenet Bartol. in l. emptio.
5 ff. de aqua pluuia arcend. Item † eodem modo redditur inutilis ratione alterius accidentis vel adiuncti. vtputa quando contractus adijcitur conditio impossibilis de iure, vel de natura, seu de facto vt l. non solum. ff. de actionibus & obligationibus. & institut. de inutil.
6 stipul. §. sim possibilis. Dixi † secundò quòd ratione personarum contrahentium redditur inutilis contractus, quod quidem varijs modis contingit. Primò ex defectu ætatis. Secundò ex defectu suæ potestatis. Tertió ex defectu naturalis sanitatis. Quartò ratione prohibitionis. Quintò ratione
7 delicti. De primo † contingente ex defectu ætatis, patet exemplum in infante. cuius ætas quicquid videt ignorat. vt l. j. in fine. C. de fals. monet. hic enim regulariter contrahere non potest nec obligari. l. j. in princi. & l. si minor. ff. de verborum obligationibus. & in l. j. §. furiosum. ff. de actionibus & obligationibus. & institut. de inutil. stipulatio. §. pupillus. Fallit in duobus casibus. Primus est in stipu. rem pupilla. sal. fo. vt l. seruum. ff. rem pupil. sal. fore. Secundus est in obligatione quæ nascitur ex negotio vtiliter vel necessario gesto. vt l. furiosus. ff. de actionibus & obligationibus. Quinimo nec ex delicto infans obligatur. vt l. quòd infans. ff. de rei ven. & l. infans. ff. ad legem cornel. de sic. De his not. per gloss. in l. pupillus. ff. de re. iu. & l. j.
8 ff. de noua. In † maiore autem infante distingue aut est proximus infantiæ. & tunc idem ferè per omnia dicendnm est quod in infante supra, dixi. vt in d. §. pupillus. cum similib. institu. de inutil. stipulat. & not. in dict. l. pupillus. de regul. iur. Aut est proximus pubertati, & tunc est idem dicendum quod in impubere. in quo impubere distinguit. gl. in d. l. pupillus. de regulis iuris. quia aut contrahit cum suo tutore eius authoritate, & tunc est con-
b tractus nullus [b]. vt in l. j. post princip. & l. pupillus. in §. item ipse. ff. de authorita. tutor. Aut contrahit cum suo tutore alterius contutoris authoritate, & tunc valet contractus. vt d. §. Item ipse. Aut contrahit cum alio quam cum tutore & tunc si quidem coutrahit sine tutoris authoritate tunc contractus est nullus. vt l. obligari. in principio. ff. de authoritate tutorum. & institut. de authoritate tutorum. in principio. & in §. sed neque. Aut contrahit cum authorita. tuto. & tunc valet contractus. vt institut. de authorit. tuto. post princip. & l. impuberes ff. de authorit. tuto. & l. clarum. C. de authorita. præst. dumtamen authoritas sit legitimè interposita, aliter pro non interposita habetur. vt l. j. in fi. & l. ij. & l. obligari. §. tutor. ff. de authoritate tutor.
9 Hæc autem † vera sunt nisi fieret contractus super alienatione rei immobilis ipsius impuberis, quia tunc sola authoritas tutoris non sufficit, vt contractus teneat. sed exigitur etiam decretum & authoritas iudicis, aliàs contractus esset nullus. vt in l. magis puto. § nec passim ff. de rebus eorum & C. de prædijs minorum. l. ij. & l. non solum. et l. minorum. et lege prædiorum. cum similibus. Licet factus maior venditionem factam sine decreto possit expresse confirmare. vt C. si ma. fa. alie. ra. ha. l. fi. lib. v. Et etiam tacitè confirmaret si post. xxv.

a Minus legitimus. Adde an minus legitimus titulus excuset à fructibus do. Car. cõsil. xxx. & lviij.

Not. de contractu inutili ratione ætatis vt in infante.

Not. de maiore infante.

Not. hic de patre cõtrahente cum filio.

Quando dominus obligatur ex contractu, serui.

b Nullus. Adde qd Arg. inclinat qd contractus valeat, sed si inuenit se deceptũ, potest petere restitutionem in integrum, ita dicit eius consil. xcv. Ber.

post.xxv.ann.taceat per quinquenniū continuū.vt l.fi.C.si maior fact.ven.sine decreto.quod est not.
10 Illud † tn̄ est etiā per te memoriæ cōmendandū quòd in omnibus casibus in quibus dictū est contractum factū cum pupillo, vel minore tenere, si apparet quòd ipse minor ex huiusmodi contractu vel venditione de re sua immobili quātuncunque solenniter facta, lædatur: pōt petere rescindi per beneficium restitutionis in integ. huiusmodi contractum & venditionē. vt l. in causæ.§.interdū.ff. de mino.& l.etiā.& l.fi.C.si tut.vel cu.interue.& l.
11 fi.C.si aduer.vē.cū ti.se.Vbi † aūt esset maior pubertate, minor autem xxv.an. tunc dic per omnia vt dictum est in impubere habēte tutorē.vt l.cum & vos minores.C.si aduer.rem iudic. Aut nullum habet curatorē, & tunc tenet venditio,& quilibet alius contractus ab eo gestus: sed tamē si ex eo sit læsus pōt petere se in integ.rest.vt ff.de minor.l.j. & per to.tit.& C.si aduer.ven.l.j.cū alijs titul.seq. nisi iurauerit nō venire cōtra cōtractū.vt in auth. sacramenta puberum.C.si aduer.ven.de quo aliàs
a dicemus[a],& vide quod not.ibi per glos.& doctor.
12 Quid † autē sit infantia,pupillaris ętas,pubertas, adolescentia,senectus,& ętas decrepita,& quid sit ętas proxima infantię, quid ꝓxima pubertati.vide quod not.per gloss.inst.de inuti.stipu.§.pupillus.& in c.j.de pace iura.firman.col.x. & per Arch.in c.j.
13 de cle.cōiug.lib.vj.Venio † nunc ad secundū principale,quod est quando contractus redditur inutilis ex defectu propriæ potestatis. cuius exēplum est in filiofa.& seruo,contrahentibus cū eorum patre,vel domino. & in monacho vel alio religioso. Et quidē si filius contrahat cū patre, aut est emācipatus,& valet omnis cōtractus inter eos habitus vt l.fi.C.de in ius voc.& no.in l.lis nulla.ff.de iudi. aut est in potestate,& tunc aut cōtractus celebratur super re profectitia,vel aduētitia,& contractus
b est nullus, licet obligatio naturalis[b] tunc oriatur: aut super castrensi,vel quasi,& tūc tenetur.& hęc habētur per doct.& gl.in l.frater à fratre.§.j.ff. de conditio.indeb.& l.siue emancipatus.C. de donat. quia in peculio castrensi,vel quasi,reputatur filius tanquā paterfamilias.& sui iuris. vt in l.j.in fin.& l.iij.ff.ad Mace. aut contrahit cū extraneo,& tunc aut contrahit cum alio fratre suo in eadē potestate constituto. & idē dic quod in patre per d.l. frater à fratre.aut contrahit cū alio penitus extraneo et tūc tenet omnis contractus cū eo habitus regulariter.vt l.si quis cum filio.ff. de pec. et l.tam ex contractibus.ff.de iu.et in l.filiusfa.ff.de action.et
14 oblig.Fallit † in mutuo. vt C.et ff. ad Macedo.et in voto: vt l.si quis rē.in §.voto.ff.de pollicit. licet
15 iste casus non pertinet ad cōtractus. Si † verò seruus contrahit cum domino suo,tunc nulla nascitur ex eo efficax actio,sed sola naturalis obligatio.l.si id quod dominus.ff.de condi.indebi.et insti.de inuti.stipul.§.item inutilis.Vbi autem contrahit cū extraneo,tunc aut contrahit acquirēdo domino suo, et tenet contractus.vt insti.de stipu.ser.per totum. aut contrahit alienando, et se obligando. et tunc non tenet contractus,sed naturaliter tantum obligatur.vt l.in personam.ff.de reg.iur. et l.nec seruus.ff. de pec. et l.serui.ff. de actio.et oblig.Fallit in casibus no. in l.iij.C.an seruus ex suo facto. Do
16 minus † autem ex contractu gesto per seruum cum extraneo obligatur ciuiliter et naturaliter, solum modo de peculio etiā inuitus.vt l.si quis seruum.in fin.ff.de pecu. tenetur etiam quod iussu, si iussisset seruo vt contraheret.vt ff.quod iussu.l.j.et ij.Item tenetur de in rē verso, si seruus vertisset in vtilitatē ipsius domini.vt ff.de in rem verso.l.j.et ij. et hoc generaliter.Fallit tamen in aliquibus casibus in dictis titulis annotatis. Vbi autem monachus vel religiosus contrahit,
c vel testator,non valet cōtractus[c] nec testamentum. vt in authent.ingressi. C. de sacro.sanct.eccles.et xviij.q.iij. in c.qui ingredientibus. et in c.si qua
17 mulier.cum simil. Transeo † ad tertium principale quando contractus redditur inutilis ex defectu naturalis sanitatis:cuius exempla inueniuntur in muto,surdo à natura, prodigo,furioso,et mentecapto.Quæritur ergo primó quid iuris sit in muto,an teneat contracttus gestus pereum:dic aut contrahit acquirendo,aut se vel sua obligando. Primo casu aut per eum geritur contractus in quo requiritur de substantia eius verborum expressio, vt stipulatio: & tunc non tenet huiusmodi contractus.vt l.j.in princ. ff.de verborum obligationi.& insti. de inutil.stipulat.§. mutum. & ff. de actionib.& obligationi.l.j.in fin.Aut gerit contractum in quo sufficit solus consensus, vt est vēditio, emptio & locatio, & similes. et tunc tenet contractus.vt l. in quibuscunque negotijs.ff.de actionibus et obligation. et not.in l.vbi non voce.ff. de regul. iur. Et idē dic per omnia seruandum in surdo per iura prædicta. Secundo
18 † verò casu cùm cōtrahit se vel sua obligando, tunc distinguendum est, aut tempore contractus habuit curatorem,et non tenet alienatio,vel obligatio, nisi curatoris authoritas et iudicis decretum intercesserit, vt probatur in dicta l.cum et vos minores.C. si aduer.rem iudicat. l.si curatorem habens.C. de in integr. restit. mino. et facit l.consilio.in princip.et l.iul.ff.de cura.furio. et C.eodem tit. l.ij.et instit.de cura.§.item. Aut nūllum habuit curatorem, et tunc aut gerit contractum verborum, et non valet contractus.per d.l.j. in princip.

a *Dicemus. Adde qua ibi ponam.*

b *Obligatio naturalis. Adde quòd Francis. de Are. sequitur op. Bar. contra Bal. quòd ex donatione facta per patrem filio, oriatur naturalis, & per consequens firmetur iurisdictio, vide eius consil. lxxvij.*

Non valet cōtractus. Adde quod monachus pōt obligare bona monasterij pro expensis studij. vt voluit Abb. consil. lxxxviij. & ibi vide an inter ipsum & prælatū possit fieri obligatio. vide ad materiam Cald. cōs. j. de sol. & an monachus æquiparetur seruo, vel filiofamilias. vide Ang. consil. xcj.

a *Furioso. Adde qualiter probatur furor, & an semper durare præsumatur, & an valeat eius obligatio per Alexandrum consilio cxlj. j. volumi. late Andr. Sicu. consi. lx. quid de demente. per Anchara. consilio mihi xxxvij. per Fulgo. vbi vide quid de contractu inebriati. Bern.*

c *Emere. Adde an appellatione forensis veniat mulier alibi nupta domi. Card. consil. lxxxv. & ibi vide de statuto prohibente alienationem in forensem de quo per Fulgo. consil. ccxv. & per Roma. consil. cccccix. & ibi vide an stante prædicto statuto, si fiat donatio immobilium forensi debeatur saltem æstimatio & an contractus validetur si fiat statutũ quòd forẽsis possit acquirere. & vide de hac materia in cõsilio Bald multa quæ credo potuisse in l. cunctos populos. in apo. ad Bartol. Bern.*

cum simili. Aut gerit contractum alium, & tunc valet. arg. d. l. si curatorem habens. & quod ibi notatur

19 cum simi. † In furioso [a] autem qui seipsum percutit, & alios, vt l. congruit. in fin. ff. de offic. præsid. dicendum est quòd cùm iste accipiat ipso iure à lege curatorẽ. & per consequens à iure fit eidem interdicta potestas alienãdi. vt no. gl. inst. de cura. §. furiosi. & ff. de curatore furio. l. j. in prin. fine iudicis ac curatoris autoritate non tenet, vt in iuribus

20 proximè alle. An autẽ † possit acquirere per seipsum dubitatio est. tamen est distinguendũ, aut gerit contractum qui re cõtrahitur, vt mutui vel depositi, aut verbis vel consensu. Primo casu tenet contractus. vt l. si à furioso. ff. si cer. pe. Et idem in quibuslibet casibus, quibus alij sanę mentis ignoranti obligatio queritur. vt l. si à furioso. ff. de ac. & oblig. In secundo autem casu dic quòd nõ tenet contractus gestus per seipsum, vt ex eo sibi quæratur, propter defectum consensus. vt habetur in l. furiosi. ff. de regu. iur. & l. j. §. furiosus. ff. de actio. & oblig. & facit l. qui ad certum. ff. loca. & condu. & l. emptionem. C. de contrahen. emptio. & quod habetur et not. in d. l. vbi non voce. in fin. ff. de regulis iuris. & l. ij. §. voluntate. ff. so. ma. Et hæc ea-

21 dem † distinctio per omnia seruanda est in mentecapto per iura prædicta. Est autem mentecaptus qui nullum offendit, carens pœnitus intellectu. Quid autem dicendum sit in prodigo, videtur idem per omnia quod in furioso dictum est: quia furiosus & prodigus à iure æquiparantur, vt in d. §. furiosi. instit. de cur. & ff. de cura. fur. l. j. in princip. Ad cognitionem cuius est videndum an prodigo sit interdictum bonis à lege ipso iure, sicut furioso. an verò requiratur quòd fiat interdictio à iudice. Et videtur primò quòd sit à lege interdictio facta prodigo sicut furioso. pro quo facit similitudo de qua. s. & text. in l. sæpe. de cura. fur. quod videtur confirmare glo. insti. de cura. §. furiosi. & l. is cui. ff. de testa. In oppositum videtur quòd requiratur interdictio iudicis. vt [b] in l. ff. de cu. fur.

b *Interdictio iudicis. Adde hic quæ posui in l. is cui bonis. in apo. ad Bartol. in stampa de tortis. Ber.*

& hanc opi. tenet. glo. & Bartol. & l. is cui bonis. ff. de verbor. oblig. & in l. j. in princip. ff. de cu. furios. & in d. l. furiosi. ff. de re. iud. & hæc est verior sententia: secundum quam est ad quæsitum respondendum hoc modo, quia aut prodigus contrahit alienando vel acquirendo ante interdictum sibi factum à iudice vel dationem curatoris, & tunc aut contrahit sibi acquirendo, & tenet contractus: aut contrahit se obligando, vel sua alienando, & non tenet, vt d. l. is cui bonis. ff. de verbor. obligat. cum si. s. alle. in furioso.

22 Descendo † ad quartum casum quando contractus est inutilis ratione prohibitionis. in quo articulo est attendendum quòd persona prohibetur aliquando contrahere à lege, aliquando ab homine. et si quidem ab homine, aliquando prohibetur à iudice, aliquando à priuato. & si à priuato, aliquando in vltima voluntate, aliquando inter viuos.

23 Venio † ad primum cuius exempla sunt tam in leg. municipali, quàm in communi. De lege enim municipali patet: si statuto cauetur quòd forensis non possit emere [c] vel coutrahere. arg. in l. j. C. non li. habi. metro. lib. xj. quo casu an possit ex successione sibi acquirere, distinguitur, an succedat ex testamento & sic ex hominis voluntate, & non potest. aut abintestato, & sic legis autoritate, & tunc bene succedit, vt no. Barto. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. oblig. & facit quod infra. dicam, vel pone exemplum.

24 Si statuto † cauetur quòd mulier vel filiusfam. non possit contrahere: [d] & in alijs multis exemplis de quibus tangit Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. & l. more. ff. de acquir. her. in quibus casibus contractus redditur inutilis. quia contra legem celebratus. l. non dubium. C. de legibus.

d *Contrahere. Adde quæ voluit Ang. consi. ccc. Roma. consi. ccvij & cccxciiij. & vide quod voluit. singularibus sui. folio. x.*

25 Nec † mirum si redditur inutilis: quia tantę potestatis est statutum in sua ciuitate, quantę est ipsa lex communis in suo vniuerso, vt l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & ibi not. & in l. cunctos populos. C. de summa trinita. & fide catho. Constat autem quòd

quòd per legē communē potest per-
sona prohiberi contrahere,vt statim
dicam,ergo & per statutū. Subijcia-
26 mus † ergo exēpla quando de iure
communi,& per legem communem
persona contrahere prohibetur : &
certè varia sunt exempla:& quidem
prohibentur, infans, pupillus, furio-
sus,mētecaptus,& similes de quibus
s.dictum est.dic vt ibi. Item sunt &
aliæ personæ quæ prohibentur con-
trahere de iure communi l. prohi-
bente, puta officialis dum est in offi
cio, non potest contrahere cum sibi
a subdito. a vt l.nō licet & l.qui officij
causam.ff.de contrahend.empt.& C.
de conditioni.indebit.l.j.sed per con
suetudinem legibus est derogatum.
27 Item † medicus non potest cum in
firmo durante infirmitate contrahe
b re.vt l.medicus b.ff.de va.& extraor.
cognit. Item aduocatus non potest
contrahere cum clientulo suo lite
pendēte. vt l.quisquis.§.præterea.C.
de postum.Item nec illæ personę de
quibus habetur in l. iij. & iiij.C. de
commer.& merca. Item forēsis non
potest quicquam emere vel acquire
re ab habitatoribus metrocomiæ.vt
l.j.C.non lice.habi.metro.lib.xj.Item
pater non potest filium alienare. vt
l.j.C.de patri.qui fi distrax. Item nec
hæres potest cōtrahere super re hæ
reditaria,pendente iud.fam.her.vt l.
alienationes.ff.fa.her. In his enim ca
sibus,& (vt generaliter dixerim) in
omnibus casibus in quibus persona
prohibetur contrahere: per l muni-
cipalem vel communem,si fiat con-
tractus redditur inutilis. vt d.l. non
dubium.vnde præscriptio non currit
nec procedit:vt l.ij.C.de vsucapion.
pro emp.& l.nullo.C.de rei vendica.
28 Sed † an trāsferatur dominium rei
quæ traditur ex huiusmodi contra-
ctu inutili? Distingue latius circa
hoc , aut contractus est inutilis, quia
contra legem , aut præter legem.Si
contra legem, vt suprà præcedenti-
bus casibus, tunc non transfertur ex
eo dominium. vt l. quemadmodum.
C.de agricol. & censib.libr.xj. & ibi
not. & bene facit lex. j.C.de ha.me-
tro.lib xj. Si verò est præter legem,
tunc transfertur dominium & pos-
sessio . vt leg. multum interest.C. si
quis alteri , vel sibi. & ibi nota. & l.
contractus.C. de fide instrument.&
ibi nota.de quo vide quod not.Bart.
in leg.j.§. si vir.ff.de acquirē.possess.
29 Dixi † vlterius in præcedēti quòd
aliquando quis prohibetur contra-
here per iudicē.de quo patet exem-
plum in leg.in quorum.ff.de pignor.
& in leg. maioris est.§. sunt & aliæ.
ff.de pœn. vbi iudex per sententiam
potest prohibere personam ne con-
trahat . probatur etiam in hoc leg.
vtrum.in princip.ff. de petitio.hære.
quod tenet Bartol.in l.filiusfamil.§.
30 diui.ff.de legat.j.Sed † nunquid per
sententiam arbitri potest à contra-
hendo persona prohiberi. Dic quòd
c sic c.quemadmodum posset per pa-
ctum expressum contrahentium.sed
tamen si contrafaceret non impedi-
retur translatio dominij eadem ra-
tione,quia non impediretur per pa-
ctum. vt leg.ea.C. de conditionibus
ob causam. ergo nec per arbitrium.
vt leg. non distinguemus.§. nunc de
officio.ff. de arbitris . quod sequitur
Innocen.in capitul.Raynaldus extrà
de testamentis. & Bartol. vbi supra.
31 Denuo † dixi , quòd aliquando per
sona prohibetur contrahere à testa-
tore,verbi gratia , si testator iubeat
vel præcipiat hæredi ne fundum
vendat , vel donet. vt l.peto.§. fra-
tre. & l.cum pater . in §. fidei hæ-
redum.ff. de legat ij. & facit l. pa-
ter.§. fundum. & §.quindecim.ff. de
legat.iij.& in leg.filiusfamiliâs.§.di-
32 ui.de legatis primo.Sed circa † hoc
quæro si persona prohibita contra-
d here vel alienare à testatore d, con-
trafaciat, nunquid teneat contractus
& transferatur dominium rei alie-
natæ. Distingue sic breuiter : aut
loquimur in alienatione necessaria,
aut in voluntaria. Primo casu sub-
e distingue , aut causa necessaria e
traxit originem à defuncto , vt
quia defunctus obligauit se & sua,
& ob hoc creditori res datur insoli-
dum . vel alia similis causa interue-
nit . & tunc tenet contractus & alie-
natio perpetuo . vt in l.filiusfamil.
§.diui.ff. de legatis primo. & ibi no-
tatur argument. in lege prima.ff. de
fundo dotali.& in lege alienationes.
ff.fa.her.Aut causa alienationis tra-
xit originem ab ipso hærede,vt quia
ipse hæres obligauit se & sua, vnde
eius creditori res dátur insolidū : &
f tunc tenet alienatio in vita hæredis f
tantum , post eius mortē verò reuo
catur. vt in d.l.pen.§.prædium.ff. de
leg.ij.Si verò loquimur in alienatio-
ne voluntaria. tunc aut prohibitio fa
cta est sine certa causa, vel sine ali-
cuius personæ contēplatione, & tūc

a Sibi subdito. Adde quòd tamē potest habere concubinam. vt l. si.ff. de concu.quod singul. alleg. Ro.sin.suis. fol.xiij. & idem dicit gl.in l.j.C. si rector ꝓuin.Ber.

b Medicus. Adde tamē quòd si medico promittantur x. dietim ad curandū infirmum:& oporteat eū equitare extra ciuitatē quòd illa x. debentur ꝓ diebus quibus est in itinere. vt est tex.in l. si sine.ff.de oper.li. quē singularem dicit Rom. sing.suis & de eo Bald. festum facere.Ber.

c Dico quod sic. Adde Ful. consil. cxvij. et vide Bar.in l. si super possessione. C. de transac. Alex.in l.si. societatem. §.arbitrorū in appo.ff. pro so. et in consi.cxx. & in cōsil. ccxxvj. ij. volu.Fran. Cur.

d A testatore. Adde

an prohibitio alienationis impediat dominij translationem,vel institutionē hæredis. Ful.consil. xx.per Raph.in cōsil. xxxiij. & consil.cxc. latè per Ro. cōs.ccccIvj. per d.Car. consi. xvij. per Alex. consi.iij. et consi.lv.et lxvij.libr. consi.lvj.j. li. per Ang. consil.vij.et lvij.et clxvij.& vide vnū pulchrum per Ro.cōs.xxix.& vide Francis.de Aret.consi. xxij.

e Necessaria. Adde Angel. loco supra alleg. vij.& Ro. consi.ccxxxij.Ber.

Nota.an instituēdo hæredē videatur alienare.

f Invita hæredis. Adde Rapha. in consilio xiij.sed qd si res alie-

prohibitio est nulla,[b] & valet cōtractus,& dominium transfertur . vt in d.l.§.diui. & in l. pater filiū.§. iulius agrippa.ff.de lega.iij.Aut prohibitio vel interdictio est facta cū causa legitima,& tūc aut est facta per verba prçteriti temporis,verbi gratia,quia dixit. Si alienasti vel alienaueris, res deueniat in talē.& tunc tenet cōtractus alienatione secuta.argu. in l.stichus seruum.ff.de ma.test.aut prohibitio est facta purè & simpliciter per verba præsentis tēporis,vt quia testator dixit.Nolo quòd hçres meus alienet tale castrum vel talē fundū,quia volo quòd remaneat in agnatione mea.& tūc non tenet cōtractus,nec dominium trāsfertur , & statim admittitur reuocatio. vt in d.§.diui. & in l.cum pater.in §.libertus.& l. vnū ex familia.§.quòd si talia.ff.de leg.j. Sed circa præmissa quæritur si facta sit prohibitio à testatore cum causa, vel contēplatione certæ personæ ne res alienetur,an instituendo aliū hçredem videatur alienare.In quo articulo sic distingue, aut prohibitio est facta limitatiuè respectu tēporis , vt quia est facta prohibitio,ne alienatio fiat in vita ipsius prohibiti: & tūc videtur concessa post mortem . per tex.in l.pater.in §.fundū.ff.de leg.iij. Aut respectu personarum , vt quia testator prohibuit rem alienari in illis de becearia , vel de comitibus, & tunc instituendo hæredem aliquam personam ex ipsis dicitur alienare, & contra prohibitionem testatoris facere,& sic contractus nullus . vt l. codicillis in §. matre.ff. de legat.ij. aut est facta prohibitio simpliciter quo ad omnes & tunc aut res trāsit ad hæredem extraneum expressè institutum , & tunc videtur alienatio prohibita quo ad eum,vt in l.peto.§. fratre.ff.de legat.ij. & l. si ita quis.§. ea lege.ff.de verbor.obligationib.Et hoc verum quando supersunt illæ personæ quarum causa est facta prohibitio, aliàs si nullus superesset,tūc posset extraneus hæres licitè institui.vt l.qui solidum.§.prædium.ff.de legat.ij. quod est no. Aut transit ad hæredem legitimum ab intestato succedentem: & tunc talis alienatio non cadit in prohibitionem.vt l.cum pater.§.cum inter libertos.& ibi no. de legat.ij.de quo dic vt nota.in d.§.
33 fratre. Quid † autem si illi omnes quorū causa testator prohibuit alienationem consentiant ipsi alienationi an tunc tenebit contractus,& alienatio? Dic quòd sic[c] vt l.codicillis.§. insulam. & in leg.pater.§.libertus.de legat.ij.& in l.nihil in §.j. de legat.j. l.quoties.C.de fideicommissa.vbi autem non omnes conseuserunt,sed aliqui ex eis,tunc illi qui non consenserunt,alienationē reuocare poterunt.
34 vt d.§.libertus.Quid † ergo si præceperit vel testator quod fundus vel in sua familia remaneret & hæres contra suam prohibitionem alienauit,deinde decesit hæres superstitibus filijs nepotibus testatoris an poterunt hanc alienationem reuocare[d]? Dic aut isti nepotes sunt omnes hæredes ipsius hæredis prohibiti, & tunc non possunt reuocare. Aut sunt omnes exhæredati,vel aliqui exhæredati,aliqui instituti, & tunc illi soli qui nō sunt hæredes pro portionibus suis tantum possunt alienationem reuocare.Et hçc habentur & notantur in l.filiusfamil.§.cum pater.ff.de legat.j.& in l.vnum ex familia.§. sed si vno.versicul. talia.ff.de legat.ij. & l. is qui cum plures.ff. de leg.iij. Et est ratio quia hæres non potest impugnare factum dēfuncti. vt in l. filios. cum similibus ibi notatis. C. de his quæ in fraudem credito. Sed nūquid
35 † illæ personæ quarum contemplatione facta est prohibitio poterunt inter se inuicē vna alteri,& econuerso alienare ? Respondeo ad hoc,& dic ꝙ sic ex præsumpta voluntate testatoris.vt in l.quoties. & in l.voluntas. & ibi notatis.C.de fideicommissis.& in d.§.fratre. & ibi notatur.& in l.pater filium.in §.quindecim.ff.de legat.iij. Quid ergo sit dicendum si vnus alteri alienauit, an poterit res ipsa amo-do alienari in extraneum[d]? Distingue,aut prohibitio est in rem,verbi gratia , dixit testator prohibeo rem alienari.&c.& tunc prohibitio durat perpetuò , vt in d.§.fratre. & ibi per Bartol.aut est facta in personā,verbi gratia , nolo quòd hæres meus rem alienet.& tunc si semel facta sit alienatio in personam permissam,poterit deinceps alienari in personā prohibitam.vt in d.§.quindecim.Ex quo apparet quòd sufficit semel satisfactum voluntati testatoris.l. boues.§. hoe sermone.ff. de verborum significatio.
36 Venio † ad alium articulum videlicet quādo persona prohibetur contrahere inter viuos,verbi gratia: vendo tibi hanc rē, vel dono hoc pacto,ne alienes.in quo quçritur si cōtrà fiat

a ...nata est ꝑpter contēplationē prohibitis soluendā quia erat in carceribus vide Bal.cōs. clxxxvj.ij. li.& ibi vide quid si permissum est alienare in casu necessitatis, & sit facta alienatio non in casu,an eueniente casu possit postmodū etiā alienare. Ber.

No. quādo omnes quorū causa testator prohibuit alienare cōsentiunt ipsi alienatiōi.

a Est nulla. Adde quę supra posui in apostilla. signata a. Ber.

b Quòd sic. Adde Raphael. Cu. cōs.xxxiij. Ber.

c Reuocare. Adde Ro. consi.xviij. Ber.

d In extraneū. Adde Bal.consil. ccclxxviij. ij.libr.Ber.

a tra fiat dominiũ transferatur[a]: dicas sic, aut ille paciscitur ne hæres alienet, & aliquod ius sibi in re ipsa reseruat, & tunc si contrafiat, nõ valet cõtractus, & dominij translatio impeditur, vt patet in domino qui dedit rem in emphyteusim perpetuò, & pactus ne liceat emphyteutæ rem alienare. vt probatur in l.fin.C.de iure emphyteu. ad quod facit l. si creditor.ff.de distra.pign.secundũ communẽ literã. aut nullum ius sibi reseruat. & tũc aut fit alienatio irreuocabiliter, vt patet in datione libertatis, quæ nõ potest reuocari. & tũc cõtractus est nullus, & alienatio. vt l.ea quidẽ. C. si mand. fuer.alie. cum ibi not. Aut est reuocabilis alienatio de sui natura, & tunc secundũ omnium opinionem tenet contractus, & dominium transfertur. vt in l.ea lege. & ibi plenè per Cy.C.de cõdi.ob caus. & l.si ita quis.§.ea lege.per Cyn. ff. de verbor.oblig. & ibi per Bartol.

37 Sed † dubium restat qualiter succurratur[b] illi b qui pactus est, ne res alienetur contra ipsum alienantem, in quo passu sunt variè opi. vt refert Cy. in d.l.ea lege. Tamen concludendo dic sic: Aut tale pactum vel cõuentio intercessit super re propria paciscentis, aut super re aliena. Primo casu aut eius interest rem nõ alienari, & tũc agitur ad interesse contra alienantem, vt in d. l. ea lege. & in d.§.si ita quis. Et intellige sua interesse si facta sit prohibitio fauore certarũ personarũ: aut eius non interest, & tunc nõ agitur si contrafiat. vt l.final.C.de pact.inter empt.& vendi. Si verò pactũ fiat super re aliena. & tunc aut nõ interest paciscẽtis alienari, & nõ agitur ad aliquid. vt ff. de pact. l.nemo. Aut interest. & tunc si contrafiat potest agi ad interesse. vt l.quoties.ff. de furt. dic latius per Cyn. & alios doct. in d.l.ea lege. & per Bart.

38 in d.§.si ita quis. Patet † ergo ex prædictis ꝙ quò ad impediendum domini translationẽ, potentius agitur prohibitio testatoris quàm contrahentis. Cuius ratio esse potest, quia testator potest nuda volũtate sine aliqua traditione dominiũ in aliũ transferre, vt in l.à Titio.ff.de fur. ergo etiam poterit ne transferatur impedire, vt contrariorũ sit eadẽ disciplina, vt in §.illud.instit. de socie. per regulã, qui potest velle, potest nolle, quę ratio cessat in contrahẽte. vt in l.traditionibus.C. de pact. & in §.venditæ.institu.de rerum diuisio.

39 Sed † nũquid sit dare aliquem modũ per quem in contractu posit impediri dominij translatio? Super hoc ergo multi multa dant consilia. tamen duo pro veritate sunt remedia. Vnum est ꝙ verba prohibitiua alienationis referantur ad præambulum ipsius actus alienandi: hoc modo, vẽdo vel dono tibi hanc rem sub tali modo, cõditione, forma & conuentione: videlicet quòd si perueneris ad aliquẽ actũ alienationis, quod res ipsa ex nunc prout extunc in me reuertatur & reuersa esse intelligatur pleno iure. & in eũ casum constituis te ipsum rem meo nomine possidere. Vel aliter & secundò dicatur sic. vẽdo vel dono. vt s. & promittis mihi ipsam rem nõ vẽdere, & obligas in eum casum specialiter mihi ipsam rẽ pignori: per hoc enim quòd remanet ius in re, impeditur trãslatio dominij ipsius, vt probatur in l.si creditor. secundũ literã communem. ff.de distra.pig. de quo vide quod not. Bartol. in l.qui absen. in §.j.ff.de acquir.posse. & per Iaco. Butr. in d.l.ea lege.

40 Nunc autem superest vt accedamus ad quintũ: videlicet quãdo quis prohibetur contrahere ratione delicti. vt quia hereticus, excommunicatus, apostata, damnatus de crimine lesæ maiestatis.

41 Discutiamus † latius de singula. & primò quæritur an hæreticus possit contrahere, vendere, vel alienare? Ad quod breuiter dicendum, quòd non. vt l.manichæos. C. de hæret. & in authentic.credentes.eod.titul. & in cap. excommunicamus. in §. credentes. de sentent.excommun. quin imo nec potest testamẽtum facere, nec testis in iudicio vel extra esse. vt in dictis iuribus. Et vt generaliter c dicam isti[c] hæretici omni priuilegio omníque dignitate tam ecclesiastica quam seculari sunt priuati. vt in c. ad abolendam. & in d.c. excommunicamus. cum seq. de hære. bonáque ipsorum à tempore commissi criminis ipso iure sunt confiscata, sicut infra dicetur in crimine lesæ maiestatis. vt habetur & not. in c.cum secundùm leges. extra de hære.lib.vj.

42 Quid autem † de excommunicato dicemus. dic ꝙ excommunicatus suspensus est ab administratione: vnde si clericus est, non potest alienare rem ecclesiæ. vt extra de cler. excõ. d c.final. de re iudic. in cap. ad probandum. quod tenet Innocen. in c. veritatis. extra de dolo & contuma. Super rebus autem suis siue sit laicus siue clericus, potest disponere prout vult & ipsas vendere, donare, & alio quouis modo alienare, siue cõtrahere.[d] vt in c.si verò. de senten. excom. & xj.q iij.c.quoniam multos. in fin. sed tamen agẽdo in iudicio esse nõ potest. vt extra de sentẽ.excom. per tuas. & extrà de sen. & re iudica.cap. ad probandum. & in c.pia. extrà de executio.rei iudic.c. decernimus. & ibi not. extrà de sent.excom.libr. vj. quod prosequitur idem Innocẽ. in d. c

Quando persona cõtrahere prohibetur.

Not. modũ per quẽ in cõtractu potest impediri dominij transla.

Delictum prohibet cõtractũ. An hæreticus possit contrahere?

Not. de excõmunicato

Sine contrahere. Adde Specu. in titu. de procurat. in j. parte. §. fi. & ibi vide an habens cessionẽ de iure patronatus ab excommunicato possit præsentare ante absolutionẽ ipsius? Bernar.

a *Transferatur. Adde Alex. cõsi.cxx.iij.vol. & consil.xc. iiij.volum.per Fulg.consi.cxvij. & ccxlij.Ber.*

b *Succurratur. Adde Fulg.consil.clij.Ber.*

c *Isti hæretici. Adde quòd primo est sciendum quis dicatur hæreticus. de quo per Colon.consi.iiij. & vide de hare.Old.cõs. cclxxj. & qualiter debeat hæresis probari. per eundẽ cõsil. ccx. & an iudex secularis possit se intromittere, cũ bona eius confiscãtur. per do.Car.cõ. cv. & quòd hæreticus igne comburatur, colligitur ex euãgelio. Ioã. xv.Ber.*

43 c. veritatis. Nunquid † autem possit facere testamentum. Dic quod sic,[a] vt not. Ioan. Andr. in d. ca. decernimus. tam in glossa quàm in nouella. & idem Bartol in l. si quærimus. ff. de testib. & Iacob. de Bel. in authentic. de sanct. episcop. in §. omnibus. colum. viij. & Innocē. in c. cum voluntate. extrà de senten. excommunic. & Specul. in titul. de instit. eod. §. compendiosè. versi. quod de excommunicato. Et pro hoc facit c. ij. in fin. extrà. de senten. excommunic. libro vj.

44 In apostata † quid iuris sit? Aduertendum primò quòd apostata[b] nihil aliud est quàm temerarius recessus à statu fidei, obinæ vel religionis. Et dicitur apostata quasi post statio vel retrostatio, vt habet. xxviij. quæstione vj. non obseruetis. vnde apostata dicitur ille, qui ab obina vel ab habitu religionis assumpto recedit. De hoc not. per gloss. in c. j. extrà de apo.

45 Quærendum † est ergo an apostata possit cōtrahere? circa quod est distinguendum, quod etiam est apostata perfidus, vt etiam si christianus factus est iudæus, vel aliter deliquit in contemptū fidei, & iste non potest contrahere, nec testamentum facere, vt hæreticus. vt in l. iij. & in l. apostatarum. C. de apost. Et generaliter omnes illas pœnas patitur quas hæreticus. vt not. Inn. in d. c. primo. extrà de apos. & facit quod habetur. iij. qō. iiij. Vbertus. Si verò sit apostata inobedientiæ, vel irregularitatis, tunc infamis efficitur, & repellitur ab accusando, & testimonio, & excommunicandus est. vt iij. q. iiij. in §. si quis à suo. xj. qō. iij. si autem vobis. & xvj. q. j. c. legi. & in d. c. final. cum similib. non tamen prohibetur contrahere vel alia facere, prout de excommunicato dictum est suprà. & hoc sequitur Innocen. in d. c. j. de apost.

46 Sed † quid dicemus in iudæo & sarraceno, an possint contrahere? Dic quòd inter se & xpianum[c] possunt contrahere & distrahere super rebus licitis & legitimis. vt in l. nemo. C. de iudæis. quia iudæi omni romanorum iure regulariter vti possunt. vt in l. iudæ. C. de iudæis. Arma autem & loricas non licet xpianis vendere iudæis vel sarracenis. vt extrà de iudæ. in c. ita quorundam. & in c. ad deliberandum. & in l. iij. C. quæ res expon. non debe. in l. mercatorum. C. de commer. & mercato. Sed nec licet eis xpianum mancipium tenere. vt C. ne iu. mancipi. l. j. & in c. j. & ij. extrà de iudæ. postremò nec vllam dignitatē[d] aut honorem consequi possunt huiusmodi iudæi. vt in l. final. C. de iudæ. Possunt tamen in iudicio litigare & sententias arbitrales proferre. vt in d. l. proferre. & in d. l. iudei. in fi. C. de iudæ. & etiam legari eis in singulari licet, non in communi. vt in l. j. & ibi not. C. de iudæis.

47 Sed † hîc quæro, an liceat xpianis propria authoritate accipere, & vsurpare res & bona fidelium[e]? Dic quod non. vt in l. nemo. & in l. nullus. C. de iudæ. siue sint saraceni. quia dominia, & iurisdictiones, res & bona quę tenentur à saracenis vel iudæis iustè possidentur ab eis: illa videlicet in quibus romani Imperatores nullū habuerunt dominiū. vnde super talibus bonis non possunt de iure inquietari vel molestari. in alijs autem bonis in quibus romanorum Imperatores dominium habuerunt, possunt licitè inquietari, & eis bellum iustum induci per papā vel Imperatorē. quia spoliauerunt imperiū ipsis bonis. argum. dict. l. nemo. & l. nullus. quod sequitur Inno. in c. quod super. extrà de voto. & Ioā. And. in addi. Spec. super tit. de iud.

48 Fortè † tamen possent saraceni allegare præscriptiones[f] tanti tēporis, cuius initij memoria non existit: quæ præscriptio habetur pro titulo. in l. hoc iure: §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. cum simi. vnde tuti videntur præscriptione. nisi dicas quod iura imperij nullo tempore præscribātur. vt in l. cōpetit. C. de præscri. xxx. vel xl ann. & C. ne rei do. vel emp. l. j. & in fin. facit c. cū non liceat. extrà de præscrip. & ibi not.

49 Sequitur † nunc videre quid iuris in damnato de crimine lesæ maiestatis[g] quo aliquid molitur seu machinatur dolosè cōtra personam imperatoris, contra eos qui circa eius latus sunt, vel contra rem publicā ciuitatis romanæ, arma mouendo, vel tumultus, aut seditiones concitando, & similia, vt habetur in l. j. & ij. ff. ad leg. Iul. maie. non idem dico de tyranno, vel alia ciuitate: huius quidem criminis pœna est mors, & bonorum amissio & publicatio.

50 Filij † quoque[h] huiusmodi delinquentis omni successione tam paterna, quàm

a Dic quòd sic. Adde Feli. cō. cxlvij.

b Apostata. Adde quis dicatur apostata. Cal. consil. j. de apostatis. Oldr. consi. lxxxiiij. & præcedenti. Bernar.

c Et Christianū. Adde Roma. cōsilio cccclxxxix. Bernardi.

d Vllam dignitatem. Adde quod voluit Anc. cō cclxxxiij. & quid de neophito, vide Ro. sin. sua. fol. xx. & an habēs filios in potestate per Alex. cōsil. lxxj. ij. libro.

e Infideliū. Adde quod voluit Old. consi. lxxij. lxxxvij. & ccxcj. Ber.

f Præscriptiones. Adde quòd si iudeus rem christiani præscribit. et dicit Ro. loco supra alleg. nō tamē rem ecclesiæ præscribere pōt vt ibidem. Bernar.

Not. de dānato in crimine lesæ maiestatis.

g Lesæ maiestatis. Adde quod dicatur crimen lesæ maiestatis. Cal. consil. vlti. de accusat. Oldr. cons. xliiij. & late vide per Bart. in tractatu ad reprimēdum. Bernar.

h Filium quoque. Adde an priuētur beneficijs ecclesiasticis Ro. singu. sua. fol. xx. & an statutū dictans quòd tale quid cōmittens intelligatur rebellis, ipse & sui. cōprehendat fœminas? Frācis. de Aret. consi. xxiij. Bernar.

na, quàm materna. necnon & alia quacunque priuantur. suntque infames: vt hæc habentur in l.quisquis.C. ad leg.Iuliam maiest.Et taliterde linquens statim crimine cōmisso efficitur intesta bilis,nec potest cōtrahere,vendere,vel alienare. vt in dicta l. quisquis. & in cap.cum secundum leges.extrà de hære.lib.vj. & l.fin.C.ad l.Iul.ma.

50 Quid autem†dicemus in alijs delictis.puta in homicida, fure, raptore falsario, & simili. Dic quòd aut delictum est tale ex quo bona nō sunt publicanda. vt est hodie regulariter in quocunque crimine: vt in authentic. bona damnatorum. cum similib. C.de bon.damna.& tunc taliter de linquens potest contrahere,vt in l. aufertur. §. in reatu.ff.de iure fisc.& in l.reo.ff.de solu.

51 Sed an†testamentum[a]facere possit? Dic vt no.
a Bartol.in l. eius qui. §.j. ff. de testamen. Aut est tale delictum propter quod bona eius sunt pu blicanda.vt ex forma iuris vel statutorum ciuita tis,& tūc consideràda sunt quinq; tēpora. Primū tēpus est ante crimē cōmissum.Secūdū post crimē commissum,& ante accusationē.Tertium est, post accusationē & litis cōte.Quartū est post litis cōt.& ante sententiā.Quintū est post sententiā latā

52 Circa†primum quod est ante crimen commissum. quæritur an crimine posteà contracto & secuto, præcedens alienatio vel contractus reuo-
b cari[b]debeat? Distingue,aut alienatio quæ crimē præcessit fuit facta bona fide. & tunc non reuocatur.vt l.si aliquis. in fin.ff.de donatio.caus.mor tis.& in d.l. post contractum.ff. de donatio. Aut ipsa alienatio crimen præuenit in fraudem cum proposito delinquendi, & tunc reuocatur sequuta sententia.vt in d.l.si aliquis.& in l.in fraudem. in princ.ff.de iure fisci.

53 Sed†qualiter de fraude probabitur,cùm eius sit difficilis probatio. quia consistit in animo. Dic quòd ex coniecturis probabitur altero ex vi. modis.vt dicit Bartol.in d.l.post contractum. Primò si alienauit omnia bona sua,vt in l.omnes. §.Lucius.ff.de his quæ in fraud.credito. pro quo facit quòd not.gloss.in l.quæ testamentum.ff. de proba.& quod habetur in d.l.qui in fraud.in prin. ff.de iure fisc.Quod verbum intellige,quādo alie natio fit, & causa peruenit de proximo, & suberat aliqua alia causa suspicionis ipsius criminis. puta inimicitię magnæ,vel comminationis.& sic probatur per c.final.extrà de rescript.libr.vj. Facit quod not.per glo.in authē. sed iam necesse.C. de dona.ante nupt.& l.sed si maritus.in fin.ff. qui & à quib.& in l.si mulier.in princ.ff.rerum amo. cū simi.de quibus ĩ.dicemus.

54 Secundò†si donauit vel vendidit personæ coniunctæ.vt l.penul.C.de bon.quæ libe. in princip. Quod esse verum intellige,quādo alia causa pręcessit præsumptiua criminis,quæ per se sola proximitas personarum non sufficeret. vt supra dixi. probatur in l.si quis post hanc.versi.si quid.C.de bon.dam.& ibi per Cy.de hac materia.Istud tamen scias,quòd ad reuocandam vēditionē,exigitur,ꝙ emptor fuerit particeps fraudis.vt l.ait prætor. §.si qs particeps.ff.de his quæ in fraud.cred.contra quem emptorem de participatione præsumam cùm emit à persona coniuncta,cuius qualitatem & conditionem præsumitur scire.vt l.de tutela.C.de in inte.rest. minor.& l. octaui.ff. vnde cogn.

55 Tertiò† præsumitur de fraude si post venditionem vel donationem ipse venditor vel donator reperiatur ipsam rem tenere & possidere. vt l.sicut. in §.superuacuam.ff. quib. mod.pign.vel hypothec.sol. & l. si qui.ff.de acquiren.hæredita. & l. si quis. in fine.C.de naturalib.lib.cum similib. Quod semper verum intellige alia causa concurrente. vt s̄. Verum tamē lex videtur velle quòd ex hoc magis arguatur simulatio, quàm fraus inter quæ est differentia,quia simulata venditio nulla est vt l.nuda.ff.de contrahend. emptio. cum similib. sed venditio facta in fraudem reuocatur per actionem reuocatoriam. vt institu.de action. §.in fraudem. Et intelligas prædicta fore vera, si venditor possedit fructus & reditus in se conuertendo. aliàs si nomine emptoris possedisset,& sibi de fructibus responderet, non præsumerem ex hoc fraudem vel simulationem. argumen. l. in litibus.C.de agrico.& censi. lib. xj.& in l.Iulianus.§.possessionem.ff. de acquir.posses.

56 Quartò †præsumitur de fraude, quādo vēditio vel donatio facta est clā,vel in occulto.arg.l.fin.ff.de ritu nup.& l.non existimo.ff.de admi. tu.dumtamē præcedat alia causa simulationis.de qua s̄.dixi.& isto casu puto in vtroq; casu opus esse ꝙ emptor vel donatarius fraudis sit particeps.vt in d.l.in fraudē. in §. si
57 quis particeps. Quintò†præsumitur, si de propinquo sequatur delictū.vt in l.si vetri,ff.de priui.cre.Pro quo facit ꝙ no.in fi.in auth.minoris debitor.C.qui tu.da.pos. & in corpore vnde sumitur.nisi fortassè delictū esset cōmissum ex inopinata rixa. quia tūc nō esset præsumptio in dubio qđ animus præcesserit ad hoc.

58 Sextò[a]præsumitur,si cōtractus vel alienatio facta sit expressa sub cōditione,dicendo. Vendo vel dono., si mea bona contigerit publicari. vt in l.penult.& ibi not. ff. de stipula. seru.& in l.summa cum ratione. in
59 princip. ff.de pecul. Quæ autem†superius dicta sunt vendicāt si

a *Testamentum.Adde an damnatus ad mortem, possit testari? Pau.de Castro.consil. lxxxiij.*

b *Reuocari Adde Ancha.consil. lix. Bern.*

bi locum in alienatione facta inter viuos, Vbi autem donatio facta esset causa mortis extraneæ personæ per huiusmodi delinquentem: tunc lata sententia condemnatoria indistinctè reuocatur, vt l. eius qui. in fi. ff. de testa. & l. res vxoris. C. de dona. inter vi. & vxo. & no. in l. si aliquis. ff. de dona. causa mor. si verò do. causa mor. fuerit facta vxori, tunc nullo modo reuocatur. vt in d. l. res vxoris, de dona. inter virum & vxo. & in l. si quis post hac. C. de bo. proscrip. in princip. nisi maritus condemnetur de crimine lęsæ maiestatis, cuius memoria post mortem damnaretur. vt l. quisquis. C. ad leg. Iuliam. maie. & l. cum hic status. §. si maritus. ff. de donatio. inter virum & vxorem. & not. per gl. & docto. in d. l. res vxoris.

60 Venio † nunc ad secundum principale tempus quod est post delictum commissum, & ante accusationem porrectam. in quo dic, quòd aut delictum commissum est tale propter quod bona ipso iure sunt in fiscum statim publicata. vt patet in crimine lęsæ maiest. vt d. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. & in c. cùm secundum leges. extrà de hære. lib. vj. & in crimine contrahentis incestas nup. vt in auth. incestas. C. de nup. & in cor. vnde sumitur. & in crimine hæresis. sicut in d. c. cùm secundum leges. extrà de hære. lib. vj. & tunc non tenet alienatio, vt pote facta ab eo qui desijt esse dominus. Aut delictum est tale, per quod non statim dominium bonorũ perditur, sed sola administratio interdicitur. vt s. dixi in excõicato & ĩ alijs certis casib⁹, qui ꝓbantur l. quæsitum. ff. qui & à qui. & in l. ex iudiciorum. ff. de accusa. & tunc non tenet alienatio voluntaria facta. Secus autem si fieret ex causa necessaria. vt in l. reo. ff. de sol. & in l. alienationes. ff. fam. her. ar. l. peto. in §. prædium. ff. de leg. ij. Aut delictum est tale propter quod non perditur rerum dominium: nec ipsarum administratio interdicitur, vt est regulariter in omni delicto, vt l. post contractum. & l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci Et tunc distinguitur. Aut est irreuocabilis alienatio, vt manumissio, & non tenet. vt in l. qui pœnę. ff. de manu. Aut est reuocabilis, & tunc tenet alienatio. vt in d. l. post contractum. cum simi. nisi facta esset in fraudem. vt in d. l. si aliquis. ff. de donatio. causa mort.

a Tacitam hypothecã. Adde an fiscus habeat tacitã hypothecã in bonis delinquentis. Ful. cõs. xxxix. Ber.

b Succuritur. Adde quòd hoc non est simpliciter verum sed vide Ro. sin. suis. fo. x. in ci tu scai. qđ mulier.

c Tenet. Adde Ro. consi. cxxxix. & clxxxvij. Ber.

61 Descendo † ad tertium tempus scilicet post accusationem porrectam. ante litem contesta. In quo dic quòd in omnibus illis casibus in quibus dictum est alienationem prohibitam post crimen commissum, in illis eisdem erit post accusationem porrectam multòmagis. In cæteris autem dic in alienatione voluntaria idem iuris quod suprà proximè dixi. In necessaria autem distinguitur, aut reus est præsens, & tunc idem quod suprà, aut est absens, & tunc non tenet, vt l. fi. ff. de requi. reis.

62 Capio † quartum tempus quod est post lit. conte. in quo sunt opi. tamen pro veritate dic idem esse per omnia quod suprà dictum est circa tertium tempus, quod sequitur Bar. in d. l. post contractũ. & Guil. de cu. in l. non solùm. in fi. ff. de in inte. re. licet glo. teneat contrarium in d. l. ex iudiciorum. ff. de accusatio.

63 Postremò † ad quintum tempus accedo quod est post sententiam latam. in quo distingue, aut sententia non est suspensa per appellationem, & sic transiuit in rem iudicatam, & tunc non valet contractus vel alienatio. vt in d. l. post contractum. cum similib. aut est suspensa per appellationem, & tunc tenet contractus vel alienatio ipso iure, tamen confirmata priori sententia posteà reuocatur argum. l. Cyrographis. §. j. ff. de administration. tutorum.

64 Ex prædictis † apparet an fiscus habeat in pœnis tacitam hypothecam,[a] sicut habet in contractibus: vt l. quod placuit. ff. de iure fis. In quo dic ꝙ ante sentẽtiam latã fiscus in pœnis nullum ius habet hypothecę, sed post sic. vt C. de pręscrip. l. j. lib. x. pro quo facit. quoniam si tale ius haberet ante sententiam, posset per hypothecariam à quocunque possessore alienatam reuocare, quod est falsum, vt patet ex prædictis, quod sequitur Bart. in d. l. post contractum. & in l. aufertur. in §. fiscus. ff. de iure fisci. & Cyn. in l. si quis post hac. C. de bo. dam.

65 Sextus † potest prædictis adiungi casus: in quo persona contrahere prohibetur ratione fragilitatis sexus vt mulier, & non dico indifferenter, sed solùm in certis casibus, puta, si pro alio intercedat, transferendo in se alienam obligationem, vel fideiubendo pro alio, ex his enim casibus non obligatur mulier in effectu, quia ope exceptionis Velleya. ei succurritur[b]. vt l. ij. & l. senatus. & l. fœminis. C. ad senatusconsul. velle. l. ij. ff. eod. Sed si obliget se cum viro suo, aut pro viro suo, ipso iure non obligatur. vt in authent. si qua mulier. C. ad vellei. potest tamen mulier iuri hypothecarum renuntiare, tam in contractu viri quàm extranei, & talis renuntiatio tenet[c]: sed tamen renuntiatio facta super vno contractu, vel in persona vnius ad alium contractum, vel aliam personam, non extenditur neque porrigitur, vt in l. etiam. & in l. iubemus. C. ad vell.

66 Superest † nunc assumere tertium principalem casum, qui est quando contractus prohibetur ratione rei super qua celebratur contractus. circa quod est sciendum quod contractus potest

reddi tunc inutilis principaliter ex duobus. Primò ex defectu naturæ: vt quia res non extat in natura, nec esse speratur. vt l. nec emption. & l. si consensum. ff. de contrahend. emptio. cum similib. Secundò, ex defectu iuris prohibentis: cuius quidem exempla sunt varia: vt puta res propria, res sacra, res religiosa, fundus dotalis, res litigiosa, res publica, res ecclesiæ, & aliæ plures. prohibetur itaque primò res propria emi, vt l. suæ rei. ff. de contrahenda emptione. Item prohibetur res sacra alienari, & super ea contrahi: quia talis res non potest esse in commercio, vel dominio alicuius, quàm solius dei. vt §. nullius. institu. de rerum diuisio. nisi in tribus casibus ibi not. per gloss. in l. sancimus. cum authẽ. prætereà. C. de sacrosanct. eccles. & xij. quæstio. ij. c. sacrorum.

67 Prohibetur † etiam & res religiosa alienari: vt l. locum. C. de reli. §. final. institut. de contrahend. emptio. & l. liberi. ff. de contrahend. emption. Et differt religiosa à sacra: quia res sacræ sunt illæ quæ sunt Deo dedicatæ cum authoritate episcopi vel superioris prælati, vt in d. §. nullus. Religiosæ sunt illæ quæ constituuntur solius hominis priuati voluntate, inferendo corpus mortuum in certum locum: qui locus appellatur sepultura. vt in §. religiosum. instit. de rerum diuisio. Et idem est censendum de locis publicis proprietate & vsu, vt theatris, & plateis ciuitatis, quæ nec alienari possunt. vt probatur in dictis iuribus. & in l. sed Celsus. ff. de contrahend. emptio.

68 Si autem essent publica proprietate, sed non vsu, vt molendina & mancipia, tunc possunt vendi cum certa solennitate. vt l. bona. & l. inter publiciana. ff. de verborum significatione. & in l. final. C. de vend. bon. ciui. libro xj. & not. in d. l. Celsus. Idemq; dico de libero homine, qui nec potest alienari, vt in d. l. & liberi. in prædictis autem casibus si emptor fuerit sciens rem esse sacram, religiosam, publicam vel liberam non agit contra venditorem ad interesse.[a] Si verò fuerit ignorans, tunc aget contra eum ad omne interesse suum. vt in d. §. final. de contrahen. empt.

69 Quid † autem dicemus in re immobili, ecclesiastica, vt in fundo vel domo ecclesiæ. Dic quòd nec huius rei tenet alienatio, nisi interueniat certa solennitas tradita tam à iure ciuili, quàm canonico, quæ quidem solennitas tradita est à iure ciuili. vt habetur in auth. hoc ius porrectum. C. de sac. san. ecc. & in l. iubemus. eod. tit. De iure autem canonico cui in hoc standum est seruatur & seruanda est solennitas:[b] quæ traditur: xij. quæstione secunda. sine exceptione. & in c. dudum. extrà de reb. ecclesiæ non alie. lib. vj. Quæ quidem solennitas talis est, videlicet quòd si quidem venditur vel alienatur res immobilis, ecclesiæ collegiatæ clericorum secularium, tunc requiritur consensus episcopi, ecclesiæ & capituli, ac etiam tractatus inter ipsos de capitulo xij. quæstio. ij. in c. sine exceptione. Aut venditur res immobilis alicuius monasterij clericorum religiosorum, & tunc requiritur consensus episcopi & Abbatis.[c] ac etiã consensus monachorũ & tractatus inter eos: vt xij. q. ij. c. abbatibus. & xvij. q. iiij. c. in venditionibus. Aut venditur res alicuius parochialis ecclesię, & tũc requiritur cõsensus episcopi & presbyteri siue rectoris eius[d] secundùm Innocen. vt notatur per eum in c. statuimus. in fine. extrà de transact. & per Goffred. in summa. extrà de reb. ecclesiæ non alien. Ex his autem patet quòd omni casu auctoritas & consensus episcopi est necessarius.[e]

70 Sed † ad declarationem præmissorum quæritur quæ sit forma tractatus qui requiritur in alienatione rei ecclesiæ. Dic quòd conuenient omnes de capitulo in vno certo loco consueto simul, & fiet coram eis propositio super alienatione fienda de re ipsa & inde singulariter omnes dicent quid sibi pro meliori videbitur fiendum: argumen. in l. final. C. de vend. bon. ciui. libro xj. cũ l. seq. de quo fiet instrumentũ. & hoc tenet glo. in c. tua nuper. extrà de his quæ fi. à præ. sine consensu c.

71 Sed † nunquid sufficeret vnus tractatus, an verò requirantur plures: Videtur quòd vnicus sufficiat, quia decretalis loquitur in singulari. c. dudũ. extrà de re. eccl. nõ alie. licet cõsultius sit quòd fiãt plures. vt in c. iij. loco. extrà de test. ibi, quoties is &c. quã opi. videtur tenere gl. in d. c. dudũ super ver. tractatus: licet d. Rol. in suis notulis teneat quòd tertius tractatus intercedere debeat.

72 Quæ † aũt dicta sunt, procedunt in alienationibus perpetuis. In illis aũt quę sunt temporales. vt est locatio ad v. vel vj. vel ix. ann. ad plus nõ requiritur prædicta solennitas, sed sufficit[f] sola auctoritas abbatis, vel rectoris,

---

a Ad interesse. Adde quod voluit Alexan. consil. lxix. iiij. volumine.

b Est solennitas. Adde Ioan. de Imol. consil. cxv. Alexan. consil. xvij. iiij. volum. do. Car. consil. xcv. Ber.

Not. de solennitate quæ requiritur quando res immobilis ecclesiæ alienatur. quid autẽ verbo alienationis cõtineatur vide c. nulli. extrà de rebus ecl. non alien.

c Et Abbatis. Adde quòd Abb. conuentus & monachis carens, potest vẽdere absq; tractatibus: vt consuluit Ro. consilio xxxvj. Bernard.

d Rectoris eius. Adde an si ecclesia sit de iurepatro. requiratur cõsensus patroni in alienatione rerũ. Anch. consilio cclxvvij. Bernar.

e Est necessarius. Adde quòd si sit consuetudo, quòd inferior ab episcopo alienet sine eius consensu, quòd valet talis consuetudo, vt tenet Cal. cõsilio viij. et de his quæ fiunt à prælato: & quis alienet rem ecclesiæ. & quis auctorizet. Cal. consi. x. de re. eccl. non ali. & an prælatus legatus ecclesiæ solus repudiare possit: vide Lapum alleg. xxij. Ro. consil. lxxxiiij. Fede. consi. ix.

Forma tractatus in alienatione rerum ecclesiæ:

f Sed sufficit. Adde Gald. consilio v. de reb. ecclesiæ non alien.

a Et est melior. Adde Alex.consi.xvij.iiij.vol.do.Caldi. consi.xcv.§.alleg.Cald.consil.iiij.de rebus eccl.non alienandis.Bernar.

b Sufficeret. Adde quòd non valet consuetudo quòd prælatus solus vel capitulum solum possit alienare bona ecclesiæ,vt tenet Cal.consil. iij. de his quæ fiunt à prel. Bern.

c Factũ suũ. Adde an iuramẽtũ impediatur. Frã.de Are. cons.cxiiij. Bernar.

d Rest.in integr. Adde quod prælatus nõ põt renuntiare beneficio restitutionis in integ. vt voluit Ang. cõsi.cxliij. quãdo ecclesia est læsa põt petere resti.in int.

e Pap.Abb. Adde Cal. cõsil.viij.de his quæ fiũt à plato.B. Not. quòd actiones inter mobilia vel immobilia computantur.

f Ad quam cõpetit. Vide Alex.cõ. xxvij.iij.volu.Ro.cons. cccclx.do. cõ.lxxij.B. Viri fundus dotalis possit alienari. Adde. & vide §. in forma libelli in ver. itẽ iurauit. vbi valet iuramentum. Fran. Ber.

vel alterius administratoris. vt in c. j.extrà vt eccle.bene. & xvj.q.j. in c.possessores.quod sequitur Inno.in c.statuimus.de transact. & Archid. in c.j.extrà de reb.eccl. non alienã.

73 Sed†quid dices de tali quæstione quotidiana? Ecclesia vendidit vel alienauit rem immobilem & in instrumento ipsius venditionis dicit notarius quòd interuenerunt tractatus & certa solennitas de quibus §. an per hoc instrumentum probabitur de dicta solennitate? videtur ꝙ non, quia ista solennitas extrinseca quæ non præsumitur, & maximè quando est talis quæ non potest interuenire tempore celebrati cõtractus, quia requiritur tractus temporis: vt l.prima.& quod ibi not. C. de fide instrumen.& iure hastæ.fisc. libro x.& l.quæcunque. in fine. ff. de public. In contrarium facit, quia omnia debent præsumi solenniter acta postquàm in instrumento continentur. vt in §.final. institu. de fideiusso.& in l.sciendum ff. de verborum obligation. Et hanc partem videtur sentire Ioannes Andreas in c.tertio loco. extrà de testib. gloss. secunda.& idem videtur sequi Specul.in titul.de emptione & venditione.§.nunc dicendum. versicul. hoc quoque. sed Bartol. tenet contrariũ d. l.sciendum. & hæc magis placet: & est melior[a] pro ecclesijs: debent ergo fieri instrumenta separata pro ecclesia de tractatibus præcedentibus secundùm Roland.

74 Vnum†tantùm scias, quòd licet de iure requiratur illa solennitas, si tamen de consuetudine ecclesiæ exigeretur minor solennitas: illa sufficeret[b] secundùm Innocen.in dict. capitul. statuimus.& idem Archidiaconus in dict.capitul. dudum.Goff. in summa.pro quo vide quod notat Cynus in l.j.C.quæ sit long. consuetud. in illa q.circa alienationẽ rei pupillaris.

75 Quid† ergo si fiat alienatio omissa omni solennitate? Dic quòd est ipso iure nulla.vt in d.l.iubemus,& not.in d.c.sine exceptione.& punitur alienator,vt in d.l. iubemus.& in c.nulli liceat. extrà de reb.ecclesiæ non alie. & potest ipse idem alienator reuocare ipsam alienationem, & venire contra factum suum[c].vt d.l.iubemus. & c. si quis presbyterorum. extrà de rebus ecclesiæ non alien.

76 Sed†quid si in hac alienatione interuenit omnis debita solennitas, tamen ecclesia est de alienatione multùm læsa, an poterit reuocari ista alienatio? Dic quòd sic per beneficium in integrũ restitutionis[d] infra quadriennium tempore alienationis numerandum.vt habetur & not.in capitul.j.extrà de in integrum restitu.& in capitul.penultim.extrà de reb.ecclesiæ.non alien.cum simil.sicut in simili restituitur minor,si facta sit alienatio cum auctoritate tutoris decreto iudicis, vt l.etiam.& in l.fin.C.si tut.uel cur.interue.

77 Adhuc†formo aliam quæstionem circa prædicta. Contingit plerumque quòd certi sunt prælati, puta abbates vel præpositi, qui habent sub se aliquas ecclesias vel aliqua monasteria,qui appellantur patres abbates & aliquando cõferunt ipsas ecclesias prioratus & abbatias, sicut faciunt episcopi diœcesani. Modò quæritur,si aliquis inferior rectore, prior, abbas vel abbatissa, vendat vel alienet rem immobilem, an sufficiat auctoritas & consensus istius patris abbatis, an auctoritas episcopi? Dicunt quidam quòd requiritur auctoritas episcopi, per ea quæ not. in c. hæc vsus. præstatio. ij. quæstione ij.xxvij.qo.iiij.in c. in venditionibus. In contrarium determinat Ioan. Andreas in d.clemen.j.extrà de rebus ecclesijs non alienandis. vbi dicit quòd sufficit auctoritas dicti patris abbatis[e] quã videtur approbare.Inno.in c.cũ & plantare.§.in ecclesijs.extrà de priuile.& in d.c.statuimus.de transact.Host.verò in d. §. in ecclesijs.circa hęc distinguit,aut ipse pater abbas est exemptus ab episcopo,& tũc sufficit ipsius auctoritas.vt in iuribus primo loco allegatis. Aut est subiectus episcopo & tũc requiritur episcopi auctoritas,vt in iuribus secundo allegatis. & hoc

78 magis placet. Amplius†quæritur,an actio personalis vel realis cõpetẽs ecclesiæ,possit cedi vel alienari sine prædicta solẽnitate? De quo plenè not.per glo.& Iaco.de Bel.in auth.de nõ alie.aut perm.re.col.ij.in quo cõsiderari oportet, an actiones inter mobilia vel immobilia cõputentur.Quidam dicũt eas inter immobilia cõputari,quã opi. tenet glo.in l.mouentiũ.ff.de ver.sign.& l.fin. C. in quib.caus.in integ.rest.non est necess.Alij dicũt ipsas inter mobilia tantũ computari.per tex. in §. exactio.C.de rei vxo.acti.l.j.& l.ij.vers. mobiles. C.qñ & qui.quar.pars.li.x.quæ opi.approbatur in l.j.C.si aduer.ven. Tu aũt plenius secũdũ eũdem Io.sic distingue:aut tractatur de actione respectu rei ipsius,aut respectu rei ad quã[f] competit.primo casu,omnes actiones cẽsentur immobiles,siue cõpetant pro re mobili siue immobili.ar.insti.de re. cor.& incor.§.incorporales.& ꝙ no.in d.l. mouẽtiũ.Secũdo casu,aut agitur de fauore,aut de odio aut mistim de vtroq;. Si quidẽ agitur de fauore tũc si fauor hoc exigit,cõputantur tanquã immobiles.vt in d.§.exactio.Si aũt fauor nõ exigit: tunc loco

loco immobilium computentur si competunt pro re immobili: si autem pro re mobili, tunc censentur mobiles. ideoque isto casu possunt cædi tam in ecclesia quam in minore: quia res ipsa mobilis posset vendi secundum distinctionẽ traditam in l. lex quæ tutores. C. de admini. tu. & in d. auth. de non alie. §. hæc igitur, & hoc modo debet intelligi qđ no. in d. l. fin. Si verò agitur de odio, tunc si odium excluditur, si mobiles censeantur, tunc mobiles censendæ sunt, aliàs autem immobiles censeri debebunt. Vbi autem mistim de vtroque tractatur, tũc si causa magis participat in odio quàm in fauore, tunc immobiles censentur aliàs autem mobiles. vt l. corruptionem. C. de vsufru. & de ser. l. sicut. in princip. & de præscrip. long. temp. l. si Quæ omnia no. pro statutis prohibentibus varias personas

79 alienare. † Transeamus nunc ad fundum dotalẽ reuocando in dubium. an fundus talis possit alienari. In quo casu sic sub breuitate distingue. Aut fundus dotalis alienatur per maritum vel vxorem ex causa necessaria, & tenet alienatio, vt puta si detur insolidum creditori mulieris, qui præuenit in alienatione fundi, ipsum virum in dote, vt l. j. ff. de fun. do. facit in argumen. l. alienationes. ff. fami. herciscun. vel si prouocetur vir ad diuisionem ipsius fundi. nam his casibus permittitur alienatio, vt in dict. l. prima. ff. de fund. do. & not. insti quibus alie. licet vel non. in principio. Si verò fiat alienatio ex causa voluntaria, tunc aut fit titulo vniuersali, puta hæredem instituendo, & tenet alienatio, licet transeat cum sua causa, vt in d. l. j. Aut fit titulo singulari, & tunc aut res fuit tradita à viro inæstimata, & non potest alienari, vt l. prædium. C. de iure do. & insti. quib. alie. licet, in prin. & l. vnica. §. cum lex. C. de rei vxo. act. aut fuit tradita res ipsa æsti-

a mata [a]. & hìc subdistingue, aut æstimata fuit, & ea æstimatione quæ non facit emptionem, vt quia fuit æstimata eo solo respectu, vt sciatur quantùm ipsa res soluto matrimonio sit deterior effecta. & idem scilicet vt alienari non possit, vt l. si inter virum. & quod ibi eo. C. de iure do. aut fuit æstimata æstimatione quæ facit emptionem. & tũc aut data est ipsi mulieri electio petendi quod velit soluto matrimonio, & tunc non potest alienari, vt in l. j. C. de fun. do. aut est data viro electio soluẽdi quod velit, vel rem vel precium. & tunc potest alienari, vt l. quod si fundus. ff. de fun. do. & not. in l. j. de fun. do.

80 In † dubio autem si de hoc non apparet, præsumitur esse electio viri. vt l. plerunque §. pe. & fin. ff. de iure do. & no. per glo. in d. l. si inter virum. Si autem vir consentiente vxore fundum dotalem in æstimatum alienaret & vxor iuraret non contrauenire alienationi: confirmaretur virtute iuramẽti alienatio. vt in c. cùm contingat. extrà de iureiu. nisi mulier prius iurasset se non alienaturam. quo

b casu non tenet contractus postea celebratus, [b] etiam cum iuramento, cùm prius iuramentum tollat posterius. vt no. in c. licet. circa finem de iureiur. libr. vj.

81 Denique † quid iuris sit in re litigiosa videndum restat. vnde si quæritur an res litigiosa alienari possit: distingue. Aut pro re agitur rei vendicatione directa, vel vtili, & sic de dominio eius quæritur, & tunc non potest alienari vt in authentic. litigiosa. C. de litigi. aut pro ipsa re agitur ad vsumfructum eius actione confessoria, & tunc idem: quia vsufructus est pars dominij. vt l. iiij. ff. de vsufructu. secus si pro alia seruitute ageretur, vt no. in l. ij. C. de ligiti. aut pro ipsa re agitur actione hypothecaria, & tunc non efficitur litigiosa: & ideò est permissa alienatio. vt l. j. C. de litigios. & l. j. C. de præscript. longi tempo. aut agatur actione personali, & tunc res ipsa non efficitur litigiosa & inalienabilis, sed ipsa actio sola litigiosa efficitur. vt in l. j. de litigio, nec mirum si isto casu res non sit affecta vitio litigiosi. quia si actio hypothecaria non efficiet rem litigiosam, quæ rem ipsam respicit, vt s. dixi, multò magis actio personalis secundum Iacob. Butr. vt per eum not. in d. l. ij. C. de litigi.

82 Hìc † autem de vno quæritur, an ad hoc vt res efficiatur litigiosa vel actio, sit necessaria lit. conte. vel sufficiat sola libelli oblatio. Dic secundum eundem. Iacob. Butri. quòd aut queritur de re, aut de actione. si de re, illa efficitur litigiosa per solam oblationem precum factam principi. vel solam libelli oblationem, vt in d. authenti. litigiosa. si verò quæritur de actione. tunc illa actio litigiosa efficitur cùm lis contest. fuerit. vt l. ij. C. de litigios. quod sequitur Iacob. Butr. vbi s. & idem Iacob. de Bell. in authentic. de litigios. colum. viij. de iure autem canonico inductum est, quòd per solam citationem res & actio fit litigiosa, vt in clementina. prima. vt lite. pendente.

83 Et † not. quòd ille qui rem vel actionem litigiosam alienat, punitur. vt in l. iij. C. de litigios. & l. fi. C. eod. titul. & prædicta procedunt quando fit alienatio inter viuos Vbi autem fieret in vltima voluntate, tunc seruatur authentic. nunc si hæres. C. de litigios. vbi disponitur valere legatum rei litigiosæ; si contingit hæredem obtinere in causa, licet olim esset aliter statutum. vt l. iij. in fin. C. eodem

84 titul. Quid † autem in aliena-

a *AEstimata. Adde quod licet res detur æstimata, non tamen agitur vt res restituatur in casu dotis restituẽda: tunc æstimatio non facit emptionem nec venditionẽ. l. si æstima. & ibi not. doct. ff. sol. ma. melior text. in l. si inter C. de iur. do. & ibi not, Bartol. in l. si vt certo. §. nũc videndum. ff. commu. Fran. Are. in consil. lxxxiiij. incipi. In christi diligẽter. in ij. colum. cum multis allega. ibi vide honor. in c. quando. in col. fi. de iureiu. l. vbi melius Io. v. addo qđ voluit. Old. consi. ccxlv. Ber.*

b *Postea celebratus, Adde qđ hoc intelligitur verũ*

tione rei ciuitatis vel loci.dic quòd est permissa cum certa solennitate, vt in l.j.& ij.C.de ven.re.ciui.li.x.& no.in l.ciuitas.ff.si cert.pet.

85 Quid † autem dices si fiat alienatio rei non litigiosæ ante litem motam,quæ tamen facta est spe futuræ litis.dic quòd aut talis alienatio facta est in potentiorem ratione officij.& non valet,& punitur alienator vt l.j.C.ne li.poten.aut est facta in alium duriorum aduersarium ratione diuitiarum,vel alia simili causa:& tunc agitur ad interesse contra alienantem.vt C.de alie.iu.mu.cau.fac. l.j.& ij. aduertere quòd laici dicuntur habere duriorem aduersarium, quandocunqne alienatio facta sit in a ecclesiam. [a] vt extrà de alie.iudi. mu.cau.fac.c.si.& vide quod no.Inn.

86 in c.j.eo.ti. Postremò † & quartò principaliter prohibetur contractus ratione turpitudinis:vt habetur & nota.in l.generaliter .& in l.si plagij.ff.de verbor.obliga.in quo casu sic distingue.aut id quod promittitur in stipulationem est turpe,vt pro mitto facere homicidium.vel quid simile.tunc est nulla stipulatio.vt in d.l.generaliter & l. si plagij,aut id quod promittitur est honestum, sed ipsa promisio turpiter ex extorta. puta per dolum vel metum:& tunc valet stipulatio,sed agenti obstat exceptio , & vltra promissori datur actio vt liberetur,vt plenè traditur in tit.quòd me.causa ff.& C.de dolo per totum:aut id quod promittitur est honestum , sed causa propter quam promittitur est turpis,vt promitto tibi centum si feceris homicidium:& tunc licet glos.& doct.sint in contrarijs opinio.vt refert Barto. in d.l.generaliter.& Cyn.in l.ij.C. quod me cau.& in l.ex eo de inuti. stipula.tamen verius est dicendum secundum eum quòd sit ipso iure nulla per l.iurisgentium.§.si ob maleficium.ff de pact.& per d.l.plagij. Et hæc sufficiant quantum ad præsens.Sequitur in litera.

a In ecclesiã Adde Ol. consilio xxx.Ber.

b Exprimat. Adde alex. cons. xc.ij. vol.

c Certificetur. Adde Ro.consili. cccxj.

EPITOME.

1 *Qui fructus restituendi,quando possessio restituenda est.*

1 Et † percipere Verisimiliter potuit . Nunquid reus possessor teneatur ad fructus tam perceptos quàm percipiendos? & Cyn. in l. certum . C . de rei vendidic. vt dicam . infra . in gloss. super versicul. simul cum fructibus & quod nota . per gloss. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Actor non tenetur in libello certam fructuum, quantitatem exprimere ne eorum æstimationem.*

2 *Contra quantitas super interesse an debet exprimi in libello.*

1 Tot et † Tantos fructus.Licet hîc exprimatur quantitas certa super valore fructuũ, non tamen est de necessitate quod actor in c libelo exprimat [c] certam quantitatem fructuum nec æstimationem certam ipsorum,sed reliquendum est in processu,quia actor certam quantitatem eorum [b] quam percepi potest probabiliter ignorare.secundum quod tenet Bart.in l.j.in prin. ff.de eden.& Cy.in l.certum.in vlt.q.C.de rei ven. & in l.cùm propria petitio.C.si quis alte.vel sibi. & in l.j.C de sen.quæ pro eo quod interest . in pe.quæstio.

2 Secus † autem est in interesse secundum quosdam.nam certa quantitas super eo debet exprimi in libello,quia actor de suo interesse & in quanta quantitate potest certus esse,vt no.per Cy.vbi .s. In contrarium tamen tenet gloss.quòd etiam interesse admittitur petitio incerta.& sufficit quod in d processu postea certificetur.[d] vt no.in l.certi conditio.in princi ff.si cert.pet.& in l.j.C.de sen.quæ pro eo quod interest.profe.& in §.curare insti.de act.quam opi.tenet Iac.But.in l.j .C . de sen.quæ pro eo quòd interest.& Barto.in l.stipulationes non diui.in princi.ff.de verbo.obli.circa fi.apparatus.& hæc communis est opi.secundùm eum , & sic patet idem iuris esse tam in fructibus quàm in interesse,quod verius est.

EPITOME.

1 *Reus si ante libellum,oblatum offerat rem quam actor recusat accipere an vlterius sit procedendum in causa.et. numer.2.et.3.*

Res quæ petitur si sit mobilis.et pendente lite perierit,cuius erit periculum.

2 *Damnum interesse quando periculo actoris,& quando rei periculo cedat.*

3 *Animus quomodo declarandus.*

4 *Periculum rei alienatæ cui cadant.*

1 Et † hodie Recusat.Quid igitur si non recusat sed rem offert dic quòd vlterius non est procedendum in lite,vt l.si reus paratus. ff.de procu.& in l.si fideiussor.ff.de doli excepti. Sed quid si ante libellum oblatnm rem obtulit quam actor recipere recusauit,an sit vlterius audiendus.Dic aut actor recusauit rem recipere tan quàm sibi inutilem omnino,aut quia deteriorata reddebatur.Primo casu videtur habuisse illã ꝓ de relicto

relicto ideoq; ipsius nō admittitur petitio, vt l.j.& ij..ff. pro derelicto,& in §.fi.institu.de rer.diuisio.

2 Secundo † casu subdistingue, aut reus obtulit rem & interesse deteriorationis,& tunc si actor renuit illam accipere, damnum posteà in ea contingens pertinet ad dominum & periculum eius. arg.l.insulam.ff.de verbor.oblig.& in l.item illa. ff.de constit.pecu.aut rem obtulit, sed non interesse deteriorationis,& tunc licuit actori recusare,& reus tenetur ad omne interesse, tam temporis præteriti quam præsentis, vt in l.iij.§.si reddita.& quod ibi nota.ff.eo.& in l.planè.fami.herci.& in l. tutor.§.lucius.ff.de vsu.cum simi. de quo plenè tangitur per Cyn.in l.exhibitionis.C.ad exhi.

3 In dubio † autem vbi non apparet de animo actoris recusantis accipere. Dic quòd consideranda est qualitas & quantitas ipsius rei recusatæ. ac etiam qualitas personæ recusantis, vt si res fuerit vilis & actor quidem diues & potens, præsumitur recusans habere ipsam pro derelicto. Si verò fuerit res congruentis pretij,& actor quidem pauper & tūc non præsumitur animum habuisse reliquendi. arg.l.cùm de indebito.in fin.ff.de proba. Et facit ad hanc distinctionem quod in simili not. per gloss.in l.cùm quid.ff.si cer.peta.dum quæritur ibi quando aliquis dicit. accipe tibi hanc rem &c. & ibi per Bartol.

4 Deinde quæritur quid si res ipsa quæ petitur est mobilis, puta equus vel bos qui mortuus est pendente lite an debeat reus ad restitutionem pretij condemnari, vel absolui. dic esse distinguendum, aut fuerit possessor malæfidei vel bonefidei. vt plenè traditur & nota. per gloss.& docto. in l. item si verberatum.§.fina.ff.de rei vendi.& l. illud. in principio. ff. de pet. hæred. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Actoris est concludere. Rei verò excipere.*
2 *Iudex conclusionem actoris, ante omnia diligenter animaduertere debet.*

QVARE † Petit. Hæc est libelli conclusio & actoris petitio quæ quidem conclusio est semper necessaria in actore sed in reo excipiendo non est necessaria conclusio. sed sufficit facti narratio, vel exceptionis allegatio. secundum Barto. vt per eum no. in l.j.ff.de excep.& ibi vide. Ad hanc autem conclusionem actoris & eius formam, iudex debet multum ad-
2 uertere [a] magis quàm ad superiorem partem libelli in qua continetur sola facti narratio secundùm Ioan.Andre. vt not. in c.cùm ecclesia sutrina. in princi. extrà de cau.pos.& proprie. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Officium quòd hîc postulatur est mercenarium, et quare.*
2 *Iudicis officium quotuplex.*
3 *Iudicis officium nobilis quotuplex.*
4 *Officium iudicis mercenarium in quibus consistet.*
5 *Officium iudicis mercenarium quandoque deseruit actioni quandoque verò ipsi repugnat.*
6 *Iudicis officio nobili implorato an solent offeri libellus.*
7 *Iudex an teneatur suum officim imparti ri parte non petente, et si interponat voluntariæ sine partis requisitione an valeat? et numer. 8. 9. 10. et 11.*
12 *In criminalibus causis an liceat iudici sine partis requisitione nouas probationes inducere.*
13 *Iudicis officium an concurrat cum actione? numer. 14.*

1 QVATENVS. † Ex officio [a] vestro. Hoc officium iudicis quod postulatur hîc appellatur officium mercenarium: quia coheret actioni propositæ.& quia ministerium & auxiliū præbet. de quo loquitur l.ædiles.§.item sciendum. ff.de ędil.edic.l.iiij.C.de po.cū simi.
2 Cuius † gratia est sciendum quòd deplex est in genere iudicis officium [b] Est enim quoddam officium nobile, quod ab aliquibus appellatur merum, aliud est iudicis officium mercenarium. Differentia autem est inter vtrunq; officium, quia officiū nobile est illud quod per se subsistit nulli actioni vel exceptioni deseruiens vel adhærens: sed sui solius nobilitate gaudens. sicut facit homo nobilis. à cuius similitudine nomen traxit officium nobile. Officium verò iudicis mercenarium est illud. vt dixi quod adhæret actioni vel exceptioni impotens stare per seipsum, vnde famulando deseruit alij, sicut faciunt mercenarij. Ideoque tali nomine appellatur, quia nomina esse debent consequentia rebus, vt in §. est & aliud insti.de do.
3 Præterea † sciendum quòd officium nobile est duplex. Nam quoddam est quod tendit ad coadiuuandum ius commune, quoddam quod tendit ad impugnādum ius commune, de quo multa sunt exempla. vt in datione tutoris & interpositione decreti, vt l.j.de iur.om.iudi.ff.& l.naturali.ff.de confirma tuto.& in dando aduocatum non habenti. vt l.j.§. ait prætor.ff.de postu.& in aduocato & medico faciendo solui de eorum salario, super quo nulla processit certa conuentio. vt in l.j.in princi.§.in honorarijs.ff.de va.& ex

[a] *Aduertere. Adde Ang. cōsi.cxxvj. & cxxix. not. quòd libellus non dicitur ineptus sed impersonaliter conclu di & plenæ sunt cartæ quòd in libello non quod narratur sed quid cōcludatur inspicitur.*

[b] *Iudicis officium. Adde videndum Spe.in titu. de offi.om. iu. vbi late quæ dici possunt de officio. iudi. Ber.*

Qualitas personæ & rei est attendenda.

Conclusio libelli debet attendi.

Officium iudicis duplex.

traor.cogn.& in l.j.C.de suffra.& in alijs similibus exemplis, de quibus per Innocenti.in capitul. ij.extrà de officio iudicis.& per Specula.in titu. de officio iudicis. De secundo tendente ad impugnandum, patet exemplum in integrum restitu.per quam rescinditur vel rescindi postulatur contractus,sententia,vel præscriptio,aliàs validi de iure communi,vt patet in titu.ff.de mino.& ff.ex quibus.caus.maio.& C.si aduer.vendi.cum titu.sequentibus. & in l.in causæ.in prin.ff de mino.

a *Officium iudicis mercenarium. in executione. Adde & vide Alexã.in l. iiij.§.si ex conventione.ff.de re iudi.& in forma executionis sententiæ.in vlti.versic. Spe.in tit. de execut. sen.§.postremo.in fin. Barto.in l. inter ff.de re iudic.& Alex. in l. ij.ff.de iure iur.Franc. Cur.*

4 De officio † autem mercenario exempla sunt in fructibus,interesse, ac litis expensis & cæteris occurrentibus post libelli oblationem, vt in d.l.iiij.C.de po.& l.ædiles.in §.item sciendum.ff.de ædil.edic.

5 Cuius † gratia sciendum est quòd hoc officium mercenarium quandoque deseruit actioni quandoque repugnat ipsi actioni. patet exemplum in exceptione opposita, per quam petitur quòd expensarum factarum repetita ratio habeatur.vt in l.planè.ff.de pet.hæred.& l.si in arta.ff de condict.inde.& l.in fundo.& l.sumptus.& quod ibi not.ff. de rei vendi.de primo autem quando deseruit actioni,considera quòd aliquando hoc officium deseruit actioni proponendæ.vt patet in interrogatorijs quæ fiunt ad reum qui conueniri speratur an rem possideat,vel an sit hæres defuncti, & si hæres defuncti,& similia.de quo officio traditur & nota.per gloss.& docto.in rubrica de inter.act. facit l.is qui destinauit.ff.de rei vendica.& l. voluit.cum simili.ff.de inter. actio. quandoque deseruit actioni propositæ prosequendę, vt in dilationibus dandis tam in reo quàm actore,& in citationibus & receptionibus testium,& in iuramentis, & simi.vt l. j.C.de dila.& l.testium.& l.iurisiurandi.& l.quoniam liberi.C.de testi. cum simili. Quandoque deseruit actioni in pronuntiatione,& litis decisione,vt in fructibus & vsuris,ac litis expen.vt in dict.l.ædiles.§.item sciendum, & d.l.iiij.depositio.& l. terminato.C.de fru.& li.expen.cum si.Quandoq; deseruit in executione[a] latæ sentẽtiæ:vt l.à diuo pio.in prin. & in §.in venditione.ff.de re iu.& C de excep.rei iud.per totũ.de quo dic vt no.Bar.in l.j.ff.de iuris. om. iudic.

6 Solet † insuper dubitari,an iudicis officio nobili implorato offerendus sit libellus.& gl.sunt contrarię,nam gl.in rub.ff.de inter. act.dicit quòd non.& idẽ sequitur glo.in auth. de trien.& semiss.§.illud.contrarium tenet gloss.in l.de submersis.C.de nau fra.libr.xj. idem sentit glo. in l.j. in princi.ff.de eden. alibi glo. in l.iij.§. dies.ff.quis ordo in bonorum possessione serue.distinguit sic:aut officium iudicis imploratur in forma iudicij.& tunc libellus offertur.l.j.C. de carbo.edict. Aut imploratur extra formam iudicij, & tunc non offertur libellus[b],vt l.de submersis. de naufragijs,sed tu planè omnia recolligendo distingue secundum doct. quòd aut loquitur de iudicis officio mercenario,& in eo libellus non offertur,quia satis est quòd super actione libell⁹ sit oblatus,aut de proximo offerendus,& ita intelligatur glo.in d.rubri.de inter.ac.& in dict. §. illud.aut loquimur de offic.iudi. nobili:& in hoc similiter distingue. Aut hoc officium nobile impartitur loco exceptionis ad impugnandum actionem: & non offertur libellus propter proximitatem & coniunctionem actionis,super qua libellus est oblatus: licet posset fieri,secundum Dynum in dict.l.scire oportet.ff. de excusationibus tutorum.Aut officium nobile impartitur loco actionis:& tunc aut in hoc officio proceditur cum causæ cognitione, quo ad partem & quo ad iudicem, tunc exigitur libellus, vt in salario aduocati, vt in dict. l. prima. §. in honorarijs. & in l. j. C. de in integrum restitutione, quæ postulatur à minore vel maiore, vt dicta l. in causæ. ff. de minoribus,cum simili. Nam in his & similibus proceditur iudicario ordine. textus est in capitulo iudicis officium.extrà de officio iudicis.sic potest intelligi gloss.in dict. §. dies. Aut in eo non proceditur cum causæ cognitione quo ad partem, sed solummodò quo ad iudicem: quia à parte nihil petitur:vt patet in datione tutoris vel curatoris; vel interpositione decreti & in petenda bonorum possessione, & si.vt l. diuus. C.qui petant tutores,& tunc libellus non est necessarius. sic etiam potest intelligi dict. §. dies. aut in eo proceditur sine aliqua causæ cognitione quo ad iudicem & quo ad partem, & tunc nec in

b *Non offertur libellus Adde quòd quando petitur officio iudicis declarari actũ nullum non requiritur necessario vt dicatur quòd ex officio hoc faciat sed sufficit dicere quod declaret actum nullum .ita Pet.de Anchi.consili. lxxiij. inci. visis omnibus & singul. colum. ij.Frã.cur.*

eo.

eo libellus offertur: vt patet in aduocato petendo. vt l.j.§.ait prætor.ff.de postulando. & l.nec quicquam.in §.aduocato.ff.de offi.proconf.& leg. de quo dic,vt not.doct.in d.rubric.& per aliquos. in l.nec quicquam.in §.vbi decretū.ff.de offi.pro consul.& legat. dixi etiam supra in princip. huius
7 libelli.in j.gloss. in fine. † Deinde quæri solet an iudex teneatur suum officium impartiri parte non petente. Secundò si non teneatur, nunquid si voluntariè suum officium interponat, valeat sine partis requisitione. Circa primum,Bartol.in l.iiij. in §.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto. vbi plenariè tractat de his,sic distinguit,aut tale iudicis officium quod est interponendum respicit principaliter publicam vtilitatem secūdum suum subiectum,vtputa purgare prouinciam delinquentibus: & tunc iudex tenetur suum officium interponere sine alicuius requisitione, vt in l.congruit. ff.de officio præsidis.& in authentic.vt nulli iudicum.§.j.& §. qui verò. aut respicit vtilitatem priuatam,& tunc aut respicit honorem alterius iudicis, & secundum Bartol. tenetur officium suum interponere sine alterius requisitione: vt in apostolis dandis, & processu parti appellanti. vt l.eos. in fine. & l.iudicibus.C. de appellationibus. ego puto quòd non teneatur, si tamen facit, valet. vt determinat gloss.posita in d.l.eos.in fine. quæ allegat ad hoc.l.j.§.j.ff de libellis dimis. aut respicit tale officium priuatam vtilitatem partis tantùm: & tunc aut ille actus super quo est officium interponendum est actus pietatis & fauore miserationis introductus,aut non.Primo casu aut iudex potest in eo habere probabilem ignorantiam,& non tenetur officium impendere, nisi petatur.vt in l.j. §.magistratus.ff. de magi.conuen. aut non potest ignorantiam prætendere: vt quia persona adest in iudicio coram eo. & tunc tenetur interponere. vt l.sancimus.§.j.C.de administratione tutor.& ff. de officio proconsul.& legat.l.nec quicquam.§.aduocatos.vbi autem ipse actus explicandus non respiceret actum pium, tunc non tenetur impartiri officium nisi parte petente & instante. vt d.l.iiij.§. hoc autem iudicium.ff. de damno infecto. In secundo verò casu principali, videlicet si iudex non tenetur de necessitate, nunquid voluntariè, interpositum valeat sine partis requisitione? Sic dicendum est,quòd in omnibus casibus in quibus dictum est suprà iudicem teneri de necessitate suum officium impartiri, in illis casibus voluntariè interpositum valet sine partis requisitione: in alijs autem casibus distingue hoc modo, aut loquimur in officio nobili, aut in officio mercenario. Primo casu aut illud officium respicit publicam vtilitatem & valet, si fuerit interpositum, vt in præcedentibus dixi: aut respicit priuatam vtilitatem: & tunc aut in eo est ferenda sententia diffinitiua: & tunc non valet nisi parte petente. vt in dicto §. hoc autem iudicium. & in capitulo.iudicis officium. extrà de officio iudicis. in l. in causæ. §. causa cognita. cum similibus. ff. de minoribus. Aut nulla est ferenda sententia diffinitiua, & tunc aut illud officium consistit in danda administratione miserabili personæ: aut in aliquo actu exercendo. Primo casu dic quòd ibi dictum est iudicem teneri ad hoc de necessitate valebit, si interponatur ex voluntate. In alio autem casu considera qualitatem personarum. Nam ille cui dandus est administrator, aut est persona furiosa vel prodiga, & tenet datio sine requisitione partis, vt l. fulcinius.§.j. ff. quibus ex causis in possessionem
8 eatur. Aut est pupillus & idem. † In adulto autem considerandum est, an detur curator eidem ad negotia,& non tenet datio sine eius requisitione. Aut datur curator ad litem vel iudicia, & tunc tenet sine requisitione.vt probatur.institu.de cur.§. item inuiti. & C. qui pe.tu.l.j.ff. de tu.l. qui habet.in §.si pupillus.& ff.de tutorib.& curatorib. datis ab his.l.illud. Si verò officium interponatur propter illud, tamen non puto valere nisi partis requisitio præcedens vel subsequens interueniat. vt in l.seruus.in principio.ff.de bonorum possessio. coniuncta l.iij.§.inuiti.& in §.acquirere.ff. de bonorum possession.& hæc procedunt in officio no-
9 bili. † Quod autem ad officium mercenarium pertinet, distingue. Quia quoddam est officium mercenarium quòd principaliter radicatur in personam iudicis,vt dare dilationem,ferre interlocutoriam & similibus. Quoddam est officium quod radicatur principaliter in facto partis, vt opponere exceptiones,producere testes & instrumenta & similibus.In primo officio distingue sic,aut tale officium exercetur contra partem contumacem, & non tenet,nisi parte requirente.vt l.ad peremptorium.ff.de iudic.& in §.sed si quidem.in l.properandum.C. de iudic. aut exercetur contra partem præsentem.& tunc aut iste actus pertinet ad litis ordinationem, aut ad litis decisionem. Primo casu aut respicit iuris publici obseruantiam, vt in libel.dila.iuramento calum.præstandis. & similib. & valet etiam parte non petente.vt l.j.ff. de offic. assessor.& C. vt nemo priua.l.ij. & de iudic.l.properandum. §.j.& in authentic.iubemus. eodem titulo.& l.finali.C. vt infra certum tempus. aut respicit partis vtilitatem, vtputa quòd plures rei dant vnum procuratorem,& non valet parte non petente. vt ff. iudicatum solui.l.iam tamen.§.pen. Secundò casu principali quando actus pertinet ad litis decisionem: tunc aut est de actibus emergentibus ante litem contestatam. & tunc non valet sine partis requisitione,vt in l.ædilis.§.item sciendum.ff.de ædilitio edicto. Nec his repugnat quod habetur.in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de operis noui nuntiatione. vbi iuramentum calumniæ non præstatur nisi à parte requiratur, cuius contrarium suprà dixi: quia ibi loquitur in iuramento speciali & particulari quod respicit partis vtilitatem, sed quod superius dictum est, debet intelligi in iuramento generali calumniæ quod respicit publicam vtilitatem. Et hoc de officio mercenario radicato principaliter in per-
10 sona iudicis. Sed † quia dixi secundò quòd

est quoddam officium mercenarium quod principaliter radicatur in parte, vt opponere exceptiones, instrumenta producere, & similib. In hoc sic distingue, aut vult iudex suum officium interponere sine partis requisitione super his quæ tendunt ad publicam vtilitatem, vel suum proprium honorem conseruandum. & hoc potest facere. l. quos prohibet. ff. de postulan. & l. filiusfamil. §. veterani. ff. de procurato. Aut super his quæ tendunt ad priuatam vtilitatem. & tunc aut vult probationes inducere interrogando partes, vel repetendo testes productos in iudicio, & potest licitè facere. vt l. vbicunque. ff. de interrog. act. & quod not. in authentic. de testibus. l. illud tamen. & in c. cùm clamor. extrà de test. cum simili. aut vult officium exercere inducendo testes non productos vel instrumẽta non producta in iudicio: & tunc aut vult hoc facere pro parte absente in casu legitimo, quo contra eum posset ad sententiam diffinitiuã procedi: & potest licitè facere tam in causa principali. vt C. quomodo & quando iudex. auth. qui semel. ibi perquisita veritate &c. quam in causa appellationis. vt l. ampliorem. §. j. & quod. ibi not. C. de appellationib. aut vult inducere pro præsente; & tunc regulariter non potest per iura quæ dicunt iudicem non posse in facto supplere. vt C. vt quæ desunt aduoc. par. iud. supple. & l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsid. & ff. de fer. l. ij. 11 & ibi not. cum similib. Fallit hoc in duobus casibus, quibus potest contra absentem pro præsente & ècõuerso offic. impartiri. Primò vbi de veritate instrumenti quæritur in iudicio produci. vt in authentic. de tabel. in princip. Secundò in inquisitione quę fit super qualitate & conditione testium a. vt nota. gloss. in l. iiij. super ver. inimicitiæ. ff. de testib. l. j. §. si curator. ff. de mag. conuen. & in authẽ. de testib. §. j. in gloss. quæ incipit in 12 arte. † Sed circa prædicta quæritur quid in criminalibus b causis, an liceat iuduci sine partis requisitione nouas probationes inducere. Breuiter secundum Barto. vbi supra sic distingue. aut iudex procedit accusatore & accusato præsente; aut accusato absente & accusatore præsente; aut èconuerso accusato præsente, & accusatore absente. Primo casu dic quod iudex ex officio potest nouas probationes inducere. vt in l. si non defendatur. in fi. ff. de pœ. vbi seruo accusato permittitur tam ipsi seruo quàm iudici quærere de eius innocentia. ad hoc etiam facit l. j. in fin. ff. de quæstionibus. vbi iudex post rei confessionem adhuc testes alios examinauit super crimine, vt certior redderetur. ad hoc etiam facit l. ij. C. de abo. & capitul. ij. extra de calumn. & gloss. in l. iij. §. si tibi iudicium. ff. de conditionibus ob turpem causam. Secundo casu quando reus est absens, tunc regula est ista, quòd in delictis in quibus pœna imponitur vsque ad religionem, quo casu potest contra absentem procedi vsque ad diffinitiuam sententiam secundùm veram opinionem. de qua notatur. in l. absentem. ff. de pœnis. & per Cynum in l. absentem. C. de accusationibus. in vltima quæstione. tunc potest iudex nouas probationes inducere ex officio suo, quia hoc fieri potest in ciuilibus, vt dixi: multomagis in criminalibus, in quibus periculum vertitur. Tertio casu quando reus est præsens & accusator absens: tunc quia de iure communi iudex non potest sibi assumere officiũ accusatoris nisi in exceptis casibus de quibus notatur. in l. ij. §. si publico. ff. de adulterijs. & l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsidis. idcirco non poterit nouas probationes inducere ex officio suo: quia etiam non potest procedere ad diffinitiuam sententiam ferendam. imò reo postulante tenetur iudex ipsius rei nomen facere aboleri. vt ff. de accusationibus. l. liberorum. §. final. cum similibus. de his notatur. per Cynum in l. j. C. vt quæ desunt aduocatis part. iudex. sup. & per Specul. in titulo. de disputationi. & alleg. §. final. versicul. & breuiter. & versicul.
13 sequen. † Ex præmissis autem patet soluta quæstio, qua solet quæri, an iudicis officium concurc rat cum actione, vt vbi competit actio detur & intentari possit similiter officium iudicis: in qua quæstione sic distingue. Aut loquimur in iudicis officio mercenario, & illud cõcurrit semper cum actione proposita: vt supra dictum est, aut loquimur de officio nobili: & hoc considera, quòd quoddam est officium nobile quod competit & datur secundum ius commune, illud coadiuuando, & tunc illud competit vbicunque actio competit. vt in capitul. conquerenti. & ibi per Innocentium extrà de officio ordinarij. cum tale iudicis officium sit latissimum. vt l. j. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. quoddam verò est nobile officium quod datur seu competit contra ius commune, & illud impugnat. de quo loquitur capit. iudicis officio. extrà de officio iudicis. & l. in causæ. ff. de minoribus. vt est in integrum restitution. & tunc non datur tale officium vbi actio competeret. sed solùm datur in defectum alterius actionis. vt dicta l. in causæ. quod sequitur Innocentius
14 vbi suprà. † Denuo pro declaratione præmissorum quæro quomodo potest sciri quando illud officium detur & cesset actio. Dic quòd primò cognoscitur in illis casibus in quibus cessat ratio competere de iure communi, & æquum est aliqua iuris ratione subueniri. item co

a *Conditione testiũ. Adde videndũ not. maximè Alexan. in d. §. hoc autem iudicium.*

b *Criminalibus. Adde quæ posuit in tractatu Ang. de malefi. in apo. in gl. ex mero officio.*

c *Cum actione. Adde an pcedat libellus in quo petitur per officiũ iudicis compelli aduersariũ. Car. cõsil. de lib. obla. Ber.*

An officium iudicis concurrat cũ act.

item cognoſcitur quòd competit officium. & ceſſat actio ſecundum Barto. quando verba legis vel ſtatuti executiua diriguntur principaliter ad ipſum iudicem, vt ſi lex vel ſtatutum dicat, ſic faciat iudex, & no. in l. ſolet. ff. de ali. & cib. leg.

EPITOME.

1 *Sententia ab obſeruatione iudicij, an & quando dicatur diffinitiua vel interlocutoria?*

2 *A ſententia diffinitiua aut interlocutoria an in omni caſu poterit appellari.*

1 PER Veſtram diffinitiuam ſententiam. † Meritò petitur vt in diffinitiua ſententia hoc declaretur: quia vbicunque offertur libellus in cauſa, debet ſuper ea ferri diffinitiua ſententia, quia de qua re cognouerit iudex, de ea pronuntiare debet diffinitiuè, vt l. de qua re. & ibi no. ff. de
2 iudi. & appellatur ſententia diffinitiua [a] illa, per quam finis imponitur cauſæ, vt l. j. ff. de re iudica. aliàs eſt interlocutoria, vt no. in l. quod iuſsit. ff. de regu. iur. Sed quid ſi oblato libello & lit. conteſt. vlterius non eſt proceſſum in cauſa, & non eſt plenè inſtructus iudex ex his quid iudicare debeat, quid faciet? reſpondeo abſoluet reum ab obſeruatione iudicij, vt in l. properandum. in §. & ſi quidem. in fi. C. de iudi. ad quod facit quod habetur in l. ſi de meis. in fi. ff. de arb. l. pomponius ſcripſit ſi vni. ff. de re iu. Sed an hæc ſententia ab obſeruatione iudicij, eſt diffinitiua. dic ſecũdum Bar. aut talis ſẽtẽtia imponit finẽ principali cãæ, vt de cætero agi nõ poſſit. vt puta dicat, abſoluo te quia ſoluiſti. & tũc eſt diffinitiua. ita intelligat gl. inſt. de ꝑpe. & tẽp. act. in fi. aut talis ſẽtẽtia non imponit finẽ principali cauſæ. ſed reſeruat ius in alio iudicio vtrique parti, vt puta ſi feratur, quia libellus eſt malè conceptus, vt l. libellorum. ff. de accu. vel propter abſentiam actoris, & tunc eſt interlocutoria. & ita debet intelligi gl. in l. titia. ff. de accu. & in §. ſed ſi quidem. in l. properandum. C. de iud. de quo no. per
2 Bar. in d. l. titia. † Sed ſiue dicas hãc ſententiã diffinitiuã, ſiue interlocutoriã omni caſu poterit appellari, prout gl. no. & Bar. in d. l. titia. quia vbi interlocutoria eſt talis, poſtquã non ſperatur alia diffinitiua, tunc à tali interlocutoria ſemper poteſt appellari: quia ceſſat ratio quę eſt in alijs interlocutorijs in quibus dicitur ideò non poſſe appellari, quia dãnum ꝑ eas illatũ eſt reparabile per appellationem à ſententia diffinitiua in cauſa ferenda: quę ratio ceſſat hoc caſu. pro quo facit quod not. gl. in auth. habita. C. ne ſi. pro pa. & l. ꝑtor ait. in §. permittitur. & l. intra vtile. ff. de mino. & hæc de iure ciuili Sed de iure canonico ab omni interlocutoria appellatur: vt aliàs dicam, & probatur in c. vi debitur. extrà de appel.

1 DECLARETIS. † hoc ideò dicitur quia in actionibus realibus, ſententia fertur declaratoria nõ aũt inductoria, vt l. ex diuerſo ff. de rei vẽ. l. ſicut. in §. ſi q̃ratur. ff. ſi ſer. vẽ. facit quod dixi ſuprà in gloſ. ſuper verbo, iure dominij vel quaſi &c.

EPITOME.

1 *Sententia prius ferri debet quàm peti executio.*

2 *Libellus non vitiatur ob hoc quòd ordo petendi in eo conuertitur.*

3 *Iuris remedia ad aliquẽ cõpellendũ tria.*

4 *Duobus eadem rem à reo petentibus & coram iudice contendentibus, an rem reſtitui iudex adiudicabit qui melius de iure ſuo probauerit. et num. 5.*

1 CONDEMNETIS † Et condemnatum iuris remedijs cõpellatis. Hic eſt ordo iuris, vt prius feratur ſententia antequã fiat vel petatur executio, vt l. j. C. de exe. rei iud. & l. ſi cùm nulla. ff. de re iudi
2 cata. Sed † quid ſi in libellum ordo petendi conuertitur, vt quia dicat actor. Peto reum compelli & compulſum cõdẽnari, an ex hoc vitietur libellus? videtur quòd ſic: quia præpoſtera eſt petitio, vt l. vt dubium. C. de hæ. ac. tu dic ſecundum Bar. quòd nõ vitiatur, vt per eum not. in d. l. ſi cùm nulla. & in l. ij. §. interdum. ff. vulga. & pupil. & in l. quidam ff. de pecu. leg. & in l. ad reprimendum. & eſt ratio: quia mens loquentis hoc caſu potius quàm ordo ſcribentis debet attendi. ar. l. talẽ. ff. de hære. inſti. & l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. & l. nec enim ordo. ff. de ſo.
3 Inde † quæritur quæ ſunt iuris remedia ad aliquẽ cõpellendũ? dic tria videlicet manus militaris, vt l. qui reſtituere. ff. de rei vẽ. pœnę impoſitio & pignoris captio, vt l. j. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. cum ſi. & eſt quartum remediũ, videlicet iuramentum in litem contra doloſum, vt no. per glo. in l. à poſsidente. C. de rei vend.
4 Quid † dices de tali quęſtione. Ecce quòd oblato libello & lit. cõteſ. ſuperuenit alius actor qui libellum produxit corã eodẽ iudice contra eundem rei poſſeſſorem, petendo ab eo eãdẽ rem iure dominij vel quaſi, quid faciet re⁹. & quale erit officiũ iudicis? Dic quòd iudex adiudicabit rem illi qui melius ꝓbauerit de iure ſuo. & ſi vnus præuenerit in ſententia obtinẽda, debet reus petere à iudice antequàm compellat ipſum rem illi reſtituere: vt cogat eũ idoneè cauere ipſi reo de defendendo ipſum aduerſus aliũ actorẽ, vt habetur in l is à multis. ff. de nox. aliàs autẽ ſi reſtitueret rẽ nõ exacta nequepetita hac cautione: teneretur ſuo actori ad intereſſe, ſecũdũ verã opi. quia præſu-

[a] *Diffinitiua. Adde Ang. conſi. cxiiij. Pau. de Ca. cõſ. xcij. Ber.*

Nota, quid contineatur appellatione pertinentiarum.

a *Pertinentiarum. Adde Old.consil.x.& qualiter intelligatur pertinentia & quid iuris sit de istis Spe.in titu.de rel. domi.ver.dictum etiam.d.Car.consi.xlvij.Abb.consil.xij. & lij ij.vol.& quæ dicantur pertinentiæ ecclesiæ, per Cal. consil.vj.de verbo.signi. & appellatione territorij, & districtus proprietas non cōtinetur vt per Oldra. cōsi.cclxxvj.Ber.*

mitur fuisse in dolo restituendo sine
cautione.vt habetur,& no.in l.dolo.
ff. ad leg.fal.& l.hoc autē.§.j.ff.si cui
plusquā.per l.fal.& per Bar.in l.pen.
ff de pe.hære.& per Ino.in c.cùm su
5 per.extrà de re iudi. † Quid ergo si
reus fuit solicitus in petēda cautione
sed iudex fuit negligens in faciendo
eam pręstari:dic quòd reus est plenè
liberatus : quia sine culpa possidere
desijt.ar.l.si autem.§.j.ff.de rei ven.
& in l.furti.§. qui iussu.ff. de his qui
notan.infa.cum simil.ibi.not.

E P I T O M E.

1 *Pertinentiarum appellatione quid contineatur.*
2 *Castro donato vel cesso an dicatur donata vel cessa iurisdictio.*

CVM pertinentijs suis. † Quid
1 autem cōtineatur appellatione
pertinentiarū? dic quod oīa illa
quæ lege, statuto, vel cōsuetudine de
putata sunt, vt accedant. sicut castro
aliquādo deputata est iurisdictio vel
certū territoriū qđ sibi respondeat:
& ecclesię deputata est dos sua,& de
cimæ quę iure parochiali debētur.vt
in c.j.extrà de cēsi. & extrà de deci.
c.cùm contingat.Et interdicto vnde
vi,in quo est statutū quòd immobilia
& mobilia & dāna accedant.vt in c.
grauis.extrà de resti.spo. cū sim.quę
a omnia pertinentiarū[a] nomine cōpre
hendūtur.vt plenè per Inn.in c.cùm
ad sedem extrà de rest.spo.& in c.ex
2 literis.extrà de iure pa. † Sed quid si
princeps concedat castrū,vel donet,
b an iurisdictio dicatur concessa[b] vel
donta? dicit Bart.& Ang. quòd sic.vt
not.in l.ij.C.de bon.va.li.x.quod ve-

rum intelligit si castrū habeat antea annexā iuris
dictionem, aliàs nō credo quòd intelligatur cōfer
re de nouo iurisdictione:quia ex separatione non
est recta illatio.vt l.Papinianus exuli.ff.de minor.
alij dicunt quòd etiā iurisdictio videtur ex hoc de
bono collata, quia beneficia principum sunt latissimè interpretanda.vt l.fi.ff. de constitu.princ.Sequitur in litera.

E P I T O M E.

1 *Fructus in libello quare sunt exprimendi?*
2 *Petens fructus an teneatur certam quantitatē exprimere?*
3 *Condemnatus ad rei restitutionem, an teneatur ad restitutionem omnium fructuum. Et quid operetur titulus?*
4 *Condemnatus ad restitutionem fructuum, an possit deducere sumptus in ipsis percipiendis factos? Et quid in colono? & numero 5.*
6 *Fructuum appellatione quid comprehendatur?*
7 *Vuæ ex quibus vinum exprimitur, an sint fructus naturales an industriales?*
8 *Domū habitādo, an dicatur quis fructū percipere? et nu. 9.*

c SIMVL cum fructibus[c]. Notanter † petuntur
1 fructus per actorē in libello:quia si nō essent
expresi in petitione , iudex non posset posteà
ipsos deducere ex suo officio in condemnatione:
quod est intelligēdum de fructibus iam perceptis
ante libellum oblatū:hi enim necessarij sunt in libello petendi. nec aliter iudex de his posset ferre
sententiam.In alijs autem fructibus perceptis post
libellum oblatum , iudex ex officio suo sine partis
d aliqua requisitione pręcedente pronuntiare[d] potest & cognoscere & sententiā ferre,vt hæc habē
tur in l.pactū.ff.de vsu.& in l. ediles.§.itē sciendū.
ff.de edilit.edict. quod sequitur Inn.& Io.An.in d.
c.grauis.extrà de rest.spo.Fallit autē in tribus casi
bus,vbi fructus præteriti tēporis & ante libelli ob
lationem percepti possunt à iudice in condēnatio
nem deduci sine aliqua petitione actoris:videlicet
in interdicto vnde vi.vt in l.j.in §. rectissimè.& l.
idē est.§.fi.& l.si plures.ff.de vi.& vi ar.& in actio
ne quod met.caus.l.sed & peritus.ff.quod me.cau.
& in cōstitutione.l.si quis in tantā.C.vnde vi.& vt
in ea habetur. Ad quod facit quod not.in c.j.extrà
quod met.cau.In quibus casibus specialibus si lata
fuerit sentētia super re principali, vlterius ad fructus agi nō posset, vel similia accessoria, per regulam traditā in l.iiij.C.de pœ. & in l.eos.& l.ī bonę
fidei.C.de vsu.quod not.in l.centū capuæ.ff. de eo
2 quod cer.loco.& l.j.C.de iu.cum si. † Illud tñ not.
quòd quādo fructus petuntur, nō est necesse certā
e quantitatē exprimere[e] in libello, sed sufficit, ꝙ in
processu causæ quātitas certa prout est posibile
probetur.vt s̃.dixi in alia gl.de quo per Cy.in l.cer
tum.C.de rei ven.Quādo autē fructus peti possunt
vel nō, tangitur per Bar.in l.si fundū.ff.de ver.ob.
3 Deinde † quæritur, an possessor condēnatus sicut
tenetur ad rei ipsius restitutionē, ita teneretur ad
restitutionem omniū fructuum.Pro cuius solutione sub breuitate ac conclusione distinguitur: aut
quæritur de fructibus perceptis aut percipiendis,
hoc est de his q percipi potuerūt. Primo casu, Aut
est bonæfidei possessor, & cum titulo, aut malæfidei,&

b *Concessa. Adde Old. consi.cxxj. cclij. et Ro. cōs.cccxiiij.*

c *Cum fructibus. Adde quid contineatur appellatione fructuū Sp. in ti. de interrog. quæ fiunt ante lit.conte.§.xij. verū et an appellatione fructuum veniat palea. Rom. sing. suis fo.xvj. Bernar.*

d *Pronūtiare potest. Adde Specu.in ti. de alleg.& disput.§. j. versicul.sed nunquid.et in titul. de fruct.& interes.per totum. per Speculat.in titul.de appellationi.§.x.versicul.sed pone.& in titulo de expensis.§.iiij.Bernar.*

e *Quantitatem exprimere. Adde quod licet Bar.in l.ex diuersis.§.j.ff.de rei ven.dicat quod requiritur specificatio: tamen communis opi. est vt dicit hæc practica & eam ponit Alexan.de Imo.in consil.xc.col.fin.versi.quo autem in ij.volu.allegando.Inno. & alios. vt ibi per eum. & adde quod Paul.de Castr.consil.xviij. in fin.secundum primam impressionem, quòd vbique iudex potest facere condemnationem quantitate non expressa . & postea illam liquidare in executione.& in proposito vide Barto.in l.si quod ex Pamphila.ff.de leg.ij.et quæ ponit do.Maria Soci.in c.ij.de libel.obla.art.xij.q.v.prin.Franc.Cur.Et vide addit. infra.in verbo.& in florenis.*

dei,& sine titul. Si bonæfidei, aut fructus extant
siue industriales siue naturales:& tenetur eos re-
stituere,vel iure actionis,vel iudicis officio,secun-
dum diuersitatem opinio.vt in l.certum.C. de rei
ven.& ibi per Cyn. & facit l.fructus.C.de vsucap.
a Aut sunt cōsumpti &[a]tunc non tenetur restitue-
re nec compensare.vt instit.de offic.iudi.§.si verò.
& ibi no.& insti.de re.diui.§. si quis à nō domino.
nisi ipse possessor expensas in re factas per eū po-
stularet vel vsuras prætij:nā tunc fieret fructuum
& expensarum compensatio.vt in l.sumptus.& in
l.emptor.ff.de rei ven.de percipiendis autem non
tenetur propter titu.l.vt si fundum.& ibi no.C.de
rei ven.cum simil.Secundo casu principali,quādo
fuit malęfidei possessor subdistingue:quia aut nū-
quam habuit titulum, & tunc tenetur de omnibus
tam perceptis quā percipiendis,& tam extantibus
quā consumptis.vt C. de cōdi.ex le.l.malæfidei.&
l.si fundum.C.de rei ven.& in d.§.si quis à nō do-
mino.& ibi no.Aut habuit titulum.& tunc aut ha-
buit titulum solēnem,& tenetur de fructibus per-
ceptis extantibus,vel non extantibus.de percipiē-
b dis autem propter titulum non tenetur[b].vt in d.l.
si fundum . nisi in quatuor casibus ibi notatis. per
gl.qui infrascriptis legibus comprehenduntur.vt l.
sed & partus.in prin.ff.quod met.caus.l.ait prætor.
§.per hanc.ff.de ijs quæ in frau.credi.l.queādmo-
dum.in fi.C.de agri.& censi.& l.j.C. de fide instr.
& iure hastæ.fis.libr.x. Aut habuit titulum minus
solennem : & tunc si fuit in mala fide tenetur de
omnibus tam perceptis quàm percipiēdis. arg.d.l.
quemadmodū.& no.in c.qui cōtra iura.de iureiur.
libr.vj. Si verò fuit in bona fide,tunc idem dicen-
dum est quod.s.dictum est in habente verū titu-
lum cum bonafide : nam hoc casu quo ad fructus
talis minus solennis titulus habetur pro solenni, li
cet non quo ad rē pręscribendam.vt probatur in l.
bonæfidei.ff.de acqu.rer.do.& confirmat gl.in l.ij.
C.si quis rem mino.sine decre.cōpa.li.x.& in l.sed
si lege.§.scire.& ibi per Bar ff.de petitio.hæredit.
& in l.si fur.§.j.l. vbi lex.in prin.ff.de vsuca.& per
Dy.in c.possessor.extrà de reg.iur.libr.vj.quod est
4 valde not. † Quæ autem superius dicta sunt circa
restitutionem fructuum , debēt intelligi deductis
c prius expensis[c] factis pro ipsius fructibus perci-
piendis. vt in l.fructus.ff.solu.matri.& l.si à nō do
mino.§.fi.& ibi not.ff.de petit.hære.& l.fundus qui
do.in prin.ff.famil.herc.& l.quod in fructibus.ff.de
5 vsu. † Quid ergo dices in colono , cui est fundus
locatus ad reddendū dimidiā partem fructuum
domino,nūquid de hac dimidia sumptus per eum
factos primum detrahere poterit, & reliquuū red
dere?videtur quòd sic per iura proximè allega. In
contrariū est veritas secundū Iac.de Are. & Bart.
vt no.in d.l.fructus.& sit ratio in casu isto,quia co
lonus videtur operas suas & impensas ponere pro
d reliqua dimidietate quā lucratur[d].ar.l.cū duobus.
§.si coëunda.ff.pro soc.& ibi no.& ita consuetudo
obseruatur quæ obseruandi est. vt l.cum delanio-
nis.§.asinani.ff.de fun.instru.& pro hoc bene facit
6 quod no.gl.in l.idē quia.§.Labeo.ff.mā. †Sed quę-
ro,quid cōprehendatur appellatione
fructuū? Dic quòd omne id quod ad
vsum hominis inductū est. vt l.in fru
ctum.ff.de vsuf.leg. siue sint fructus
e naturales[e], vt poma &c. siue indu-
striales, vt frumētum & similia,vt l.
7 fructus.ff. de vsu. † Sed nūquid vua,
de qua fit vinum, dicatur fructus na
turalis vel industrialis . dic quòd est
fructus industrialis:cūhuiusmodi fru
ctus magna hominis industria quęra
tur.vt no.gl.in c.cōtra ius.extrà de re
stit.spo.& per Cy.in l.certū.C.de rei
8 ven. † Sed nunquid habitādo domū
dicatur quis fructum[f]percipere ? dic
quòd sic.vt l. is qui bona.§.& si anti-
phona.ff.de pign.l.apud Iul.§.j.ff.de
9 leg.j.& l.prędiorum.ff. de vsu. † Per
quod deciditur illa quæstio, quòd si
emptor domus,qui illā longo tēpore
habitauit,imputet expēsas victori,ꝙ
ipse victor poterit sibi cōpensare fru
ctus habitationis:vt in prælle.l.em-
ptor.& l.sumptus.ff.de rei vend.

EPITOME.

1 *Fructus & redditus differunt.*
2 *Paria sunt legare fructum & vsumfructū, sicut legare alimenta & victum.*

1 ET redditibus. † Quæritur an in
g ter fruct⁹ & redditus[g]sit aliqua
differentia.Dic quod sic,vt ha-
betur,& not.in l.fundi Trebatiani.ff.
2 de vsuf.le. & l.patrimonij.e.ti. † Sed
inter fructū & vsumfructū nulla dif-
ferētia est.paria enī sunt legare fru-
ctū & vsumfructū. vt in l.cū ita.& l.
seq.ff. de vsuf.leg.Sicuti paria sunt le
gare alimēta,vel victum,vel vt talis
educatur.vt in l.alimenta.& l.fina.&
ibi no.de alimen.& ci.leg.& l.verbo
victus.ff.de verbo.signifi.

a *Consumpti. adde Ang.consi.lxxxij.& consil.xxxiiij.vbi dicit quod tenetur eatenus quatenus est factus locupletior. de quo per Io.de Imo.cōsi.cxij.per do.Card.consi.cx.Ber.*
b *Non tenetur. Adde quòd fallit in minore: quia possessor cum titu.tenetur minori de percipiendis.per gloss.singularem in l.pater.§.prædium. vers. item ex diuerso.ff. de minori. & hoc no.quia dicit Rom. singul. suis quòd ignoranter. & idē tenuit eius consil. cccclxiij.*
c *Expensis. Adde an expensæ deducantur ex fructibus qui debētur ei. lucratiuo.Ro.cōsi. cxxx.*
d *Quam lucratur. Adde an colonus partiarius habeat interesse fructuū arbo. & an fructus pendentes diuidatcum emptore fundi. Spe.in titu. de loc.§.v. Rom.consi. ccclx.*

Fructuum appellatiōe quid contineatur.
No.an habitando domum dicatur quis fructum percipere.
Not.an inter fructus & redditus sit differentia.

e *Naturales. Adde qui dicantur fructus naturales,qui industriales. & qui ciuiles.Fran.de Aret.consil.cix. & an oliua sit fructus industrialis , per Bartol. consilio lxiiij. Bernar.*
f *Fructum. Adde an pensiones domorum veniant appellatione fructuum.Francis.de Aret.consi.suprà alleg.Alex.in. consil.clxxj.ij.lib.Bernar.*
g *Et redditus. Adde quæ sit differentia inter fructus & redditus & prouentus Raphaëlem Cuma.consilio clxij. Bernar.*

a *Ipso possessore. Adde Ang. cōs. ccciij. Francisc. de Aret. consil. xvj. vbi vide an sumptus deducantur. Bernar.*

b *Et aestimatione. Adde quod voluit Ro. consi. cclxxxj. Ber.*

c *Nec in interesse. Adde quòd licet interesse in processum non esset liquidatum, tamen iudex super eo debet condemnare, & nō reum absoluere, ita Abba. in c. cū causam. de testi. quē refert & sequitur ibi do. Benedictus Capr. & do. Mar. Soci. in c. ij. ar. xij. q. v. de libel. ob. per dicta p Bart. in l. si quod ex pāphila. ff. de le. ij. & idē do. Mar. So. in ca. dilecti. in gl. iij. de for. com. quia licet interesse non sit probatū, iudex debet id aestimare per se vel alios, p̄stito sibi iuramento. c. si. extra qd̄ me. cau. & fuit opi. Io. Cal. vt refert prim⁹ doct. et subdit quòd si propter aliquam causam iudex nō posset summere aliā declarationem, quòd etiā non debet reū absoluere sed condēnare in id quod interest probandum in executione. ar. not. per Barto. in d. l. si quod ex pamphila. & in l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. ad quod etiam adducit tex. in c. audi tis. de procur. vbi quando quantitas est incerta, tamen fertur certa sententia, sed non mandatur executioni donec fuerit certificata: & faciunt not. per Bar. & Bald. in l. ij. C. de resc. ven. & per Bald. in l. j. C. de iu. do. impe. Quae. no. in practica. & Adde ad ea quae posui. s. in addit. incipiē. quā titatē. in §. simul cum fructibus. Fran. Cur.*

d *Quid sit interesse. Adde Spe. latè in titul. de fru. & interesse per totum. vbi latè Bald. in l. j. C. de senten. quae pro eo quod interest prose. Ber.*

Et qui percipi potuerūt. &c. Quando quis teneatur de fructibus percipiendis tractatū est suprà in alia gl Sed quomodo debet intelligi qn̄ de percipiendis fructibus tractatur. an de percipiēdis, hoc est qui percipi potuerunt ab ipso possessore[a]. An quos percipere potuisset ipse petitor. Dic secundum Cyn. vbi supra, quòd aut possessor fuit in mora restituendi rem: quia fuit interpellatus: & tunc debet intelligi quòd post morā teneatur de fructibus qui percipi potuerunt ab ipso petitore, si res ipsa fuisset sibi restituta. ita intelligatur l. si nauis. & quod no. in l. fructus, & l. ex diuerso. ff. de rei vendit. Aut possessor nō fuit in mora. & tūc debet intelligi, vt teneatur de fructibus quos ipse possessor percipere potuit. vt probatur in l. dom nm. cū ibi notatis. C. de rei vendi. De hoc nota. per Bartol. in l. apud Iul. §. fructus. ff. de leg. j. Sequitur in litera.

1 Et † si non ex tāti in eorum valore & aestimatione[b] &c. hęc enim est iuris regula quod quādo id quod praestari debet desijt extare per mortem vel cōsumptionē: tunc recurritur ad eius aestimationē. vt l. item si verberatum. §. j. ff. de rei ven. & l. si ser. in §. effectus. ff. de ver. obligationi. & l. si quis ab alio. in fin. ff. de re iudica. & l. vnum. & l. quod te. ff. si certum peta.

EPITOME.

1 *Actor in libello non tenetur certam quantitatem in interesse nec in fructibus exprimere.*
2 *Interesse quid sit?*
3 *Interesse quotuplex sit? & numer. 4. & 5.*
6 *Cuius interesse ratio sit per iudicem habenda.*
7 *Lucri & damni an simul per iudicem sit habenda. Et lucrum quomodo debeat accipi?*
8 *Interesse, siue sit in lucro siue in dāno siue extrinsecus siue intrinsecus vsque ad quātitatem ascendere possit?*
9 *Contractus quis dicatur certus siue incertus? Et numer. 10.*
11 *Poena siue interesse de quo hic quando committatur & contra quos?*
12 *Interesse an petatur principaliter iure actionem an officio iudicis? & nume. 13. 14. & 15.*
16 *Interesse an possit peti de iure canonico?*
17 *Quid dicendum de poena addita in obligationem in contumaciam non soluentis?*
18 *Interesse qualiter probetur? & nume. 19. 20. 21. 27. 28.*
22 *Quid dicendum de probatione interesse singularis & quotuplex sit. & numero. 23. 24.*
Iuramentum in litem in quibus actionibus locum habeat?
25 *An iuretur in litem propter latam culpam sicut propter dolum?*
26 *Dolus quis debeat interuenire vt iudex possit iuramenti in litem deferre?*
29 *Forma & modus probandi interesse veritatis.*

1. Et † in florenis decē pro omni damno & interesse &c. Licet exprimatur certa quantitas interesse, tamen de necisitate actor non tenetur nec in fructibus nec in interesse[c] in libello quantitatem exprimere: sed sufficit in processu liquidare vt supra dixi in gloss. super verbo tot & tantos fructus. numero 2. Ad hoc autem interesse tenetur ipse reus, si mandato iudicis rem non restituerit. vt in d. l. qui restituere. ff. de rei ven. super quo interesse statur iuramento actoris, si reus est in dolo. aliâs de interesse probatur per alios modos à iure introductos. vt d. l. qui restituere. & l. quoties. ff. de regu. iur.

2. De quo latius dicam infra. † Huius igitur gratia, quia de interesse mentio hîc habetur. Quaero de aliquibus. & primò quaeritur quid sit interesse[d]. & respondet gloss. in l. j. C. de senten. quae pro eo quod interest. quòd interesse est dānum emergens vel lucrum cessans, cuius quidem diffinitionis sensus est sanum & certum intellectū, quod interesse nihil aliud est, nisi cum quis damnum sensit vel in perdendo proprium, vel non acquirendo lucrum. Aliquandò tamen sic diffinitur. Interesse est aestimatio damni ex eo contingens quo aliquid fieri cessatur quod fieri debet, vel dari cessatur quod dari debet, vel fit quod fieri non debet: quae diffinitio probatur.

probatur his legibus.ff.de verborum oblig.l.ſtipu
lationes non diuiduntur.§.final.l.naturalis. ff. de
præſcrip.verſi.& in l.hoc interdictum.ff.de vi. &
vi arma.l.Iulian.in princ.& l.j.in fin.& ibi not. ff.
3 de actio.empti. Secundò † quæritur quotuplex
eſt interreſſe.& gloſſ.in d.l.j. ff. de actio. empti.
& l.j.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt. dicunt
quòd eſt triplex,ſcilicet conuentũ,commune, &
ſingulare.alij quos refert Cyn.in d.l.j.C. de ſent.
quæ pro eo.dicũt quòd eſt tantùm vnicum inter-
eſſe,quod tripliciter æſtimatur, vel ſingulariter,
vel communiter vel conuentionaliter. Dic la-
tius vt ibi de hoc not.& per Innoc.in c.ſacro.ex-
trà de ſen.excom.per Dy.in c.mora.extrà de re-
4 iud.lib.vj. Eſt † & ſecunda diuiſio intereſſe,vide-
licet quòd quoddam eſt intereſſe circa rem,quod
ab aliquibus appellatur,intereſſe extrinſecum.
Eſt autem intereſſe intrinſecum defectus valoris
& bonitatis ipſius rei vel alterius concohærentis,
vel dependentis ab ipſa re, ipſamq; rem vbique
concomitantis & inſequentis.Exemplum eſt tam
in pretio rei aucto vel diminuto,quã circa inter-
eſſe ſerui caſtrati,vel alterius animalis. vt in l. iij.
§.reddita.ff.cõmo.& in l.j.§.ſi res depoſita.ff. de
depo.quàm etiam circa intereſſe ſerui hæredis
inſtituti:vt l.inde Neratius.§.j.ff.ad leg.aqui.& l.
venditor hominis.ff.de euict.cũ ſimilib.Intereſſe
verò extra rem ſeu extrinſecum eſt effectus vti-
litatis ipſam rem non contingẽtis, nec rem inſe
quentis:ſed perſonæ cohærentis:vt patet in pœ-
na cõmiſſa propter rem nõ ſolutã alteri ſua die,
quãdo fuiſſet cõmiſſa ſi ſolutio facta eſſet ſtipu-
latori.vt l.nũmis.ff.de in litem iuran.& l. infician
do.ff.de furt.& in venditione ſeruitutis aquædu-
ctus ad prædiũ meum.Nam alterius nõ tantùm
intereſt vti hac ſeruitute quantùm mea: vt in l.
cũ fundũ.ff.de leg.ij.& in familia quæ famæ per-
empta eſt,quia promiſſam pecuniam nõ recepit.
l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem.ff.de act.emp.
cũ ſimi.& pro hac diuiſione,facit l.Lucius.& l. Ti
5 tius.ff.de ac.emp. Præterea eſt & tertia diuiſio,
quia quoddã eſt intereſſe quod cõſiſtit in damno
paſſo in re,vel propter rem de qua agitur, quod-
dam quod conſiſtit in lucro omiſſo in re ipſa, vel
propter eam.vt in d.l.j.C.de ſen.quę pro eo quod
intereſt.& in iuribus quæ infrà annotabuntur.
6 Videndum † itaq; reſtat cuius intereſſe ratio ſit
habendã per iudicẽ:& primò circa intereſſe ex-
trinſecum. In quo dic ſecundũ gl. eſſe diſtinguẽ
dum:Aut agitur ad intereſſe,quod nõ eſt traditũ
vel factum,quod tradi vel fieri debuit.aut agitur
ad intereſſe quod eſt malè traditũ vel factum,ꝙ
bene fieri & iuſtè tradi debuerat. Primo caſu ve
nit intereſſe in cõdẽnatione intrinſecũ tm̃,& nõ
extrinſecũ:vt l.ſi ſterilis.§.cũ per venditorẽ.ff.de
act.empt.& in l.venditor hominis.ff. de euict. cũ
ſimil.& l.illud.& l.itẽ ſi ſerui.ff.de ædi. edi.Fallit
quando intrinſecũ circa rem non põt venire, pro
pter ipſius rei naturã;vt eſt in pecunia: quia tunc
venit intereſſe quòd eſt extra rem:vt in l.iij.§.ſi.
ff.de eo quod certo.Secũdo aũt caſu dic,ꝙ haben
da eſt ratio per iudicem vtriuſq; in
tereſſe in condẽnatione. vt in l.j. §. *Intereſſe intrinſecum.*
hoc interdictũ.ff.de vi & vi ar.ff. de
fur.l.inficiando.& ff. de in litem iu.
l.nummis.cum ſimilibus: quã diſtin
ctionẽ tenet glo.in d.l.j.C. de ſentẽ.
quæ pro eo quod intereſt profe. &
7 ibi per doctores. † Deinde quæri
tur an lucri ſimul & dãni ratio per
iudicẽ ſit habenda.Lucrum autẽ in-
telligitur omni expẽſa atque dam-
no deducto.vt in l.munus.ff.pro ſo-
cio.& plenè not.per Innocẽ.& alios
in c.paſtoralis.extrà de deci. In quo
articulo glo.in d.l. dicit quòd ratio
lucri olim iure antiquo regulariter
habebatur per iudicem.Niſi in cer-
tis caſibus,ſecundum Petr.videlicet
quando lucrũ eſſet cũ alterius tertij
iniuria:vt l.ſi is cui.§.fin.ff. de furt.
& in l.deniq;.ff.ex quib. cauſis ma.
& quãdo lucrũ ipſum eſſet à fortu- [a]
na.vt in d.§. cùm per venditorem.
Ratio autẽ damni & olim & hodie
fuit, & eſt habenda cum diſtinctio-
ne, de qua ſuprà: quia aut agitur,
quando non eſt factum quòd fieri
debuit,vt ſuprà dixi.alij dicunt quòd
olim & hodie venit lucrum regula-
riter:& ſic vtrumque ius eſt vnifor-
me.& hoc per caſus illarum legum
quæ not.in d.§.cùm per venditorẽ.
per quos caſus eligitur regula,quòd
lucri ratio ſemper habenda fuit iu
re antiquo: & ita fortius hodie,quia
hæc regula hodie eſt cõfirmata per
dictam l.j.quam opin.tenet Cy. ibi.
fallit tamẽ hæc regula in prædictis
duobus caſibus Alij vt Iacb.de Are.
& Iaco.But.diſtinguunt ſic. Aut lu-
crum eſt computandum cum alie-
na iactura,vel à fortuna, & non ve
nit lucrum,nec olim nec hodie. vt l.
is cuius.in fin.ff.de furt.& in l. deni
q;.ex qui.cau.ma.& in d.§. cùm per
venditorem.aut eſt computandũ ſi-
ne alterius iniuria cum perſonæ tan
tùm ſola induſtria. & tunc aut tale
a intereſſe eſt incertum, [a] & non eſt
habẽda eius ratio per iudicem olim
nec hodie:vt l.ij. §.portio.ff. ad leg.
rod. de iact.aut eſt certũ,& tũc aut
agitur propter maleficium,& venit
lucrum olim & hodie:vt l.ſi fundus.
in fin.ff.de loca.& condu.& l.vendi
tor.ff.de euic.aut agitur quia nõ eſt
factum quod fieri debuit: & tunc
merum factũ erat in obligatione,
quod fieri eſt omiſſum, tũc venit in
tereſſe in lucro olim & hodie.vt l.ſi
commiſſa.ff.rem ratam hab. aut nõ
d.

a Incertũ. Adde quòd Ro.ſingul. ſuo inci. tu ſcai quòd in l. ſi conſtãte. dicit quòd licet aliàs vbi lucri ceſſãtis ſit habẽda ratio, tamen fallit in piſcatore, aucupatore, & venatore. Bernard.

Cõtractus certus.

Pœna vel intereſſe cõmittitur.

est merum factum, sed mistum in obligatione: vt puta rem tradi: & tunc nec olim nec hodie venit lucrum: vt in dicto §. cùm per venditorem. Cui quo ad hunc vltimum casum non assentio, sed sto cũ opin. præcedenti.

8 Inde † quæritur vsque ad quam summam vel quantitatem potest ascendere istud interesse, siue sit in lucro siue sit in damno siue intrinsecum siue extrinsecum? Super quo licet sint diuersæ opin. in d. l. prima. tamen conclusiuè dic secundũ glo. & docto. in contractibus habentibus certam quantitatem vel naturam potest interesse ascendere ad duplum. vt colligitur in d. l. j.

a Pœna. Ad de latè Ro. consil. ccccclix. Ber.

9 Sed † relinquitur adhuc maior dubitatio, quis dicatur contractus certus vel incertus. & in hoc opin. sunt variæ. dicit enim glo. in dicta l. j. quòd quando in obligatione est factum, tunc contractus incertus dicitur: si verò obligatio cõtinet quid dari, tunc dicitur cõtractus certus. argumen. in l. vbi autem non apparet. §. qui id quod. ff. de verborum obligatio. Alij dicunt quòd si obligatio continet aliquid habens certos fines limitatos à natura, vel homine, vt fundus vel asinus, tunc cõtractus appellatur certus: si verò obligatio cõtinet quid quod non habet fines suos ab homine vel natura limitatos, tunc contractus dicitur incertus: nec mirum si à rebus obligatio & contractus naturam suam assumit: vt in l. stipulationes non diui. in princip. ff. de verborum obligatio. alij vltramontani, quos videtur sequi Iacob. Butr. dicunt quòd illi appellantur contractus certi, in quibus habere possumus mutuam relationem hincinde. vt puta, si vendidisti mihi rem pro centum, videris illam tantùm æstimasse, & hoc est meum interesse & tuum. Et sic istud interesse quod certum est ab vtraque parte non potest duplum ipsius quantitatis excedere.

10 Vbi † autem in obligatione nõ est certum quid deductum ad quod possit haberi respectus, vt puta, quia promittitur factum simpliciter sine expressione certi quantitatis, vel certæ mercedis, tunc contractus iste appellatur incertus: vt in dicta lege, vbi autem non apparet. & poterit hoc casu interesse duplum excedere: non ergo secundùm hanc est fienda differentia an in obligatione sit factum vel datio. sed illud solùm attendendum, an certa quantitas sit in obligatione, vel nulla: vt patet ex præcedentibus. Et prædicta sunt intelligenda vera quando interesse petitur pro eo quod est omissum fieri quod fieri debuerat. Sed si peteretur pro eo quod est factum quod fieri non debuerat: tunc quia hoc casu venit interesse extrinsecũ, vt suprà dictum est, puto quòd tale duplum possit excedere, per iura circa hoc superius allegata. Sed dicet quis, quid est illud quod est duplandum? Dic secundùm opinionem glo. & docto. quòd est pretium rei non pretium conuentum: licet aliqui contrà: vt not. in l. j. C. de sent. pro eo quod interest.

11 Vlterius † quæritur, quando pœna [a] vel interesse de quo loquimur committatur, & contra quos? Dic quòd aut pœna vel interesse adijcitur facto diuiduo, aut indiuiduo, tunc dic, vt si quidem adijcitur facto diuiduo, per gloss. & Bartol. in l. ij. §. item si in facto. ff. de verborum obligatio. Si verò adijcitur facto indiuiduo: tunc dic, vt habetur & notatur per eum in l. eadem. §. Cato. ff. de verborum obligationib.

12 Deinde † quæritur an interesse petatur principaliter iure actionis, an iudicis officio? Breuiter concludendo multorum opinionem sic distingue. Aut agitur ad interesse propter id quod factum non est quod fieri debuit, aut propter id quod datum non est quod dari debuit. Primo casu, petitur interesse simpliciter iure actionis in libello, cùm ipsum interesse sit in obligatione: vt in l. Iulianus. §. primo. & iij. ff. de action. empti. & ff. loca. & conductio. l. si fundus. in fin. ff. de verborum obligatio. l. quoties. & ff. de donatione causa mortis. l. si filio. & l. illud. & l. si is. ff. de conditione furt. l. in re furtiua. & ff. de vi & vi arm. l. j. §. hoc interdictum. ad quod faciunt omnia iura in quibus venit interesse propter delictum. Secundo casu quando agitur propter id quod factum non est quod fieri debuit. Tunc subdistingue. aut in obligatione principali erat merum factum, vt scribere librum vel ædificare domum. aut factum mistum, vt rem tradi, vel restitui. Primo casu agi potest ad interesse, & super eo diuersimodè libellus formari, secundùm diuersitatem opinio. Nam secundùm aliquos potest iure actionis principaliter peti ipsum factum in libello. & interrogabitur reus an velit facere? & si responderit quod non? tunc iudex ex officio condemnabit eum ad interesse: vt notatur per gloss. & doct. in l. j. ff. de act. empt. Vel secundùm alios interrogabitur reus ante libellum, an velit facere? & si dixerit quòd non, tunc libellus producetur contra eum, in quo interesse solùm petetur. vel secundũ alios poterit factũ in libello principaliter postulari, & conditionaliter interesse, hoc modo, peto Sempronium condemnari ad ædificandum mihi domum, quam si facere recusauerit, peto ipsum condemnari ad centum pro meo interesse &c. Quorum omnium opinio. veræ sunt & practica

practicabiles.& not.in d.l.j.& per Bartol. plenè in d.l.stipulationes non diuiduntur. in.pe.quæstio.Et facit l.si quis ab alio.& quod ibi not.ff.de re iudic. & l.pœnam.ff.de verborum obligat.& l.fina.ff. si quis in ius.vo.non ier.& ff.de arbi.l. idem proferre.§.fina.Si verò in obligatione sit factum mistū, vt rem tradi,vel restitui.& tunc licet.glo. sint variæ in libelli formatione.vt not.institu.de empt.& vendit.§.prætium.& in.l.j.ff.de ac.empti.

13 † Tamen considerandum est vt distinguamus, aut tractatur de interesse quod habetur ex contractu bonæfidei, puta emptionis & venditionis, aut ex contractu stricti iuris,vt stipulationis.Primo casu aut quęritur de interesse quod succedit loco rei venditę,aut de eo quod accedit ipsi rei venditæ.si quidē quæritur de eo quod loco rei succedit, tunc aduertendum est.nam aut venditor habet facultatem rei tradendæ,& tunc res ipsa est principaliter in libello petenda:& iudex ex officio in rei nō traditæ cōtumacis condēnationē faciet fructuū & interesse.Et hoc modo debet intelligi opinio Martini,de qua not.in d.§.pretium.& in d.l.j.Aut non habet facultatem rei tradendæ,& tūc interesse debet principaliter peti in libello actionis iure,tanquàm subrogatum sit in loco ipsius rei legis potestate,vt probatur in l.si sterilis.§.cùm per venditorem.ver.nec enim &c.ff.de ac.emp.& l.j.in princ. ibi agitur &c.ff.eo.ti.licet alij contrà,vt refert Cy. in l.j.C.de sen.quæ pro eo quod interest.

14 † Vbi autem tractatur de interesse quod accedit ipsi rei,vt sunt fructus & partus:tunc tale interesse non deducitur in libello iure actionis:sed iudex super re principali aditus, hoc interesse ex officio deducit in cōdemnationem.vt l.videamus.§.si causa.ff.de vsur.& in l.ædil.§.scien.ff.de ædil.edi. Secundo casu principali,cum tractatur de interesse quod debetur ex contractu stricti iuris:vt stipulationis.aut in obligatione est rem tradi,aut rem restitui.primo casu id in libello petendum est iure actionis:quia legis potestate in obligationibus rem tradi succedit obligatio ad interesse.vt l.si quis ab alio.in fi.ff.de re iudi.sicut in obligationibus faciēdi.nam tradere facti est; vt in l.si rem tradi.ff.de verbo.oblig. & hoc sequitur Dyn.in c.mora.extra de re.iu.& Bar.in d.l.stipulationes non diuiduntur.si verò est in obligatione rem restitui. tunc distingur aut reus habet facultatē ipsius rei restituēdæ,& in libello interesse petitur principaliter.quia ipsum interesse legis potestate succedit in obligatione.l.in summa.§. si seruum.ff.de condi.inde.& l.in re fur.ff.de con.fur.quod sequitur Bar.in d.l.stipulationes.

15 † Tertio autem casu principali quando dari est in obligatione,& agitur ꝓpter id quod non est datum,quod dari debuit:& tunc gl.distinguit;aut agitur ex contractu nominato aut innominato.Si nominato,tunc aut res ipsa extat & petenda est principaliter in libello,quia isto casu interesse succedit in obligatione,vt in l.vbi autem non apparet.in fi.ff.de ver.ob.& l.mortuo boue.ff. de leg.ij.aut non extat res,& tunc res ipsa petitur iure actionis in libello ac si extaret.Verùm quia dari non potest iudex ex suo officio super interesse sentētiam ferre debet. l.si seruū.§.fi.& l.eum qui.§.fi.ff. de ver.ob.Si verò agitur ex contractu innominato,tunc secundum aliquos post moram succedit obligatio ad interesse.arg.l.naturalis.§.j.ff.de prę scri.ver.Ideoque iure actiōis debet principaliter interesse in libello peti.Alij autem dicunt quòd ex officio iudicis per d.l. si seruum.quę generaliter loquitur.Quicquid tamen sit si vis practicare reiecta huiusmodi subtilitate debes semper in libello, iudicis officium implorare simpliciter,non exprimendo qualitatem officij,an sit nobile vel mercenariū, quia sermo simplex interpretabitur posteà secundùm negotij qualitatem & proferentis mentem: vt l. si quis intentione ambigua.ff. de iudi. & præmissa procedunt cum interesse temporis præteriti postulatur, vbi etiam interesse contingeret post litem contest. tunc sine partis requisitione poterit iudex ex suo officio reum ad tale interesse condemnare:& idem in fructibus.vt in l.ædiles.§.item sciendum.ff.de ædil.edic. & not.per Inn. in c.grauis.extrà de restitu. spolia.

16 † Sed circa prædicta quæritur an interesse,de quo suprà, posſit peti de iure canonico?dic bene quòd sic,licet eo iure prohibeatur petitio vsuræ,tamen conceditur petitio ad interesse.vt no.per glos.& doc.c.conquæstus. extra de vsur.& facit c.ij.& iij.extrà de fideiuss.cum si.& ex hoc sequitur qđ si tibi dedi mutuo decem quæ mihi soluere promisisti ad nundinas sancti Michaelis, & fuisti in mora non soluendo, quòd potero à te vltra sortem petere interesse [a] meum,nec erit vsura: vt in l.ij.ff.de eo quod cer.loco .nota.in l.curabit.C.de ac.emp t.per gl. & doc.

17 † Quid autē de pœna addita in contumatiam non soluentis. Dic, vt not.do.in l.cum allegas.C.de vsu. & Bartol. in l.cùm seruus ita.ff. de conditio.& demonstra.& ego scripsi j. de ac.hypo.

a Interesse. Adde Ro.cō si.ci. Alex. cōsi. ccxxj. Rapha.Cū consil.cxxxix.Ber.

Not.qualiter interesse probatur.

18 † Restat nunc quęrere qualiter interesse probetur.Super quo est attēdendū aut enim quæritur de probatiōe interesse cōis vel cōueti,aut de probatione interesse singularis.Primo casu,cùm quæritur de probatione communis vel conuenti interesse,quod idē est qđ ipsius estimatio rei: vt l.si vendidero. §.j.ff. de fur.

Aduertendum est quod valor seu æstimatio rei probatur secundũ no. per gl.& doc.in l.ij.C.de rescin.ven. & in l.pcia rerũ.ff.ad leg.Fal.habita consideratione loci & temporis red ditus & ipsius rei qualitatis circunstantium rerum:vnde aut tractatur de pbatione rei immobilis,vt dom⁹ vel prædij:aut de probatione rei mobilis,vt frumenti vini seu drapi. Primo casu probanda est æstimatio per testes.

19 Forma † autem ponendi & capitulandi quo ad partem,& deponendi quo ad testem talis esse debet,vt pars sic deponat [a] & testis sic deponat quòd ex tali fundo communiter & cõmuni cursu annis singulis percipiuntur & colliguntur,& percipi & colligi possunt tot fructus. Item quod in contrata seu territorio in quo positum & sitũ est ipsum prędium vel fundus & de alijs confinibus & adiacentibus prędijs ibidẽ conuicinis tãti fructus percipiuntur & percipi consueuerunt,quanti superius dictum est.Item & quòd dictus fundus communi æstimatione valet x.& tantum cõmuniter venderetur & pro simili pretio & valore vendi consueuerunt & venditi sunt consimiles fundi vel consimilia prędia dicti loci & territorij,vt hæc probantur in d.l.ptia.ad l.fal.& in l.si quos C.de rescin.ven.& ff.de iure fis.l.nõ intelligitur.§.diui fratres & l.Caius.§.Titius.ff.de leg.ij.cum simi.Secũdo casu cum quæritur de æstimatione rei mobilis,tunc probatio fieri debet per testes,qui dicãt quòd saccus frumenti valuit tali tẽpore & in platea in qua vendi publicè consueuit, solidis.xx.& ante ipsum tempus & post.Nam non sufficeret quòd vna die tantùm valuit:quia sic æstimatio esset singularis,quæ non attenditur:sed illa sola debet attendi quæ in vsu fuit magis continua.vt in d.l. pretia rerum.& ibi per Bar.& ea quæ vsitata est in foro publico ciuitis illius.vt argum.C.de eroga.mili.anno.lib.xij.& l.septem diebus.& l.speciebus de coartalibus.libro duodecimo Codicis.

[a] Sic deponat Adde qualiter testis debeat deponere super valore rei Alex. consi. clxxij.ij. vol.& valor rei nunquam debet inspici nisi quantũ est in foro.secũdùm Bar. in l.septem de ero.mili. anno.xij. C.vbi dicit esse casum, & alius est casus in c. j.de empt. & ven. & intellige de rebus venalibus.Ber.

Not.formã capitulandi quãdo probatur de æstimatiõe rei.

20 Sed † quæritur pro declatione prædictorum,quid si vnus testis vel duo dicant,res valet tantùm,quia tibi darem tantum vel ipsam emerem pro tanto, nunquid ex hoc legitimè probatur quòd res sit tanti valoris: videtur quòd sic:quia res tantum valet,quantùm vendi potest. vt l. si seruus,in §. j.& ibi not.ff.de condit.fur.& l.si quis vxori.in fin.ff.de fur.ergo &c.Tu dic contra.nam per hoc non est probata vera æstimatio rei: quia pretia rerum non debent considerari secundum affectionem singulorum: sed secundum quod communiter & communi cursu vendi possunt.vt in d.l pretia rerum.non ob.illa regula.l.si seruus, quia debet intelligi,quòd res tantùm valet quantùm vendi potest. scilicet communiter & communi cursu:palam & publicè.non ab vno emptore,sed à pluribus.Et ideo si x.vel plures testes deponerent singulariter quòd quilibet eorum tantum daret,si res proponeretur venalis, fortassè legitimè probarent veram æstimationem rei,quia talis numerus testium indicaret communiter rem esse tanti pretij.

21 Quid † si producuntur testes super valore frumenti,qui dicunt,quòd tali tempore valuit saccus frumenti solidis xij.sicut fuit M.cccc.an iudex condemnabit tali æstimatione?dic quòd nõ,quia pretium,vel æstimatio insolita,& quæ currit vno solo tempore non debet attendi.sed illa æstimatio est attendenda,quæ est in communi cursu,& consuetudine,vt probatur in d.l.pretia rerum. & ibi per Bar.quod est no.Et ideò reus qui conuenitur ad talem,vel similem æstimationem, debet esse cautus,& probare quòd talis æstimatio,& precium non consueuit cõmuniter contingere in ipsa ciuitate. Debet etiam probare, si de pretio rei immobilis quæritur,de vitijs,& oneribus ipsius rei incumbentibus,propter quæ valor diminuitur:vt puta quòd res emphyteutica,vel feudalis,vel debet talem seruitutem,& similia.quia ex hoc colligitur,quòd res ipsa sit vilioris pretij.

22 Dixi † vlterius principaliter quod aliquando tractatur de pbatione interesse singularis,& in hoc est opi.apud doc.vt refert Cy.in d.l.j.C.de sen.quę pro eo.in pe.q.Sed tu clarius circa interesse singulare sic distingue,quoddam enim est interesse affectionis,quoddam interesse veritatis.vt colligitur in iuribus s.scriptis.Aut ergo quęritur de probatione fiẽda circa interesse affectionis,& in hoc dic quod interesse affectionis probatur per solum iuramentum in litem deferendum per iudicẽ,dũmodò concurrant illa quæ sunt necessaria ad hoc, vt sit locus huic iuramento in litem,quæ sunt tria secũdum quod no.doc.& Bar.in d.l.in actionibus. ff.de in lit.iur.& latius scripsi infra,circa responsionem,quã facit reus, præsenti libello.in glo.super

23 verbo iusiurandi.videlicet. † Primò natura ipsius rei quæ talis esse debet,vt super ea cadat affectio,vt puta liber,equus vel seruus,& si aliàs non defertur iuramentum.vt l.nummis.ff.de in li.iur. vt puta si sit pecunia,vt ibi. Nisi pecunia fuisset subrogata loco speciei,& in ea fuisset dolus commissus directè,vt l.pe.ne quis eum qui in ius vocã.est. Secundò debet attendi natura actionis intentatæ,vt talis sit:quòd super ea posit tale iuramentum deferri,quod quidem contingit in tribus casibus,videlicet si actio sit bonæ fidei,vel actio

in rem, vel actio arbitraria.vt d.l. in actionibus.
Et quod dixi in actione bonæfidei,intellige, verũ
in actionibus bonæfidei directis,quia aliud est in
contrarijs.vt l.ei apud quem.ff.depo. Et etiam in-
tellige in illis actionibus in quibus petitur aliquid
restitui,vt in deposito & commodato:vt l.iij.§. in
hoc.ff.commo.& l.sed si possessori.§.si cum de hæ
reditate.ff.de iureiur.& l.j.§.in depositi.ff.depo.&
24 l.si quis.ff.loca. Vbi †autem petitur aliquid tra-
di tanquam debitum,vt in actione ex empto, du-
bitatio est,an iuretur in litem, quia videtur quòd
sufficiat interesse præstare. vt §.j.& ibi not. ff. de
actio.empt. Verius tamen est, vt hîc distingua-
tur an venditor habeat facultatem rei restituen-
dæ & non vult restituere,& tunc sit locus iuramẽ
to in litem propter dolum suum.sic debet intelli-
gi gl.in d.l.in actionibus,aut non habet facultatẽ
restituendi, & non iuratur in litem, sic procedit
opin.Azo.in sum. Deinde dixi,quòd habet locum
tale iuramentum in actionibus in rem,quod intel
ligas esse verùm, etiam in illis quæ non dantur
pro pleno dominio, sed pro aliquo iure cohæren
te rei. vt in hypothecaria & confessoria. institut.
de actio.§.præterea quasdam actiones.& l.si fun-
dus.§.in venditione.ff.de pign. & l.eum qui.§. in
publiciana.ff.de public.& l harum. in fin.ff. si ser.
ven. Tertiò dictum est in actionibus arbitrarijs
locum esse tali iuramẽto:vt d.l.in actionibus. pro
cuius declaratione est primò sciendum quæ di-
a cantur actiones arbitrariæ [a] quod dic secundùm
Bartol.vbi s. quòd omnes illæ actiones, siue sint
reales,siue personales,siue mistæ dicuntur arbi-
trariæ,in quibus ad mandatum ipsius iudicis,& se
cundùm præceptum suum non restituitur res peti
ta in iudicio,vt probatur in l.qui restituere.in fin.
ff.de rei vendi.& melius in d.§.præterea. licet à
regula excipiantur aliqui casus,per gloss. in d. l.
in actionibus. Sed secundùm Bartol.ferè illi om
nes casus acceptati comprehenduntur sub dicta
regula,excepto vno qui habetur in l. penul. §.j. ff.
ne quis eum qui in ius vocand. Tertiò principa-
liter debet concurrere vt sit locus huic iuramen-
to,dolus aduersarij,vt probatur.C.de in lit. iuran.
l.iij.nam propter culpam regulariter non iuratur
in litem:vt d.l.in actionibus.versi.in his omnibus.
& in l.videamus.§.final.ff.de in lit iurand. facit in
actione tutelæ:vt l.ij.& iiij. C. de in lit.iuran. vbi
propter periculum iuratur contra tutorem.
25 Sed nunquid propter latam culpã sicut propter
dolum iuratur in litem?glo.in d.l.in actionibus.te
net quòd non. Et sic culpa lata isto casu non æqui
paratur dolo.de quo plenè not.Bart.in l.quod Ner
ua.ff.depo.l.si mora.ff.solu.matrim.
26 Sed †iste dolus quid requiritur quando debet in
teruenire ad hoc vt iudex possit hoc iuramentum
deferre? Dic breuiter quòd in actione bone fidei
sufficit quòd dolus intercesserit tempore contra-
ctæ obligationis,vel posteà in nõ parendo parti.
Et idem dico multò fortius si intercesserit in non
parendo iudici:vt l.j.§.in depositi ff. depo. l.iij. §.
in hac.ff.commo.& in l.in actionibus.de in lit. iur.
In actionibus verò stricti iuris arbi
trarijs, debet dolus interuenire in
non parendo iudici,etiam si non pa-
reatur parti.vt l.qui restituere. in fi.
ff.de rei vendic.& l.arbitrio.§.j.& in
princ.ff.de dolo.& est ratio diuersi-
tatis,quia in bonæfidei iudicijs,bona
fides est de substantia cõtractus: sed
in stricti iuris actione,vel alijs arbi-
trarijs non est de substantia contra-
ctus,sed de accidenti. vt not.in l. bo
nam fidem.C.de action.& obliga.&
& l.eleganter.in princip. ff. de dolo.
ideoque grauius agitur contra obli-
gatum ex contractu bonæfidei, quã
ex contractu stricti iuris.& ex his pa
tet solutio ad aliud, videlicet quan-
do iudex debeat istud iuramentum
deferre,quia respondetur ꝙ in actio
nibus bonæfidei iudex defert lite
contest.& ante sententiam,quia an-
te omnia dolus debet probari:vt d.l.
in actionibus.& l.ij.ff.de in litem iu-
ran. Ergo ante sententiam debet de
ferri, quia probatio fit ante senten-
tiam lite non cõtest.vt l.exceptionẽ.
C.de proba. Sed in actionibus stri-
cti iuris arbitrarijs,vel in rem,iudex
defert post sententiã super re princi
pali latam:quia tunc dolus commit-
titur non parendo iudici.vt d. l. qui
restituere. cum similibus. Ideóque
videamus,quòd in arbitrijs actioni-
bus duæ feruntur sententiæ, vt in l.
si cum exceptione.§.in hac.quod me
tus caus. Quartum autem & vltimũ
quod requiritur in tali iuramẽto
est habilitas personę iurantis,scilicet
quod sit dominus litis,vel quasi do-
minus, & quòd sit pubes:vt l. quod
vulgo.& l.videamus. in princip. §.j.
ff de in litem iurand.
27 Nunc transitum facio ad interes-
se veritatis, quod quidem dupliciter
probari posse ostenditur. Vno modo
per iuramentum partis,quod appel-
latur iuramentum in litem veritatis,
alio modo per testes,quod est regu-
28 lare. Venio †ad modum proban
di per iuramentum in litem. In quo
dic. primò ad hoc, vt locus huic iu
ramento sit, duo debent concurre-
re:vt not.glo.& Bartol.in d.l.actioni
bus,scilicet dolus aduersarij, & diffi
cultas probationis. Ideò dixi de do
lo aduersarij, quia propter culpam
non iuratur: vt s. dixi in iuramento
affectionis. nec attenditur in hoc
iuramento, quando dolus fuit com-
missus, nec an interuenerit, in non
parendo iudici, vel parti: vt d. L. in

[a] *Arbitrariæ. Adde pro materia arbitrariarum actionum videndũ. Frãcisc. Duarenum in suis commentarijs ad tit. de in litem iurand. ff. vbi plenè tractat.*

a Iuramento partis. Adde Petr. de Anch. consi. cclxxxviij.

b Aut lucrũ quid fecisset. Adde & vide Ale. de Imo. ĩ l. quãtum quid. in fine ff. si cer. pet. qui idem tenet quando talis persona erat solita mercari: & Panor. in c pe. de off. dele. & in c. cõquestus de vsu. adde tamen quod lucrũ dicitur id quod est absq; onere eris alieni. ita Alex. consi. xij. colũ. iij. vers. iiij col ligit. in j. volu. & vide eundem Alex. in cõsilio cxij. colũ. j. in v. volu. vbi de solito mercari. Cur,

actionibus. §. planè. & l. nummis. ff. de in litem iurand. & l. si quando. C. vnde vi. Illud autem quod subijcitur de difficultate probandi, intelligitur difficultatem subesse, siue res non posſit ad oculum demonstrari, quia non sit in rerum natura, vel quia aliter non apparet: vt l. cùm res. §. penultim. & fina. ff. de leg. j. & d. l. nummis. in fi. & d. l. si quando. Ex quibus colligitur differentia inter vnum iuramentum, & aliud: & decisio ad quæstionem sæpè occurrentem. Ecce deposui penes hospitem fardellum, vel valisiam, aut scrineum sigillatum, deinde restituit mihi dissigilatum, & sic deprehenditur dolus hospitis in dissigillando. Certè probato deposito per testes creditur de rebus & damno, iuramento [a] partis. vt d. l. si quando. & d. l. nummis. in fine. quod sequitur Bar. in d. l. in actionibus. & in l. j. ff. furt. aduer. nau. cau. sta. in omnibus autem huiusmodi iuramentis in litem potest iudex taxare certam quantitatem vsque ad quam iuretur: vt l. videamus. §. iurare. & d. l. in actionibus. in princip. ff. de in litem iuran. Accedamus ad interesse singulare quod est veritatis tantùm. In quo dic quòd omne tale interesse singulare regulariter est probandum per testes, quando non arguitur dolus aduersarij, vel quando non concurrunt illa, de quibus in superioribus dictum est. vt l. j. C. de sen. quæ pro eo quod inter. & no. glo. in l. ij. §. j. ff. de in lit. iuran.

29 Quæ † autem sit forma & modus probandi tale interesse veritatis, in hoc debes aduertere, quia quotidie de facto occurrit: Dic ergo secundùm docto. & not. per Cyn. in d. l. j. C. de sen. quæ pro eo quod inter. versic. quinto loco principaliter quæritur &c. quòd diuersimodè poterit tale interesse probari, vt puta si creditor in pœnã cecidit, quia pecuniam suam non habuit ad terminum ex qua satisfacere alteri suo creditori non potuit. argumẽ. l. liber homo. in fin. ff. de verbo. obliga. vel coactus est pignora sub vsuris ponere, vel res proprias viliori pretio distrahere, aut merces carius emere vel alia similia damna habuit in re. vt not. in l. ij. & l. centum capuæ. & l. fina. ff. de eo quod cer. loc. aut lucrum, [b] quod fecisset ex pecunia perdidit, cuius lucri ratio hodie est habenda, sicut & damni: vt d. l. j. Et not. quòd etiam de iure canonico licitè admittitur petitio de interesse: vt not per gloss. in c. conquestus. extrà de vsu. Sed quid si in instrumento obligationis reus conuenit stare super damno & interesse simplici dicto actoris, nunquid testibus opus erit, an sibi soli credatur? dic per omnia, vt dicetur in q. expensarum, in proxima gl. sic: vt no. Bartol. in d. l. fin. de præto. stipu.

EPITOME.

1 *Litis expensarum tam in ciuilib. quàm criminalibus debentur.*
2 *Quot species expensarum.*
3 *Expensæ litis ex quibus causis debentur.*
4 *Expensæ lit. an petuntur iure actionis, vel officio iudicis.*
5 *Facta petitione expensarum, an debeat conuẽtus repelli à prosecutione litis, nisi prius restit, & solutis expensis?*
6 *Lapso tempore instantiæ, & reo absoluto ab obseruatione iudicij actor in expensis condemnatur.*
7 *Si expensæ non fuerint à parte petitæ, nunquid ad illas iudex potuit officium suum exercere?*
8 *Si iudex super expensis in senten. nihil disposuit, quia noluit, vel omisit, potest petere à iudice restitutionem.*
9 *Pars an posſit expensas in alia instantia postulare à parte.*
10 *Expensæ probantur per iura partis adhibita iud. moderatione.*
11 *Promittens stare simplici dicto actoris super expensis in instrumẽto obligati. nõ poterit petere taxationẽ à iudice.*
12 *Victus victori an semper in expensis sit condemnãdus.*
13 *Iuramentum de calumnia an excuset ab expensis? Et quæ dicatur iusta, vel iniusta causa litigandi.*
14 *Iudex potest ferre sententiam super expen. incertam, & sine quantitate determinata.*
15 *Iudex in sententia non potest sibi reseruare condemnationem super expen. quamuis posſit reseruare taxationem.*
16 *Taxatio reseruata per iudicem super expen. dari potest etiam successori in officio.*
17 *Delegatus si sibi reseruauit taxationem expensarum, an ipse posteà, vel eius ordinarius taxare poterit.*
18 *A taxatione immoderata potest appellari.*
19 *Iudex cognoscẽs suã iniquã taxationẽ, eã potest reuocare.*

ET EXPENSIS præsentis causæ. Ad † hu
1 ius euidentiã sciendum est, ꝙ litis expensę tã
in causis ciuilibus, quã in criminalibus deben
tur. In ciuilibus quidẽ clarũ est per iura de qui-
bus ĩ. In criminalibus autẽ probatur per text. in c.
calumniã. extrà de pe. & in l. qui crimẽ. in fi. C. qui
accu. nõ pos. & ibi per Cy. & not. per Bart. in l. j. in
2 princ. ff. ad Turpil. Item † sciendũ est ꝙ quædam
sunt expensæ, quæ fiunt circa litẽ, & de his loqui-
tur text. in l. sancimus. C. de iudi. & ibi plenè per
Cy. & per Inn. in c. finẽ litibus. extrà de dolo & cõ
tu. & per glo. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expẽ.
Spec. in tit. de expẽn. Quædam sunt expensæ quæ
fiunt circa rem mobilẽ vel immobilẽ. & de his lo
quitur. ff. de impen. in re. do. fac. per totum. & in l. j.
§. sed nec ob expensas. C. de rei vxo. action. & in l.
sumptus. & in l. in fundo. ff. de rei vend. & in l. in

commodato.§.possunt.ff.commo.& in l.diuortio.
3 §.impendia.ff.solut.matri. cum similibus.† Circa expensas litis,de quibus ad præsens est sermo,sciédum quòd huiusmodi litis expensę,varijs ex causis debentur.Quandoque enim debentur ratione victoriæ causæ.& de his loquitur l.properandũ.§.fi. C.de iudi.& in auth,de iu.in §.oportet.& in c.fi.extrà de maio.& obe.& in authen.generaliter.C.de epis.& cle.& in c.fi.extrà de pen. Quandoq; debẽtur ratione contumaciæ.& de his loquitur l.sancimus.C.de iudi.& in c.dilecti.extrà de dolo & contu.& in c.ad hæc.extrà de seque.pos.& fru.& extrà,vt lit.non contesta.c.quoniam frequenter.§.in alijs.Quandoq; debentur ratione retardati processus,de quibus loquitur l.non ignorat.C.de fruc. & lit.expen.& in c finem litibus.extrà de dolo & cõtu.& in c.ex literis.eo.ti.& in c.certum.& in c.vlti.extrà de rescrip.Quandoque debentur ratione temerariæ citationis.& de dis loquitur l.eum quẽ temere.ff.de iudi.& in c.j.extrà de dolo & contu. lib.vj.ad quas quidem omnes expensas porrigitur
4 hæc clausula. † Sed circa prædicta de pluribus est querendum.Et primò quæro an supradictæ ex
a pensæ petantur iure actionis vel officio iudi.[a] dicunt Inno.& gloss.in d.c.finem litibus.esse distinguendum,quia aut tractatur de expensis factis ante lit.contest.puta in præparatorijs ad litem instituendam,vel reum restituendum in mora, vel similia:& illæ petuntur iure actionis.Aut tractatur de expensis factis post litem contest.& illæ petũtur officio iudi.arg.l.ediles.§.item sciendum.& in l.illud.& l si serui.ff.de ædil.edic.Alij,quos refert Cyn.in d.l.sancimus, dicunt indistinctè expensas, quæuis sint,posse peti officio iudicis,vel iure actionis,scilicet conditione ex lege. Sed si iudex super his non ferat sententiam,vlterius non poterunt peti:vt d.l.terminato. Cùm enim tales expensæ ortum habuerint propter litem, & moriuntur mortua ipsa lite,per illam regulam,ne lis oriatur ex lite.de qua in d.l.terminato. & ita secundùm eos soluantur gl.quæ videntur contrariæ, quarũ vna quę est posita in d.l.termi.dicit quòd peti debet officio iudicis,alia posita in d.l.j.ff.si quis iurisd.non obtem.dicit quòd peti debent iure actionis.consiliũ est ergo quòd officiũ iudicis simpliciter postu
5 letur,& nõ errabitur.† Sed hîc quęritur,an facta petitione expẽsarũ,debeat cõuentus repelli à prosecutiõe litis expensarũ?nisi prius restitutis & solutis,aut debẽtur propter cõtumaciã,& tunc repelli
b tur[b] donec soluerit eas,aut debẽtur ratiõe victorię,vel alia causa,& tunc nõ repellitur,vt habetur
6 no.in d.l.sancimus.de iu.† Quid si pars fuerit absoluta ab obseruatione iudicij,propter lapsum instãtię,an lapso tẽpore instãtię,poterũt peti expẽsæ? Dic quòd lapsa instãtia poterit reus petere se absolui ab obseruatione iudicij,& actorẽ in expẽsis condemnari.secundũ Cy.vt no.per eũ in l.properandũ.in fi.C.de iu.& in §.illud procul dubio.licet multũ cõtra faciat tex.in d.l.proparãdũ.§.& si qui
7 dẽ.† Quid autẽ dices si expẽsæ nõ fuerũt petitæ à parte,nũquid ipse iudex à seipso ex suo officio poterit de his absoluere,vel condemna
c re?[c] distingue.Aut tractatur de expensis factis ante litem conte.& tũc non potest iudex suum officium impartiri,nisi requisitus fuerit à parte, cũ hoc sit de pertinentibus ad litis decisionẽ,& contingat ante lit.cõte. vt dictum est in glo.super verbo, ex officio.aut tractatur de expensis factis post lit.contest.& sic de eis quæ emerg.post lit.contest.& tunc poterit ex officio non requisitus condemnare, vel absoluere.ar.pro hac distin.in l.ædiles.in §.item sciendũ. & l.illud.& l.item si serui.ff.de ędil. edic. Non tamen tenetur si nõ vult vt patet ex his quæ dicta sunt,in glo a super verbo , ex officio.& hanc opi. sequitur Dy. & Bar.vt not.per eum in l.iij.§. hoc autem iudicium.ff. de dam.infec. Sapienter ergo faciet tã actor,quàm reus si semper petat ex
8 pensas. † Sed quid si iudex super expensis in sentẽtia nihil disposuit,an licitum erit parti in alia instãtia ipsas expens.petere,& quidẽ si semel expẽsę sunt petitę nec iudex voluit,vel omisit super his absoluere,vel condẽnare,potest pars à iudice petere restitutionẽ. quia tenetur de suo pro-
d prio parti læsæ[d] restituere: vt in l. properandum §.finautem alterutra. C.de iu.& no.per gl.quæ debet intelligi cum petitę sunt.in l.fi.C. quando prouo.non est neces. † Sed an in alia instantia possit illas expensas à parte postulare? distingue secundũ Doct.in l.terminato.C. de fruc.& li. expen. aut enim expensæ petuntur ex cõuentiõe,vel officio iudicis mercenario sine aliqua conuentione.Primo casu possunt peti in alia instãtia si iudex super illis pronunciauit in j. l. quod in diem.§. si rationem.ff. de compen.& l.finautem.in fi.ff.de ne. gest.Secundo casu non possunt vllo modo peti per d.l.terminato.nisi in causa appellationis: vt in d.l.fi. quãdo prouo.non est neces.& no.per gl. in d.c.finẽ litibus. & huius põt esse ratio,quia quãdo petuntur ex conuentione,tũc veniũt ex hominis prouisiõe,quę nulla est auferẽda,vbi verò nõ petũtur per cõuentionẽ, tunc veniũt legis ptãte,vnde lex põt suũ beneficiũ homini auferre à lege ipsa collatũ,ad hoc facit quod dici cõsueuit.Lex tibi suũ,nõ tibi tuũ denegat auxiliũ:vt in l.j.C.si aduer.vẽ. Est alia rõ.iij.Inn.quia expẽsę quę veniũt officio iudicis post litem contes.ve-

a *Officio iudicis.* Adde *Spec. in tit. de offi.om. iudi.§.vij. & quæ sit differentia inter dãna & expẽsas per eundem tit.de fruct. & inte.§. fi.versic. in sum.& vide ad ea quæ dicũtur per hunc compilatorem pulchrũ.consi. Fed.de sen. cxxxix.*

b *Repellitur.* Adde *videdum Calde. cõ.ij.de do. & contu.* Ber.

c *Vel condẽnare.* Adde *Spec.in tit. de dispu.& alle.§.fin. ver.quid d. fructibus* Ber.

d *Læsæ.* Adde *spe.in titu.de appel. in ij.parte. §.ij.versic. xxxij.& vide quod voluit Ancha. con.clxxxij.* Bernar.

a *Clausulam. Adde Spec. in titul. de proba. §. iij. versic. quid si ibi dicitur Bernar.*

b *Iuramentum. Adde qualiter expensæ probentur Fed. de Se. consi. cxix. Bernar.*

c *Actoris. Adde Alex. consi. xxxvij. vol. ij. & eundẽ Alex. in l. iusiurandum. ff. de iureiur. & Ang. Aret. in §. actionũ. in prin. inst. de act. Fran. Cur.*

d *Causa. Adde quòd do. de Rot. deci. clxxxij. de dolo. & contu. in nouis dicũt, quòd licet probabilis causa excuset ab expensis quòd nõ tamẽ excusat à fructibus qui sunt beneficij. & vide Ale. cõsi. clxix. ij. vo. Ang. consil. cxxxvj. B.*

e *In appellato. Adde vidẽdũ per do. de Rot. in nouis de do. & cõt. decisi. cclj. Ber.*

f *Temeritatẽ. Adde d. Abb. consi. lxxviij. in fi. & an iuramentum calũniæ excuset ab expẽsis per Fulgo. cõsi. clviij. Et vide Alexan. de Imol. in l. iij. ff. de iu. in prin. & ibi quod excusat à præsumpta calumnia, nõ*

nũt accessoriè ad rem principalem. ideoq; sublato principali tollitur accessorium: vt in d. l. iiij. C. de deposi. & l. eos. & l. in bonæ fidei. C. de vsur. cum verò petuntur iure actionis, tũc veniunt iure principaliter, sic quòd cessat illa regula. vt per eundem Innocen. ecce notarius in instrumento mutui, vel depositi apponit illã vulgarem clausulam[a], videlicet quod vna pars alteri promisit restituere expensas litis, & extra pro dicta re, vel pecunia habenda, vel recuperanda &c. Nũquid si iudex omiserit super his ferre sententiam, poterit pars petere illas in alia instantia. Ex prædictis patet quòd sic, quia expensæ veniunt hîc ex prouisione hominis, & partium conuentione, ergo &c. Alij verò distinguunt aliter, & sic. Aut expensæ veniunt ex materia primæ litis, aut aliunde. Primo casu, siue fuerint expensæ, quæ veniunt ex conuentione, siue legis potestate, finita causa non possunt amplius peti. per d. l. terminato. In secundo casu sic. per d. §. si rationem. cum simil.

10 Deinde † quæritur, qualiter huiusmodi expensæ probentur. Dic quòd probantur solùm per iuramentum[b] partis, propter difficilem probationem ipsarum, vt habetur & not. in d. l. properandum. §. & si quidem. in fi. & in §. sin autem ex gestis. & in §. sin autem alterutra. C. de iudic. Ita tamen quòd iudex prius moderetur illas secundùm formam consuetam, & negotij qualitatem, & posteà pars iuramentum præstet. vt habetur & notatur in l. sancimus. & in authenti. ibi posita. C. de iudi. & in authen. de iud. §. oportet. col. vj. & d. §. j.

11 Sed † quid si reus conuenit in instrumento obligationis stare super expẽsis simplici dicto actoris[c] sine iurameto, vel cum iuramento, an isto casu iudex teneatur expensas declarare? Dyn. dicit quòd valet talis conuentio, & standum erit absq; taxatione iudicis sacramento, vel simplici dicto ipsius actoris; quia licitum est vnicuique renuntiare iuri pro se introducto: vt l. si iudex. ff. de minorib. & l. si quis in conscribendo. C. de pactis. & quia potest ex conuentione reus actoris iuramento stare super re principali. vt l. iusiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiurand. ergo multò fortius super accessorio. verũtamen si iniquè ageret in tali declaratione, posset reus petere reductionem ad arbitrium boni viri. argumen. l. hæc venditio. ff. de contrahend. emptio. & l. in persona. in §. generaliter. ff. de reg. iur. cum simil. Specul. in tit. de proba. in §. nunc videndum. dicit quòd hæc conuentio nihil operatur. & idem sequitur Petr. vt refert Cy. in l. si quis in conscribendo. C. de episco. & cleric. Pro quibus facit, quia hæc conuentio induceret quem ad delinquendum, &c. vt in l. conuenire. ff. de pact. dot. non obst. d. l. iusiurandum. quia intelligitur quãdo iuramentum defertur post contractum, hic autem in ipso contractu, inter quæ est differentia, vt & aliâs in pacto legis cõmissoriæ: vt l. calipodius. aliâs, quamuis. ff. de solutio. & l. final. C. de pactis. pigno. nec etiam obst. l. Theopompus. ff. de do. præ alleg. quia loquitur in voluntatibus. Bartol. tangit istam quæstoinem in l. final. ff. de præto. stipul. & sequitur opinio. Dyn. vno addito, videlicet quòd poterit reus hanc potestatem datam reuocare ante factam declarationem expẽsarum ab ipso actore. argum. in l. si quis iusiurandum. C. de iureiuran. Nec obst. d. l. conuenire. quia in tali promissione intelligitur dolus exceptuatus. vt in l. creditor. §. Lucius. ff. manda.

12 Posteà † quæritur, an semper in expensis sit victus victori condemnatus? ad quod breuiter sic distinguitur, secundũ gloss. & Innoc. in d. c. finem litibus. de dolo & contumacia. aut ex parte victi fuit iusta, & probabilis causa[d] litigandi, & tunc nõ est condemnandus, sed absoluendus ab ipsis expẽsis, aut non fuit iusta, nec probabilis causa litigandi, & tunc est condemnandus. argu. in l. qui solidũ. in §. etiam. ff. de leg. ij. & in c. sacro. extrà de sent. excom. quam opin. tenet glo. & Bartol. in l. qui solidum. quæ distinctio procedit in causa principali. In appellatione autem dicas si succumbat appellãs sic ipsum indistinctè in expensis condemnandum. Et sic intelligitur gloss. in d. c. final. & text. in l. fin. C. quando prouoca. non est neces. In appellato[e] vero succumbente distingue. vt plenè not. per Cy. in l. generaliter. C. de iureiurand.

13 Nunc † autem quærendum occurrit an iuramentum calumniæ excuset condemnatum ab expensis? Et gl. tenet quòd sic. in d. c. finem litibus. & ibidem sequitur Inno. per c. sancimus. ij. q. vij. idẽ per omnia sequitur glo. in authen. de iud. §. oportet. & Iaco. But. in l. properandũ. §. sin autẽ alterutra. C. de iudic. & in authen. generaliter. C. de episc. & cleri. & Bart. in l. j. ad Turpil. fallit secundũ eum in expensis, quæ veniunt propter solam contumaciam. vt in l. sancimus. C. de iudic. vel propter euidentem temeritatem.[f] vt l. eum quem temere. ff. de iudic. Nam à talibus expensis iuramentum calumniæ non excusat. Ex præmissis ergo sequitur, quòd cum omnes iurent de calumnia, vel ex forma iuris communis, vel ex forma iuris municipalis, quòd sunt omnes absoluendi ab expensis, sed certe-

te durus est hic sermo, attenta facilitate, & indiscretione litigantium, & procuratorum consulentium, necnon multorum (si fas est dicere) Iurisperitorum, qui præponunt amorem, & honorem seculi, amori & honori Dei, cõsulentiũ parti, iura audacter, quia manus non lædetur, nec tamẽ adijciunt anima perdetur, vnde aliqui recedũt à dicta opi. & dicunt simpliciter, quòd iuramẽtum calũniæ non excusat ab expensis. Reperi etiam quòd idem Bartol. in quodam suo consilio speciali, dixit aliter, scilicet quòd aut expensæ erant debitæ iure actionis, aut officio iudicis. Primo casu iuramentum calumniæ non excusat ab expensis. arg. l. si mulier. in §. si rem. ff. de leg. iij. Secundo casu quãdo expensæ non fuerunt promissæ, & sic iudicis officio debentur, tunc aut probatur euidens temeritas, vel eius calumnia, aliter quàm per solam sententiã, & tunc iuramentum non excusat ab expensis. argu. l. j. C. de aduoc. diuer. iudic. & l. eum quem temere. ff. de iudic. & facit instit. de pen. teme. litig. §. hęc autem omnia. & in §. ad excludendas. in auth. de litig. Aut non apparet eius euidẽs temeritas, quod est in aliqua parte eius quod petebatur, apparet eum iustè litigasse, & tunc iuramentum excusat, quia nõ potest dici improbus, vel temerarius, vel litigator, qui saltem aliquam partẽ eius, quod petebat iustè, petebat euidenter, vel præsumptiuè. vt in d. §. hæc autem omnia. aut non fuit iuratũ de calumnia, & tunc distingue, vt supra dictũ est, videlicet an habuerit iustam causam litigandi, vel non. Iusta autẽ causa potest esse si alteri successit. vt in l. fin. ff. pro suo. iniusta esset in facto proprio. vt in l. quisquis. C. de rescin. vendi. & l. quãquam. ff. ad Velleia. item ex parte cõuenti esset iusta causa si rem emisset, & eam gratis recusat agenti reddere, sed litigãdo resistit ad hoc, vt agere posit de euictione cõtra venditorem. vt in l. si dictum. §. si cõpromisero. ff. de euictio. vel alio iusto tit. possederat. de qua materia not. idem Bart. in l. qui in alterius. ff. de regul.
14 iur. † Sed nunquid iudex super expensis debet ferre sententiam sub certa & limitata quantitate, an
a sufficiat sub incerta [a], & inde terminata proferre quantitate. Inno. tenet quòd posit ferre sentẽtiam incertam. vt not. per eum in d. c. finem litibus. per Cyn. in d. l. terminato. & ibi not. in c. auditis. extrà de procurato. vt sic dicat, condemno te in expensis præsentis litis, quas fecit aduersarius tuus, vel quas
15 probauerit se fecisse, quòd est verum. † Sed an posset iudex potestatem condemnandi super expensis in sententia sibi reseruare. Dic quòd non, per iura prædicta, secundum Innocen. vbi supra, sed lata sententia super expensis poterit earum ta
b xationem sibi reseruare [b]. vt fit quotidie per ipsos iudices in eorum sententijs. Nam partem condẽnant in expensis, & taxationem earum sibi reseruant. Imol. vbi suprà. & Cyn. & alij in d. l. terminato. Est ergo aliud reseruare condemnationem expensarum, quod fieri non potest, & aliud reseruare taxationem earum, quod concessum est, vt patet
16 ex prędictis. † Quid ergo si iudex in expensis condemnauit, earum taxatione sibi reseruata, an eius successor in officio poterit hanc taxationem facere? dicit Bartol. & bene quòd sic. vt per eum not. in l. ab executione. ff. de appella. & sit ratio, quia a
talis reseruatio est sibi facta tãquam iudici, vnde cum successor eius fingatur esse idem. vt l. proponebatur. de iudic. & l. mortuo iudice. ff. eo. tit. sequitur quòd talis successor poterit b
hanc taxationem facere. pro quo facit l. post mortem. §. j. & ibi notat. ff.
17 quod cum eo. † Inde quæritur quid si erat delegatus ille qui taxationem expensarum sibi reseruauit, an ipse c
poterit posteà taxare, an verò ordinarius eius? Dic secundum Barto. vbi suprà quòd aut est talis delegatus cui post sententiam iurisdictio, & potestas competit ipsam exequendi, quod est in casibus not. per ipsum. & gloss. in l. à diuo pio. in princip. ff. de re iudicat. & tũc poterit taxare per seipsum: quia poterit sententiã suam interpretari. Aut est talis delegatus cui iurisdictio suam sententiam exe- d
quendi non cõpetit, & tunc quia non potest eius sententiam interpretari, non poterit etiam expensas taxare, sed ad ordinarium ad quem pertinet illius sententiæ interpretatio, pertinebit similiter expensarum taxatio. in l. duo iudices. ff. de re iudicat. talis enim reseruatio videtur facta respectu suæ delegatæ iurisdictionis, quæ iurisdictio censetur eadem cum ea quæ est delegantis. vt in l. j. §. qui mãdatam. ff. de officio eius cui mand. est iurisdictio. vnde licet illa iurisdictio delegata sit finita per sententiam. vt l. iudex. ff. de re iudicat. & l. quid tamen. in princip. ff. de arbitr. tamen durat illa delegatio. vt in d. l. à diuo pio. Ideoque ipse taxabit, quod mul-
c tùm not. [c] quia in hoc multi errant, & illa talis additio sibi nihil nocet. argumen. l. si ita. §. qui filio. ff. de bon.
18 possessio. secundum tabul. † Quid si taxatio huiusmodi expensarum fuerit iniqua, & immoderata, an poterit
d appellari [d] ab ea? dicit Innocẽ. quòd sic. vt in capitul. super eo. extrà quod met. caus. & Bartol. in dicta l. ab executore. & sic potest appellari ab immoderata executione. vt in dicta l. ab executore. Ita tamen quòd in hac appellatione obseruentur illa solennia quæ obseruantur in appellatione ab executione, vel alia interlocutoria, hoc est, quòd fiat scriptura, & in ea inseratur causa, vt not. in dicta l. ab executore. C. quando appella. non

a autẽ à temeritate. Fran. Cur. Incerta. Adde Alexan. consi. xxxviij. ij. volu. Bernar.

b Reseruare. Adde Ale. consi. xxxvij. suprà allega. Ber.

c Multũ not. Adde Ro. cõsi. ccclxij. in princ. & vide quod voluit Anc. cõ. clxxxij. dum respondet ad l. paulus. de re iud. Ber.

d Appellari. Adde Ro. cõs. ccclviij. vbi vide an sentẽtia lata super appellatione interposita à taxatione expensarũ dicatur diffinitiua, vel interlocutoria.

reci. quod est valde no. Et sit ratio, quia talis taxatio vim habet interlocutoriæ, ergo &c. & in capi. cordi. de appel. lib. vj. & in capitu. vt debitus. de app.

19 †Sed an iudex ipse si viderit se iniquè taxare expensas, poterit per seipsum hanc iniquam taxationem reuocare? dicit. Innoc. in l. quod iussit. ff. de re iudi. quòd sic. cùm hæc taxatio suscipiat vim cuiusdam interlocutorię, vt dictum est.

EPITOME.

1 *Iudex ordinarius est executor suæ & delegati sententiæ.*

2 *Infra annum à sententia lata, delegatus potest exequi.*

EXECVTIONI mãdare &c. Sed quis est † iudex competens mittẽdi sententiam latam executioni?[a] Respondeo, iudex ordinarius, siue sit sententia lata per eum, vel delegatum ab eo. vt in l. à diuo pio. in princip. ff. de re iudi.

2 †In delegato vero à principe sunt opin. nam dicit gloss. in d. l. à diuo pio, quòd ipse non potest suam sententiam exequi. Sed Bart. ibi tenet contrarium, & melius. per l. fina. C. qui pro sua iurisdi. dum tamen exequatur infrà annum à die latę sententiæ: vt est text. in c. significasti. & in c. pastoralis extrà de offi. delega. vide quod not. infrà in ti. de for. exe. senten.

a Executioni. Adde Anch. cõs. cclxxv. *& quid si secunda sententia contineat plus quàm prima. per eundem consil. ccij. Bern.*

EPITOME.

1 *Sine figura iudicij, verba tantùm valent, quantùm summariè, & de plano, & sine strepitu.*

2 *Quis sit ordo iudicij, & per consequens quas solennitates sustulerint ista verba summariè &c.*

3 *Per istud verbum, sine figura iudicij. non aufertur citatio.*

4 *Per istud verbum, sine figura, aufertur libelli oblatio in scriptis.*

5 *Opponens exceptionem rei iudicatæ, & similes ad impediendum processum auditur.*

6 *Non omni tempore, sed omni tẽpore congruo, licet ministrare iustitiam.*

7 *In causa in qua proceditur sine figura iudicij, iuratur de calumnia.*

8 *Iuramentum calumniæ in dubio non videtur esse remissum per rescriptum.*

9 *Quæ faciat iudex in causa sine figura iudicij.*

10 *In causa in qua est procedendum secundùm iuris ordinem de partium consensu tacito vel expresso, iudex non potest procedere sine figura iudicij.*

11 *Hæc verba, summariè de plano: &c. quid significent?*

12 *De iure ciuili non valet processus sine figura iudicij. secus de iure canonico.*

13 *In causis simpliciter summarijs debet libellus offerri, & lis contestari, quamuis abbreuientur dilationes.*

14 *Verbum, velo leuato. quid significet.*

15 *Verbum sine aliqua iuris solennitate, an differat à verbo sine figura iudicij.*

16 *Statutum vel rescriptum, quod dicit, quòd iudex procedat secundùm arbitrium suum, qualiter intelligatur.*

17 *Statutum vel rescriptum, quod dicit, quòd iudex procedat secundùm eius conscientiam, qualiter intelligatur.*

18 *Si mandat princeps, quòd procedatur sola veritate inspecta, qualiter illud accipiatur, & de hoc verbo, solus.*

SVMMARIE Et de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Ampla fuit dubitatio apud antiquos de significatu istorum verborum: ad quã dubitationem auferendam fuit facta quędam decretalis, quæ incipit, sæpè contingit, & est posita in cle. extrà de verborum significatione. sed adhuc per ipsam decretalem non fuit plenè consultum, seu succursum auribus causidicorum. Nec mirum quia ipsarum natura ad lites quærendas est inclinata, & semper cogitant lites ex litibus suscitare. contra l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. in animarum eorum irreperabile detrimentum, de quibus dictum est vobis qui manducatis panem doloris. Decurrendum est ergo per te ad illum text. & gloss. ibi positas. & ad ea quæ super hoc not. Bart. in quadam extrauaganti Imperatoris Federici, quæ incipit, ad reprimendum.

1 †Verumtamen non omitto vnúm exprimere secundùm Ioan. Andre. quòd illa verba, sine figura iudicij, tantùm important per se sola, quantùm alia præcedentia simul iuncta, vnde licet ista omnia coniungi soleant in literis vel statuti, tamen non est de necessitate, quando illa verba, sine figura iudicii apponuntur.

2 † Quærendum est igitur quæ solennitates videãtur sublatæ per hæc verba, sine figura iudicij &c. Ad cuius euidentiam præmitto, quòd figura iudicij, est ordo substantialis processus à iure requisitus, quo omisso, ipsum iudicium vitiatur. d. l. prolatam. C. de senten. & interlocu. omni iudic. qui quidem ordo talis esse distinguitur, videlicet libellus, litis contestatio, dilationum assignatio, iuramentum testiũ & instrumentorũ productio, & similia. vt in c. quoniam contra falsam. extrà de proba. & in d. l. prolatam. C. de senten. & interlo. omnium iudi. de qua figura iudicij loquitur tex. in l. j. §. simili que

que modo.C.de lati.liber.tollend.hic igitur ordo,
& reliquæ solennitates regulares iudiciorum videntur per huiusmodi verba esse sublata, nisi quatenus exprimuntur in dicta decretali , sæpè contingit.secundum Io.andr.vel secundum Bartol.dic quod per huiusmodi verba iudex subleuatur ab obseruatione omnis iudicialis formæ & figuræ inductæ à iure ciuili , canonico , vel municipali, sed tamen tenetur obseruare formam & figuram de iure gẽtium, vel naturali ratione introductam:ad quã formã reducuntur quasi omnes casus expressi in d.cle.sæpè contingit.quod est valde not.Si verò ipsa verba non essent apposita in literis,rescripto, vel statuto,vel alia præcedẽtia sola,tunc secũdum Io.And.nõ haberet locum dispositio illius c. sæpè contingit.quod est valde notã.vt ibi not.per eum. & idem sequitur Barto. in dicta extraua.ad reprimendum.Patet ergo quod illa cle.sæpè.habet locum quãdo ista verba,sine figura iudicij,apponuntur per se,sola,vel coniunctim cum alijs,alia verò verba sine istis apposita , cessare faciunt disposita in d.l.sæpè.quod no.ad multa.Ex præmissis decisio
3 colligitur ad plura . † vnde quæro an per dicta verba,sine figura iudicij,sit sublata solennitas ci-
a tationis, ad quod est dicẽdum,quòd non. [a] Primò per textum in d.l.ad reprimendum. Secundò per rationem. quia citatio est de iure naturali.Nã ipse Deus citauit Adam delinquentem , quum inquit, vbi es Adam,quæ determinatio approbatur per c.
4 pastoralis.extrà de re iudicat. vbi text. † Insuper quæro an sit sublata porrectio libelli. Dic quòd sic,licet aliqualis petitio oretenus,vel actio sit coram iudice exprimenda,cùm hoc sit ius quasi naturæ, vt patet in quæstione de muliere , quæ coram Salomone filium suum postulauit,dum dixit, filius meus viuit, & filius istius mortuus est,vt habetur in capitul.afferte. extrà de præsumptioni.& Regum.capitul.tertio. Et alibi dixit Iesus,Mulier quis est qui te accusauit.Sed tamen in tali petitione non est conclusio necessaria , quæ regulariter requiritur, dum tamen ex facti narratione cõsilio comprehendatur.quinimo & conuersio ordinis in forma conclusionis toleratur,vt si petatur cogi,& condemnari vel simpliciter cogi. Nam talia omnia reducuntur ad istum ordinem,& tolerantur.arg.l. talem.ff de hæredibus instituen. & not.in l.si cùm nulla.ff de re iudicat.& dixi suprà in quadam alia gloss.quod sequitur Barto.in d.extrauagan.ad re-
5 primendum. † Sed an ad impediẽdum processum, audietur opponens exceptionem rei iudicatæ,vel aliam similem? Dic quòd sic, quia tales exceptiones sunt de iure naturali, ne sepius iudicetur id ipsum.Cæteræ autẽ exceptiones quæ magis tenderent ad differendũ, & frustrandum processum, quàm ad instruendum eum , sunt per iudicem repellendæ,cũ magis sint contra ius naturale quàm secundum ius.Potest etiam iudex procedere diebus feriatis propter necessitatem hominum introductis. vt in dicto capitul. sæpè. Secus si propter Dei reuerentiam, quia tales Dei reuerentiæ sunt
b seruandæ , iuxta illud , Sabbata sanctifices. [b] licet contrafaciunt alia nota in capitul. grauis.extrà de restitutione spoliat.
6 † Ex qua solutione colligitur decisio ad quæstionẽ quęeuenire consueuit ex auctoritate psalm.Beati qui diligunt iudicium, & iustitiam faciunt in omni tempore.sed certè potest & debet intelligi illud vniuersale omni, scilicet congruo, & habili.arg.leg.vt gradatim.§.sed si lege.ff.de muneri. & honorib.Et idem dico in ferijs repentinis,quod in diuinis dictum est, secundum Ioannem Andream. † Il-
7 lud præterea est notandum, quòd in qua proceditur sine figura iudicij iuratur de calumnia licet istud iuramentum sit iure ciuili introductum, vt habetur in d.c.sæpè.quod satis naturali rationi congruit,vt comprimatur malitia litigantium,vt institut.in procœ.versicul.j. & de pœna temer. lit.in princip. Item testes qui producuntur in causa debent iurare.vt in l. iurisiurandi . C. de testib. exemplo eius quod dictum est de iuramento
8 calumniæ. † Et licet tale iuramen-
c tum testis possit à parte remitti. [c] vt not.gloss. in dicta l. iurisiurandi.tamen non videtur in dubio per rescriptum esse remissum,nisi in eo dicatur quòd possit procedi sine aliqua iuris solennitate:secundum Barto.vt infrà dicam. debet etiam iurare parte præsente, vel citata , ne aliter aduersario copia defendendi tollatur , quod esset contra naturalem rationem. Et fieri debet publicatio testium,& examinatio in secreto. & eorum dictum debet esse tale quod rectè concludatur, exemplo Danielis.vt in capitul. cum causa. extrà de testib.& not.in gloss.in l.si quando.in fin.C. de test. & tenet Bartol. vt suprà , nec est licitum post publicationem ipsorum alios testes producere in oppositum , cùm timor sit subornationis . vt not.in capitul.fraterni . extrà de testibus . & in l. per hanc.C. de temporibus appellation. Qui timor iuri naturali concordat, vt alter alteri non insidietur . vt l. vt vim . ff. de iustitia & iure . & vt malitiis hominum occurratur. vt l. in fundo . ff. de rei vendicat. Et si actor peteret à reo sibi edi instrumenta ad eius intentionem fundandam , non deberet iudex ipsum audire : quia ista petitio esset contra naturalem rationem . vt lege , qui accusare. C.de edendo.

a Quòd non. Adde quod nec citatio tolli potest, licet in rescripto diceretur, quod de facto pcedat, vt voluit Ancha. cõs.ccclxiij. & quòd citatio vt de iure naturali, adeo quòd p principem tolli poßit. vide Oldr.consi. xliij.Ber.

b Sabbata sanctifices. Adde Bal. cõs.cccxvij iij.vol.Ber

c Remitti.Adde quod voluit Roma. consil . xx. Bernar.

9 † Quæ ergo sunt quæ iudex facere
pōt in causa in qua sine figura [a] iu-
dicij proceditur. Respondeo quòd iudex potest procedere sine datione libelli, quia sufficit qualiscunque petitio, vt dixi. Item sine litis contestat. Item potest procedere tēpore feriarum ob necessitatē hominum introductarum, secus in ferijs repentinis principis, aut Dei reuerentia introductis, vt prædixi. Itē statuere debet dilationes quantò breuiores potest, exceptiones autem frustratorias, & appellatiões friuolas reijcere, debet insuper multitudinem testium aduocatorum, & procuratorū repellere, iustas autem defensiones debet admittere, facietq; iurare de calūnia, & veritate dicenda, necnon & interrogare poterit partes ex suo arbitrio quandocunq; volet, præterea partes citare ad sententiā audiendam, licet non peremptoriè, ac sententiā in scriptis proferri in causa in qua non est necessaria conclusio. & hæc omnia habentur in clemen. sæpè contingit. & not. quòd de consensu partium tacito vel expresso, posset iudex iste procedere in ista causa iuris ordine non seruato. vt in d. cle. sæpè. in fi. sui argumen. in l. non quicquid. ff. de iud.
10 † Sed quid dices econtra, ponamus quòd in causa est procedendū secundum iuris ordinem, an poterit iudex de partium consensu tacito vel expresso procedere sine strepitu, & figura iudicij? Io. in d. c. sæpè. in fin. tenet quòd non. arg. eorum quæ notā. per glo. & Inno. in c. de causis. extrà de offic. deleg. & ij. q. j. in primis. in fi. cum sequen. & idem sequitur Spe. in tit. de senten. prol. §. iuxta. versi. quid si de partium. Contrarium no. secundum Host. in c. si extrà. de re iudi. lib. vj. Primam partem tenet Bar. in l. societatē. §. arbitro
rum. ff. pro soc. in ij. q. quā puto veriorē [b]. † Quid
autē significet verbum summariè [c] per se, vel ver
11 bum de plano, de per se. & in quibus casibus de iure cōmuni possit procedi summariè vel de plano. Dic vt not. l. iij. §. sciendum. ff. ad exhiben. & l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. procon. & legat. & per glo. in d. c. sæpè. & per Bar. in d. l. ad reprimendum. & Spe. tangit in tit. de offic. iudi. §. postremo.
12 † Illud autem aduerte, quia de iure cōmuni non potest aliquo casu procedi simpliciter sine figura iudicij. Fallit de iure canonico in causis beneficiorum, decimarū, matrimoniorum, & vsura. vt in cle.
13 dispendiosam. extrà de iudic. † Insuper notādum quòd in causis simpliciter summarijs tātùm vel de iure communi vel municipali ex forma rescripti debet libellus offerri & lis contestari, licet dilationes possint per iudicem breuiari. vt habetur in c fi. extrà de officio iudic. & per Speculat. in dicto §. postremo. Et per Bartol. in d. l. ad reprimendum.
14 in glos. super verb. summariè. † Sed quid de verbo, velo leuato? Dic quòd ista loquutio non est frequens in iure, tamen vnicum text. vidi ad hoc in l. de submersis. C. de nau. lib. xj. & idem significat quod verbum summariè. vt ibi notatur per gloss.
15 † Deinde quæro, quid si statuto vel rescripto caueatur, quòd iudex procedat sine aliqua iuris solennitate. dicit Bartol. in l. filiusfamil. ff. de donatio. quod ista verba in aliquibus differunt à prædictis verbis sine figura iudicij. vnde secūdum eum isto casu poterit iudex testes, recipere sine iuramento, & procedere diebus feriatis, etiam in honorem Dei, qui non posset in casu præcedenti, & est ratio secundùm eum: quia iuramentum testis potest tolli per pactum. vt not. ff. de ferijs. in l. j. in principio. & l. iurisiurandi. C. de testibus. & feriæ in honorem Dei possunt tolli per legem. l. prouinciarum. C. de fer. Item poterit admittere testes infames, & eos qui perdiderunt ea quæ sunt iuris ciuilis tantùm. Secus autem in his qui perdidissent ea quæ sunt iurisgentium, argument. l. neque enim. §. j. & ij. coniuncta. l. j. ff. de testament. militari. Sed certè mihi videtur quòd ista sint synonima, vnde dico esse idem in vtroque casu cum nōn sit dare perfectam diuersitatis rationem inter eos. Hæ enim dictiones si quis rectè consideret synonima sunt, quid enim, vt prædictum est, aliud est dicere sine figura iudicij quàm sine solennitate iudicij? Certè nihil: aliàs sequeretur legem magis verbis impositam quàm rebus, quod esse non debet. vt in lege secunda. C. communia de legatis. quia magis sensui quàm verborum diuersitati adhærendum est: leg. iiij in fine. Codic. de liberis præteritis. cum similibus. & pro hoc faciunt quæ sta-
16 tim dicentur infrà in proxima quæstione † Sed quid si statuto vel rescripto disponitur quod iudex procedat secundum suum liberum arbitrium

a *Sine figura.* Adde videndum Old. consil. cxv. vbi singula verba clausulæ exponit. & dicit Rapha. Cu. consi. lxxxv. quod si prædicta verba ponātur in statuto quod solennitas statuti non intelligitur remissa. & dicit Ro. cōsi. cccccxix. quòd vigore dictorum iudex potest incipere ab articulis, & deinde ad sententiam transire.

b *Veriorem.* Adde Ro. cō. cxxxiij. Bernar.

c *Summariè, de plano quid important.* Et adde qđ quando esset per principem commissa causa summariè, & visa veritate, tunc excluduntur omnes solēnitates rigorosæ iuris positiui, & plus important dicta verba, visa veritate, quando cōmittitur summariè sine strepitu, & figura iudicij. ita Ant. de But. in c. ij. de iura. cal. & sequitur Alexan. de Imo. in cōs. vj. colum. j. versicul. tamen hoc non obst. iij. vol. cōtrarium voluit Abb. in d. c. ij. & sequitur Nata. in cle. sæpè. §. nō sic tamen. col. xxx. in prin. de verbo. si. opi. Anto. de Butr. tenet Fely. in c. j. col. xvj. de constit. ver. & si dicantur. & ibi alleg. Rom. in d. rubric. de arbitr. & in suo consil. xx. sequentem dicta Anto. in d. c. ij. quam tenet. Et adde quòd quando dicitur, procedas secundum iustitiam, & æquitatem. iudex non poterit credere priuatæ scripturæ. ita Roma. in consi. ccv. incipien. in puncto præposito. & in rubric. de arbitr. colum. j. & colum. iiij. & Nata. vbi suprà. & de clausula summa. &c. per eundem Nata. in dicta clementi. sæpè. in princip. columna. xij. cum iuribus sequentibus. & de verbo, velo leuato. in dicto §. non sit. ibi columna. xxxj. Cær.

triũ [a] vel secũdũ suã voluntatẽ. Dic secundũ Io. And. in d.c. sępè. in gl. super ver. defensione, & Bart. in d.l. fi. iuss. & in l. ad exprimendũ. in gl. videtur expedire quòd ista verba illud idem significant, & importãt, quòd faciunt præmissa verba, sine figura iudicij. & pro tanto non poterit iudex auferre parti iustã defensionẽ. Nam per talem concessionem & bayliã non videtur concessa potestas lædendi partem circa principale negotium. vt in l. si quando. C. de inoff. test. l. cùm quidam. ff. de le. ij. l. creditor. in §. Lucius. ff. mãda & l. si ꝓcurator. in prin. ff. de condi. indeb. facit c in gñali. de re iu. li. vj. cũ si. ibi
17 no. † Quid si dicatur in statuto, vel rescripto, quòd iudex possit ꝓcedere & ꝓnũtiare secũdũ eius cõsciẽtiã. Dicit Io. And. in cle. j. & extra de iure patro qđ hic iudex habet latissimã potestatẽ: ideoq; ab eius sentenb tia diffinitiua appellari nõ põt. [b] alij dicũt qđ talia verba idẽ significant, ac si dictũ esset, vt ꝓnuntiet secũdũ ei⁹ liberã voluntatẽ. quia ista cõsciẽtia debet esse talis, quæ cõueniat bono viro secũdũ mentẽ proferentis. vt in d.l. quidam. de qua cõscientia loquitur tex. in c. statutum. in §. accessorẽ de rescri. li. vj. Et ideò dicũt posse appellari ab eius sententia. cũ non videatur amplior collata potestas eius cui committitur vt iudicet secũdũ eius cõsciẽtiã quã eius qui iudicare debet secũdũ liberã volũtatẽ secundũ aliquos. Vel dic verius qđ latior sit potestas huius quàm alio. vnde credo qđ talis iudex possit iudicare secundum suã conscientiam informatã proprio visu vel auditu. licet regulariter sit cõtra. vt no. per gl. & doc. in l. illicitas. in §. veritas. ff. de of. pręsi. Sed † qd dices de quo-
18 tidiana quæstione, Ecce sepius contingit, quòd princeps mandat vel cõmittit alicui, vt cognoscat & de-
c terminet sola veritate inspecta, [c] quæ erit forma ꝓcedendi? Ego puto qđ fungatur illa potestate qua fungitur arbitrator electus à partibus, de quo loquitur c. quintauallis. extra de iureiur. & in c. si societatem. §. arbitrorũ. ff. pro soc. vnde poterit delegatus procedere & diffinire sine da

a Liberũ arbitrium. adde Ro. consilio ccxlviij. Anch. consilio ccxij. Bernard.

b Appellari non potest. Adde videndum Ro. cons. xxvij. & cclxj. & ccclxvj. Alex. cons. ccxviij. vol. ij. & adde Fely. quem vide in c. j. de consti. col. xv. ver. & si dicatur, ibi qđ poterit etiã appellari ad hoc & negotiũ devoluere, ad superiorem, non vt iudex admittat appellationem, & de quo latè vide p Geor. nata. in repe. cle. sæpè. §. non sic, tamẽ. colla. j. & seq. vbi latissimè quid importet talis clausula, & vltra, ibi adducta per eum. adde & vide Bal. in l. fi. ad fi. C. de iur. do. impe. & in sua dispu. inci. statuto cauetur. in col. ix. vbi quid quãdo sic committitur causa, tunc videtur cõmissa, vt optimo viro & quòd non debeat leges transgredi, & refert Alex. de Imo. in consi. suo. xviij. in princ. in v. vol. & de dicta clausula, vide eundem Alexan. in consil. ij. col. j. in. ij. vol. Cur.

c Inspecta. Adde & no. bene istã doctrinam huius practicæ Papien. quod virtute verborum, sola facti veritate inspecta, potest delegatus procedere tanquã arbitrator, per rationes. hic allegatas. primò adde de ista dictione solus, sola solum, quòd ad propositum no. Ang. in l solus. de condi. inde facit tex. cũ ibi no. in l. quod si ephesi. de eo quod cer. loco in l si seruum. §. sequitur. de ver. obl. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. vbi sunt tex. valde sin. & facit quod no. Bar. in l. fideiuss. §. quedam. ff. manda. Quia per istam clausulam sola facti veritate inspecta, mandatur prouideri, attenta mera veritate, prout Deus prouidet, & sic via Dei. Bal. in l. fi. in princ. C. de iu. deli. & clarius in c. inuestitu ram. de no. for. fi. per tex. cum gl. in authen. dehæ. & sal. in prin. vbi etiam Ang. & per alia ibi per Bal. all. do. de Ro. conclusio. xxx. vbi dicunt istam clausulam fuisse inuentã per Papam quintum ad imponendum celerem finem litibus & operari vltra verba sine figura iudicij. secundum. Io. Mo. in c. fi. de hære. li vj. vbi dicit eo casu posse incipi. ab articulis & ipsis probatis posse deueniri ad diffinitiuam. Adde benefacere dictum Bar. in extraua. ad reprimendum. in ver. sine figura iudicij. in fin. quem sequitur Imo. in d. cle. sæpè. in fin. iunctis no. per eum anteà dũ tractauit de clausula sine figura iudicij, sol. q; facti veritate inspecta. & se remittit ad dominos de Ro. in. d. deci. Ad de quòd benedicit auctor quod in hoc casu potest dici arbitrator per ea quæ no. Bal. in l. solam. in fi. C. de testi. vbi voluit quòd præcedens, & terminare debẽs de iure, de factos virtute statuti dicitur quidam arbitrator legali deputatus. allegans Inno. in c. quintaual. de iure iu. statuta & re scripta æquipantur. Inno. in c. quæ in eccle. de consti. Bal. in l. ij. C. de leg. facit quod not. Bald. in l. nec quicquã §. vbi decretum. & melius in §. de plano. de offici. proc. & pulchrius in sua sum. super decreta. titu. de iureiuran. circa ma. ver. arbitrator. vbi concludit post Innoc. et alios in d. c. quintaual. quòd ille cui datur potestas procedendi. & diffiniendi seruato ordi. iuris, censetur arbiter, si verò iuris ordine non seruato censetur arbitrator. Et sic sicut arbitrator posset iudicare stando & die dominica, Iaco. Butri. & omnes in l. dies festos. C. de fer. & in l. si feriatis. ff eod. ita & hic. Specu. in tit. de arbitra. §. differt Bal. in l. j. C. de arbitr. addo Bart. consi. incip. punctus quæstionis. vbi ponit habentem potestatem diffiniendi de facto, posse absque cognitione probationi sententiam diffinire, per gl. in l. ictus fustium de his qui not. infamia & ibi Bal. in l. verum §. ex facto in versi. reducere. de minoribus. bene facit textus in l. si. in fi. cum ibi not. per Ang. quod metus causa. Inno. in c. cum venisset. de in integ. restitu. vbi non curatur de solennitate, sed attenditur veritas. Adde videndum de prædicta clausula, Ludoui. Romanũ cõsi. xx. & cxcj. & Dxix. per Fran. de Are. consi. lxxxiiij. Lapum allegatio. cxxviij. domi. de Rota. decisio. vltima. de verborum significatio. in nouis. Alexan. consilio octuagesimo quarto vol. j. & cõsil. vj. vol. iij. vltra allega. de illa clausu. vide per Felynum in cap. j. colum. xvj. de constitutio. Aret. in c. dilecti. de iudicijs. & Pau. de Cast. in cõsi. lxvj. in primo vol. const. antiquorũ, & nouissimè per dominũ meũ Soxi. in cõs. xcvj. col. ij. & ibi quis possit cãm cũ tali claus. cõmittere. Io. Thom,

tione libelli lit.conte.& similibus. quia veritas nõ requirit adminicularia,nec formalia,vt l.j.C.si se ab hęre.absti.Nec errore vel omisione talium lęditur:nec vitiatur,sed suis solis terminis est cõtentatur in d.§.veritas.per quem tex.firmatur,& probatur decisio antedicta quam etiam confirmare habent leges infrascriptæ cum ibi not.videlicet l. quòd si ephesi.ff.de eo quod cer.lo.& l.si fideiussor. in §.si quid.ff.man . & l.furti.§.si debitori. ff quibus modis pignus,vel hypoth.so.Per hoc enim quod dicit,solam excludere,intendit omnem aliã formam & solennitatem,aliter non diceretur inspici sola veritas.hoc enim nomen solus,sola,solũ, significat vnitatem & singularitatem tantùm,& non pluralitatem.argu.l.solam.C.de testi.& l.si te solum.ff.de hære.insti.& l.cùm solus.ff. de acquir. hære.Puto tamen quòd peremptorias exceptiones & iustas defensiones teneatur admittere,cũ sint fundatæ super iure naturali,vt in d.cle.sæpè. & habent respicere veritatem negotij.Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Clausula deducendo in præsenti &c.non est necessaria quantùm ad actorem.*

2 *Si actor qui proposuit ius dominij,vel quasi,pendente iudicio & lit.contest.fiat dominus eiusdem rei,nunquid ex eodem libello poßit fieri sententia?*

3 *Si actor egit actione personali ad rem vel quantitatem, & tempore libelli oblati nulla actio sibi competebat,sed superuenit posteà iudicio pendente,an ex eodem libello debeat reus condemnari?*

4 *Superueniente iure vel habilitate conueniendi ex parte rei conuenti,nunquid ex eadem instantia poßit fieri condemnatio.*

5 *Libellus in quo petitur,vt quis condemnetur pro aliquo annuo,tam pro præterito tempore quàm pro futuro,an procedat?*

6 *Debitum de futuro in iudicium deduci non potest,vt fiat solutio de præsenti.*

7 *Clausula deducendo &c. ad illos casus porrigitur, in quibus cumulatio plurium iurium de iure communi admittitur.*

1 DEDVCENDO In præsenti iudicio.† Ista clausula licet sit vulgaris & cõmuniter adijciatur in quibuscunq; libellorum formis,tamen in casu pręsenti quantũ ad actorẽ non est necessaria:quoniam ille qui proponit ius dominij vel quasi simpliciter causa remota non expressa,semper videtur tam vtile quàm directum dominium. & omne ius suum in iudicio deduxisse.vt l. si mater.in §.eadẽ.& l.& an eadem.§.actiones.ff. de ex cep.rei iud.adeò quòd sentẽtia lata in vno,parit excep.rei iud.in omnibus,De quo tangitur per Inn. in c.conquerente.extra de offi.dele.& per Bart.in d.§.actiones.securius ergo esset pro actore vnam causam,siue vnũ titulum sui dominij proponere: quia tunc sentẽtia nõ obstaret,si posteà ageret ex aliqua alia causa.vt in d.l.si mater.§.si quis autem. Ideò inquit Bul.do.antiquus,quòd reus percutit pedẽ suũ cũ ligone,si petat causam exprimi ab actore reali actione.,put no.per gl.& doc.in l.j.in prin. ff.de edẽ.& l.edita.C.de edẽ.& in c.ij. extra de li.
2 ob.†Horũ tamẽ gratia pro clariori doctrina quæro,quid si huic actori,qui ꝓposuit ius dominij vel quasi posteà verò pendente iudicio & lite cõte.factus est dominus,& sic dominij ius vel quasi eidẽ superuenit,nunquid ex eodẽ libello põt ferri sentẽtia?Respondeo quòd licet apud antiq.longa sit dubitatio,vt refert Cy.in l.j.in vj.q.C. de alie.iu.mu. cau.fact.& no.per glo.& docto.in l.nõ potest.ff.de iudi.tamen iure cano.hæc quæstio est hodie sopita cũ hac distinctione.Aut actor proposuit simpliciter & generaliter ius dominij vel quasi , nulla causa expręssa,& tunc superueniens dominiũ clauditur in ipsa generali petitione,vnde ex eodem libello debet iudex ferre sententiã cõtra reũ.aut actor proposuit ius dominij vel quasi certa & speciali causa expręssa,& tunc aut dominiũ sibi superuenit ex eadẽ causa proposita,& tunc idẽ quod in casu præcedenti.aut dominiũ vel quasi superuenit ex alia diuersa causa,& tunc tale dominiũ non clauditur in dicta petitione.Ideoq; iudex nõ poterit ex eodẽ libello reũ cõdẽnare,sed debebit absoluere,& actori posteà licebit in alio iudicio,ex iure superueniẽte agere.Nec sibi obstabit exceptio rei iudi.vt hæc omnia habẽtur,& probantur in c. abbate sanè.in versi.cæterũ.de re iudi.lib.vj.& l.si mater.§.si quis autẽ.& in §.eadẽ.ff.de excep.rei iudi.& no.per Inn.in c.abbate .circa fi.& adde quod suprà dixi in gl.super verbo,iure dominij vel quasi.
3 †Sed quid si actor egit actione personali ad rẽ vel quãtitatẽ,& tempore libelli oblati nulla actio cõpetebat,sed superuenit posteà iudicio pendẽte, an ex eodẽ libello debebit reus condemnari? Dic, aut ius superueniens pendente iudicio est accessorium eius quod est principaliter petitũ in iudicio, & tanquã clausum in libello venit in condemnationem iudicis officio ex eadem instantia.vt in l.ediles.§.item sciendũ.ff.de ædili.edic.& in l.j.C.de iudi.cum simi.aut ius superueniens est principale ad id quod in libello est petitum,& tunc aut libellus fuit simplex & generalis sine expresione alicuius specialis causæ,& tunc ius superueniens clauditur in tali iudicio,& super eo iudex debet ferre sentẽtiam.vt l.si.C.de anna.excep.aut libellus fuit specialis cum expresione certæ causæ,puta mutui, vel depositi,& tunc aut est ius superueniens ex noua causa,quæ non retrotrahitur,& tũc tale ius superueniens quantumcunq; specificatum in ipso libello,non clauditur in præsenti iudicio.Ideoq; iudex non potest super eo sententiam ferre, sed in alio iudicio debet reseruare. vt in l.non potest.& l. non quemadmodum.ff.de iudi. & ibi not.in d.c. abbate sanè.aut ius superueniens est tale quòd retrotrahitur,& sic superueniens ex causa de præterito,& tunc clauditur in præsenti iudicio,& tenetur iudex super eo ferre sententiã.vt in l.si rem.§. fi.de pig.ac.& l.si mãdauero tibi aut Titio.ff.mãda.Ex

da. Ex quibus patet quòd falsa est opi. Ioan.posita in l.non potest. secũdum omnes doct.patet etiam quæ differentia sit inter actiones reales & perso-
4 nales.† Denuo quæritur , quid si superueniat ius vel habilitas conueniendi ex parte cõuenti, verbi gratia,tempore libelli oblati non possidebat reus rem petitam,postea cepit pendente iudicio possidere,an ex eadem instantia fiet cõdemnatio? Dic quòd sic,siue actum sit actione in rẽ,siue in personam,siue mista, siue in rem scripta.vt in l.tigni. in §.si quis.ff.ad exhiben.& ibi not.in l.quæsitum. in prin.ff.de pecu.& ibi not.& l.iiij.ff.de peti.hære. & l.sinautem.§ j. ff.de rei vendi.& l.j.§. idem Neratius.ff.deposit.cum simil. facit quod not.in l.ne-
5 que.C.ad exhiben. † Vlterius circa prædicta quæritur,pone quòd aliquis tenetur ad aliquod annuũ, an potest in libello peti, vt condemnetur tam pro præterito tempore quàm pro futuro:vt si dicatur sic,peto Titium condemnari ad centum mihi debita pro fictu quatuor annorum præteritorum & ad soluendum mihi singulis annis in futurum.Dicunt quidam quòd non,quia tractus futuri tẽporis non pertinet ad iudicem,ideoq; quæ sunt de futuro non possunt deduci in iudicio.vt l.quemadmodum.& ibi not.per gloss.& doctor.ff.de iudi.& l.j. ff.de vsur. Alij dicunt,& melius,quod imò procedit talis libellus & distinguunt sic.Aut id quod est debitum de futuro, cohæret & connexum est ei quod habetur de præsenti.& tũc ratione eius quod debetur de presenti admittitur petitio super futuro.vt probatur in l.j.C. de fideiuss.& ibi per Cy.de hac quæstio.& facit l.harum.& l.egi.ff.si ser.vend. & l.libertis.§.j.ff.de alimen.& ciba.lega.Et hoc ne singulis annis necesse habeat de iure suo protestari.vt in l.malè agitur.C. de præscriptio.xxx.vel xl.annor.aut id quod debitum de futuro,est separatum & remotum ab eo quod est debitũ de presenti.& tunc nullo modo admittitur petitio super futuro.vt d.l.non quemadmodum. & ibi per Bart.
6 & in l.j.C.de iu.& l.j.ff.de vsur.† Sed dicet aliquis, cõtra prædicta facit,quia qui ante diem agit malè agit.vt instit. de exceptioni.§.hodie.& l.j.in fin.ff. vsufruct.quemadmo.cauea.Sol. dic quòd debitum de futuro non potest in iudicio deduci, vt fiat solutio de præsenti: vt in contrario,sed vt fiat solutio congruo tempore.sic loquuntur prædict.Facit quod habetur in l. in omnibus ff.de iudic. Liquet itaque ex præmissis quid operetur ista clausula, deducendo &c. quia si rectè ponderetur prædicta parùm operantur vltra ius commune, tamen non est omittenda , quoniã talis expressio magis confirmat ius commune , quàm quòd vitiet tacitè si fuerit omissa,& maximè quando intentatur actio personalis.Ex his etiã infertur quòd virtute huius clausulæ, si quis egerit ex testamento ad hæreditatem, non potest allegare hæreditatem ex intestato ad ipsum pertinere,si appareat testamẽtum nullum esse in eadem instantia fundata super libello,quo actum est ex testamẽto, quia de iure cõmuni regulariter causa testati & intestati nõ possunt tanquàm cõtraria simul eodem tempore cumulari,arg.l. quamdiu.ff.de reg.iur. idẽ in similibus casibus , vnde virtus talis clausulæ deducendo sic non porrigitur ad tales casus.Facit quod not. per Dy.in regula.nullus pluribus. & quod statim dicam in gloss sequent.
7 † Vnde concludendo dico quod ad illos casus porrigitur hæc clausula tã tùm in quibus cumulatio plurium iurium vel actionum de iure cõmuni admititur, de quibus dicam in proxi. gloss. Ad eos autem casus in quibus cumulatio impeditur,nullatenus porrigitur,quod nõ potest fieri expressè nec tacitè.argumen.in l.cùm quid.ff. si certum petatur.& in l. triticum.ff. de verbo.obligatio.cum similib.

EPITOME.

1 *Clausula saluo iure addendi,nihil operatur vltra ius commune.*
2 *An parti liceat aliquando libellum mutare,vel ei addere?*
3 *Quando actor vult liti vel instantiæ renuntiare,citandus est reus.*
4 *Emendare libellum quid sit?*
5 *Mutare quid sit?*
6 *Addere quid sit?*
7 *Vsque ad quod tempus liceat libellum emendare.*
8 *Vsque ad quod tempus liceat mutare libellum.*
9 *Vsque ad quod tempus licet addere libello.*
10 *Cumulatio quando admittatur,& quando non.*
11 *Admittitur cumulatio actionum diuersarum rerum ex diuersis causis descendentium,& ad diuersa competentium.*
12 *Non admittitur cumulatio diuersarum actionum ex eadem causa & facto descendentium,& ad idem competentium.*
13 *Non admittitur cumulatio diuersarum actionum ex eadem causa descendentium sed ad diuersa competentium.*
14 *Admittitur cumulatio diuersarum actionum ex diuersis descendentium , sed ad idem competentium.*

1 SALVO iure addendi &c.
a † Ista clausula nihil operatur [a] vltra ius commune secundum Innocen.& gloss.in capitul.inter dilectos.in princip.extrà de fide instr. quod sequitur Specul .in titul. de libel.cencep.§.nunc ostendamus.in fi. & Bartol.in l. non solùm.§.morte.ff. de operis noui nuntiatione . &

a Nihil operatur.adde Fulg. consi. cxxxix. Bernar.

in l.Nesennius.ff. de negotijs gestis.
2 † Est ergo quærendum quid iuris sit de iure cōmuni, an parti liceat aliquando libellum mutare, vel ei addere? In quo distinguitur sic secundū doctor. omnia colligendo. Aut actor vult in totum desistere & liti renuntiare, & potest in quacunq; parte iudicij. vt l. destitisse. ff. de iu. & in l. postquā liti. C. de pact. Aut vult renūtiare soli instantiæ ipsius causæ, & aliam inchoare, aut vult in eadē instantia perseuerare, sed intēdit actionem mutare vel aliam rationem superaddere primæ. Si quidem velit instantię renūtiare, tunc aut reus huic renuntiationi cōsentit, & tenet renūtiatio, & poterit actor nouā instituere litem, sicut si instātia per tēporis lapsum esset finita. vt in l. properandum. in §. j. C. de iudic. Aut reus non consentit huic renuntiationi, sed instāter petit in causa procedi, & tunc aut iudici cōstat reum esse absoluendum simpliciter ab instantia iudicij, vel quia libellus est malè conceptus, vel alia rationabili causa, & tunc tenet renuntiatio. arg. in l. libellorum. ff. de accus. & in l. aliquādo. ff. ad Vel. & l. qui per salutem. ff. de iureiuran. & extrà de accusatio. in c. qualiter & quando. Aut nō constat iudici reum esse absoluendum; & tunc non tenet renuntiatio, sed iudex debet procedere ad decisionē causæ. vt in authē. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & in l. de qua re. ff. de iudi. cū si.
3 † Ex quibus patet quòd quando actor vult liti vel instātiæ renuntiare, citandus est reus, quia potest ledi. ar. l. de vno quoq; ff. de re iudi. & quòd actor debet facere scribi quòd iudex ipsam renuntiationē admisit. Si verò actor vult in eadē instantia perseuerare actione mutata vel alia superaddita, & tunc pōt si mutet vel addat congruo tēpore. vt in l. edita. C. de edendo. & ibi plenè not. per Cyn. & alios scribentes, aliquando actor vult simpliciter libellum obscurum declarare, & tunc pōt quandocunq;, nisi ad petitionem rei cōpellatur declarare ante lit. contesta. vt habetur, & not. per Bar. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. & l. inter stipulātem. §. si Stichum. ff. de verbor. oblig. & per Dy. in regula, contra eam. de regul. iur. lib. vj. & ibi per Ioan. Andr. Restat igitur quærere vsq; ad quod tempus fieri possit additio vel mutatio seu emendatio. Sed ante omnia, vt facilius intelligantur sequentia, videamus quid
a sit mutare[a], emendare vel addere. Et quidem secundum veram doctrinam Pet. vt no. in d. l. edita.
4 † Emendare est illud quod est malè conceptum vel formatum, in melius reformare. vt patet, si defectus sit in forma libelli potest reformari, quanquàm reus ab illa iudicij instantia debeat absolui. vt in l. libellorum. ff. de accus. & in l. j. ff. si mens. fal. mo. di. & sic emendare est extra vitium ponere. ar. C. de emen. Iusti. Codi. licet glo. in d. l. edita aliter
5 dicat. † Mutare autem, secundum gl. & doct. ibi. est actione edita in totum recedere. ar. in l. j. C. de
6 mu. no. & in j. constitu. C. §. quibus. † Addere verò est actioni propositæ aliā applicare. vt in d. §. quibus. ibi, adijcientes. &c. Respondēdum est nunc ad principale quæsitum: quæritur vsque ad quod tempus possit fieri emendatio, additio, vel mutatio. de
7 singulis per se videamus. Et † primò de emendatione, in quo articulo licet sint variæ opinio inter gloss. & docto. vt refert Cyn. in d. l. edita. tamen potest distingui. Aut agitur de emendatione formali ipsius libelli, & illa admittitur quandocunq; vsq; ad sententiam diffinitiuam, duntamen per sententiam reus ab illa instantia absoluatur. vt d. l. libellorum. de accusatio. & l. j. ff. si mens. fal. mo. dix. aut agitur de emendatione rei vel quātitatis in libello deductæ, de qua loquitur. gl. in d. l. edita. Et tunc aut illa emendatio fit circa qualitatē actionis propositæ, & potest fieri quandocunque vsque ad sententiam. vt l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. aut fit circa ipsam rem vel qualitatē in libello petitam, & tunc aut emendatio tangit principaliter ipsam rem, aut accessoria eius. Primo casu admittitur emendatio vsque ad tempus ad quod admittitur mutatio, vt infrà dicam. Pro quo facit. l. non potest. ff. de iudicijs. & l. de qua re. eodem titulo. Secūdo casu subdistingue, aut illa accessoria emerserunt ante litem contesta. & idem quod s. dixi de emendatione circa rem principalem. argu. l. fundi. ff. de execu. rei iudi. & l. ędiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edict. aut emerserunt post lit. cont. & tunc, quia ista pertinent ad officium iudic. non est quęrendum de emendatione. argument. dicti. §. item sciendum. & not. per gloss. in l. si quis missum. §. fi.
8 ff. de damno infect. † Sed quæritur quid iuris de mutatione, super quo articul. similiter sunt variæ opinio. vt refert Cyn. vbi s. glo. enim communiter tenent quòd hodie per ius authēticorum, quod habetur in authen. qui semel. C. quomodo & quādo iud. & in authent. delegat. §. omnem. non sit locus mutationi libelli postquā in iudicio est productus, licet olim aliter seruaretur quam opinio. multi sequuntur. alij dicunt, vt Odo. quòd hodie, sicut olim sit locus mutationi. Sed pro concordia iurium sic distingue. Aut quis vult simpliciter renuntiare liti, & potest. vt l. postquā liti. C. de pact. aut vult simpliciter differre, & litem protelare, & non potest. vt in authen. qui semel. aut vult prosequi litē mutando actionem, & potest olim & hodie. vt d. l. edita. Ex quo patet secundum eos quod d. l. edita, non est hodie correcta. licet secundùm gloss. contra. & hanc opi-

a Mutare. Adde vidē dū Latius per noui. in l. edita. C. de eden. Sp. in tit. de libel. conce. §. viij. vers. & quid si post. & in tit. de restit. in integ. §. iij. versi. sed si. Bernar.

hanc opin.sequitur Iacob.But.& Marsilli.secundũ
quã admittitur mutatio vsq; ad litẽ contest.tantũ.
& non potest,quia reus aliter grauaretur in varijs
expensis.Quid enim si super actione proposita de
liberauit ipse reus cum aduocato & procuratore,
& sumptus fecit?si dicamus post litem contest.lo-
cum esse mutuationi:adhuc erit necesse redire ad
uocatum & procuratorẽ,& subire nouas expensas,
quod esset valde inconueniens.Super hoc tamẽ ar
ticulo,vario modo est per tempora obtentum &
pronuntiatũ,vt referunt doct.antedicti.tamẽ puto
quòd opin.gloss. minus contineat absurditatis , &
plus iuris & æquitatis. Cũ enim actor habeat am-
plum spatium in deliberando antequã libellũ por
rigat,& reus improuisus accedat,magis est fauen-
dum illi opin.quæ facit pro reo quã pro actore.
argu.in l.petendæ.C.de temp.in integ.restit.& in
l.Arrianus.ff.de act.& oblig.& in l. fauorabiliores.
.ff.de reg.iur.& in l.inter pares.cũ sim.ff.de re iu.
9 Deinde †quæritur quid iuris sit de additione. Ec
ce actor proposuit vnam actionom in libello, vult
posteà aliam adducere vel cumulare a quęritur an
& quando possit?super quo sunt variæ opi. tã glo.
quàm docto. vt refert Cyn.in l.edita.& Dy. in c.
nullus pluribus.de regul. iuris.lib.vj . & aliqui in l.
quod hæredem.§.eligere.ff.de tribul.& l.nemo.§.
quoties. ff. de regulis iuris. Verumtamen con-
clusiuè in materia cumulationis est considera-
rẽ regulas cumulationis prohibitiuas,& non regu
las ipsius permissiuas. Regulæ quidem prohibiti-
uæ sunt tres. Prima est,quòd quãdo plures actio
nes descendunt ex eadẽ causa quæ electione tol-
luntur,non admittititur cumulatio : vt in l . quod
in hæredem.§.eligere.ff.de trib.& ibi not.l.nemo.
§.quoties.ff.de regu.iur. Secunda est, si plures a-
ctiones sunt sibi contrarię,non admittitur cumula
tio:vt in l.j.C.de furt.& l.eum qui.& l.contra ma-
iores.C.de inoffi.testamen. Tertia est , si plures
actiones ita se habent quòd sententia lata in vna,
pariat exceptionem rei iudica.in alia,non admit-
titur cumulatio:vt l.fundi. & l.fundũ. ff.de except.
Quarum quidem trium regularũ concursus simul
non requiritur,vt cumulatio impediatur, sed suffi
cit quòd aliqua ipsarum locum habeat secundùm
10 Dynum. Ex †his satis euidenter colligi possunt
regulę cumulationis permissiuę:quia cognito vno
de contrarijs,cognoscitur & reliquum:vt instit.de
his qui sunt sui vel alie.iuris.in princip. quæ simi-
liter sunt tres prædictis omnino contrariæ & quo
rum concursus copulatiuæ requiritur, vt cumula-
tio admittatur.secundũ Dyn.in c. nullus pluribus.
Prima est,vbi sunt plures actiones compassibi-
les,& non contrariæ,cumulatio admittitur.Secun
da est,vbi sunt plures actiones quæ electione non
tollũtur,admittitur cumulatio. Tertia est ,vbi plu
res sunt actiones,quarum sententia lata in vna nõ
parit exception. rei iudi. in alia,admittitur cumu-
latio. Sed secundũ Dyn . ab vtraq; parte potest
fieri vna regula si iungãtur omnes tres simul hoc
modo. Quando plures actiones electione tollun
tur,vel sunt sibi contrariæ inuicem , aut sunt talis

naturę,ꝙ sentẽtia in vna parit exc.
rei iud.in alia,tunc nõ admittitur cu
mulatio:vt in primis iuribus allega.
s.pro hac parte. Secunda principa-
lis regula est,quando sunt plures a-
ctiones cõpassibiles,& quæ electio-
ne non tolluntur.& in quibus sentẽ
tia in vna non parit except.rei iudic.
in alia,tunc permittitur cumulatio:
vt in iuribus secundo alleg.s.pro hac
parte,sicq; erunt solùm duæ regulæ
vna permissiua,alia prohibitiua.
11 Deinde †sciendũ est secundũ Dy.li
cet clarius quã per ipsum quòd quo
ad præsens atinet,quatuor sunt gene
ra actionum.vnũ est genus actionũ
diuersarum rerum ex diuersis causis
descendentiũ & ad diuersa competẽ
tium.Exemplum in actione ex depo
sito pro pecunia & si in hoc gene-
re admittatur cumulatio vsq; ad lit.
conte. secundũ glo.quia in hoc casu
concurrunt omnes regulæ permissi
uæ,& cessant omnes regulæ prohi-
bitiuæ:vt probatur in l.si idem cum
eo.ff.de iurisdict.om.iudi.& l.fin. C.
de anna.excep.facit l.hæredes.§. de
pluribus.ff.fa.ær.l.non est nouum.ff.
de act.& empt.& not.in glo.in c. cõ
querente.extrà de elect.& in hoc cõ
12 ueniunt omnes doct. Secundũ †est
genus diuersarum actionum ex ea-
dem causa,& facto descendentium,
& ad idẽ competentiũ,in quo gene-

a Vel cumulare. Adde Roma.consilio ccxl.
*Petens super præmißis &c. Adde quòd ista clausula
semper debet poni in libello,et est vtilis, & operatur quòd
secundũ qualitatem probatorũ non autẽ deductorum fit
condemnatio.ita Inno.& Bald.in c.ij.de or.cog.Imol. in
c.si cautio. de fi.instr. versic. fin. & dicit Alexan.de
Imo.in cõ. vj.colũ.ij. ver.hic probatur. in iij.coi.vol.
& domin. meus Soz. in consilio cxlvj . col. ij.in j.vol.
ver. confirmatur,vbi quòd licet cõ.libelli sit inepta ta-
men substẽtatur p talẽ clausulã ex narratis.aduerte
tamẽ quia d.clausula operatur ĩ ambiguo,et obscuro,nõ
autẽ in casu claro,ita ĩtelligit d. Maria. Sozi . in suo
cõ.xxxix. colum.ij.versi.insuper. & dicit quod etiã ita tenuit in c.
ij.de li.ob.art.xiij.q.ij.prin.ita etiã tenet d.meus Sozi.
in cõs.suo cxcix.col.iiij.ver.difficultatẽ.& ibi quòd ope-
ratur quo ad remedia,non aũt respectũ rei petitæ,& quòd
nõ operetur in casu claro,tenet etiã d.Franc.de Are.in cõ
sil.xvij.col.iiij versi nõ obstat.& Alex.de Imo.in consil.
cxxj col.iiij.ver. nõ ob.illud in j.vol.Itẽ aduerte,quia ta-
lis clausula nõ operatur vbi libellus cõtineret repugnantiã
vel contraria,adeò si esset narratũ in causa testati,nõ su-
stentaretur in causa intestati.ita Alex.in d.cõs.cxxj. &
col.iiij. & in cons.cx.col.j.in prin.in v.vol. cuius contra
riũ tenet d.meus Soz. in consi.cxxviij.col ij.vbi quòd li-
bel.continens contrariã sustẽtatur per talẽ clausulam,&
quòd actor obtinet super eo super quod iustitiã habet.&
idẽ in consi.clx.col.pen.vbi quod omnia censentur dedu-
cta quæ ex narratione facti colligi possunt . & in consilio
ccxlij.col.ij.versi.ex quibus.vbi si est narratũ in petito.et
probatio facta in possessio.actor obtinebit. & hoc etiã se
quitur Ale.in cõs.xcvj.col.ij.in prin.in v.vo.hauc secundã
opi.potes intelligere,quãdo & instrumentũ clau. omni me*

li ori modo &c. quia tūc libellus cōtinens cōtraria saluatur. & sentit Ale. in consilio cxxj. & in d. consi. vj. & j. oppo. procedet in casu suo, scilicet quādo simpliciter esset adiecta illa clausula pe tens. Quæ not. pro practica vltra dicta p Modern. in §. omnium. instit. de acti.

a Non astringens. Adde de hac clausula videndum. Alex. cōsi. lxj. ij. vol. & cōs. xlij. iij. vol. Bar. in l. circa. ff. de proba. & Bar. in c. significauit. de appel. & Ale. de Imol. in consi. cxvj. col. iiij. in fi. in primo volumine.

re nō admittitur cumulatio. Exemplū patet in colono, qui arbores succidit, cōtra quē plures dantur actiones: vt ff. arb. fur. cæs. l. j. Ratio huius est, quia sentētia lata in vna actione, parit exce. rei iud. in alia: vt ff. de excep. rei iud. l. iiij. & ff. de iur. iur. l. duobus. §. exce. & sic habet locū vna regula prohibitiua, de qua s. sed huic multū repugnat, ꝙ dicitur in actione hypothec. quæ pōt cumulari cum principali: vt in authen. de fideius. §. sed neq;. col. j. tamē constat ꝙ sentētia lata in vna, parit excep. rei iud. in alia: vt l. deferente. ff. quib. mo. pign. vel hyp. so. Sol. dic secundū Dyn. vt per eū no. in d. c. nullus pluribus. Vel dic clarius secundū Cy. ꝙ aliquando sunt plures actiones æquè principales, quarū vna non dependet ab alia & tunc non procedit qđ s. dixi. aut sunt actiones plures quarūvna est accessoria ad aliā, vel depēdet ab alia, & tunc habet locū d. §. sed neque.

13 Tertiū † est genus diuersarū actio. ex eadē causa descendentium, sed ad diuersa competentiū. Exemplū patet in fure, pro quo datur actio furti ad ad pœnā, & conditio furtiua ad rem ipsam: vt in l. in re furtiua. ff. de cōd. furt. In quo genere dicunt quidā admitti cumulationē: vt l. si pro fure. §. j. ff. de cōd. furti. & l. rei cōmunis. cū seq. ff. pro soc. & l. ancillæ. C. de furt. Sed tu dic quòd nō admittitur cumulatio secundū Cyn. & alios per regulam prohibitiuā, quæ est quòd si sententia lata in vna parit exce. rei iud. in alia, nō admittitur cumulatio. d. l. fundi. & l. fundū. ff. de excepti. imò si actio proposita talis sit naturæ, quòd sententia lata in vna, causa possit parere excep. rei iud. super alia, differtur secunda in alio iudicio: vt l. duobus. §. j. & §. si colonus. ff. de iureiur. & l. si duo. §. idē Iul. ff. eo. ti. & probatur in l. interdū. ff. de publ. iud. & in l. ij ff. de vi bo. rapto. Nec ob. d. l. si pro fure. quia ibi non dicitur ꝙ possunt cumulari, sed ꝙ vna alterā non cōsu

14 mit. Quartum † verò est genus diuersarum actionū ex diuersis causis descēdentium, sed ad idem cōpetentium. Exemplum ponit gloss. in d. l. edita. quādo tibi cōmodaui librū & posteà volo dicere & cumulare qđ deposui in genere, quia secundū glo. admittitur cumulatio. quæ opi. videtur probari per regulā quę est, quòd omnia videātur permissa, nisi specialiter sint prohibita. vt l. necnō. §. sed quod eis. ff. ex quib. cau. maio. Secūda ratio est, quia non debet expectari tempus illud in quo idem sequeretur effectus: vt l. aliquando. ff. ad Velleian. Tertia ratio est, quia pendente iudicio possesso. agitur petitorio: vt l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquirend. possessio. fortificatur per l. huiusmodi. §. qui seruum. ff. de leg. ij. & l. non est nouum. ff. de actio. empt. In contrarium determinat Petr. quia regula electionis impeditiua cumulationis, locum habet hoc casu, de qua regula loquitur text. in l. nemo. in §. quoties. ff. de regu. iur. & in d. l. quòd in hæredē. §. eligere. ff. de tribut. Quæ regula fundatur alia ratione, ne sit ī potestate actoris ipsum reum pluribus actionibus intricare & vexare, ꝙ ergo prohibetur à princip. multòmagis ex postfacto. argumen. in l. quoties. §. si creditor. ff. de pœ. Facit, quia sic est in criminalibus causis: vt l. senatus. ff. de accus. quam opin. sequitur Cy. & ipsam puto veriorem, pro qua videtur text. in d. l. nō est nouum. coniuncta gloss. ibi posita quæ idem sentit. Ad contraria dic, vt not. per Cyn. in d. l. edita. Rursum quæro an in casibus in quibus admittitur cumulatio, iuretur de calumnia super noua actione cumulata, & assignetur noua dilatio? Dic quòd iurabitur super ea, secundùm Iacobum Butrig. argum. in l. qui bona. § final. ff. de dam. infect. & dabitur reo noua dilatio si ex prima dilatione non potuit instrui super hac noua act. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Efficacia clausulæ non astringens se ad probandum &c.*
2 *Proponens plura disiunctiuè vel copulatiuè, tamen in diuersis orationibus non se astringit ad probādum omnia.*
3 *Actor in libello accusationis proponens factum cum qualitate, si probat factum, sed non qualitatem; nunquid videatur sufficienter probasse intentionem suam quo ad condemnandum.*
4 *Proposito facto simpliciter sine aliqua qualitate in accusatione, nunquid posset accusatio institui cum adiectione qualitatis?*
5 *Statutum disponens quòd damnum passus, si ignoret malefactorem, habet regressum contra commune & homines vbi est sita res damnificata, non habet locum ignorantia non probata.*
6 *Si plura adijciantur vel apponuntur in aliqua dispositione, anrequiratur omnium cōcursus vel sufficiat alterum?*
7 *Quæ sit natura disiunctiuæ seu alternatiuæ.*
8 *Natura dictionis, seu.*
9 *In copulatiua, an requiratur concursus vtriusq;, ad hoc vt dispositio impleatur.*
10 *Natura copulatiuæ quæ sit?*

a 1 NON ASTRINGENS se ad probandū. Ista † clausula solet frequēter apponi, tam in positionibus quā in libellis, sed tñ valde vtilis est si apponatur in libello. Et est ratio, quia qñ proponūtur plura in libello tendētia ad probandū illud ꝙ principaliter petitur, videtur actor in dubio se astringere ad probandū omnia simul coniunctim nō diuisim, quibus nō probatis succūbere debet: vt in c. licet causam. & ibi per Io. And. extrà de prob. & no. Bar. in l. diuus. ff. de re iu. nisi de cōtraria

traria voluntate agentis appareat, de qua constat
per talẽ protestationem:vt dicit Ioan.And.& no.
d.c.licet.animus enim protestãtis per hoc decla-
ratur:vt in l.si duo.§.cum inquilinus.ff.vti pos.& l.
ꝓ hærc.in prin.§.Papi.ff.de acqui.hæ.de qua pro-
testatione & eius effectu plenè tractatur per Bar.
in l.nõ solũ.in §.morte.ff.de no.ope.nun.& per gl.
& Io.An.in c.cũ M.Ferrarien.extrà de constitu.&
2 ego dicã infrà in ti.seq.†Item nõ videtur se astrin
gere si plura proposuerit disiunctiuè vel etiã co-
pulatiuè,tamẽ in diuersis orationibus,quorũ quod
libet per se sufficiat ad probandũ intentionẽ acto
ris,verbi gra.si actor dixerit in libello sententiã
esse nullã,quia lata sit per falsos testes.Itẽ per cor
ruptos testes& similia:vt no.gl.in c.ij. de rescri.Et
Bar.in d.l.diuus.secus autẽ si in eadẽ oratione plu
ra cõiunctim opponuntur.verbi gratia,dico tales
testes corruptos falsum deposuisse, quia isto casu
requirtur probatio omniũ qualitatũ,nisi per pro
testationẽ vel alio modo appareat de contrariavo
luntate:vt not.in d.l.diuus.& in l.si cui.in fin.ff. de
3 fun.instr.†Sed pro declaratione prædictorum for
ma talẽ quæstionẽ .Ecce actor in libel.accu. pro-
posuit quòd Titius vulnerauit Cayum cũ armis
vel sanguinis effusione,Deinde probauit de per-
cussione sed non probauit de sanguine vel de ar-
mis,an sit Cayus absoluendus?dicit Ia.de Aret.vt
refert Cy.in l.ij.C.de prob.quòd sic quia non suf-
ficit probare factum, nisi probetur qualitas ipsi
a adiecta[a] facto:vt l.denũtiasse.§.quid tamen.ff. de
adul.& l.prætor.§.hoc autẽ.ver.docere.ff.vi bono.
rap.Alij vt Gui. dicunt quod potest fieri condem
natio,quia sufficit probatũ esse ipsum factum,licet
qualitas nõ probetur,arg.l.bouẽ.§.aliquãdo.ff. de
ędic. edic.Bar.aũt in d.§.quid tamẽ aliter distin-
guit,& sic.Aut defectus qualitatis propositæ facit
videri aliud esse crimen ab eo quod fuerat pro-
positum,& tunc ex tali processu,qualitate nõ pro-
bata,non debet sequi absolutio: vt in d.§.quid ta-
men.Aut non facit videri aliud crimen,& tũc aut
defectus illius qualitatis inducit diuersitatem pœ-
næ & condemnationis, & tunc si quidem mutata
sit qualitas & detracta pendente iudicio,quod fie-
ri potest,vt l.in delictis.§.si detracta.ff. de nox. &
tunc potest sequi condemnatio.Si verò non sit de
tractio facta,tunc debet sequi absolutio. Si autem
qualitas non induxerit alienationẽ pœnæ, tunc in
dubitanter sequi debet condemnatio.ita intelliga
tur lex.bouẽ.§.aliquando.quia illo casu verba libel
li prossunt ad vtrãque actionẽ tã redhibitoriam,
quã quantò mino.Aduerte tamen eo casu quo su
prà dixi qualitate non probata debet reus absolui:
quia poterit in nouo iudicio repeti accusatio sine
qualitate.dumtamen absolutio non esset facta su-
per principali facto tanquàm non probato.arg. in
l.habeat.in princip.ff.de insti.
4 †Sed quid dices in casu conuerso.pone quod in ac
cusatione proposuit factũ simpliciter sine adie-
ctione qualitatis,& lata est sententia absolutoria
an in nouo iudicio poterit institui accusatio, cùm
adiectione qualitatis?dicit idem Bar.vbi suprà aut
ista adiectio qualitatis alterat deli-
ctum quo ad eius essentiam,& tunc
poterit de nouo proponi accusatio:
ar.in l.cũ quæritur.ff.de excep.rei iu
di.aut non alterat delictum,sed solã
pœnã vel condẽnationẽ, & tunc aut
absolutio prius facta,fuit facta super
principali facto,& tũc aut fuit facta
absolutio respectu qualitatis nõ pro
positæ,& tunc poterit accusatio re-
peti.arg.d.l.qui habeat.in princip. &
l.j.§.j.ff.si fami.fur.fec.dica.& quo di
cta sunt in libello criminali, locum
habent in ciuili.
5 †Et ex his potest colligi decisio ad
illam quęstio.Ecce statuto ciuitatũ
Lombardiæ cauetur quod si fuerit
damnum illatum in bonis vel in pos
sessionibus alicuius,& ignoretur per
sona quæ damnum intulerit , quòd
commune & homines loci super cu
ius territorio sunt sitæ ipsæ possessio
nes,teneantur damnum emendare.
Certè non poterit recta via agi con
tra commune & homines, nisi prius
constiterit quòd malefactor igno-
b retur[b],quæ tamen ignorantia circa
malefactorem est faciliter probabi-
lis,videlicet per sacramentum acto-
ris seu damnum passi:vt no.per glo.
in l.si cui.§.ibidem.ff.de accu. & fa-
cit l.verius.ff.de probatio. Scientia
autem posset hoc casu dupliciter
probari,verè & præsumptiuè, Verè
autem probari posset per eos qui
vidissent. Pręsumptiuè per ea quæ
dicuntur à vicinis, quia præsumi-
tur , quòd vnus vicinus facta alte-

a Adiecta.Adde in si.quòd agens de vna causa & probans de alia succumbit.ita Lu.Ro.consi.cx.in pe.col.ver.sed in ciuilibus clarum est.Pau.de Cast.consi.ccv.in j.colum.& facit quòd voluit Bartol.in l.j.C.vt in pos.leg.in l.si præsidi.C.de don.ante nup.& in c.super literis.in.ij.co.de rescrip.vbi voluit quòd iudex non debet recipere probationes quæ non descendunt ex libello.Io. adde an qualitas sit probanda. Barto.consilio.uncip. Chaterina accusauit rectam, & consi.incip. Capitaneus Alex.consi. j. & consi. lxxxj . iij. volu.Anch. consili.ccc-ix. Roma. consil. clxvij.& quòd qualitas ꝓposita in libro sit probãda vltra prædicta, vide Alex. in consilio lxxix.colũ. ij.in princi. in j.vol. vbi qđ si iurisdictio attribuitur alicui vigore alicuius qualitatis,illa qualitas debet probari,& idem in cõsilio centesimo,columna secunda,versiculo oportebat.eo.volumine. vbi qualitas requisita ad actum, debet specificè probari.& idem in consilio cxix.e. columna tertia,in principio,vbi si adijciatur alicui rei vel facto quòd debet simul cum facto vel reprobari. & in consilio tertio,in secundo volu.consilio ij.& ibi quòd debet allega. & deberi ante lit.contesta.& ad materiam,vide Barba. in consilio xlij.colum.ij.in ij.volu.& Fe.de se.consil.clxij. & consi.ccxx.Ma.So.in c.conquestus.de foro compe.& in capitulo secundo ar.xij.quæstio.ij.in principio de li.ob. & in c.dil.ar.xxxiiij.ver.iiij.infrà eo.titu. & al.in consilio lxxvj.col.ij.in.j.volu.& Floria.in l.iij.in prin.ff.ad l.aquil.quod not.Cur.

b Ignoretur.Adde viden.Roma.consi.vij. & Alexã.xxiiij. secundo volumi.

rius non ignoret: vt c.ij. de præsum. vel per famam publicam hoc prædicantem: vt l.v.C.de peri.tuto.

Rursum scire debes, quòd si essent diuersa delicta ex diuersis factis descendētia, cessarent quæ dicta sunt suprà, & liceret lata sententia absolutoria super vno, instituere nouam accusationem super alio: vt l. nunquam plura.ff.de priua.delict.& l.senatus.ff.de accusa. secus si sit idem delictum, vt in l. licet.in fin.ff. naut. caup.stab. & ibi plenè not. Pro declaratione autem pleniori omnium reuocatur in dubium

5 †Si plura adijciuntur vel apponuntur in aliqua dispositione, an requiratur omnium concursus vel sufficiat alterum? Et breuiter secundùm theoricam Bartol.& communiter omnium, vt per eum not.in l.si is qui ducēta.§. vtrū. ff.de reb.dub. distingue sic. Aut in dispositione apponunturtur plura alternatiuè, seu disiunctiuè, aut copulatiuè. Primo casu, aut est propria stricta alternatiuè, & tunc alterum sufficit interuenire quo ad implendam dispositionem: vt in l. illud. ff.de constitu.pecun. & l. illud aut illud.ff.quando dies lega.ced. & l.si plures.ff.de condit. institu.cum simil. aut est alternatiua impropria, quæ aliquando ponitur pro coniunctiua, & hic dic, vt dicam in copulatiua. Secundo casu principali cū plura ponūtur copulatiuè subdistingue, aut est copulatiua propria & stricta, veniens ad terminationem alicuius extremitatis, & tunc requitur concursus omnium copulatiuorum, vt in d.l.si hęredi plures. aut est copula impropria, quæ ponitur pro disiunctiua, tunc dic vt s.dicetur in disiunctiua.

7 Videndum †est itaque per se singulariter de singulis, & primò de natura disiunctiuæ seu alternatiuæ, in quo articulo sic distingue. Aliquādo alternatiua profertur à lege, & tunc aut est alternatiua plurium factorum seu terminorum, quorum occasione certum quid est principaliter per legem dispositum: & tūc stat propriè in sui natura, & verificatur in qualibet parte sui: vt in l.j.ff.ad legem Corne.de sic.& in l.j.ff.ad leg. Pompe.de pari.cum simil. Fallit secundū aliquos in casu l.v..ff. de auro & argen.leg. vel dic, & verius quòd ibi loquitur in alternatiua hominis, de qua infrà dicetur. Aut est alternatiua plurium qualitatum vel pœnarum respectu eiusdem facti seu dispositi. & tunc aut talis alternatiua continet repugnantiam, & tunc impropriatur & verificatur tantùm in vno solo assumendo illam partem, quæ vitio caret: vt in l. vbicunque.ff. de fideiuss.& l.sed & si decesserit.in fi.ff.de contratabul. l.ea lege. C.de conditio. ob causam. vbi autem non continet repugnantiam, & tūc stat propriè & verificatur in vno solo: vt in l.si fugi. & in l.quicunque. C.de seruis fugitiuis, & in authenti. sed nouo iure.C de episco.& cler.& l.j.§.expilatores.ff.de effrac.& expi. Et hæc distinctio procedit in alternatiua prolata à lege communi. In ea verò quæ fertur à statuto, dic quòd illa stat propriè & in sua & propria stricta natura. quia statuta sunt stricti iuris, & debent intelligi propriè, vt verba sonant: vt plenè not.in l.omnes populi.ff. de iustit. & iur.& in l.iij.ff.de nego.gest. Secundo casu principali, videlicet cùm alternatiua profertur ab homine, & tunc aut ponitur inter res vel alias qualitates super quibus disponuntur, aut inter personas in quas dispositio confertur. Primo casu aut apponitur disiunctiua, quæ natura sui tam sensum

a quàm verba disiungit, vt est dictio, vel,[a] aut similis.& tunc stat propriè & sufficit alterum interuenire regulariter. vt in l.j. plerumque. in fine. ff.de iure dot.& l.si quis ita stipulatus.in. fin.& l.si ita quis.ff.de verbo.obliga.& l.cùm illud aut illud.ff. quando dies leg.ced. Fallit vbi intentio disponētis aliter se haberet: vt in l.Lucius.§.ij.ff.de hæred.instituen.& in l.sæpè.ff.de verb.sign. Aut apponitur disiunctiua, quæ licet verba disiungat, sensum tamen coniungit, vt est dictio seu, & siue, & tunc aut dispositio, vt est facta in vltima voluntate, & tunc eius fauore resoluitur in coniunctam: & sic improprie ponitur: vt l.quintus.la ij.in fin.& l. si quis ita legauerit.in fin.& ibi not.per Bartol.ff.de aur. & argen.leg. aut dispositio est talis, in qua cessat fauor vltimę voluntatis, & tunc stat propriè, & idem dicendum in his quod in alijs disiunctiuis: argu.l. si ita quis.ff.de verb.oblig. vbi ponitur dictio, siue, quæ idem significat, quòd dictio, seu, secundū Priscianum. ad quod facit l.protegenda.C.de in lit.dando tuto.& per Archid.c.ergo.lxiiij.di. & per Abb. in alphabeto sub litera, s, in dictione, seu. Secundo casu cùm alternatiua ponitur inter personas, in quas dirigitur ac confertur ipsa dispositio, & tūc aut apparet de mente disponentis, quod voluerit haberi pro disiunctiua, & statur menti, & sic pro disiunctiua habetur: vt l. si Titio aut Seio. ff. de lega. ij. aut de mente non constat, & tunc aut hæc disiunctiua seu alternatiua ponitur inter tales personas, inter quas si poneretur copula non posset operari in vim copulatiuæ, & tunc alternatiua stat propriè: vt l.si fundus ille.ff.de contrah. emptio.& l.eum qui.§.qui sibi.ff.de verbor.obliga. facit l.j.§.si fructuarius.ff.de stipul.seruo. aut posset operari in vim copulatiuæ.& tunc aut ponitur inter personas grauatas: & stat propriè in sua natura: vt in l.si ex toto.§.j.ff.de leg.j. aut inter personas honoratas, & tunc aut inter eas non cadit

[a] Vel. Adde de hac dictione vide dn̄ per Ro. consi. lxxxiij. Rap. cu. cons. xcvij. & clxxvij. Alex. consi. cxj. ij. lib. Ang. consi. xxviij. & vide d. Ol. de multis dictionibus cō si. xlix. Bernard.

dit affectio ordinata, & tũc stat propriè in sui natura: vt l.cũ pater.§.pe.ff.de le.iij.aut inter eas cadit affectio hæc,& tũc alternatiua stat impropriè, & ponitur pro coniunctiua, ideoq; cõcursus requiritur vtriusq;:vt l.cũ quidã.C.de verb.signi. & ibi de hac materia plenè per Cy. Ex quibus patet ꝙ l.item si seruus.§.vlt.ff.de stip.ser.est hodie corre-

8 cta,secundũ Pet. Sed †vltra prædicta attẽde aliud

a noui pro intellectu dictionis,seu.[a] & d.l.si quis ita legauit.& dic aliter distingui posse,& sic aliquãdo profertur alternatiua sub dicta dictione,seu, inter res eiusdẽ speciei,aliquãdo profertur inter res diuersæ speciei. Primo casu disiũctiua,seu,ponitur pro coniũctiua,quia videtur apposita causa ampliãdi,& sic debet intelligi d.l.si quis ita legauerit.Nã ibi testator,ita loquutus est, vinũ ꝙ est in tali fundo lego Sempronio, & sic patet qđ omne vinũ intendebat legare,& erãt diuersæ,eiusdẽ tamẽ speciei.Et ex hoc posset dici idẽ esse in quacũq; alia dictione alternatiua,nec in hoc esse differẽtiã inter cõtractus & vlti.vol. Secũdo casu sunt diuersæ speciei,subdistingue,aut alternatiua ponitur inter genus,& species,& tũc ponitur pro cõiũctiua,quasi ampliãdi gratia videatur apposita: vt d.l.quintus.in fi.ff.de aur.& arg.le.aut ponitur simpliciter inter diuersas species,&tunc stat propriè: vt in l.statuliberũ.§.fin.ff.de leg.ij.facit d.l.si quis ita stipulatus.in fin.ff.de verb.oblig. Condescen-

9 do †nũc ad copulatiuã,& quæro,an vtriusq; concursus sit necessarius,vt dispositio impleatur. & in hoc sic distingue secundũ do.præcipuè Bar.vt no. in l.si is qui ducẽta.§.vtrũ.ff.de reb.dub.aut copulatiua ponitur inter cõtraria seu incõpassibilia, & tũc impropriatur,& resoluitur in disiunctiuã:vt l. si Titio fundus.ff.de vsufr.leg.& ideò nõ exigitur vtriusq; concursus sed alterũ sufficit. aut ponitur inter cõpassibilia,quæ aliquo respectu sunt idem, aut inter ea quæ sunt diuersa.si sunt idẽ aliquo respectu,tunc subdistingue,aut illa duo ita se habẽt, ꝙ vnũ necessariò est aliud,& tũc abijcitur copulatiua,& fit resolutio vnius in alterũ: vt in l.j.ff. de pact.ibi placitum & cõsensus,idest,placitus cõsensus,aut vnũ est genus,& aliud species, aut vnum est genus & aliud indiuiduum. Primo casu dic,aut enumeratio specierum præcedit ipsum genus,aut sequitur,si præcedit,tunc copula stat propriè, & auget, & vtrumq; cedit in dispositione: vt l.hoc legatum.& l.ea tamen adiectio.ff. de legatis iij. Ipsum tamen genus restringitur ad alias species similes expressis:vt l. final. §. cui dulcia. ff. de vi. tri.& ole.leg.& l.Seiæ.§.Caio.ff.de fund.instruct. Si verò genus præcedit enumerationẽ specierum, tunc aut species enumeratur ab errãte, aut à sciẽte. Si ab errante,tunc stat copula propriè & cedit vtrumque in dispositione,&specierum numeratio nihil operatur: vt l.legata. in princip.ff. de sup.lega. Si quidem à sciente,tunc subdistingue,aut facta est enumeratio specierum causa dubitationis tollendæ,aut causa limitationis,aut dubitatur. Primo casu cedit vtrumque in dispositione,& videtur facta enumeratio specierũ ad maiorem euidentiam, & sic copula stat propriè:vt l.pediculis.§.labeo.& l.quæ dubitationis.ff.de aur. & arg. leg. Secundo casu cùm causa limitationis,tunc alterum cedit in dispositione,&expressio generis nihil operatur, & culpa stat impropriè: vt l. cùm de lanionis.§.quidam.& l.Seiæ. in princip.ff.de fund. instruct. & in d.l.legata.secundo & tertio respon. ff.de su. leg. In tertio casu cùm dubitatur, dic idem, quod in primo, vt vtrumque cedat in dispositione & copula stat propriè,& videtur gratia dubitationis tollendæ facta specierum enumeratio: vt in d.l. quæsitum §.si quis fundum.ff.de fundo instruct. & ibi plenè per Bartol. & per Dyn.in rege. generi per speciem.extrà de regul.iur.libro vj. Vbi vnum est genus, & aliud indiuiduum, tunc siue præcedat species, & sequatur enumeratio indiuiduorum, siue contrà, copula posita inter ista stat impropriè, & nihil auget, sed sola indiuidua cedunt in dispositione. l.hæres meus.§.j.ff.de lega.iij. & ff.de fund. instruct. l. cùm de lanionis.§.sicut fundus.& l.j.§. item si ita.ff.de auro & argen.leg.

10 Dixi† suprà quòd aliquando copula ponitur inter diuersa, vbi aduertendum quòd aliquando ponitur inter duo substantiua, aliquando inter duo adiectiua, aliquando inter duas orationes. Primo casu,vt puta,si dicatur, Titius Caius currunt,vel lego Titio & Caio. tunc copula stat propriè: vt in l. huiusmodi.§. Titio. ff.de leg.j.& l.si duobus.eodem titulo.& l.re coniuncti.ff.de lega.iij. Secundo casu quando ponitur inter duo adiectiua, verbi gratia,Titi⁹ est albus & niger.vel lego Titio seruos textores & vernas: & tunc aut copulantur respectu alicuius subiecti, & copula stat propriè & requirit cõcursum vtriusq;:vt in l. Titiæ textores.ff. de leg. j. Idem dic si copula ponatur inter aliquas qualitates respectu alicuius subiecti, verbi gratia, dicit lex. Quicunque vsus fuerit seruitute, & ea seruitus ad eum pertineat,habeat interdictum. Certè si hìc turbetur in iure seruitutis, non sufficit probare, quod vsus sit, sed requiritur quòd probet ius seruitutis sibi competere:vt colligitur,& habetur in l.iij.§.hoc autem interdi-

a Dictionis seu. Adde viden. per Cal. consil. v. de verb. signific.per Rom.consi. clxxix. & ccclxiij. Alexã.cõsi. cxciij.ij. volum. Bern.

ctum à superiore.ff.de itine.actuq; priua. & facit
.final.in §.ait lex. ff.de rep.cum similib. aut non
opulatur respectu alicuius subiecti,& tunc viden
tur duæ orationes,ideò dic vt infrà dicam: facit d.
ea tamen adiectio. Tertio casu quando copula
onitur inter duas orationes,subdistingue,aut per
modum qualitatis & accidentis ponitur,& tunc co
pula stat propriè & requirit vtriusque cōcursum:
vt in d.l.si hæredi plures.ff.de cōditio.instit. & l.
is qui ducenta.§.vtrum.ff.de rebus dubijs. & in di
cta l.si ita quis.& in l.si quis ita.ff.de verb. obliga.
sic etiam potest intelligi dicta l.iij.§. hoc autem
interdictū. Si verò copulat aliter vt puta principa
liter ad aliud & tunc non requiritur vtriusq; con
cursus,imo in quolibet copulatiuo verificatur dis-
positio.vt l.j.ff.de his qui not.infa.& ff. de testib.l.
iij.§.lex Iulia.& ff.de sica.l.j.cum simil.

EPITOME.

1 *Petitio vt iuretur de calumnia, non est negligenda.*
2 *Nolens iurare de calumnia,non cadit ipso iure à iure suo, sed per sententiam in eadem instantia ferendam.*
3 *Ratione iuramenti non præstiti,non potest quis conueniri in alia instantia,finita ea in qua erat iurandum.*
4 *Si actor vel reus fuit contumax in nón iurando in terminum,an poßit purgare contumaciam ante sententiam offerens se iurare paratum?*
5 *Non sufficit de calumnia iurasse in causa principali.*
6 *Qui debeant iurare de calumnia?*
7 *Omißio iuramenti de calumnia,an vitiet proceßum.*
8 *Ex consuetudine non potest recusari iuramentum calumniæ.*
9 *Iuramentum calumniæ est credulitatis non veritatis.*

1 PER SACRAMENTVM calumniæ. Hic
†aduerte, quia hæc petitio, vt iuretur de
calumnia,non est negligenda, quia contumax
in non iurando patitur pœnam magnam, nam
reus habetur pro cōfesso,& actor cadit à iure suo:
vt habetur in l.ij.§.quòd si actor.C.de iur. calum.
2 & in c.fina.extrà.de iuram.cal. An † autem ca-
dat ipso iure? Dic quòd non, sed per sententiam
super hoc in eadem instantia ferendam sine alio
nouo processu: vt sentit glos.& Cyn.in d.§.quod
3 si actor. Quid† igitur si instantia causæ sit fi-
nita,nec iudex causæ aliquid pronuntiauit, super
hoc quòd actor ius perdiderit, quia de calumnia
non iurauit, an si posteà ipse actor litem repetat
in nouo iudicio contra ipsum reum poterit ipse
reus in isto iudicio nouo actorem repellere, exci
piendo contra eum ius suum perdidisse,quia non
iurauit in priore iudicio vel petere à iudice quòd
pronuntiet ipsum ius suum perdidisse. videtur quod
sic. argumen.in l.Pomponius.§.si filiã.ff. de inof-
fic.testamen. In contrarium determinat Inno. in
d.cap.final.extrà de iure calumn. ea ratione,quia
istud ius priuationis superuenit post lit. contesta.
pendente primo iudicio, ideò pertinuit ad officiū
primi iudicis super eo pronuntiare: vt l. ædiles
aiunt.§.item sciendum.ff.de ædil. edi. quò officio
finito consequenter est finitum ipsum ius:vt l. ter
minato.C.de fruc.& lit exp.& si actor nō repelli-
tur ab agendo,dicit tamen Innocen. quòd iudex
primus qui neglexit super hoc pronuntiare tene-
tur parti ad interesse. argumē.l.sancimus.& quod
4 ibi nota.C.de iudi. Deinde † quæritur,quid si a-
ctor vel reus fuit cōtumax in nō iurando infra ter
minum, an poterit purgare cōtumaciam ante sen
tentiam offerēs se paratum iurare? Iacob. de Are.
in d.§.quòd si actor. distinguit.aut interest aduer
sarij non iurare,quia forte lapsa sunt tempora pro
bandi,& instat finis instantiæ, vel similia, & tunc
non admittitur purgatio moræ. aut non interest
aduersarij, & tunc auditur volens moram purga
re & iurare.argumen.in l.electio.ff.de noxa. & in
l mancipiorum.ff.de opt.leg. Facit quod not. in l.
insula.ff.de verbor.oblig.alij dicunt aliter.vt not.
Cyn.in d.§.quòd si actor.hodie autem determina
tum est per canonistas quòd in quacunque parte li
tis ante sententiam potest iurari de calum. & sic
admittitur purgatio moræ.per text.in c.j.extrà de
iur.calum.lib.vj.de iure ciuili tale iuramentū præ
stari debet & exigi immediatè post litem contest.
& semel tantùm & non pluries:vt habetur & not.
in d.l.ij.in princip.& in authentic.princ.C. de iure
calum.& in §.fina.eod.titul.
5 Nunquid †autem sufficit iurasse in causa princi-
pali? Dic quòd non,sed debet iteratò iurari in cau
sa appel.vt habetur & not.in c.appellationibus.in
6 fin.extrà de iur.calum lib.vj Sed †quæ sunt illæ
personæ quæ iurare tenentur? Dic quòd primò
princip.si per seipsos sunt in iudicio. Item aduoca
ti & procuratores. Item tutor,curator & alij le-
gitimi administratores,vt puta prælati ecclesiarū
& eorum syndici:vt in d.l.ij. in princip.& §.quod
obseruari.facit quod habetur in c. in pertractan-
dis.& in c.imperatorum.& in c.cum causam.extrà
de iur.calumn.& in authen.principali.C.eo.tit.qui
omnes tenentur iurare in animam suam propriã:
vt in d.c.in pertractandis.procuratores autem iu-
rant in animam suorum dominorum, quando su-
per hoc habent speciale mandatum,quia genera-
le non sufficeret: vt est text.in c.final. extrà eod.
tit.lib.vj.& not.gloss in clemen.non potest.eodem
titul.& Innocen. in c.fin.præall.facit d.l.ij.§.finau
tem absfuerit.imò etiam tenentur procuratores iu
rare in animas eorum proprias, vt hodie determi
7 natum est in d.c.in appel. Sed†quid si iuramen-
tum calum.non fuit præstitum in causa an proces
sus vitietur à sententia? Dic quòd sic secundū Ho
stien.& Archid.aut tale iuramentum non fuit ex
actum,sed ab vtraq; parte omissum,& tunc valet
processus & sententia:vt in c.j.versic.propter o-
missum.extrà de iur.calum.libr.vj.aut fuit petitū
sed non persistit, & tunc vitiatur processus, &
sententia in d.versic.propter omissum. Ad quod
facit quod not.Archid. in d.c.j.& Specul. in eod.
8 titul.§.sequitur.versi.& not. Sed†pone quòd est
consuetudo ne iuretur de calum.an licitè recusa-
bitur

a bitur ne iuretur? Dic quòd nō, [a]quia hæc consue- tudo tanquàm iuri contraria nō valet: vt in c. certum. extrà. eod. titul. & not. per Cyn. in l. ij. C., quæ
9 sit long. consue. Vltimò not. quod hoc iuramentum est credulitatis & non veritatis, ideoq; sufficit iurare quòd credit se fouere iustā causam agē di, vel defendendi: vt not. in d. §. quod obseruari. Illa autem quæ in huiusmodi iuramento continentur, his versibus continentur. Illud iuretur quòd lis sibi iusta videtur. Et si quæreretur verum non inficietur. Vt lis tardetur dilatio nulla petetur. Nihil promittetur vt falsa sententia detur. Cætera dic vt not. Spec. eo. titul. Ista sufficiant, quæ sunt quotidiana, atque sunt ideo memorię reducenda: vt l. legaui. ff. de li. le. Io. de Fer. ll. do.

❧ De declinatione iurisdictionis alicuius iudicis, & de allegationibus suspitionis.

EPITOME.

1 *Quomodo opponatur exceptio declinatoria iudicij.*

CORAM Vobis suprascripto domino vicario comparet & se pręsentat Ioan. de olearijs nomine & occasione cuiusdam asserti libelli nuper coram vobis, vt dicitur producti & oblati per Andrinum de la carona contra & aduersus ipsum Io. ac nomine & occasione omnium & singulorum in eo contentorum. In quo quidem asserto libello inter cætera dicitur contineri &c. ac etiam nomine termini per vos dicto Ioan. assinati ad respondendum ipsi asserto libello, & omnium quorūcunq; exinde sequutorum, dicens excipiendo cū debita reuerentia opponens & proponens ipse Ioan. vos non fuisse, nec esse iudicē competentem inter ipsas partes, & super causa & quęstione de qua in ipso asserto libello fit mētio, tam inspecta cōditione personę vestrę quā conditione & statu ipsarum partiū, ac etiā & qualitate ipsius causæ prout apertius in iuris allegatio. demōstrabitur, & inquantum appareret vel apparere posset vos esse in hac causa iudicem competētem, ꝙ non credit, dicit & proponit idem Io. vos fore ipsi Ioan. & esse meritò iudicem suspectum & maximè causis & rationibus infrascriptis. Et primò quia ipse Ioan. non est de iurisdictione vestra cùm sit clericus tonsuratus, & vos domine vicariæ estis frater prædicti Andrini & inimicus dicti Io. nec non & similem causam agitis in facto vestro & alijs rationibus & causis suis loco, & tempore proponendis. Protestās iam dictus Ioan. in principio, & medio atque fine presentis comparitionis & oppositionis, quòd per præsentem actum vel comparitionem seu aliquam aliam vel alium quem seu quam ipsum Ioan. facere contigerit in futurum non intendit, nec vult in vos tanquam in eius iudicem competentem aliqualiter cōsentire, quinimo cum omni reuerentia vestram iurisdictionē, & audientiam tanquā iudicis incompetentis & suspecti omnino declinat. Petens ex nunc in quantum appareat vos esse iudicem competentem, suprascriptum Andrinum compelli ad arbitros iuriseligē dos, qui de dicta suspitione cognoscant, & decidant, prout vtriusque iuris ordo exigit & requirit. Sequitur in litera.

CORAM vobis. Quia solent ob lato libello ante lit. contest. opponi exceptiones declinatoriæ iudicij. quæ post litem contesta. non admittuntur: vt in l. fin. C. de except. & in c. inter monasterium. extrà de regul. iur. meritò igitur post libellū præcedentem subiungitur hæc contradictio, quæ duo in se principaliter continet. Primò exceptionem incompetentiæ iudicis ex defectu iurisdictionis. Secundò exceptionem suspitionis ex defectu amoris inter quas exceptiones est differentia, vt infra patebit.

a *Non. Add. Ro. fin. suis fo. xij. Ber.*

EPITOME.

1 *Tenor libelli in prima responsione est repetendus.*

DICITVR contineri. Hic not. quòd vtile est semper repetere in prima responsione,
1 †quæ fit in libello, eius tenorem vel effectum, vt inquit Imperator in l. vt responsum. C. de transact. l. precibus. C. de impub. & alijs substitu.

EPITOME.

1 *Per quancūq; exceptionem, præter declinatoriā, videtur quis in iudicē consensisse.*
2 *An poßit opponi exceptio declinatoria si quis in instrumento promisit, quòd vbiq; locorum & quorum quocunque iudice poßit conueniri.*
3 *Reus si nō inueniatur in loco debitæ solutionis, nō erit remittēdus ad ipsum locum.*
4 *Exceptio incompetētiæ omissa ante litem contestatam, an poßit apponi.*
5 *Tenet iudicium si opposita declinatoria ante litem conte. iudex processerit, nisi pars appellauerit.*
6 *Ex quibus causis quis dicatur iudex incō petens.*
7 *Agitata coram iudice re vera incompetente, sed secundùm communem opinionem reputato competente valent.*
8 *Iudex secularis, an incidenter poßit cognoscere de crimine vsurarum.*
9 *Forus rei si sit multiplex eligitur p actore.*
10 *Iurisdictio delegati ratione incompetentiæ quot modis valeat declinari?*

e 4

11 *Minor an poßit esse iudex ordinarius.*
12 *Minor xxv.anno. an poßit esse iudex delegatus?*
13 *Iudex est incompetens ex lapsu temporis, ad ferendam sententiam sibi in delegatione præfixi.*
14 *Opposita exceptione incompetentiæ iudicis, quis de ea cognoscit, an superior, an ipse.*
15 *Princeps concedens aliquid alicui indigno vel incapaci, videtur tacitè cum eo dispensare.*

a NEc esse iudicem [a] compe.&c.
Ecce prima excep. quę respi-
cit ineptitudinem iudicis ex
1 defectu iurisdictionis.† Quid igitur
si hęc exceptio nõ fuit opposita an.
lit.conte.sed fuerũt oppositæ aliquæ
aliæ exceptiones peremptorię, vel di
latoriæ, an reus videatur iudicem ap
b probasse? Dic quòd sic.[b] vt l.si susce
perit.in prin.& ibi no.ff.de iud. & in
d.c.inter monaste.licet per solã satis
c dationem de iudi.sisti,[c] non videa-
tur iudicem comprobare.vt in auth.
offeratur.C.de lit.conte.nec per pe-
titionem copię libel.vt in l.non vide
2 tur.ff.de iud.† Quid autem diceres,
si reus promiserit, vt fieri quotidie
solet in instrumẽtis, quòd poßit vbi-
d que locorum [d] coram quocunq; iudi
ce conueniri, an tunc poterit decli-
nare iurisdictionem iudi. tanquàm
incompetentis? Breuiter in hoc di-
stingue secundùm docto. Aliquando
verba promissa sunt relata ad modũ
seu formam conueniendi tantũ, ali-
quando sunt relata ad modum soluẽ
di. Primo casu aut intercesßit simplex & nuda con
uentio, aut solẽnis stipulatio. Si nuda conuentio in-
tercesßit, tunc nihil operatur, nec releuat: quia licet
pœnitere, & contrauenire: vt l. si conuenerit.ff. de
iuris.om.iud.& ibi per Bar. si verò interuenit stipu
latio, tunc etiam idem, saluo tamen quòd hoc casu
contrafaciens potest conueniri ad pœnã vel inter-
esse.ar.l.idẽ proferre.in fi.ff.de arbi. Secundo casu
prin.cũ verba sunt ad solutionem relata, vt si quis
promisit in aliquo loco certo vel in pluribus se so
lutorum, vt fit in instrumẽtis, & isto casu subdistin
gue, aut promisit in quolibet loco in quo melius
placuerit actori, & tunc nihil releuat talis promis-
sio vltra ius commune. quia intelligitur facta sub
hac conditione, videlicet dũmodò ipsum reũ non
trahat extrà suũ domiciliũ.ar.in l. Męuia.in fi.ff.de
an.le.& de op.li.l.si patronus. aut promisit soluere
in quocũq; loco vbi fuerit inuentus.& tunc vbicũ-
que inueniatur conueniri potest quia ibi cõtraxisse
videtur: vt no.Inno.in c.dilecti. extrà de fo.cõ. ad
quod facit l.contraxisse.de ac.& obl.& l. Titiũ &
3 Mæuiũ.§.j.ff.de admi.tu.† Sed quid dices si non
inuenies in loco destinatæ solutionis, an erit, debi-
tor remittẽdus ad ipsum locũ, sicut fit remißio in
delictis? dic breuiter quòd non.& in hoc differunt
cõtractus.& delicta, vt plenè traditur in l.hæres
absens.in prin.versi.proinde.ff.de iu.& in c.roma-
na.in §.contrahentes.de fo.cõ.li.vj.nisi fortè quo
casu locutus esset remißiõi .secundũ Bart.vt ipse
no.in l.j.ff.si quis in ius vo.non ier.& in d.l.hæres
4 absens.† Rursum quæritur pone quòd hæc exce
ptio incõpetentiæ iudicis fuerit omissa ante litem
contesta. an postea poterit opponi? videtur quod
nõ. per d.l.fi.d.c.inter monasterium: latius tamen
prout ibi no.sic distingue, aut hæc exceptio fuit
sciẽter omissa, aut ignorãter. Primo casu nõ audi-
tur vlterius quasi videatur semel iudicẽ approbas
se: vt in d.l.fi.ad idẽ facit l.j.& ij.ff.de iudi.& quòd
no.per gl.in d.l.sed & si susceperit. Secundò autem
e casu poterit opponi etiã post sentẽtiam.[d] vt in l.si
per errorẽ.ff.de iuri.om.iu.& l.fi.C. si à nõ comp.
5 iu.& no.in d.c.cũ inter.† Quid si pars opposuit in-
cõpetẽtiã iudicis ante li.conte.sed nihilominus iu-
dex in causa procesßit, an tenebit iudicium? dic qđ
sic, nisi appellauerit quod facere potuit: sed si non
appellet, videtur iudicẽ approbare, & ipse iudex ta
f citè præsumitur vltra procedendo [f] se pronuncia-
re iudicẽ cõpetentem: vt hæc habentur in c.si à iu
dice.de appel.li.vj.in c.ex parte.extrà de appel. &
6 no.per Bar.in l.j.C.de or.iud.† Quæro quibus ex
causis quis dicatur iudex incõpetẽs? Ad quid bre-
uiter sic respõde quòd tribus generalibus causis.
Primò ratione alicuius vitij, vel defectus consistẽ
tis in ipso iudice. Secundò ratione naturæ, & con-
ditionis causæ. Tertiò ratione alicuius qualitatis
personæ ipsius rei, vel actoris. de primo patent exẽ
pla multa, videlicet in infame qui non potest esse
iudex? vt l.j.& ij.& ibi plenè per gl.C.de dig.li.xij.
& l.j.C.de infa.li.x.& ff.de of.as.l.liberti.& tangi-
tur per Inn.c.cũ super abbatia.de of.dele. Item in
g excommunicato [g] qui à ciuilibus actibus excludi-
tur.

a *Iudicem compe. Aduerte, & adde quòd opponens in trãs act. semper debet protestari quòd non intendit in eũ tanquam in iudicem incompetentem consentire, nisi & quatenus est iudex. aliter si non opponeret dicta verba, iudex posset procedere contra ipsam tanquam contra contumacẽ. ita Are. in l. si ita scriptum. ff de le.j. alle. Imol. in l. quidam cõsulebat. de re iu. & in c. Romana. de cle. Bal. in l. ij. C. vbi decurio vel cohartã. & An. in l. non videtur. ff. de iudic. vide Alexandr. in d.l. si ita scriptum, et in l. non solùm. §. morte. ff de no. oper. nunc. Not. ad ea quæ dicit Bar. in l. si conuenerit. ff. de iu. om. iu. & in l. hæres absẽs. ff. de iu. vide. j. super tit. act. hy. vbi plenias.*

b *Sic. Adde ro. cõ. clxix. Et vide Anch. cõ. xvj. do. Car. cõ. vij. & vide vnũ quod faceret tibi honorẽ per Ro. singu. suis so. iiij. & vide Frã. de Are. cõsi. xxxiii. & quõ debeat opponi excep. declinato. ne opponẽs dicatur cõtumax, p Ang. cõsi. ccxiiij. Ber.*

c *Sisti. Adde Franc. de Are. consi. lxxxvij. Ber.*

d *Locorũ. Adde vidẽ. per noui. in l. si quis in conscrib. C. de pact. & vide quid voluit Anc. cõsi. cxxxviij. & an vigore dictorũ verborum poßit conueniri pro causa promittentis qui fuit inuentus in aliquo loco cum mercibus venalibus, vidẽ per Bal. consi. ccxxvij.*

e *Sñiam. Adde gl. in cle. j. de seq. pos. Pau. de cast. cõ. cclxvij.*

f *Vltrà procedẽ. Adde Ang. cõsi. cc. & vide Ro. cõs. ccccxij. & excep. incõpetẽtiæ nõ opposita in. j. instãtia, illa perempta põt opponi in ij. instãtia. ita Ange. cõsi. cclxxxiij. Ber.*

g *Excõicato. Adde qđ nec in eũ de cõsensu per pactũ põt fieri prorogatio ppter excõica. vt etiã tenet Ro. cõsi. xlviij. Ber.*

tur.ideoque iudex esse non potest: vt in c.pia.de exc.li.vj.& in c.licet.in fi.de sen.exc.li.vj.facit tex. in c.miramur.xxiiij.q.j.&.no.per gl.in l.j.C. de iudi.& fac.igno.Idem in muto & surdo à natura,ce-
a co, [a] furioso,pupillo,fœmina,& seruo qui iudices esse non possunt:vt habetur & not.in l.cùm prætor.in fine,& l.cæcus.ff.de iudi.Idem dic in minore xviij.annis:vt l.quidam consulebat.ff.de re iud. de quo latius infrà subijciam.
7 †Quid si iudex erat seruus,vel surdus vel minor inspecta veritate,licèt communi opinio.reputaretur liber,vel audiens,aut maior, an agitata per eũ coram eo valebunt?Dic quòd sic: vt habetur in l. Barbarius.ff.de offi.præto.& ibi per doct.& in l.si arbiter.C.de senten.& interlocuto.omnium iudic. & ibi not.per Iaco.Butr. & vide quod idem Bart. not.in l.fina.C.si ser.ad li.aspira.libr.x. Item patet exemplum de aduocato causæ, qui si posteà fiat prętor, non poterit de ipsa causa cognoscere:vt l. prætor.ff.de iurisdictio.omnium iudi.& l.fin.in fi. C.de asse.Circa secundũ principale patent exẽpla in causa fiscali , quæ solùm tractari debet coram procuratore fisci vnà cum præside: vt in l.ij.C.vbi causa fisca.item in causa feudali quæ coram domi-
b no feudi [b] regulariter est tractanda.vt in c.j.§.fi. de prohi.feu.alie.per Fede.col.x.& in c.j. an apud iud.vel do.cau.feu.termi.debe.& ibi per Ia.de bel. & per Inno.in c.certum.extrà de iu.& in c.verùm. extrà de foro compe.& Gos.in sum.extrà de foro compe.§.& nota quòd quæstio feudalis. item est
c exemplum in causa decimarum [c] & matrimo-
d nij, [d] quæ solùm coram iudice ecclesiastico sunt tractandæ:vt in c.lator.extrà de iud.item in quacunque causa spirituali eidem annexa:vt in c.contingit.extrà de ar.Similiter idem dic in causa vsurarum cũ de crimine principaliter quæritur quia solus iudex ecclesiasticus super eo cognoscit:vt in c.cùm tu. & in c.quia in omnibus. extrà de vsu.& not.per glo.in c.cùm sit generale.& c.licet. extrà de foro competen.
8 † An autem incidenter [e] iudex secularis de crimi-
e ne vsurarum cognoscere possit?Tu dic qđ sic.secundũ Hos.& Are.ro. Arch.xiiij.q.iiij.c.quod dicam.& per Ioan.And.in c.dispendiosam.de iudi.in cle.& per Bar.in l.Titia.ff.solu.ma.Item est exemplum quãdo causa est vltra illam summam ad quã se extendit potestas iudicis,vt l.si idem cum eod. ff.de iurisdictio. omnium.iudic.item est generale exemplum in omni causa quæ sui natura pertinet ad iudicem secularem tantùm,vel eccle.tantùm, in qua nemo alterutrum debet impedire: vt in c. nouit.extrà de iud.& in c.si diligenti.extrà de foro compe.facit authen.causa.& authen.clericus.C. de epi.& cle.& quod habetur in c.si clericus laycum. extrà de fo.compe.cum similib.aliqui tamen sunt casus in quibus licet cognitio pertineat ad iudicẽ secularem, poterit tamen iudex ecclesiasticus ex
f iusta causa [f] de his cognoscere.quos casus enumerat Innocen.in c. licet ex suscepto.& ibi per gloss. extrà de foro compe. & per Gos.in summa eiusdem tituli.§.sinautem.Primus casus est ille quan-

dò vacat imperium,nam tunc redit administratio ad papam.vt in c.licet.
g hoc operatur magnum cõmerciũ [g] quod est in vtroque, secundùm Inn. in c.per venerabilem.extrà de elec. & in lxiiij.di.c.ego.in alio autem inferiore à principe non deuolueretur ad papam,sed ad illius immediatum superiorem,secundùm aliquos,licet aliqui dicant idem in vtroq; interueniente culpa,vel adhibita negligentia in exhibenda iustitia, secundum Innocen.& Ioan.An.vt per eos not. in d.c.licet,& in c.ex tenore.eo.titu. & in c. ex transmissa. alius casus est in dote cum principaliter de matrimonio quęstio vertitur & incidenter de ipsa dote:vt in c.pruden.extrà
h de do.inter vi.& vx.alij autem [h] sunt casus quos prosequere:vt no.vbi suprà.Circa tertium exemplum adducuntur plura videlicet si actor , & reus sunt diuersi fori.Nam actor agens in proprio foro, repelli potest ab ipso reo:vt l.iuris ordinem. & in l.in criminali.C.de iuris.om.iudic.& in l.fi.ff.eo.titu.idem si actor sit laycus,& reus clericus:vt in c.si diligenti.extrà de foro compe.vel econtrà. Nam clericus debet laycum conuenire coram iudice seculari:vt in c.si
9 clericus laicum. extrà eo.titu.† Sed quid si reus habeat duplicem,vel triplicem forum, quod fieri potest: vt no.per glo.in l.hæres absens.in principi.ff.de iu.an erit in arbitrio actoris reum conuenire coram quo iudice voluerit,& in quo foro voluerit?dic quòd sic:vt d.l.hæres absens.in fi. ad quod bene facit l.j.& ij.& iij.in principi.ff.de eo quod cer.lo.fallit in scholari existente in studio:vt in authen. habita.C.ne filius pro pa.& ibi no.in cuius est electione vbi conueniatur. & ex his habes quòd si reus promittit soluere in pluribus locis, vt fit quotidie in instrumentis,quòd est in electione actoris promissorem conuenire in quo loco sibi placuerit, quæ autem suprà dicta sunt, locum habent in ordinario iudice.
10 †Quid autem dicemus in iudice de-
i legato,[i] quot modis potest eius iurisdictio declinari ratione incõpetentię iudicis?dic quòd pluribus.Primò

a Cæco.Adde quod hoc non est simpliciter verum vt consuluit Abb.eius consi.xvij.j.lib.

b Feudi.Adde O.d.consi.xvij.& vide per noui.in l.j.§.& post operis.ff.de ope.no.nũ.per Cal.consi.ij.de iud.Ber.

c Decimarum.Adde Cald.consi.v.Ber.

d Matrimonij.Adde Ro.consil.ccxcix.

e Incidenter.Adde Anc.cõ.ccxxxv.& ccxxxvij. Cal.cõsi.iij.de iu.d.Car.cõsi.cxx.& per legistas in cõsilijs suis. Ber.

f Causa. Adde Anc.cõ xiiij. Cal.consi xj.de iu.Ber.

g Commercium.Adde quòd nõ est tacita quòd vacante papatu succedat posteà imperator, vt dicit Ro.suis sin f.x.

h Autem.Adde videndũ latè Spe.in ti.de comp.iudic. adi.per totum.

i Delegato. Adde vidẽdum latius per Spec.in ti.de iu.delega.

videlicet ex defectu potestatis delegantis, quia dicitur nullam vel modicam iurisdictionē habere. vt l.priuatorum.ff.de iurisdict.omnium iud. & in l.j.C.qui pro sua iuris.sunt enim tres personæ quibus cōpetit facultas delegādi, videlicet ordinarius [a] delegatus papæ, & delegatus imperatoris.vt l.à iudice.C.de iudic.& in c. pastoralis.& in c.super questionum. extrà de offic.delegat.facit l. à diuo pio.in princip.& ibi not.ff. de officio eius cui manda.est iurisdict.& in l.fi. C. vbi & apud quos. & l. cū prætor. §.j.ff.de iudic.cum similib. Et etiam est quarta persona quæ delegare potest, videlicet delegatus ad vniuersitatem causarum, nam iste fungitur vice ordinarij, vt not. in d.l. à diuo. pio.in princip. probatur in l.final.ff. qui & à quib.appel. non licet.& in l. legatus.de officio procō.& in l.prętor.ff.de iurisdict.omnium iudicum. Dicitur enim incompetens ratione ipsius causæ delegatæ, cū causa ipsa talis sit naturæ quòd delegari non potest.vt patet in causa liberali.vt C. de pedaneis iudi.l.placuit.& in omni causa meri vel mistti imperij. vt ff. de officio eius cui manda.est iurisdi. l.j.& ij.ff. ad municipal.l. ea quæ.& in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff.de officio procons.& leg.& l.cùm hi.§.si prætor.de transactioni. Idem si causa sit talis quæ non pertinet ad iurisdictionem delegātis. vt in l.j.C. qui pro sua iurisdict.& d.l.final.C.de iurisdict.omnium iudicum. Tertiò principaliter redditur incōpetens ex defectu vel vitio personæ propriæ ipsius delega.vt dictum est suprà in ordinario. & probatur in d. l. cùm prætor.§.j.ff.de iudic.cum similibus.

11 † Pro pleniori præmissorum declaratione reuoco in dubium, nunquid minor possit esse iudex ordinarius vel delegatus? Ad quod breuiter sic responderi potest secundum docto. aut est minor ann.xiiij. & sic impubes, & tunc non potest esse iudex ordinarius vel delegatus: quia iudicio caret.vt d.l.cùm prætor.§.j.nisi princeps ex certa scientia conferret in eum iurisdictionem ordinariam vel ad talem minorē iurisdictio per successionē transeat, vt fieri videmus in successionibus regum, principum, & marchionū, quos aliquando premori contingit pupillis derelictis, in quos transit & remanet iurisdictio paterna, licet ipsius iurisdictionis exercitium cōmittatur tutoribus eorundem. vt in l. consilium.C. de cur.fur.sicut cōmitteretur curatori, si quis factus esset prodigus, mentecaptus, aut furiosus.vt in c.ij. de supplen.negligen.prælato.libr.vj.coniuncta gl. l.fulcinius.§.ideo.in fin.ff. ex quib.caus. in pos.eat. Et no.quòd talibus pupillis propter eorum excellentiam constituuntur tutores cum maiori solennitate quàm cæteris inferioribus.vt l.j.C.de cu.tu. Illust.perso. aut est pubes maior xiiij.annis, minor tamen xviij. & tunc poterit esse iudex & per seipsum exercere iurisdictionē concessione principis nedum expressa, sed etiam tacita, seu præsumpta: quæ præsumitur per id quod voluit dignitatē regum vel ducalē ad hæredes transferri. Et tamē quę pertinent ad patrimonij administrationē non poterit per seipsum talis minor exercere sine auctoritate curatoris.vt habetur in l. spurij.§.j.ff. de cur.iuncta.l.fi.C.de le.tut.de quibus omnibus not. per Bar.in d.l.quidā consulebat.

12 † Vlterius quęro an minor xxv. ann. possit esse iudex delegatus. In quo sic distingue, aut est maior annis.xviij.& tūc poterit esse iudex delegat⁹, aut minor, licet maior xiiij.& tunc non pōt. Fallit in duobus casibus. Primus est cū causa fuerit delegata de expresso consensu partium. Secundus si princeps causam scienter cōmittit: nā videtur per hoc cum eo dispēsare. vt probatur in d l.quidā consulebat. ad quod facit c.cum vicesimum.& c.cū iureperitus.extrà de off. deleg.& ibi no.per Imo.

13 † Quarto etiā modo redditur iudex incōpetens ex trāscursu tēporis sibi in delegatione præfixi ad ferendā sententiā. vt in c. de causis. extrà de off.deleg.& l.j.§.sed si iudex.ff. de iud.quod quidem tempus currere incepit sibi à die præsentatæ delegationis.vt in c.super eo.in fi. extrà de app.& no.per glo.in c.de cau.

14 † Deinde quæritur opposita hac excep.incompetentis iudicis, quis de ea cognoscit, an superior vel ipse: breuiter sic distingue secundum Bartol. vt per eum nota. in d.l. quidam consulebat. aut allegatur in iudice defectus mentis vel intellectus, vtputa quòd sit infans, vel furiosus, & similia. & tunc superior cognoscit, quia illa ratio quæ eum impedit cognoscere super principali, vendicat sibi locum in cognitione huius exceptioñ. vt in d.l. cùm prætor.in fin. Aut allegatur alius defectus, & tunc subdistingue.aut defectus ille respicit condēnationem solius causæ vel personæ litigantis, & tunc ipsemet cognoscet, & pronuntiabit. vt l. si quis ex aliena.ff. de iudicis.& l.secunda.ff. si quis in ius vocatus non ierit. Fallit autem hoc in duobus casibus. Primus si ipse percipere deberet aliquod commodum [b] ex quæstione principali. vt in l. de iure. ff. ad municipales. Secundus si conuentus alleg. se clericum. vt in capitul. iudex laycus. de sententia excommunicationis. libro sexto. Aut defectus respicit formam solius delegationis, quia opponitur rescriptum esse subreptitium vel similia, & tunc ipsemet cognoscit. vt l. in præscriptione. C. si contra ius vel vtil.

[a] *Ordinarius. Adde quòd delegatus ab ordinario non potest articulum causæ cognitionē requirentē demandare sed tantùm nudum ministerium. vt dicūt d. de Rot.dec. clxvij. in nouis de of. delegat.*

[b] *Aliquod cōmodum. Adde vidēdum Frās. de Are.cōs. xxij.*

vel vtil.public.& in capitul.super literis. extrà de rescript. & per Innocentium. In quibus casibus præterquam in clerico, si hæc exceptio scienter omittatur, non vitiatur processus: vt not. in dicta l.final.de exceptionibus.per Innocen. in capitul. sciscitatus.de rescript. Aut huiusmodi defectus respicit personam ipsius iudicis, puta quod sit excommunicatus, vel seruus, & similia. & tunc subdistingue, aut per hoc sigillatur seu percutitur fama ipsius iudicis delegati, vt quia obijcitur ipsum esse infamen, vel hæreticum, aut excommunicatum vel seruum, & tunc non poterit ipse cognoscere, quia sic esset iudex in proprio facto. Nam, sicut supradictum est, vbi spectat ad eum commodum pecuniarum nō cognoscit, quanto magis repelletur vbi vertitur commodum vel damnum famæ & status: facit quod not. Spec. in titul. de exceptio. in §.nunc videñ. versicul. sed si licet. Innocent. tenet contrarium, & malè. in c. cum super. extrà de offic. delegat. Si tamen hæc exce. non opponatur, tenebit iudicium, & processus. vt in l.ij.C. de sen. & not. in d.c. sciscitatus. aut non percutitur fama iudicis, sed ætatis defectus simpliciter allegatur, & tunc aut allegatur defectus pubertatis, & dic vt suprà. aut allegatur, quod sit pubes, sed minor xviij. ann. & tunc ipse idem poterit cognoscere: quia habet iudicium, vt suprà dictum est. argumen. d.l. si quis ex aliena. & l. præscriptio. Veruntamen si excep. esset omissa opponi ad processum, posset de nouo opponi post sententiam, & redderetur iudicium retro nullum. vt in d.l. quidam consulebat.

5 vbi hoc probatur expressè. † Per quam legem etiam aliud est notandum, videlicet quòd quādo princeps concedit scienter aliquid alicui indigno, vel incapaci, videtur tacitè cum eo dispensare, [a] de quo vide quod not. per Innocentium. in capitul. veniens. extrà de fil. presbyter. & per doctor. in l. final. C. si contra ius vel vtil.public. Circa quod aduerte quòd si episcopus aliquem excommunicatum scienter ad ordines promoueat, non videtur per hoc ipsum absoluere, nec cum eo dispensare, secundum Innocentium vbi suprà. Cuius ratio est secundum eum, quia in absolutione ab excommunicatione requiritur certa forma tradita à iure. vt in capitul. desideres. de sententia excommunicationis.

EPITOME.

1 *Exceptio suspecti iudicis opponitur conditionaliter.*

2 *Exceptiones incompetentiæ & suspitionis, possunt etiam purè opponi.*

1 ET inquantum appareat. † Nota hic quòd except. suspecti iudic. opponitur cōditionaliter. Nam si iudex competens est, nihilominus recusari potest. vt infrà dice-

2 tur. † An autem vtraque exceptio posset opponi purè, verbi gratia. Dico vos esse iudicem incompetentem, & suspectum, videtur quòd non quasi contraria sint. argumen. l.j.C. de furt. Dic tamen quòd sic, quia conueniunt iuspecto fine ad quem fiunt, & tendunt, nam per vtranque exceptionem declinatur iudicium & examen ipsius iudicis. Ideoque concurrere possunt. vt l. eum qui. & l. maiores. C. de inofficioso testamento. & nota. per Dynum in capitul. nullus pluribus. de re iudicata. libro sexto.

EPITOME.

1 *Exceptio suspitionis in quo differat ab except. incompetentiæ.*

2 *Processus iudicis spernentis exceptionem suspitionis contra se allegatam est nullus.*

3 *Quilibet delegans recusari potest.*

4 *Ordinarius an possit recusari.*

5 *Opposita excep. suspecti infra tres dies arbitri sunt eligendi.*

6 *Arbitri electi debent quæstionem suspecti terminare in tempus à suspecto sibi præfixum.*

7 *Exceptio suspecti est opponenda in principio litis.*

8 *Pronuntiatio per arbitros pro allegante suspitionem quid fiendum?*

1 IVDICEM suspectum. † [b] Hęc
b except. suspitionis differt à præcedenti in hoc maximè, quia de nullo casu cognoscit ipse iudex, sed requiritur ad eligendos arbitros per ipsas partes quę de ea pronūtient & cognoscant. vt l. apertissimi. C. de

a *Dispēsare. Adde Ro. cō si. ccxvj. & videndū latè Ol. cōs. cccxxv. vsque ad cccxxxiij.*

b *Iudicē suspectum. Quæ causæ suspitionis. alleg. sint legitimæ habetur per Specu. in j. tit. §. superest videre. & no. in c. legitima de appel. li. vj. vnde si iudex nō admisit exce. suspitionis est legitima causa appellandi ab ipso, probatur in cap. postremò. de appella. extrà. & ita tenet Spec. in tit. de appel. §. j. v. col. ver. sed quā dices causam rationabilē &c. itē vbi recusatur vicarius, causa recusationis est probāda coram episcopo. c. si contra vnum. de offi. de leg. li. vj tamen cū vicarius potest recusari tāquàm suspectus. d.c. si cōtra vnū. et non admisit re cus. constat ap. interp. ex legitima causa, quia vbi plura grauamina aßignātur in app. sufficit alterū probari dū modo quodlibet de per se sit sufficiens. ita in quit gl. vlt. quam sequūtur scri. in c. exhibita. extrà de iu. vnde causa recusa. non admissa sit sufficiens, & legitima. d.c. postremo. Et Specu. in d. ver. sed quā dices & licet peti. ele. arbitro. nō admissa nō præbuerit iustā causam appel. constat appellatione ex legitima causa interpositā & admitti debuisse. vt probatur in gl. superius alleg. quod nota.*

iudi, & in capitu. suspitionis. extrà de offic. deleg. & c. cùm speciali. & cap. secundò requiris. §. fin. de appel. licet de incompetentia eius possit ipse idē iudex in certis casibus cognoscere. vt suprà dictum est. Cuius ratio esse potest, quia cùm allegatur sola incōpetentia certis casibus, ideò cognoscit: quia super hoc non aggrauatur eius fama vel conditio, at cùm allegatur suspitio, tunc eius fama vel cōditio aggrauatur, ideò non cognoscit. argument. in l. perfecti. ff. de minorib. sed ad arbitros remittitur.
2 † Sed quid dices si causa suspitionis spreta, & nullis electis arbitris, iudex ipse de facto & ex capite suo in causa procedit?[a] Dic quòd processus erit nullus, quia ligatam habet iurisdictionem, statim proposita hac exceptio. vt not. Archi. in c. cum plures. de offic. deleg. lib. vj.
3 † Deinde quæritur, an quilibet iudex possit recusari? Dic quòd regulariter quilibet delegatus potest recusari, vt in iuribus præalleg.
4 † An autē ordinarius sub quo iudice lis est? Responde secundum communem opi. etiam ipse potest recusari. vt in c. licet. extrà de foro cōpe. & c. legitima. de appellat. lib. vj. attamen glo. iuris ciuilis in d. l. apertissimi. videtur inclinare quòd ordinarius non possit recusari. dic vt ibi[b].
5 † Sed quis dicet, proposita hac exceptione, infra quātum tēpus sunt eligendi arbitri? Dic quòd infra tres dies. vt l. fina. C. de iu. & per hoc patet quòd citari debet aduersarius ad hanc electionem fiendam. argu. l. de vnoquoq;. ff. de re iudic.
6 † Sed infra quantùm tempus debent terminare isti arbitri hanc causam suspitionis? Dic quòd tempus non est de iure aliquo terminatū, sed iudex recusatus potest, & debet ipsum tempus præfigere[c] ipsis arbitris, infra quod si nō terminetur, iudex ipse cognoscet de principali causa, non obstante recusatione proposita. vt hoc habetur in d. c. legitima. de appel. & c. suspitionis. de offic. deleg.
7 † Quæritur quando sit proponenda hæc exceptio recusationis? Dic quod in exordio litis, sicut alia exceptio incompetentiæ iudicis; & in hoc adæquantur istæ ambæ exceptiones. vt d. l. apertissimi. & habetur in d. c. cùm speciali. cum sim.
8 † Sed pone quòd arbitri pronuntiauerunt iudicem esse suspectum, quid fiet? Dic quòd iure codicis alius debet eius loco subrogari, vt d. l. apertissimi. Sed iure authēticorum iudex ipse recusatus non remouetur, sed ei associatur episcopus loci,[d] vel eo deficiente associabitur alius iudex secundum Iacob. de bel. vt per eum traditur & habetur in l. si verò. in authen. vt dif. iud. & est tex. in authē. si verò. C. de iudi. facit in argumē. l. j. §. illo. C. si quacunque prædi. po. & in authen. sed non solum. §. final.

a Procedit nota. quòd vbi opponitur de recus. contra iudicem, si propterea iudex procedat, licet non fuerit appellatū, nihilominus processus est ipso iure nullus. hoc tenet Hostiē. & Ant. de Bu. in c. cū speciali. extrà de appella. clarius tenuit Barto. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. qui alleg. casum. & ibi Bal. qui loquitur etiam de cōpromisso. in l. j. C. si quacunque præ. po. idē ad primum dictum tenuit Ge. de. hoc latè disputans, in c. iudex. de offic. deleg. libr. vj. post cæteros, & aliquid in c. legitimæ. de app. eod. libr. dicens quod cū per recusationem omnino impediatur exercitium iuris. processus factus per iudicem recusatū est ipso iure nullus. &c. Ad-

de in quod in notorijs iud. non recus. vt suspectus, dicit Old. consi. cclxxxij. Rom. sing. sui. & cōs. statim alle. & an iud. recus. valeat proces. vide Paul. de Cast. cō. ccxxxij. Alexan. consil. clxxxiij. vol. ij. Lap. alleg. j. Lu. Ro. vbi vltra omnes. consi. ccxx.

b Dic. vt ibi. Adde Old. consil. cccj. & cclxxxiij. s. alle.

c Præfigere. Adde Old. consil. lj.

d Episcopus loci. Adde an alium quasi episcopus possit associari Alex. cōsil. clxxxiij. s. allegat. & quid si ipsemet ordinarius alium sibi adiungat an valeat processus? vide Old. consil. cxvij.

EPITOME.

1 *Causæ suspitionis seu recusationis an sint coram recusato exprimendæ?*
2 *Arbitri electi assignant terminum probandi causas propositas.*
3 *Iudex recusatus potest compellere arbitros ad recipiendum tertium in casu discordiæ.*
4 *Iudex recusatus potest compellere arbitros ad recipiendum compromissum.*

1. RATIONIBUS & causis maximè infrascriptis. † Licet iure ciuili pro exceptione recusationis non sunt causæ specialiter exprimendæ coram iudice, sed sufficit coram arbitris illas proponere, & probare. vt nota. in dicta l. apertissimi. attamen iure canonico deciditur contrarium: vt in dicto capitu. suspitionis. & capitul. cum specialis. vt nota. per gloss. in capitul. ij. vt lit. non contest. quæ opinio probatur in l. si pater. ff. de lib. causa. & adde quod not. in capitul. ab arbitris. de officio delegat. libr. vj.
2 † Quis autem assignabit terminum probandi causas propositas coram iudice? Dic quòd arbitri electi: vt in dicto capitul. suspitionis. cum similibus.
3 † Et si forsan ipsi arbitri discordes fuerint in procedendo, vel iudicando, ipse iudex recusatus poterit eos compellere ad tertium eligendum, vt perinde stetur sententiæ duorum. vt dicto capitul. legitima. & capitul. cùm speciali. cum similibus. Et quo ad hoc durat eius iurisdictio, licet quo ad alia statim recusatione proposita sint eius manus ligatæ. vt dicto capitul. suspitionis. vt suprà dixi.
4 † Alio etiam casu durat iurisdictio ipsius iudicis: videlicet, si arbitri electi recusauerunt recipere compromissum, nam poterunt ipsi per-

eum compelli ad ipſum aſſumendum.d.capit.cùm ſpeciali.& not.per gloſſ.in d.capit.ſuſpitionis.licet alij arbitri conuentionales nõ cogantur acceptare compromiſſum. vt l.iij.§.j. de arbitr.Ioan.Petr. Fer.legum Doctor.

EPITOME.

1 *Ratione cõiunctionis ſanguinis iudex redditur ſuſpectus.*
2 *Ratione appellationis à ſententia in alia cauſa an iudex reddatur ſuſpectus?*
3 *Inimicitiæ reddunt iudicem ſuſpectum.*
4 *A ſententia arbitrorum an poßit appellari?*

1 FRATER dicti Andrini. † Ex hoc patet ꝙ inter ipſum & iudicem erat nimia ſanguinis
2 coniunctio, [a] quæ habet iuſtè reddere ipſum iudicem ſuſpectum.vt in capit.poſtremò.extrà de
2 appella.& ibi not.per gloſſ. † Eſt etiam alia iuſta cauſa videlicet,ſi pars appellauit in alia cauſa ab ipſo iudice recuſato ſecundum ius canonicum. vt in c.propoſuit.& c.ad hæc. extrà de appellationib. Sed de iure ciuili hęc cauſa ſimpliciter ſumpta nõ eſt legitima , vt eſt text. in l.j.ff. apud eum à quo app.in alia cauſa Ioan.Andr. & Imol. dicunt quòd dicta capitula debent intelligi quòd corã arbitris probatum eſt de grauamine indebitè illato per ſentẽtiam eius à quo dicit ſe appellaſſe , aliàs ſola & ſimplex appellatio de per ſe non eſſet ſufficiens cauſa recuſationis.vt d.l.ij. & ſic iura iuribus concordanda ſunt. vt l.prima.C. de inofficio.donatio.
3 † Item eſt iuſta ſi interuenerunt inimicitię.vt hoc ſequitur, & probatur.in d.c.ſecundò requiris.in fi. extrà de appellation.& in d.l. ſi pariter.& iij.q.iij. c.ſuſcepti. Aliæ etiam ſunt iuſtæ cauſæ ſuſpitionis quæ arbitrorum iudicio relinquuntur. vt not.gloſſ.
4 in d.c.cùm ſpeciali. † Sed quid ſi arbitri tulerunt ſententiam ſuam,an ab ea poterit appellari ? Dic quòd ſic.& appellandum eſt ad Papam,vel ad Imperatorem,ſecundum Ioan.Andr. cùm ſint arbitri iuris.vt nota.in d.c. ab arbitr. & in c.cùm ſpeciali. & hoc modo debet intelligi lex fina.C.de iudic.

EPITOME.

1 *Proteſtatio an irritetur per ſequentem actum contrarium?*
2 *Quot ſunt ſpecies proteſtationum?*
3 *Proteſtatio,& denuntiatio quid?*
4 *Quis ſit effectus proteſtationis.*
5 *In proteſtatione præſentia aduerſarij vel conſenſus,an ſit neceſſarius?*
6 *In caſibus in quibus requiritur præſentia partis,an ſufficiat conſenſus tacitus ad hoc vt valeat proteſtatio?*
7 *Cùm ſit proteſtatio ſuper aliquo actu,ex quo propriè non inducitur obligatio ſed generatur præiudicium alio modo, tunc ſufficit quòd fiat parti,nec requiritur eius conſenſus.*
8 *Quomodo ſit facienda proteſtatio ſuper re quæ conſiſtit in poteſtate proteſtantis de iure.ſed non de facto.*
9 *Proteſtatio de qua ſuprà an debeat fieri in ſcriptis?*
10 *Quomodo fiat proteſtatio quando eſt facienda ſuper eo quod conſiſtit in voluntate, & poteſtate proteſtantis de facto ſed non de iure.*
11 *Proteſtatio quæ fit ſuper eo quod dependet ex poteſtate iuris tantùm,& nõ ipſius proteſtantis qualis ſit,& an valeat?*
12 *Quotuplex ſit denuntiatio?*
13 *Non ſufficit emptori denuntiare venditori ſibi motam eſſe litem, niſi mittat copiam libelli cum citatorio,& hoc quando creditor ſuſpicit in ſe omne iudicium.*

PROTESTANS dictus.do.Io.
1 † Quid autem ſi ipſe Ioan. poſt huiuſmodi proteſtationem ſimpliciter in cauſa proceſsit, an ſibi præiudicetur? videtur quod non.quia verba proteſtationis ſunt relata ad tempus præſens vel futurũ, vt patet ex verbis ſubſecutis , ſicq; actus qui ſequitur, magis includit diſſenſum. argumen.l.ſi quis.in princi.de teſtamenti.cum ſimilib.ibi.nota.ff.de leg. iij.& l. ſi mihi & tibi.§. in legatis.ff. de legat.j. facit quod notat Innocen. in capitul.quæſtioni. extrà de appel. ſicut & aliàs in ſimili dicitur de eo qui proteſtatus eſt nolle litem conteſtari. de quo nota.per glo.& doct. in l.j.C.de lit.conteſtatio.& in cap.j. & in cap.ſolli.in fine. extrà de appel. ad quod etiam facit l. iuregẽtium.§. quod ferè. ff. de pact.In contrarium facit,nam actus ſequens contrarius tollit ipſam proteſtationem. vt in c. cùm M.ferrarien.extrà de conſtitut. & ibi not. plenè de materia proteſtationis.facit l. qui in alieñ.§.Celſus.ff. de acquirenda hæredi.& l.at qui aliter.§. ſi quis eum.ff. quod vi aut clã. & quod habetur in d. c.ſolli. in fine. extrà de appellationib.cum ibi nota. Et hæc pars videtur eſſe verior per text.in capitul.gratum.extrà de offi. delegat. & capitul. cùm veniſſet. de teſtib.&,quod not.in capitul. ex parte,de his quę fiũt à maio.parte capi. & in capitul.j. extrà quod met.cauſ. Veruntamen pro pleniori declaratione proteſtationis aduertẽdum eſt quòd ſuper eius doctrina fuit tam apud antiquos quàm modernos non parua diſſenſio,vt plenius refert poſt multos Bartol.in l.non ſolùm.§.morte.ff.de operis noui nuntiatio.de qua ante eum latè ſcripſerunt Ioã.mo.in capitul.generaliter.de reg.iur.lib.vj. & poſt eum Ioan.Andr.in eo.capitu. in ſua nouella.& per And.de piſis.in d.l. ſi quis in principio teſtamenti.
2 † Vnde ſecundum doctor. Bartol. proteſtatio diuiditur in quatuor par-

[a] *Sanguinis coniunctio. Adde aliquas cauſas recuſandi iudicem per Calde. conſi.vij.de appella.vbi dicit quòd facilius recuſatur iudex quàm teſtis propter amicitiam,& in aliquas cauſas vide per Oldr.conſi. cccj.*

a Sibi proprium. Adde And. sic. consi. lx.
b Euitare. Adde quid si dicat quòd non intendit contrahere nisi sit virgo Fely. cõsi. lxxxvj. Bernar.

tes seu species. Est enim quædã protestatio declaratoria propriè voluntatis ipsius protestãtis. Quædam incitatoria: vt quid fiat per tertiam personam. Quædam prohibitoria, ne quid fiat per tertiam personam, & quædam certificatoria alicuius facti, vel omissi. Ego autem dico qđ duo sunt genera quæ inter se videntur idem, & sunt diuersa, nam quædam est propriè protestatio quædam verò proprie denuntiatio: protestatio est illa quę fit super eo quod dependet à voluntate, vel facto solius protestantis. Denuntiatio autem est ea quæ fit super eo quod dependet à facto tertij: vt infrà patebit. per quæ concludo quòd tres vltimæ species superius traditæ potius pertinent tam ad denunciationem quàm ad protestationem.

3 † Quæritur ergo quid sit protestatio. Respondeo quòd est quædam præcedens testatio prohibitoria, seu derogatoria aut conseruatoria alicuius instantiæ, vel futuri facti seu iuris, aut negotij proprij ipsius protestantis, vt patet manifestè per exempla quæ habentur in dic. l. si quis in principio testat. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legatis primò. l. si ita scriptum. eodem titulo & l. cum plures. §. loca. ff. lo. & multis alijs iuribus inferius not. & hæc est propria & stricta protestatio. Denuntiatio est quædam notificatio, qua quis incitatur ad aliquid faciendum, desistendum vel omittendum. Exempla eius colliguntur in l. denuntiasse. in principio. ff. de adulte. & l. j. in principio. §. nuntiatio. & l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui operis nuntia. l. emptor. C. de eui. l. si nudo. §. fi. & l. si per imprudentiã. §. j. ff. de eui. & in alijs iuribus de quibus infrà dicetur. & talis denũtiatio est impropriè protestatio, licet ipsi doc. appellẽt ipsam protestationẽ, & malè.

4 † Quæritur de effectu protestationis. Dic distinguendum esse secundùm Io. An. vt per eum no. in c. cùm M. ferrar. extrà de consti. aut fit protestatio contra substantiam rei sui negotij, super qua fit ipsa protestatio. Aut præter vel secundùm substãtiam ipsius negotij. Primò casu non valet protestatio: vt patet in recepto in canonicum cum protestatione vt habeat præbendam: vt in d. c. cùm M. & de præben. c. dilectus. & in quæstio. iij. c. si quis abiecerit. Et in professo sub protestatione, vt retineat sibi proprium,[a] vt in c. cùm ad monasterium. de statu mona. & de eo qui matrimonium contrahit, protestando se velle prolem euitare,[b] vt in c. fina. extrà de condi. appo. & in eo qui concedit rem precario sub protestatione, ne liceat reuocare: vt l. cùm præcario. ff. de prę ca. & in eo qui vendit vel donat vsumfructum cum protestatione quòd vsus non cadit in donatione, vel in venditione: vt l. per seruum. §. fina. ff. de vsu. & ha. & lege prima & secunda §. si loci. ff. de adimen. leg. Secundò principali casu quando est præter vel secundùm substantiam, subdistinguitur, aut protestatio fit in iudicio, & tunc actus sequens contrarius protestationi tollit protestationis effectũ: vt patet in eo qui est protestatus nolle litem contestari. Nam si posteà ex interuallo respondeat libello simpliciter erit lis contestata. vt nota in capitulo primo, de lite contestat. Adde vt per domi. de Rot. decisio. suis. dec. xij. in nouis. & in antiquis. ccccclxiiij. de li. cõ. do. Cardi cõsil. lij. Ideoq; dicunt procuratores in sequentibus actis causæ inhærendo protestationibus aliàs factis: aut fit extrà iudicium, & tunc aut tangit ius solius protestantis, & valet protestatio: vt vij. quæstione prima. capitulo, Pontifex. & extrà de postu. c. bonæ memoriæ. libro vj. de censi. capitulo olim, facit ff. de acquirenda hæredita. l. pro hærede. & de tribu. l. prima §. scientiam. facit dicta l. si quis in principio test. cum similibus. suprà allegatis, quia in propria causa quilibet debet esse moderator & arbiter: vt l. in re manda. C. manda. aut tangit ius protestantis, & alterius, & tunc, aut subest iusta cau sa quæ protestationem corroborat, & tunc valet protestatio, & operatur suum effectum: & maximè dum tractatur de damno euitando, vt est tex. de offi. ordi. c. pastoralis. xvj. quæstione tertia l. penulti. versicu. his autem. & l. vt perfectus. C. de anna. except. & in capitulo primo extrà quod metus causa. extrà de appellationi. capitul. final. Adde quando protestatio conseruet ius protestantis. Aexand. consil. cxxx. iiij. volumine. Si verò subest iusta causa, & tunc, aut protestatio est nuda, & tollitur per actum contrarium: vt dicto capitulo cùm M. ferra. & extrà de elect. capitulo in genesi, aut est vestita, vt quia est conuentionalis, & tunc valet & operatur: vt capitulo in cumana. in principio, & in fin. extrà de electi. quia licita pacta sunt seruanda. ff. de pa. l. iurisgentium. §. ait prætor. & extrà de pact. & capitulo primo. idem si sit vestita cohærentia consensus. vt l. si debitor. §. primo ff. quibus modis pign. vel hypothe. sol. Item si sit vestita cohærentia expensa. causa humanitatis factarum: vt ff. de negocijs gestis, l. ege, nesennius. & Bartolus in lege si quis. §. si prohibente. ff. de reli. & sumptib. fune. de qua etiam protestatione plenè tractat Hostien. in summa de constitu. §. quando constitutio. versic. quid de protestatione &c. per Arch. vigezimaseptima distinctio. c. diaconus.

5 † Sed circa præmissa in dubium reuocatur an

tur an in protestatione sit aduersarij pœnitentia necessaria, vel consensus. Pro cuius declaratione assumo aliam doctrinam Bartoli in dicto §.morte. Aliquando fit protestatio super eo quod cõsistit in propria,& mera voluntate,& potestate ipsius protestantis, aliquando super eo quod consistit in potestate eius, & alterius,aliquando super eo quod consistit in potestate eius de facto tantum & non de iure.Venio ad primum,circa quem sic distingue, aut per protestationem nullus grauatur, aut aliquis. Primo casu alicuius præsentia non requiritur tanquàm partis,sed tanquàm testis ad fidem faciendam. Patet exemplum in aditione hæreditatis,& legatorum quæ fiunt in testamento.& si. vt l.at si quis.§.plerique.ff. de religios.& sum.fa.l quod in aliena.§.final. & l.pro hærede.ff. de acquirenda hæredita. & d.l. si quis in principio testamenti.& l.si mihi & tibi.§.in legatis ff.de legatis.j.& l. si ita scriptum. eodem titulo.& l. Nesennius.ff.de negotijs gestis. nec requiritur in hac protestatiõe expresio alicuius causæ:sufficit enim pro ratione volũtas.vt ibi si fortasse fuit causa expressa, vel quia ad certum actum non extenditur,vel ad aliã causam,vel aliũ actum,qui inde sequeretur ex interuallo, vt l. per retentionem.C. de vsu.secus si fieret per talia verba quæ futurum tempus respicerent. verb. gra. dicit, protestor me nolle esse hæredem per aliquem actum qui fieri contingeret in futurum,quia illum facere intendo tanquam creditor,vel negotiorum gestor.& simi. vt traditur in l.si ita stipulatus.ff.de fideiussoribus. & d.l.Nesennius.& d.§.plerique.& eorum quę no. in d.l. si quis in princip. An autem actus sequens contrarius huic protestationi tollit illam: distingue, aut ille actus prius celebratur cum ipso protestante,& dependet solùm ab eius facto, & tunc non tollitur præcedente protestatione, nisi expresè caueatur in actu sequenti.Patet in testamento,hæreditatis aditione, vt dictum est per iura ad hoc allegata, aut actus ille celebratur cum alio, & tunc nisi expresè in eo reperiatur protestatio, videtur ab ipsa protestatione discedere.vt d.capit. solicitudinem.de appellationi.& cap.j.quod metus causa.Et per hoc patet quòd d.l.qui in alien.§.fin. debet intelligi,quando post protestationem simpliciter ad actum venit contrahendo, aliter autem videtur recedere ab ipsa protestatione, vnde sumas practicam ad hoc quotidianam, quia dicimus inhærendo tali protestationi. facit quod habetur in l.j.ff. de interroga.actio. Secundo casu, quando per protestationem aliquis grauatur tunc subdistingue,aut protestatio fit super eo quod dependebat ex aliquo proprio facto ipsius protestantis, vt puta ex mandato alicui iniuncto,tunc si persona quæ lederetur sit certa, requiritur eius præsentia, vel saltem notificatio, aliàs non tenet hæc protestatio.ff. mandat.l. si mandassem.C. de satisda.l.j. & ibi nota. facit quod notatur per Cyn. in l.si mandatum.C. mandat. Si verò persona sit incerta,tunc sufficit publicè protestari. vt l. sed & si.§.proscribere.ff.de institutioni. Aut protestatio sit super aliquo quod dependet ex potestate, & dispositione legali merè, & tunc nullius præsentia requiritur. vt probatur in l. honores.§. final. ff. de curatorib. coniuncta l.j. C. de filiofamil. qui ad mune.public. libro decimo. Venio ad secundum principalem casum, qui est quando protestatio fit super eo quod consistit in eius propria voluntate, & a alterius. [a] In quo casu dic sine distinctione quod protestatio fieri debet in præsentia partis.vt l.codicil.§.j.ff. de legatis ij.& l.si debitor.§.j.ff.quibus modis pignus, vel hypothec.soluitur. & l. cum in plures. §. locator
6 horrei.ff.locati. † Sed an requiratur in dictis casibus expressus partis consensus, vel sufficit tacitus? distinguendum est secundum Bartolum. aut fit protestatio ad tollendam, vel limitandam obligationem iam contractam de præterito, aut contrahendam, vel limitandam de futuro. Primo casu requiritur expressus consensus partis, vt l. si maior.C.de transactionibus.& C. de donationib. quæ sub modo.l. perfecta. Secundo casu subdistinguitur, aut obligatio contrahitur ex necessitate alicuius facti pręcedentis,& tunc idem quod suprà. vt l.final.§.item si prædixit.ff. nautæ, caupon.stabularij. Nam ibi hospes factus onus assumpsit, & hospitium hospitandi, vnde deuenientes hospitare tenetur. vt l.j. de furt. aduer. naut. caupon. stabularios. & per hoc incidit in contractum vel quasi, qui de recepto dicitur: aut obligatio contrahitur ex liberalitate nulla iuris necessitate cogente, & hîc subdistinguitur, aut protestatio fit ad tollendam, seu impediendam obligationem, aut ad ipsam solùm limitandam.

Primo casu requiritur partis consensus expressus. Exemplum, si fui protestatus quòd si contingat me intercedere pro Titio apud te, quòd hoc non facio animo obligandi me, & sic in similibus, si quidem postea intercedam, si pars consenserit protestationi, non obligor, sic intelligatur gloss. in l. pacta nouissima. C.de pactis. in ea parte qua ibi dicitur, pactum delegatorium præcessisse. Si verò non consenserit, tunc obligor. & iste est casus in dicto §. locator horrei. & in capitul.j.extrà,quod metus causa.& in c.solicitudinem.de appell.de

[a] *Et alterius. Adde quòd voluit Ludo. Ro. consi.cccxj. Bernar.*

alio autem casu cum protestor tibi quòd si quid pure promisero, intelligatur promissum sub condtione, vel alio certo modo. & tunc subdistinguitur, aut loquimur in obligatione verbis vel consensu contrahenda, aut in obligatione quæ re contrahitur. Primo casu, aut talis limitatio inducit diuersitatem in qualitate obligationis, aut idemtitatem. Si diuersitatem inducit, requiritur expressus consensus partis, quia actus sequens est protestationi contrarius, argum. ad hoc in l.j.§. si quis simpliciter.ff. de verborum obligationi. Vbi autem inducit idemtitatem, tunc sufficit partis presentia. argu. l. modestinus.ff. de solutio. coniuncto §. si quis similiter. & §. se. in l.j.ff. de verborum obliga. Cùm autem obligatio re contrahitur, tunc sufficit taciturnitas eius cui fit protestatio, nec est necessarius expressus consensus.ff. de solutio.l.j. sic potest intelligi gloss. quæ est in d.

7 §. item si prædixerit. † Est insuper & alius protestationis modus, videlicet cùm protestatio fit super aliquo actu ex quo non inducitur propriè obligatio, sed aliud preiudicium generatur. & tunc sufficit quòd fiat parti, non tamen requiritur consensus eius. vt d.l. codicil.§.j. de legat.ij. & l. si debitor.§.j.ff. quib.mo.pig.vel

8 hyp.solui. † Transeamus ad tertium articulum princip. qui est quando protestatio fit super re, eò quòd consistit in eius potestate de iure, sed nõ de facto. In quo sic distingue, quandoque potestas de facto deficit propter aduersarij potentiam, seu culpam. & tamen ille actus cuius causa erat fienda protestatio est explicandus coram eo tanquàm coram iudice, tunc sufficit protestari coram vicinis, [a] vt l.fin.C. de his qui per me. iudic.non app. extrà de appel.c.final. aut erat explicanda coram ipso tanquàm coram parte, & tunc aut in iudicio aut extra. Si in iudicio, & tunc sufficit protestari coram alio iudice, & postea debet illi notificari: vt l. si præses.C. de episc.aud. & in l. contractibus.C. de non numera.pecun. Si verò extra iudicium, tunc sufficit protestari coram vicinis.l. de pupillo.§. si quis ipsi prætori.ff. de oper. noui nuntiatio. Vbi autem deficit potestas propter aduersarij absentiã, & tunc aut ille actus erat explicandus corã ipso, tanquam parte, & tũc sufficeret fieri coram iudice vel in loco domicilij secũdum formam traditam, vt in l. perfectus. C. de anna.excep. aut actus erat explicandus cum eo tanquam cum iudice, & tunc fieri debet protestatio ante tribunal eius, nec debet quis laborare inuestigando ipsum iudicem. vt in l.j.§. adeundi.

9 quando appel.sit. † An autem protestatio de qua superius dictum est, fieri debeat in scriptis, distinguitur secundum docto. aut dicta protestatio succedit in locum actionis, & tunc fienda est in scriptis. vt in d.l. perfecta donatio. aut non succedit in locum actionis, & tunc fieri nõ potest regulariter sine scriptis. vt C. de pact.l. pactũ. & de nego.gest. l.final. Fallit in exceptione non nume.pecun. vt in authen. hanc autem quærelam.C. de non nu.pecu.

10 † Circa quartum principalem articulum, qui est quando protestatio fit super eo quod consistit in potestate, & voluntate protestantis de facto, sed non de iure. exemplum est in maleficijs, distingue sic, aut quis vult protestari ad sui excusationẽ, ne incidat in aliquod delictum, aut vult protestari ad sui excusationem, vt vltra suum propositum non augeatur ipsum delictũ, seu incidat in grauius delictum. Primo casu subdistinguitur, aut illa persona quæ ex hoc posset lædi est incerta, & tunc sufficit simplex protestatio facta in loco in quo suspitio erat de delicto. vt l. qui foueas. & l. si putator. ff. ad l. Aquil. hoc autem verum intelligas quando is qui protestatur gerit actum licitum, & permissum à iure, vt ibi. secus autem si gereret actum illicitum, vt ver.grã. si quis iacit sagittas in loco publico. Nam si protestatur quemquam offendere nolle, non in totum excusatur. vt habetur & nota. in d.l. si putator. & l.j.C. de sicar. & in c.ij. extrà de præsumptio. Si verò persona in quam delictũ debeat cõmitti erat certa, & limitata, & tunc in eius præsentia fienda est protesta. vt l. aut qui aliter.§. j.ij. & iij.ff. quod vi aut clam. In secundo casu quãdo fit protestatio, ne protestans incidat in maius delictum, tunc subdistingue, nam quędam sunt facta in quibus sola voluntas nõ potest debito modo regulare ipsum factum. Exẽplum patet, si quis habet animum solum vulnerandi, & non occidendi, & aliquem percutiat, potest enim percusio esse talis quæ propositum excedet, vt frequenter accidit, & fiat mortalis. In hoc enim animus nõ potest regulare ipsum factum, hoc enim casu protestatio talis nihil operatur. argu. l. quoniam multa facinora. & quod ibi not.C. ad l. Iul. de vi pri. & de hoc c. fina.lib.vj. quædam sunt delicta in quibus animus habet regulare ipsum factum. Exemplum in acquisitione possessionis vel occupationis, quæ solo animo acquiritur.ff. de ac.pos.l.iij.§. item acquiritur.l. licet.C. eod.titu. pone ergo quòd te expuli de fundo hac protestatione præcedente, quòd hoc feci animo solùm quærendi naturalẽ tantùm possessionem tanquam dominus proprietatis, operabitur isto casu protestatio, vt me excuset à delicto circa ciuilem, & in ipsa protestatione non est necessaria partis præsentia, vel consensus: vt not. in l. ij.C. vt in possession. in gloss. super verb. nec vi.

11 † Rursum est & quintus articulus quando protestatio fit

[a] Vicinis. Adde Ant. de Butr. cõ. xxviij. La. alleg. xxxix. Bernar.

statio fit super eo quod dependet ex potestate iuris tantũ,& non ipsius protestationis. Exemplum quando expendit pro alio ad quam expensam de necessitate tenebatur ipse protestans:vt est exemplum in patre,& matre.Nam si pater expendit alimentando filium & protestatur se id facere animo repetendi, ipsa protestatio nihil operatur: vt not.in l.j.& in l.alimenta.C.de negotijs gestis.& idem in similibus casibus vbicunque protestatio est iuri contraria vel per eam iuris solennitas læderetur.argumen.in l. nemo potest. ff. de legatis primo,cum similib.potest etiam addi aliud exemplum in eo qui protestatur in libello quòd sibi liceat quandocunque addere & minuere &c. quia talis protestatio nihil releuat vltra ius commune: vt in l.edita.C. de eden.& extrà de dilatio.in c.ex posui. & dixi suprà in gloss. super versicul. saluo iure addendi &c. de qua materia protestationis etiam latè tradidit Archid.xxvij.distincti. c. Diaconus.

12 Transeo nunc principaliter & propriè
a ad materiam denuntiationis,[a] ipsam materiam denuntiationis propriè & strictè assumendo, licet,vt dixi Bar.in larga significatiõe ipsam appellet protestationẽ.pro cuius declaratione est sciendũ ꝙ quædã est denũtiatio prohibitoria alicuius facti,quædã incitatoria ad aliquid faciẽdũ,quædã
13 certificatoria alicuius entis. Circa † primũ articulũ est considerandum ꝙ aliqñ fit denuntiatio, vt non fiat id quod ipse prohibitus non tenebatur facere, quandoque fit denuntiatio, vt non fiat id quod aliàs erat sibi permissum facere, licet ad hoc non esset obligatus. Primo casu subdistinguitur, aut fit denuntiatio ei qui est delegatus ipsi denuntianti, vt puta creditor denuntiat debitori, vt soluat vel faciat, & tunc effectus huius denuntiationis est, vt in mora debitor constituatur, & cadat in pœnam, & similibus. de quibus habetur in l.mora.ff.de vsu. in l.ratio.§.si per venditorem.ff.de actio. empti. aut fit denuntiatio ei qui non est obligatus ipsi denuntianti, sed alij, vt ver.gratia, Extraneus denuntiat Titio ne soluat Sempronio, & tunc talis denuntiatio fit nuda expressione alicuius causæ & tunc non valet: vt l.si quis prohibuerit.ff.de public.& ff. de constitu. pe.l.vtrum.ff.de fideiussorib.l.fideiusso. quia factum alterius alteri præiudicare non debet:vt in l.stichum.in fin.ff.de nou.aut fit cum expressione causæ non tñ verè, nec verisimiliter verè,& tũc idem: vt §.hoc autem.in princip. ff. si cui plusquam per l.falsid.aut cum expressione causę non verè,sed tamen verisimiliter,& tunc denuntiatio fit ne detur vel fiat quod est debitum ex vltima voluntate,& tunc ista denuntiatio,valet & operatur,vt cautio exigatur ab eo cui soluitur de defendendo:vt in d.l.hoc autem.& in l.final.C.de petiti. hæred. Aut erat debitum ex contractu,& tũc ista denuntiatio non habet effectum ad impediendũ ius quod competit isti cui debetur:vt in d.l.fin.licet teneatur ad interesse illius cuius denuntiatio facta est:vt.in l.j.§.j.ff.de eo per quem fac.est. aut fit cum expressione causæ totaliter veræ, & tunc aut veritas ipsius causæ tempore ipsius denuntiationis ostenditur, & probatur, & tunc valet: vt C.quæ res pigno. oblig. poss. nomen. ibi. Deterior factus. propter quòd colligitur practica quòd si aliquis denuntiat debitori sui debitoris ne soluat, quòd debet eidem legere instrumentum obligationis in forma publica, vel eidẽ tradere copiam ipsius, aliàs non debet credere. vt habetur in clemen.causam. extrà de election.& in d. l. nomen. Aut veritas non ostenditur, & tunc
b credendum est [b] illi:vt in l.final.ff. de leg.comm aut fit à priuata persona, & tunc aut illud quod fieri prohibetur per denuntiationem,respicit principaliter ipsum denuntiãtem:vt puta, Si debitor denuntiat fi- a deiussori ne soluant, quia est tutus exceptione pacti de non petendo, vel alterius peremptoriæ exceptionis. & tunc sufficit fieri tali tempore quo se possit ille defendere:vt l. si fideiussor. in princip. ff. mandati. Vbi autem non respicit ipsum denuntiantem principaliter, tunc si b causam non exhibet vel ostẽdat, nõ debet illi credere: vt ff. quod cum falsi. tuto.aut.l.j.§.final.cum l.sequẽ. In nuntiatione autem noui operis c requiritur expressio causæ si fuerit requisita.vt not.gloss.& Bartol.in l. prima.in princip.ff.de no.oper.nuntiatio.& l.non solùm.in §. sicut.eod.
14 titulo. Et † hæc, & alia faciunt ad quotidianam quæstionem, solet enim quotidie apponi in instrumentis quòd venditor promisit lite mota super se suscipere iudicium, & causæ defensionem subire. Pone ergo quòd emptor denuntiat venditori quod est sibi mota lis vel quæstio super re vendita, an tenebitur
c sibi credere?[c] Certè non, nisi sibi ostendat & per copiam mittat libellum cum citatorio in forma debita:vt habetur in d.clemẽ. causam quæ.de election.& l.nomen.C. quæ res pigno. oblari pos. Ad idem facit l.final.§.primo.ibi, suum debitorem certum facit &c.C.de bon. author.iud.pos.&c. alia membra supra relata propter eorum prolixitatem ad pręsens prosequi non intendo,sed illa prosequere, & declara: vt idem Bart.prosequitur in d.§.morte. Deo gratias.

a Denuntiationis. Adde an in denũtiatione requiratur libellus. Spe. in ti.de lib. conce. §.x.

b Credendũ est. Adde Lud.Rom. consil. viij.

c Sibi credere. Adde videndũ. Spe. in tit.de emptio.& vendi.§.v. & §.finali.

Forma rñsionis rei cõuenti.

Coram vobis suprascripto d. vicario cõparet & se p̃sentat in termino sibi assignato Simoninus Spelta procurator, ex pcuratorio noĩe suprascripti Ioan. olearij, causa & occasione cuiusdam asserti libelli coram vobis, vt videtur producti per suprascriptũ Andrinum contra dom. Ioan. ac nomine, & occasione omnium, & singulorũ in d. asserto libel. & c. cõtẽtorũ. In quo qdẽ asserto libello inter cætera in effectu dicitur contineri, dicens ac excipiendo proponens d. Simo. dicto nomine supra scriptum Andrinum tanquã publicè ac notoriè excommunicatum fore, & esse à vestrorum iudiciorum lumine repellendum, & non fuisse, nec esse per vos audiendum, vel admittendũ per d. libel. assertum producendũ. Quæ proposita inquantùm non obstarẽt, dicit & excipiẽdo proponit idem Simo. nomine quo suprà, dictum assertum libellum fuisse, & esse nullum, & omnia in eo contenta fuisse, & esse nulla, nullámq; mereri executionem de iure, maximè causis & rationibus inferius annotatis, & alijs suo loco, & tẽpore dicendis, proponendis & ostendendis, & allegandis. Primò quia d. assertus libellus fuit, & est incertus, generalis, vagus, & obscurus, & non concludens: peccans in materia, & forma, nullámque in se continens causam certã & legitimã agendi, sed prorsus contrarietatẽ, & repugnantiã continens manifestã, caréns que omni debita iuris solennitate ac etiam oblatus à persona cuius nõ interest, & ad quã nullum ius pertinet sic & eo modo agẽdi quo agere vellet. Qui enĩ Andrinus nec adiri meruit, etiam si prædicta non obstarent, quæ re vera obstant, quia nõ satisdedit modo debito, & lite prosequenda, & expensis restituendis succubuerit in causa, propter quæ meritò dicit p̃fatus Simonius dicto nĩoe dictũ assertum libellum forè, & esse per vos dentibus lacerandũ & sic nõ teneri respondere dicto asserto libello. Petens, & requirens inquantùm super eo procedẽdum appareat ipsum Andrinum præstare ante omnia debitã satisdationẽ insuper ip̃m libellũ apertius declarari, necnõ & in eo causam legitimam exprimi, ac omnem ex eodem repugnantiam remoueri. cui quidem asserto libello inquantum iure aliquo respondere teneatur, & saluis præmissis à quibus discedere non intendit, dicit, & respondet nomine quo suprà, non tamen animo contestandi litẽ, narrata prout narrantur non fuisse, nec esse vera, & petita prout petuntur fieri non debere: opponens cõtra ipsum libellum contrarietatis exceptionem, ac libelli malè formati, & concepti, excommunicationis prædictæ, exceptionẽ litis pendentiæ, reiq; iudicatæ præscriptionis, iurisiurandi, doli mali, tam generalem quã specialem, tam quo ad impediendum processum quã quo ad merita negotij principalis, & ad omnem alium bonum finem & effectum qui sibi dicto nomine melius prodesse possit, opponensque insuper exceptionẽ expensarũ factarũ per d. Io. vtiliter & necessariò in d. petia terræ ascendentium ad summam florenorum quinquaginta auri. pro quibus expensis, & quarum occasione, tam in vim excipiendi, quàm in vim agendi, petit dictus procurator dicto nomine sibi iustitiam ministrari. & vlterius petit & requirit nomine quo supra ipsum Andrinum tanquã contrarium repelli, & eundem Simoninum dicto nomine absolui ab instantia præsentis iudicij, vel à dicto libello, & contentis in eo prout melius videbitur iuri, & iustitiæ conuenire. prædictumque Andrinum in expensis, damnis, interesse factis, & fiendis ac passis, & patiendis condemnari: saluis, & reseruatis semper eidem procuratori dicto nomine omnibus alijs suis exceptionibus, & defẽsionibus de quibus dicto nomine protestatur.

EPITOME.

1 *Coram eodem iudice exceptiones sunt proponẽdæ, coram quo libellus est productus.*

Coram vobis præscripto domino vicario.
1 Hîc notandum primò est quòd coram eodem iudice sunt exceptiones proponendæ, coram quo libellus productus[a] est ab agente: vt in c. quoniam contra falsam. extra de procur. & l. gesta. C. de re iudi. & optimè facit l. nulli. C. de iu. & iur. l. edi. post princ. C. de edict. diui Adria. tol.

a *Est productus. Adde Spec. in tit. de excep. §. iij. in pluribus versi.*

EPITOME.

1 *Lapso termino ad respondendum libello, an amplius sit audiendus reus.*
2 *Termino partibus per iudicem non assignato, in ipso actu fiendo pars absens est citanda.*
3 *Termino assignato per iudicem, an vlterius pars citari debeat?*
4 *Præfixo termino per legem vel iudicem ad aliquid faciendum, in die vltima termini, illud fieri poterit quamuis sit dictum quòd infra diem fiat.*
5 *Pendente termino, an iudex possit ad alia procedere?*
6 *Iudex si faciat alium actum, quàm illum ad quem pars erat citanda, actus factus parte absente non valet, quod procedit quando sumus in casibus in quibus requiritur citatio.*
7 *Citatio an sit facienda personaliter, vel ad domum?*

8 *Perſona citanda, vbi ſit quærenda?*
9 *Citandus habens plures domos ad quã citari debeat.*
10 *Citandus habitans æqualiter in duabus domibus citabitur ad illam in qua habitat de præſenti.*
11 *Vagabundi non habentes certam domum vbi citentur, & quomodo.*
12 *Nuntius cui eſt commiſſa citatio perſonaliter, vel ad domum, an primo ad domum citare poßit, omiſſa citatione perſonaliter fienda?*
13 *Citatus vt compareat perſonaliter, an poßit mittere procuratorem pro ſe, & an excuſabitur.*
14 *Quid ſit primum, & ſecundũ decretum?*
15 *Qualiter perueniatur ad primũ decretũ?*
16 *Qualiter perueniatur ad ſecũdũ decretũ.*
17 *Secunda citatio quæ fit ad interponendũ ſecundum decretum quomodo fieri debeat?*
18 *Miſſus in poſſeßionem in actio. perſo. ex primo decreto, efficitur nudus detentator ſecus in actione reali.*

IN TERMINO ſibi aſsignato.
1 Hîc†quæritur ſi terminus ſit la
a pſus an ſit audiendus [a] vlterius?
dic quod ſic.tamẽ afficitur dãno ex-
b penſarũ,quas reficere debet [b] ante-
quã audiatur ad ſe defendendũ:vt l.
ſanc.C.de iudi.licet contumax in nõ
reſpondendo poſitionibus habeatur
c pro confeſſo:[c]vt in c.ij.de confeſ.lib.
vj.& in l.de ætate.in §.qui tacuit.ff.
de inter.act. Et ſic patet ꝙ eſt diffe
rentia an quis ſit contumax in non
reſpondendo libello an poſitionibus,
& quæ ſit ratio huius differẽtiæ per
teipſũm attende. In quibuſdã tamen
locis per ſtatuta terrarum prouiſum
eſt ꝙ in pœnã contumaciæ in non
reſpõdendo libello lis habeatur pro
conteſtata, quæ pœna non haberet
locũ de iure cõmuni:vt not.in l.j.C.
de lit.cõte. Et ſic habes ex prædictis
ꝙ in iudicio aliquando admittitur
purgatio moræ,aliquãdo nõ.de quo
plenè traditur in l.ſi poſt tres.ff.ſi qs
2 cautio. Quæritur†ſi reus cõpareat
in termino vel poſt terminum an a-
d ctor[d]ſit citandus?& eodẽ modo cõ-
tra,ſi actor proſequatur litem, an in
ſingulis actibus ſit reus citandus.Bre
uiter in hoc ſic diſtingue ſecundùm
docto.aut nullus erat terminus per
iudicẽ partibus aſsignatus ad facien
dũ,vel fieri videndũ ipſum actum,&
tunc ſemper regulariter in quocun
que actu ab altero fiẽdo eius aduer-
ſarius eſt citãdus ,aliàs actus ipſe red
e ditur nullus,[e] & poteſt pars quæ ex
hoc grauatur appellare.iuxta regu-
lam,& doctrinã traditam in l, nã ita
diuus.ff.de ado.& in l.de vnoquoq;.
ff.de re iudi.Nam quæ cauſę cogni-
tionẽ deſiderant,aut partem lædere
poſſunt,parte præſente,vel legitimè
citata ſunt agenda:vt inquit gloſſ.&
ibi text.in l.ij.in fin.C.ſi propter pu.
penſi.facit l.in cauſæ.§.cauſa cogni-
ta.ff.de mi. cuius contradictionis &
oppo.fienda erit copia parti:vt l.j.§.
edenda.& l.is apud quem.C. eod. tit.
Si autem fuerit per ipſum iudicem
terminus aſsignatus,puta , quia dixit
cõpareas tali die,vel ſ.talem diem.
3 Et † hic aduerte , aut dies termini
erat limitata reſpectu loci,& tempo
ris:vt cum dixit compareas die vene
ris,& ſimilibus,& tunc nõ eſt aduer
ſarius vlterius citandus,quia iam cer
tificatus eſt per iudicem.argu. in l.j.
in fi.ff.de acti.em.aut terminus erat
incertus quo ad diem, puta ſi dicat,
compareas infra decem dies & ſimi
libus,ſic ꝙ comparere poterat quali
bet die ipſius termini.argu.in l.ꝙ in
diem.ff.ſo.ma.& in l.liber homo. in
§.decẽ.ff.de ver.obl.& ſubdiſtingui-
tur,aut actus ille explicandus infra
terminum erat momentaneus,vt pu
ta quia ſtatuitur ſimpliciter ad reſp.
& tunc aut talis actus explicatur in
vltima die termini,& tunc non de-
bet citari,ꝙ ſcire debuit quia ſaltem
compareat vltima die termini.argu.
in l.ſi ita ſtipulatus fuero.x . in fine.
de verb.obl.aut ille actus explicatur
ante vltimum diem, & tũc debet ad
uerſarius citari,quia nõ debuit præ-
ſumere ꝙ ante diem vltimam com-
pareret , licet hoc facere potuiſſet,
vt dictũ eſt.Vbi autẽ actus explican
dus erat ſucceſsiuꝰ,puta ſtatutus fue
rat terminus ad probandum,quo ca
ſu plura requiruntur,vt puta. Pro
ductio capitulorum , poſitionum,
inſtrumentorum , & ſimilium , &
tunc licet poſſet pars cui terminus
eſt aſsignatus differre vſque ad vl-
timam diem , ſi tamen illam ve-
lit peruenire, aduerſarius eſt citan-
f dus ad ſingulos [f] incidentes actus,
videlicet ad videndum iurare te-
g ſtes.[g] & quia faciliter qua die ve-
lit probare , vel teſtes , vel inſtru-
menta producere , poteſt probabi-
liter ignorare:vt in authenti. ei qui.
C.de tempori.appella.Ideoque non
poteſt eidem aſcribi culpa ratione
huius incertitudinis : vt in lege . aut.

a *Audiendus. Adde an poſt terminũ quis ſit audiendus quod voluit Oldr. conſilio iij.*

b *Reficere debet. Adde vt per Cal. conſil. j. de do. & cõtu. & ibi vide quæ expenſæ ſint reſtituendæ.*

c *Pro confeſſo. Adde quot requirantur ad hoc vt non reſpondens poſitionibus habeatur pro cõfeſſo. Ang. conſil. cxxxvj. & an cõfeßio poſitionis cui de iure reſpondendum non erat, noceat confitenti, per Abb. cõſilio cxviij. & an reſpõdens poſitioni poßit illam reuocare per Cal. conſilio iij. de confeß.*

d *Actor. Adde quod voluerũt d. de Rota in antiquis. in fine deciſionũ ſuarum. & eſt vltima.*

e *Nullus. Adde Io. de Imol. conſi. cxxix.*

f *Singulos actus. Adde an citatus ad totã cauſam ſi in vno fuit cõtumax vlterius ſit citandus. Federi. conſil. cclxx.*

g *Teſtes. Adde videndum plures caſus in quibus non requiritur citatio per Roma. ſingu ſuis. folio x.*

qui aliter.§.j.ff.quod vi aut clam. & ita determinat Bar.in l.qui ante calen.ff.de ver.ob.
4 †Quid ergo si per iudicem,vel legem municipalem sit præfixus terminus ad aliquid faciendum infra talem diem,an poterit fieri illa die vltima? videtur quòd non,quia sic non fieret infra illam diem,sed in die.In contrarium est veritas:per d.l.si ita stipulatus.in fi. & melius per l.j.in §.quod dicimus.ff. de suc.edic.quod etiam sequitur Inno.in c.pia.extrà de excep.
5 † Adhuc quæritur an pendente termino iudex possit ad alia procedere?distingue,aut causa dilationis est finita,& poterit vltra procedere, vt in l. à filia.§.fi.& ibi no.per Bar.ff.ad Treb. & facit instit.de bono.pos.§.liberis. in ver.si quis itaq;.aut non est finita, & tunc non poterit:vt l.à procedente.C. de dila.verũtamen si iudex statuit terminum aliquem quo ad vnũ effectum,poterit assignare aliũ quo ad alium effectum, vel si dedit vnã dilationem vni parti, poterit dare aliam alteri parti, quæ incipiat prima finita.vt no.per eundem Bartol. in l.ij.in fi.ff. de re.iu. & in l. quamdiu.ff.de acquiren.hære.ad prædicta in l.generaliter.§.illo.C.de reb.cre. & iureiu.& eius quod no.in l.qui de inoffi.ff.de inoffi.testa.& in l.j.ff. ad exhiben.
6 † Vlterius quæritur in casibus in quibus pars est citanda,si ea absente iudex facit alium actum quã illũ ad quem erat citãda,nũquid actus ille valebit?
a verbi gratia,citatus fuit ad vidẽdum iurare testes,& ille produxit instrumenta vel produxit positiones vel capitula. dic quòd, talis actus nullus est ipso iure, tanquàm gestus parte non citata.argumen.in l.aut qui aliter,in princip. & ibi per Bar.ff.quod vi aut clam.& eodẽ modo actus redderetur nullus,si fuit gestus alia hora quàm in hora citationis.argum.in l.fi.in fine ff. quod vi aut clam. & ibi not. per eundem Bar.de qua citatione,& eius effectu not.per gloss.in capitu.j.de mili.vasal.qui contu.est.x.columna.
7 † Amplius quæritur,an citatio sit facienda personaliter vel ad domum? super quo sunt opinio.diuersæ, dixit enim Dy.aliquando sufficit citatio ad domum. quia lex alternatiuè loquitur.vt l.scire oportet,ff.de excusatio.tutorum.Postea mutato proposito dixit quòd prius in personam, deinde in subsidium ad domum, argu. in l.iiij.§.si prætor.ff.de dam.infect. & ibi hoc per Barto.in l.prima,ff.de li.agno.& ibi similiter per eum. quã opinio.sequitur gl.in capi.cum causam,extrà de dolo & contuma. & Inno.in capi.fi.extrà de eo qui mittitur in possessionem.
8 †Sed circa hoc occurrit dubium,an persona sit quærenda ad domũ, vel in ciuitate,vel in iudicio,vel vbicunque,an possit fieri citatio simpliciter ad domum?super quo Barto.in dict. l.prætor,& in dict.l.j.distinguit.aut persona citanda nunquam fuit in iudicio,& est res quæ celeritatem desiderat,& tunc sufficit quòd sit absens à iudicio,& poterit citari ad domum:vt in d.§.prætor.versicul. absens.in cæteris verò casibus requiritur quòd absens sit in ciuitate,vt possit ad domum citari:vt in authenti. de exhibend.reis.§.si verò.Si autem fuit aliquando in iudicio,& tunc sufficit quòd non reperiatur in iudicio,& poterit citari ad domum.argumen.l.& post edictum. in princi. ff.de iudi.& in authenti.qui semel.& l.ab eo.C.quomodo & quando iu.l.j. §.item cum edicto.ff. quæ sent. sine app.rescin.licet Inno. in d.c.fin.dixit sufficere quòd quis reperiatur in ciuitate.Sic ergo fienda est executio personæ discurrendo per ciuitatem in locis publicis,& communibus per palatium potestatis, & refert nuntius quòd facta in dictis locis diligenti inquisitione
b nõ est repertus,b secundũ Bar.vbi suprà.
9 † Sed pone in casibus in quibus sufficit citatio ad domum,quòd ipse citãdus habeat plures domos, vt plerumque accidit, videlicet vnam in ciuitate,aliam in rure & in vtraque consueuit habitare, ad quam domũ citabitur?Dic secundũ Ioan.And. vt per eum not.in cle. cùm causam. de ele.quòd citandus est ad illam domum,in qua maiori parte anni habitare consueuit, per text. in d.c. cùm causam.Sed Bar.vbi suprà,dixit quod differt inter intimationem, & citationem.Nam intimatio fieri debet vbi habitare consueuit.de hac loquitur d.c.cùm causam.sed citatio fienda est vbi degit,& moratur tempore citationis,per tex.d.l.iiij.§. prætor ait.ibi,degit.&c.quod est verbũ præsentis temporis. sed tamen opi. Ioan.

a Valebit. Ad de Ioan.de Imo.consil. xcvij.& an citatio debeat cõtinere causam, vide Raph. Cuma.cõs. lxxvij. & vide pulchrè per Ro.cõs. ccvij.& de citatiõe ad vnũ actum quando valeat ad alium, vide per Alex.in cons.ccxiiij. in ij.vo.& adde quando inhabilis citatur tanquam reus,vt cõpareat, tũc per talem comparitionem dicitur & est humiliatus & factus idoneus reus.ita Bar. in l. cùm mulier.col. ij.ff.so.ma. & ponit Pau.de cá. in cons.xij. in.j.par.cõsi.antiquorum secundum nouissimã impressionem & Fel.latè in c.cũ inter. colũ.vij. de excu. vbi multa cumulat.Cu.

b Non est repertus. Adde de hoc videndũ per Ro.consilio ccccliiij.& ibi an in suburbijs p quiri debeat & vide Abb.consil. xxxix.xlvij.& lxxxiij.ij.volu.de Imol. cõ.cv.Cal. cõs.j.de do.& cõtu.& consi.iij. de dil.rap.cu. consi.cxlvj. Bul.cõs.lxxvj.d.Cardi.cõ.xxxviij. Alexã. cõs. xxxvj. in quibus locis latius videre poteris ea omnia quæ hic tanguntur, quibus etiã adde quod voluit Angel. cõs. ccxvij. & consilio clxxxvj.

Ioan.Andr.magis præcticatur,quia non est ratio vrgens differentiæ,& maiori initur equitate.
10 Vnde†quæritur,si in duabus domibus æqualiter habitet,ad quam citabitur? Dic inhærendo opin. Bar.ad illã in qua habitat de præsenti,vel secundũ Io. And.ad vtrãq; citabitur:vt per eũ no.in c.cùm
11 causam. Quid†autem si nullam habet habitationem,vt sunt isti vagabundi, de quibus loquitur l. hæres absens.ff.de iudic.& tunc fienda est citatio in loco ipsius rei,vel assignando ibi in scriptis citationem,vel ibi citationem ipsam legendo:vt in d. §.prætor ait.in text.& gloss.aut est quæstio de re mobili,vel pecuniaria, aut de aliquo delicto. & tunc debet fieri citatio in eo loco,quo frequẽtius conuersari consueuit:vt in l.ij.& ibi nota.C.vbi de cri.agi opor. ad quod faciunt not.per Inn.in c.quia
12 propter.extrà de elect. Sed†quid dices, si iudex nuntio commiserit alternatiuè quòd citet ad domum,vel in personam, an poterit fieri citatio ad domum, non præcedente discussione personæ? dicit Bartol.quòd non,eodẽ modo si cõmisisset simpliciter,quia verba commissionis debent intelligi prolata secundũ ordinẽ iuris.argum.in l.si stipulatus.ff.de vsur. & in l.Gallus.§.quidam rectè. ff.de libe.& posth.Si tamen dicta forma alternatiuæ citationis esset data per aliquod statutum,verbi gratia,si statutum disponat quòd reus citetur personaliter,vel ad domum,tunc sufficeret citari ad domum,nulla præcedente discussione personæ. Et fit ratio,quia talia verba debent aliquid operari vltra ius commune.arg.in l.si quando. ff. de leg.j.
13 Posteà†quæritur,quid si iudex aliquem citauit,
a vt compareat personaliter,[a] an excusetur si mittat procuratorem?dic quòd sic regulariter. Fallit in tribus casibus.Primus si eius persona reputatur legalior,vel instructior suo procuratore. Secundus si causa sit criminalis. Tertius si veritas rei pateat domino nõ procuratori. Est & quartus pro iuramẽto calũniæ præstãdo:vt traditur in l.final.C.de procur. & c.final. extrà de maio.& obed.in c.j.de iudi. lib.vj.& in c.consuluit.extrà de dila. Verũtamẽ pro pleniori huius dubij declaratione distinguilatius potest,secundũ doct. Aliquando quæri solet,an citatus personaliter possit mittere procuratorem. In quo articulo,vt s̃.proximè dictũ est, aliquando solet quæri, an taliter citatus si nõ possit personaliter venire, necessariò teneatur procuratorem mittere?& hoc est distinguendum sic, aut loquimur ex parte actoris quo ad effectũ interrupẽdæ præscriptionis,& tunc si per se nõ põt venire,tenetur procuratorem mittere:vt l.j.& ibi not.de hoc plenè.ff.de diuer.& tẽp.pręs.& in l.quęsitũ.ff.de re iud.aut loquimur ex parte rei quo ad eius contumaciã excusandã,vel accusandã,& tunc aut quis impeditur venire ratione dignitatis vel priuilegij,aut ratione absentiæ. primo casu subdistingue,aut impedimentũ est perpetuũ, & tenetur mittere procuratorẽ:vt in d.l.fin.C.de procu. aut temporale,& tũc excusatur si nõ mittatur: vt in l. pars literarũ.ff.de iudi.l.nec magistratibus. ff. de iureiu.& in l.iij.ff.de in ius voc. Secũdo casu subdistingue,aut est impedimẽtũ voluntariũ, & tenetur mittere procuratorem:vt l.j.ff.eum qui app. in prouin.defen.aut est impedimentum necessariũ,sed nõ probabile, & non tenetur procuratorẽ mittere:vt l.si per prætorẽ.§.j.ff. ex quib.causis ma.aut est impedimentũ necessariũ, & probabile, & tunc subdistinguitur secundũ An.de pisis. aut ante ipsius sententiã lis erat contest. & tenetur mittere procuratorẽ:vt l.eundẽ.§.j. ff.de leg. aut non erat inchoata seu contestata lis,& tunc impedimentũ est modico tẽpore duraturũ, & non tenetur mittere procuratorẽ. aut in loco tẽpore duraturũ,& tũc tenetur vt habetur & not.in l.quæsitum.per glo.& Bartol.facit in l.si longius. in princip.ff.de iud.coniũcta l.fin.ff.eũ qui appel.in prouin.defen.& not.per Cyn.in l.j.C.de test.mil. quid autem diceres,si reus citatus,nec per se,nec per procuratorẽ cõpareat,quid fiet? dic breuiter quòd aut lis,vel quęstio erat de dominio, vel quasi, seu alia actio realis agebatur,& tũc fiet per iudicẽ missio in possessionẽ ipsius rei petitæ: vt traditur in l. fulcinius. §. Celsus.cũ si.ff.ex quib.cau.in pos.ea. Aut agebatur actione personali ad quantitatẽ,vel rem sing. & tunc aut petebatur res certa, & fit missio in re petita olim,& hodie:vt in d.§.Celsus. aut petebatur res incerta,vel genus, seu quantitas, & tunc olim fiebat missio in omnibus bonis, hodie verò pro mensura solius debiti declarati.vt in authentic.ei qui iurat.C. de bon.autho.iud.pos. & in l.cùm is. in §.fin.ff.de condi.inde.Post autẽ dictam missionẽ factam in reali actione, si reus redeat infra annum, potest purgare contumaciam, & rem recuperare; si tamen præstet satisdationem de iudic. sisti. & expensas factas restituat:vt habetur ĩ l. si quis emptio.§.penul.C.de præscrip. xxx. vel xl.anno.in personali autem actione rediens quandocunq;. auditur restitutis expensis, & præstita debita satisdatione. dumtamẽ veniat antequã secundũ decretũ fuerit interpositũ.Nã interposito vlterius nõ auditur:vt habetur & not.in d. authen.ei qui iurat.& per Cyn.& alios doct.in l.cum propo.C.de bon.autho.iu.pos. Ideoq; pro intellectu primi,& secundi decreti est quærendum de aliqui-

[a] Personaliter. Adde quãdo citatus personaliter poßit procuratorẽ mittere.caldi.cõs.v. de dilatio.Ol. cõs. ccxcviij. & quid de carcerato an teneatur mittere pcuratorẽ. vide Frãci. de Are. cõs. cxxxij. Angel.consilio lxv.

bus prolixè traditis per glo. Dyn. & Bartol.in l.si fini.§.Iul.ff.de dam.infect.& per docto.in d.l. cùm proponas.& in l.ij.C.vbi in rem ac. & per cano.in c.quoniam frequenter.extrà vt lite non contest.

14 Et †primò quæritur quid sit primum,& quid sit secundum [a] decretum? vbi sic respondeo , quòd primũ decretum est primus iussus iudicis, per quẽ actione personali actor cõmodum solius corporalis poss. acquirit , & reus amittit in pœnã suæ cõtumaciæ, in reali verò plenam poss. acquirit. Secundum autem decretũ est,secundus iussus iudicis , quo mediante actor consequitur ius pleni dominij vel quasi, & reus illud amittit in augmentũ pœnæ ꝑpter perseuerantiam,& auctam cõtumaciã.

a Et quid sit secundũ. Adde Spec. latè titu. de primo & secũdo decreto,et de materia R om. consi.suprà alle. ccccliij.Abb.consilio suprà proximè alleg.

15 Quæritur† inde qualiter perueniatur ad primum decretum? dic quod peruenitur,cùm reus citatus fuit trina vice,vel vna pro omnibus peremptoriè,& ad partis instantiam : vt l. ad peremptorium.ff.de iudi. & probatur & not. per docto.in iurib.præ

16 alleg. Ad†secundum autem decretum peruenitur , cùm ipse reus iterum de nouo citatus est,& perseuerat adhuc in contumacia latitando, & se occultando:vt in l.fulcinus. in §.j.& §.quid sit latitare.ff.ex quibus caus.in posses.eat.

17 Ex†hoc dicunt quidam quòd ista citatio secunda quę fit post primum decretum fieri debet personaliter,& non ad domum,aliàs non dicetur latitare. Tamen secundũ doct.& Bar. in hoc sic distinguitur.aut quis conuenitur personali actione fundata, & residente in eius persona, & tunc debet ꝑsonaliter citari , qa sui ipsius requiritur latitatio:vt in d.§.quid sit latitare.cum similib.aut conuenitur actione personali nõ fundata in eius persona.sed proueniente ex vitio rei suæ,vt in causa damni infecti , & tũc fit citatio ad domum , quia ipsius rei non exigitur latitatio , sic intelligatur d.l.si finita.§.si fortè.& l ij.ff. si ex noxali causa agatur.& quod habetur in l.imperatores.ff.de priui. credi.quam distin.sequuntur docto.in l. ignorare.ff.de testa.mil. & Innocen. in c.pen.extrà de eo qui mitt.in pos. Denique scias quòd in actione reali, vbi quæritur de iure dñij vel quasi non interponitur secundum decretum., sed fertur sententia solùm declaratoria dominij:vt in l.ex diuerso.ff.de rei vendica. In actione autem hypothe.an interponi debeat secundùm decretum , est disputatio magna apud doct.vt refert Cyn.in d.l.cùm proponas. in xv.q.& tangitur per gloss.in d.l.si quis emptionis. §.penult.& in l.iij.in fin.ff.de acqui.posses.

8 Vltimo†quantùm ad hanc materiam no.concluſiuè quod in actione personali missus in possessionem ex primo decreto,non efficitur possessor,sed nudus detentator,ideò non lucratur fructus , sed eos cum debito compensat,nisi iudex in interpositione huiusmodi decreti expressè disposuerit, quòd fructus lucretur:vt not.per gloss.in d. §. Iul. & Bartol.& Cyn.& similiter per Dyn.in d.l.cùm proponas. in actione reali vbi quæritur de dominio,vel quasi , missus ex primo decreto statim efficitur verus possessor,& post annum,& non ante fructus lucratur: vt in d.l. si quis emptionis. §. sed si quis. & tangitur per gloss.& doctores , vbi suprà. & per Specul.vbi s̃.in §. restat. versic.hoc autem.& per gloss.& per Bartol. in dicta l. iij. in fine. Sunt tamen certi casus in quibus missus ex primo decreto facit fructus suos , qui habentur & notantur in l.is cui §.semper.& in §.qui legatorum.in fin . ff.vt in posses.lega . extra quos casus , qui contra ius fructus collegerit,ipsos in sortem computabit: vt in d.l.is cui.§.quæri potest. Sed an missus in actione personali ex secundo decreto quærit dominium rei ? gloss.determinat in d.l.iij.in fin.ff.de acquiren.posses. & ibi per Bartol. de quo plenius vide quod supra dixi in primo libello in gloss.super versicul.iure dominij,in fine. Facit quod not.per Bartol.in l. Pomponius. §.si iussus.ff.de acqui.possessio.& in d.l.j.§.Iulian. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Procurator ad hoc vt audiatur , prius debet ostendere & probare de suo mandato,vel satisdare de iudicato soluendo.*

2 *Contra procuratorem admissum,& cõdemnatum an fiat executio.*

3 *Exceptio,tu non es procurator,est opponenda in litis exordio ante litis contestationem.*

4 *Lata sententia contra procuratorem falsum , quem iudex pronuntiando dixit legitimum, an possit contra eam de nullitate opponi?*

5 *Reus an possit impugnare sententiam latam in fauorem procuratoris de facto admissi contra se sine productione mandati.*

6 *In mandato generali ad causam agendam , an veniant ea quæ exigunt speciale mandatum?*

7 *Factum procuratoris an noceat domino?*

8 *Procurator in litis processu si fecit aliquem actum simpliciter, an videatur illum fecisse proprio nomine,vel procuratorio?*

1. SIMONINVS Spelta procurator, & procuratorio noĩe. Hic†scire debes ꝙ vt iste procurator audiatur prius debet ostendere,& probare de suo.

a de suo mandato,[a] vel satisdare de iudicato soluẽ-
b do.[b] vt l.iij.§.defen.ff.ex quib.cau.in po.ea.& insti.de satis.§.si verò aliquis.in l.qui ꝓprio.in princ. & in §.j.ff.de prob.cũ si.& si sit dubiũ de eius mãdato, debet satisdare de raro.vt in l.j. & quod ibi plenè no.C.de procu.nisi esset filius eius cuius nõmine est in iudicio,vel sibi aliter coniunctus, quo casu sine mandato admitteretur agendo, dunta-
c men vbi agit,satisdet de rato [c] & multòmagis admitteretur defendẽdo.vt hoc probatur in l.exigẽ-
2 di.C.de proc.& l.sed & hæ.ff.de proc.† Quid aũt si fuit admissus & cõdẽnatus,an cõtra eũ fiet executio sententiæ?Breuiter dic,aut produxit,& probauit eius mandatũ,& tunc fiet executio contra dominũ,& nõ contra ipsum:aut nõ produxit,nec ꝓbauit,& tunc fiet executio contra ipsum,& nõ cõtra dominũ,nisi haberet ratũ.vt habetur & no. in l.iiij.in prin.ff.de re iu.& in.l.Plautius.ff. de proc. Facit quod habetur in l.is qui se obtulit.ff. de rei ven.de quo plenius infrà dicam,in ti.de sen.execu.
3 † Inde quæritur quãdo opponi debet hæc excep.
d Tu non es procurator [d].dic quòd in litis exordio ante li.cõte.cũ sit declinatoria:vt probatur ex his quæ habẽtur in l.exce.C.de prob.& insti. de exce. §.fi.& in l.licet.C.de proc.Facit l.Põponius.§. rati.ff.de proc.& l.ita demũ.C.de proc.Et si fortassè nõ fuerit opposita in litis exordio per errorem, tamẽ etiã post sententiã poterit opponi:quòd est cõtra naturã aliarum dilatoriarũ & declinatoriarũ exceptionũ.vt probatur in d.l.licet.de procu.& in c.ex insinuatione.extrà de proc.& ibi no.& per gl. in l.tamet si.ff. ad Mace. Cuius ratio est,quia per ipsius obiectũ rẽdditur iudiciũ retro nullũ, sicut facit exceptio iudicis incõpetentis.vt l j.C.si à nõ
4 compe.iu.† Quid dices si iudex producto mandato pronũtiauit esse ipsum legitimũ procuratorẽ, cũ tamẽ in rei veritate falsus esset,an lata sentẽtia in principali,poterit reus opponere iudiciũ & sententiã esse nullã,quia ille nõ fuit procurator?videtur quòd.nõ,quia interlocutoria facit ius, quãquã inique lata.vt l.fi.ff de iust.& iu. & no.gl.in l.j. in princi.ff.ad Tur.& in l.j.§.in hoc interdicto.ff.de
e li.exhi.In contrariũ [e] determinat Cy. in d.l.licet. in iiij.q.ad quod facit l.cũ non iusto.ff.de collu.detegen.quã opi.etiã sequitur Albe.in sum.in tit. de
5 syndico.in ver.sed pone quod iudex.†Deinde quęritur,pone quòd nõ produxit mandatũ in iudicio, sed fuit de facto admissus, & lata est sententia in eius fauorẽ,an reus poterit illã impugnare? videtur quòd non,quia tantũ operatur ratihabitio sequens,quantũ mandatũ præcedẽs.vt in l.fin.C. ad ma.&in c.ratihabitio de re.iu.li.vj.& ibi per Dy. & potest dominus ratificare acta suo nomine in iudicio:vt l.licet.ff.de iud. & in l.iij.in princ. & in fi.ff.rẽ ra.ha.In contrariũ determinat gl.in d.l.li-
f cet.de proc.& verior [f] est hæc opi.& sit ratio,quia ratihabitio operatur,si interueniat tẽpore debito, aliàs nõ:vt l.bonorũ.& ibi no.per Bar.ff.rẽ ra.habe.tardè ergo accedit ratificatio instãtia perem-
6 pta,& finito iudicio.† Rursum quæritur de quæstione sæpius occurrente.Ecce quis constituitur procurator generalis ad causam agẽdã,an in hoc generali mandato veniant,& includantur ea
g quæ exigunt speciale mãdatum [g] de quibus no.per gl.in l.illud.ff. de mi. & l.j.C.etiã per procu.causam in in te.resti.dicũt doc.sic cõsiderandum, an ista quæ exigunt speciale mãdatũ,deducũtur principaliter ꝓpter se in iudicio,& tũc nõ sufficit generale mãdatũ,vt in d.iuribus.aut veniũt incidẽter,aut emergẽter ad principalẽ causam,& tunc,aut ipsa tẽdũt ad cõfirmãdũ,vel obtinẽdũ ius principaliter in iudicio deductũ ,& tunc includũtur in generali mãdato:ver. grã,ꝓcurator minoris,ecclesiæ, aut absentis petit rẽ,& reus opponit exceptionẽ præscri.certè poterit talis ꝓcurator petere in inte.resti. aduersus talẽ pręscriptionẽ ar.l.cui iurisd. ff.de iu.om.iu.& l.ad rẽ.& l.ad legatũ.ff.de ꝓc.quod tenet Bar.in l.indebit.ff.de cõdi.ind. & in l.cũ ꝓc.ff. de op.no.nũ.Aut talia incidẽtia tẽdunt ad perimendũ, vel diminuẽdum ius principaliter propositũ in iudicio,& tũc nõ includũtur, nec veniunt in generali mandato,sed exigitur speciale.ver.grã.Si ꝓcurator petit hæreditatẽ Sempronij,post negauit fortè respõdẽdo positiõibus,vel aliter, dominũ suũ hæredẽ,vel si primò petit tanquàm debita domino suo,post eà negauit quicquam domino deberi,& certè talia non inclunduntur in generali mandato: vt habetur & no.ibi per Bar.in l.si ꝓcurator.ff. de

a *De suo mandato. Adde an procurator in primo actu tenetur mandatum producere. Ange.consi.ccxxix.Rom.cõ. clxx.Et an mandatũ probetur per testes per eundẽ Ange. consi.lxvj.an per sigillũ,& per instrumenta facientia ad causas.per Ro.cõsi.ccccxvij. & an probetur per acta in iudicio,licet originale nõ reperiatur. per Anch.cõsil.xl.& ad de quòd ꝓcurator poterit ei⁹ mãdatũ producere vsq; ad conclusionẽ causæ, post nõ.ita Ale. in cõs.lxxij.in.iiij.volumi.& ibi per eũ quãdo exceptio, tu nõ es ꝓcurator,possit opponi. Cur.*

b *Iudicato soluẽdo. Adde an si dominus releuet procuratorẽ ab onere satisdãdi, teneatur tamen & ipse cauere Frã. de Are. cõ. cxxxij.Ioã. de An.cõsil. lxxxij. & ibi quid de statuto disponente q꞉ proc.teneat satisdare.*

c *De rato.Adde tamen quòd si vellet procuratorem constituere pro cõiuncto cum cautione rati,q꞉ nõ admitteretur. vt volunt do.de Rota,deci Dclxxvij.in antiquis de ꝓcu*

d *Non es ꝓcurator.Adde Lu.Ro.cõ.ccccclxxxiij.Io.de Ana. consi.xcvj.Alex.consi.lxxxiij.iiij.vol.Lapum alle.lxxxj.*

e *In contrarium.Adde Io.de Ana.consi.xciij.*

f *Et verior.Adde vt clarior sis in hoc quod do.de Ro.deci. xiij.& est prima de proc.in antiquis.dicunt q꞉ dominus põt ratificare ante sentẽtiã, non post,nisi in sui præiudiciũ & sit rõ,quia ante sentẽtiã est dubiũ an ꝓcessus sit in fauorem ratificãtis,post autem non potest esse incertum.*

g *Speciale mãdatũ.Adde vidẽdũ.Lu.Ro.sin.su is fo.j.Lap. alle.lxix.& .lxx.quid si sit,clausula quod possit maiora expssis p Ale.cõ.xxiij.j.vo.Lu.ro.cõsi.lxxxiij.& .lxxxiij.*

cōdi.inde.& in l.nō solū.in princi.ff. de procu. Et huius sit ratio, quia ea demum includuntur in generali mā dato,quæ verisimiliter fuisset dominus specialiter concessurus,& non alia.vt in c.generali.de offic.vica. lib. vj.cū ibi no.in cle.ij. de procu. & facit regula,generali.de re iudi.lib.vj. Pro quo optimè facit quod habetur in l.j.§.quoties.& per gl.ff.de vi & vi armata.

7 † Rursum pro pleniori præmissorū doctrina,generaliter quero,an factū procuratoris noceat domino. Vbi sic distingue,aut est procurator specialis,aut generalis ad omnes causas & lites. Primo casu nocet domino in facto illo sibi specialiter commisso, siue sit factum quod contineat delictum,vt in l.j.§.deiecisse.& l.iij.§.cū procurator.ff.de vi & vi armata.in l. non solùm.in §.si mandato.ff. de iniur.& in cle.ij.extrà de procu.cum similib.no.siue contineat contractū,siue distractum.vt l.diligenter.& in l. si mandasset.cum seq.ff.manda. & l. illud,cum ibi no.ff.de mino. Secūdo casu subdistingue. Aut est procurator generalis ad negotia,aut ad iudicia. Si ad negotia distingue, aut habet administrationem generalē cum libera, a aut sine libera. si cum libera,tunc aut factum procuratoris cōtinet in se dolum,& tunc non procurat domino in iure sibi iam quæsito,nec quo ad obligādum ipsum dominum.vt in l.creditor.§. Lucius.ff. mādati.& in l.si pater.ff.quæ in fraudem credito. In iure autem querendo ipsi domino ,factum procuratoris domino nocet.in l.j.§.quæsitum. in fi.ff.de doli exceptio.& l.procuratoris.in prin.ff. de tribu. aut factum non continet in se dolum,& tūc,aut continet in se meram donationem, & tale factum non præiudicat domino,vt l.contra iuris.§.fi.ff. de pactis.& in l.filiusfami.in principio.ff. de donatio.cū si.ibi no. Aut nō cōtinet donationem,&tunc tale factum domino præiudicat, & sibi imputet qui talem procuratorem elegit, vt hoc probatur in l.procurator cui generaliter.ff.de procurato. & l.iurisiurandum quod ex conuentione.§.fin. ff.de iureiurando. & in l.quam Tuberonis.§.alia causa.ff.de pe.& in l.si liberam.C.quod cum eo. Si verò sit procurator sine libera , aut factum continet alienationem, & tunc domino non præiudicat, aut continet acquisitionem,& tunc prodest domino:& hęc probantur in l.procurator tutoris.& in l.mandato generali.ff. de procurato. cum similibus ibi not. & in l.j.§.j. de offic.procurato.Cæsa. Nunc transeo ad secundum principalem articulum,qui est,quādo est procurator ad iudicia:in quo sic distingue,aut est procurator ad iudicia, aut est procurator generalis ad omnes causas cum libera administratione, aut sine libera. Primo casu distingue per omnia b, vt suprà dictum est in generali procuratore ad negotia,per iura ibidem allegata,coniunctis his quæ dicta sunt in proxima q.præceden. Si verò sit sine libera,eodem modo distingue,vt s. de procuratore ad negotia,aliquando quis est specialis procurator ad vnam causam tantùm,tunc siue sit cum libera, siue sine libera, quia illa libertas restringitur ad illam causam tantum, & sic factum procuratoris domino nocet in illa causa tantùm.vt in c. qui ad agendum.in fi.de procu.libro vj. Et probatur ex his quæ habentur & no.per Barto.in l.qui Romæ. in §.Calimachus.ff.de verb.oblig.nisi factum procuratoris esset dolosum ,aut contineret donationem: vt suprà dictum est. Aliquando procurator constituitur simpliciter ad agendum & c defendēdum libellum dandum,& lit.contesta.& subdistinguitur in instrumento illa vulgaris clausula. Dans & concedens in prædictis liberam administrationem &c.vel est constitutus ad causam incertam de futuro,& tunc dicit Barto.in d.§. Calimachus. quòd in his quæ respiciunt solam instantiam causæ,factum procuratoris nocet domino,non in meritis negotij principalis:cui opinioni obstat dictū c.qui ad agendum. Et quæ dicta sunt,locum habet quādo factum à procuratore fuit scienter actum, vbi autem erranter gestum est, tunc regulariter non præiudicat domino, iuxta doctrinam traditam in l.certum.§.sed an & ipsos.ff.de confess. Ad quod facit l.si defensor.in princip.& l.fina.ff. de inter.act.& quod no.in d.l.non solùm.in princip. & dixi suprà in titu.de forma interrogationis.in glo. super verbo,respondere,& vide quod not.Innocē. in c.pe.extrà de fideiuss.

8 † Sed circa prædicta adhuc quæritur,quid si ipse procurator in litis processu fecit aliquem actum vel producendo iura, vel capitula,vel similia ad litem pertinentia, nec expresit si idem faceret procuratorio nomine,sed simpliciter:an videbitur hoc fecisse proprio nomine vel procuratorio d,& idem potest quæri in tutore vel in curatore. Ad quod sic distingue secundum Barto. per eum not.in l.si ita stipulatus.§. Crisogonus.ff.de verbo.oblig.in l.iij.§.quod de tutore.versicu.& si quidem.ff.iud.sol. aut ille actus fuit extraiudicialis,vel iudicialis. Primo casu videtur gestus nomine proprio & non alieno. vt in d.§.quod de tutore. Secundo casu,aut in libello per eum producto, vel in responsione ad libellum per eum facta expresit nomen officii,& tunc in cæteris actibus sequentibus videtur ipsum officium repetitū, & quicquid gestū fuerit, intelli-

a Cum libera. Adde de hoc videndū Alex. consi. xxij. suprà alle.& cōs. xliij. iiij. vo.& an factum procuratoris,domino noceat:per Oldradum,cōsilio cxxvj. & cxciiij. Alex.cōsil. xcvj.ij.vol. Cald.cons. iij.de proc.

b Per omnia. adde tamen quòd procurator cū libera nō potest acceptare beneficium,vt dicunt do. de Rot. decis. suis.de pcu. in antiquis.

c Agendum. Adde qđ pcurator simpliciter cōstitutus ab actore ad agendū, intelligitur cōstitutus ad defendēdū, vt dicit Ro. sin.suis.

d Vel procuratorio. Adde Alex.cō. xxv.ij.vol. & vide qđ voluit Cal. cōs.j.de pc. & an tutor vel pcurator possint functo offō prosequi causam cœptā. vide p Ale. cō.cxxxiiij volu.ij.

intelligitur factũ sub nomine officij.arg.in l. stipulatus.ff.de ver.ob.aut nomen officij tunc tacuit,& tũc videtur proprio nomine tantũ gessisse,nõ alieno.Faciũt ad præmissa quæ habẽtur in l.fi.ff.de instito.& in l.post mortẽ.& ibi per Bar.ff. quãdo ex fac.tu.cum si.adde prædictis quæ de procuratore no.infrà sub forma responsionis,in actio.hypot.in gl.ij.& iij.Sequitur in litera.Io.Pe.de ferra.le.doc.

EPITOME.

1 *Respõdens non debet absolutè fateri libellum aduersarij.*

1 ASSERTI Libelli &c.† Notanter dicitur asserti,quia nõ debet respõdens absolutè fa
2 teri ipsum esse libellũ[a] quia nõ posset posteà in eo allegare defectum.ar. in l.cum pretium. C.de lib.causa.& in l.generaliter. in fin.C.de non nu.pecu.

INTER Cætera dicitur contineri.Hîc aduerte,quia summatim debet repeti effectus totius libelli,vt per hoc appareat,ad quid responsio re
b feratur[b],vt fieri mandat legislator in l.vt responsum.C.de transf.& l.precibus.C. de impub. & alijs sub.& l.diuus.ff.de iudi. Sequitur in litera,

DICENS dictus Simoniu⁹ dicto nomine.Pro hoc quod in hac responsione exprimitur se respondere dicto nomine, sufficit quod ad certos actus sequentes,vt semper intelligatur etiã si non exprimatur ista qualitas repetita,vt suprà tactum est.Et no.quod hæc est secunda pars prin. huius responsionis,in qua ipsius rei conuenti defensio exprimitur, vt actor ab agendo repellatur.

EPITOME.

1 *Excommunicatio quid sit,& quotuplex?*
2 *Quot modis infligatur excommunicatio?*
3 *Regula,quòd percutiens clericum est ipso iure excommunicatus,in quibus casibus non habeat locum?*
4 *Regula,quòd excommunicatus excommunicatione maiori per solum papam vel legatum de latere absoluatur, in quibus casibus non habet locum.*
5 *In quibus casibus episcopus poßit dispensare cum excommunicatis maiori?*
5 *Quis sit effectus excommunicationis?*
7 *Quotuplex sit absolutio?*
8 *Quis poßit absoluere ab excommunicatione?*
9 *Excõmunicatus incurrit etiã alias pœnas à iure inflictas.*
10 *Nota contra clericos,vt est sui moris.*
11 *Irregularitas est pœna clerici excommunicati.*
12 *Suspensio est pœna à iure canonica inducta vltra excommunicationem.*

TANQVAM Publicè excõmunicatũ & notoriè.Pro intellectu huius est præsciẽdũ. Quid sit excõmunicato &.quotuplex&. quis sit eius
1 effectus?†Est aũt excõicatio, quędã priuatio seu separatio à quolibet actu legitimo & à quauis alia cõione.vt,pbatur xj.q.iij .in c.euidẽter.& in c.licet.in fi.de sen.exc.li.vj.Et est duplex excõicatio, videlicet maior & minor:vt in c.statuimus.de sen.ex
c cõ.li.vj.cũ si.ibi no.Maior quidẽ[c] est illa quæ appellatur anathema, cuius effectus est,quia excludit ab ingressu ecclesię à cõione fidelium,& à sacramentis ecclesię.Minor autem est illa quæ solũ ab altero ex his excludit, vt infrà notabitur & probatur hoc in d.c.euidẽter,& iij.q.iiij.c. euãgelij.& extrà de excep.c. à nobis.& extrà de sen.excom.c.pen.cum simi.
2 † Imponitur autem seu infligitur excõmunicatio dupliciter:vno modo ab homine,alio modo à iure seu canone.& si quidẽ infligatur ab homine,debet subesse causa legitima vel offensæ vel contumaciæ,vt in c. ex parte.in prin.de ver.sig.&xj.q.iij. c.in certũ.nec ,pcedit iudex ad absoluendum,nisi emẽda damni prius restituta, vel per contumacẽ, præstita
d debita cautione de iuri parendo[d],vt hæc habentur in tex.& glo.in d.c.ex parte.& ibi per Inno.& debet iudex talem excommunicationem proferre in scriptis interlocutoriè vel diffinitiuè cum causis legitimis in ea expressis,de qua sententia facere debet copiam excommunicato: vt hæc habentur in c.j.de sent.excom.lib.vj. Illa autem excommunicatio,quæ imponitur à iure sine ministerio hominis,est duplex,videlicet minor& maior.Quæ autem est minor infligitur in xviij.casibus notatis per Inn.in d. c.j.de sen.excom.lib.vj.Illa autẽ quę minor infligitur in vj.casibus no.per eundẽ Inn.in d.c.j.& perGof.in sum. de sen.excom.Vltra quos etiam sunt alij quos no.gl. in c.eos.de sen. excõ. lib.vj.& in cle.j. de elec.inter quos casus connumeratur ille quotidianus,qui est cũ quis manus violentas iniecerit in clericum. vt xvij.qõ. iiij.si quis suadente.& c.quantæ præsumptionis.extrà de sen.excom.cum si. Vbi aduertendum quòd circa d. c.si quis suadente.duæ eliciuntur regulæ.Prima est quòd percutiens cle
e ricum est ipso iure excõmunicatus[e]
3 excommnnicatione maiori.†Secunda regula est quòd taliter excommunicatus non potest absolui nisi per papam vel per eius legatum de

a *Ipsum esse libellũ.Adde Lu.Ro. consi.xxiij.*
b *Referatur. Adde quod voluit Ro. consil. lxx.*
c *Maior quidem. Adde videndum Ab.in c.ita quorundã. de iudæis.*
d *De iuri parẽdo. Adde vt per Old. consi. xciij, & dom.de Rot. decis. suis in nouis.de sent. excom. & quo iure petatur abso. ab excõmunicatione in causa propter contumaciã. vide ibidem.*
e *Excõmunicatus. Adde quid si petatur qđ talis percussor denuntietur excõmunicat⁹, an requiratur litis cõtestatio,per do. de Rot. decis.Diiij. in antiquis de sentẽtia excommu.*

latere. vt extrà de sen. excom. in c. ad eminentiam. & no. in c. excommunicatus. extrà de offi. leg. A prima autem regula excipiuntur . ix. casus, quos enumerat Inno. in c. non dubiũ. extrà de sen. excom. & Gof. in sum. quorum primus est, si percutiens illum ignorabat [a], esse clericum. vt in c. si verò. extrà de sen excom. Secundus si erat apostata: vt in c. in audientia. extrà de senten. excom. Tertius est cũ quis se defendit, vim vi repellendo. in c. ex tenore. in fin & in c. si verò. eo. ti. Quartus est cùm percutitur clericus adulter vel repertus cũ filia vel sorore. vt in dicto c. si verò. Quintus in eo qui percutit clericũ causa disciplinæ. vt in c. j. in c. cum voluntate. & c. ex tenore. extrà de senten. excommu. Sextus cum percutitur in ludo vel ludi causa. [b] vt in d. c. j. & c. cum voluntate. Septimus quando percutitur clericus existens in habitu cõtrario clericatui. vt quis stipendiarius vel similis. vt habetur lxxxiij. di. in c. quis. Octauus si iussu superioris manus immittitur. d. c. ex tenore. Nonus est in clerico deposito, & curiæ tradito seculari. vt extrà de iu. in c. cùm non ab homine. & xvij. quæstio. iiij. in capitulo, si quis deinceps.

4 † Secũda verò regula quæ est quòd solus papa [c] vel legatus eius absoluit. fallit. in xij. casibus no. per Gof. in summa. in quibus vel episcopus vel sacerdos potest absoluere, interquos est quando percussor est in mortis articulo constitutus, vt in d. c. si quis suadente. vel pauper, aut senectute [d] depressus, aut corpore debilitatus, vel si leuis fuit percussio. vt in. c. quod de his. & in c. peruenit. extrà de senten. excom. Alij sunt varij casus papæ reseruati, quos no. gl. in c. j. in fi. de senten. excommu. lib. vj. & in c. sicut venire. extrà de exces. præla. & in c. quod translationem. extrà de offi. lega.

5 † Casus autem in quibus episcopus potest dispensare, no. per gl. in c. at si clerici. in fin, extrà de iu. & plenè per Innocen. in c. dilectus. extrà de tempo. or.

a *Extremitatem. Adde Alex. consi. lj. Fran. de de Are. cõsi. lxiij.*

b *Citra. Adde vt per Roma. cõsi. cccxx. & vide de hac dictione. Old. consili. lxix.*

phyteuta qui præscribunt,& tamen naturaliter tantùm possident: vt in l.si finita.§.si de vectigalibus. de dãno infecto.& in c.si quis per xxx. annos.si de feu.fue.controuer.x. columna.puto tamen quòd Iaco.Butri. intellexit,quòd sola ciuilis non sufficit quando naturalis est per alium occupata,quia tunc fieret interruptio: vt in d.l.naturaliter. vbi autem non est ab alio occupata,quia tunc suffi cit ciuilis, quæ trahit ad se naturalem per alium non occupatam.& sic absens præscriberet per l.peregrè. cum ibi no.ff de acqui.pos.

24 † Sunt tamen aliqui casus in iure exceptuati,in quibus non currit præscrip.lon.temp.quos enumerat glos. in §.res fisci.institu.de vsucap.& plenius in c.cum liceat.extrà de præscr. Primus est in obedientia quæ debetur suo superiori:[a] vt in d.c.cùm nõ liceat. Secundus est in procuratione,seu visitatione [b] legati,papę vel Imperatoris:vt in c.accedens. extrà de præscrip. Tertius est in decimis per laycum possessis?vt in capitulo, causis quæ.extrà de præscrip. Quartus est in matrimonio contracto cõtra interdictum ecclesiæ:vt in capitulo,non debet.in fin.extrà de consan.& affinita.Quintus in tributis & functionibus publicis.vt C. de præscrip.xxx.anno.l.competit.xvj.quæstio.iij.§.pe.& §.quod si priuatus.cũ seq.& in §. sed aliquando.institu. de vsu.& in l.fin.C. de præscript. long. tẽpo. quæ pro lib.compe. Septimus in curiali, quia curia non eximitur cursu temporis.vt l.præscriptionem. C.de præscript.long.tempo. Octauus est tempore quo vacat ecclesia rectore suo.[c] vt in c.j.& in capitulo,de quarta.extrà de præscrip.Nonus est dũ est schisma in ecclesia Dei, sicut moderno tempore quo fuerunt duo papæ qui iam durarunt xxx.annos.& vltra, & perseuerauit, [redacted].Decimus est in quo cessat currere præscriptio, videlicet tempore hostilitatis[d] humanæ:vt extrà de præscriptio.in c.extransmissa. & C.qui. non ob.long.tempo.præscriptio.l. ab hostibus.& xvj.q.iij.in c.primates.Idem dic de hostilitate diuina tempore mortalitatis,per quam homines impediuntur ius suum prosequi:ar. iuriũ prædictorũ,secundũ Bar.& per eum no.in d.l.naturaliter.ff.de vsu.Vndecimus est contra auctoritatem & iura ecclesiasticæ disciplinæ:vt in c.cũ inter.de consue.lib.vj. Duodecimus est in confinibus,seu limitibus[e] ecclesiarum:vt in c.super eo.extrà de parro.& xvj.q.iij.in c.quicunque &c.licet in regulis.Decimustertius est iure spirituali in iusto titu.acquisita: vt in c.prætereà. extrà de transact. Xiiij.est in via publica,vt ff.de via pub.l.viam publi.Xv.est in omnibus locis publicis ciuitatũ: vt l. fi.in princip.& l.vsuc.ff.de vsu.& l.vsu.& l.præscri. C.de ope.pu.Xvi.est in re sacra. Xvij.est in re fiscali.& hæc duo habentur in l.vsucapionem præla.& insti.de vsuca.§.res fisci. & in §.sed aliquando.Xviij.est in re data præsidi contra l.Iul.re.vt l. quicquid contra.ff.ad l.iul.repe.Xix.in re pupilli : vt ff.de acqui.rerum dominio.l.bonæfidei. Xx.in fundo dota li.vt ff.de fun.dota.l.si fundum.Xxj. in pupillo:vt l.fi.C. in quibus causis in integ.restit. non est neces.Xxij.in vxore contra quam in eius dote non currit præscriptio,matrimonio durante, etiam quadraginta vel c.anno.nisi ipso matrimonio soluto,vel eo pendẽte,maritus vergat ad inopiam.quod est notabile,& multæ mulieres in hoc falluntur:vt habetur in l.in rebus.§.fi.C.de iur.dotiũ.per gl.in l.sicut.C.de præscri.xxx.anno.

Xxiij.in rebus sub conditione debitis, vel obligationibus sub conditione contractis,quibus non currit pręscriptio ante conditionis euentum,vt l.cùm notissimi.§.illud.C. de præscriptio.xxx.anno. etiã Ro.per gl.in d.l.sicut.

Xxiiij. est in filiofa.contra quem durante patria potestate non currit præscrip.aliqua:vt l.j.in fi.C. de anna.excep.& in l.quæcunque.in fin.C. de bo. quæ lib.Xxv.est durante suspensione prelati, quo casu non currit præscriptio:vt in c.quia diuersitatem.extrà de conces.præben.

Xxvj.est in iure offerendi,quod competit debitori pro solutione pignorum:secundùm opi.doc. licet gloss.contrà sentiat,vt plenè no.in l.cùm notissimi.§.sed cùm illud.C. de præscriptio. xxx.anno. & per Barto.in l.pignori.ff.de vsuca.

Xxvij.est in implemento conditionis potestatiuæ: vt not. per Bartol.in d.l. pignori. quod probatur. quia lex dicit, quòd talis conditio potest impleri vsque ad vltimum vitę spiritũ:vt in l.seruus quoque.§.fin.ff.de hære.institu.& in l.fi.ff.de condi.institu.ergo &c.quod multùm no.pro illis qui sæpè promittunt rem aliquã vendere certo pręcio,nullo determinato tempore.

Xxviij.est tempore quo iacet hæreditas:vt habetur & not.per gloss.in l.ea quę.C. de tempo.ap. quam opi.sequitur Cy. & Petr.in l.licet.C. de iure deli.& idem sequitur ibi Bar. & Bal.aliqui tamen

a Superiori. de hoc dic vt per Old. cõsil. cclix.

b Vel visitatione. Vide Ro.cõsi.ccclxiiij. Cal. consil.ij. de præscripti.

c Rectore suo Adde vt per Cald.ti. de præscrip.

d Hostilitatis. vide Abba. consi. xlvj. & xciiij.ij. lib.

e Limitibus. intellige sanè quia licet limes diœcesis nõ possit præscribi, limes tamen territorij pscribi põt: vt dicit Ol. cõs.lxxxiij.

men tenent contrà, per text. in l. Iulia. in princip. & l. cùm miles. in princip. ff. ex quib. cau. maio. sed ibi loquitur in præscriptione inchoata cum defuncto, quæ completur & perficitur hæreditate iacente. Secus autem est in non incohata, de qua loquitur Cyn. & gloss. licet alibi glo. in l. hactenus. in prin. ff. de consti. pecun. teneat contrarium.

Xxix. est in eo qui precario possidet qui contra eum à quo precario possidet non præscribit. quod multùm not. propter debitores qui in instrumentis obligant omnia bona sua, quæ cõstituunt se precario nomine possidere creditoribus, idẽ dicas in quocunque colono, cõmodatario, depositario, feudatario, emphyteuta & partiario, & generaliter in quocunque alterius nomine possidẽte, si inter eos fuerit interuersa possessio. & hæc probantur in l. malè agitur. & l. cùm notissimi. in fin. cum ibi not. C. de præscrip. xxx. an. & quod habetur & not. per gloss. in c. cùm non liceat. & per Inno. in c. ex trãsmissa. extrà de præscrip. & in d. c. si diligenti. eo. ti.
25 & xvj. q. iij. c. clerici. & in c. seq. Nunc† quæritur quis effectus insurgit ex præscriptione? Dic quòd multiplex. vnde distingue, aut loquimur in vsucapione rei mobilis, & per eam acquiritur dominiũ directum, aut loquimur in præscriptione x. vel xx. annor. & tunc aut interuenit titulus & bona fides tantùm, & tunc idem, aut cessauit titulus & bona fides, & tunc nullum quæritur, sed sola exceptio. vt not. per Dyn. in c. possessor malæ fidei. Alius est effectus insurgens ex prædictis quòd si præscribens cadat à possessione, & perueniat ad dominum, vel ad alium extraneum, an possit ab eis rem vendicare. distinguitur, aut loquimur in vsucapione, vel præscriptione x. vel xx. annorum. & vtroque casu poterit rem à domino vendicare. aut loquimur in præscriptione xxx. vel xl. ann. & tunc subdistinguitur, aut fuit bonæfidei possessor, & tunc poterit etiam rem à domino vendicare, secundùm aliquos, licet aliqui contrà: aut fuit malæfidei, & tunc non poterit vendicare: vt dicta omnia habentur & not. in d. l. si quis
26 emptionis. C. de præscrip. xl. anno. Restat† nunc videre, quibus modis præscriptio interrumpatur, quia interruptio impedit præscriptionem: vt l. naturaliter. ff. de vsucap. Pro cuius euidẽtia est sciendum, quòd duplex est interruptio, quædam ciuilis, alia naturalis: vt not. per glo. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. l. cùm notissimi. §. sed & si quis. in c. illud. extrà de præscrip. licet modi interrumpendi sint longè plures. ciuilis autem interruptio est illa quæ fit per litis contestationem: vt traditur in l. fina. C. de præscriptio. xxx. anno. Quo casu latius sic considera, quædam est præscriptio inducta; fauore tantùm præscribentis, vt est vsucapio, & in hoc per litis contestationem non fit ipso iure interruptio præscriptio. sed in effectu sic, vt habetur & not. in l. si post acceptum. ff. de rei ven. Quædã est præscriptio inducta odio negligentiæ non petentis tantũ, vt est præscrip. xxx. vel xl. ann. & tunc per solam missionem executoris fit interruptio: vt l. sicut. C. de præscrip. xxx. ann. Quedam est præscriptio mista: vt est præscriptio x. vel xx. annorũ. Et in hac per solam litis contesta. fit interruptio ipso iure & in effectu: vt l. more. C. de rei vend. de quo plenè not. per Cyn. & per alios in d. l. sicut. & per Bartol. in l. ij. §. fin. ff. pro emp. Secundò principaliter fit interruptio per quandam quasi litis contesta. quæ inducitur per denuntiationem factã domino per eius colonum, vel inquilinum de lite contra eum mota super re: vt in l. ij. C. vbi in rem act. & extrà, vt lit. non contest. in c. quoniã frequẽter. §. si super. Tertiò per pignorum dationem vt in d. l. nouissimi. §. imò & illud. Quartò per vsurarum solutionẽ, vel aliam debiti agnitionẽ in totum, vel pro parte: vt in d. l. cum notissimi. §. sed & si quis. & l. si quis emptionis. in fin. C. de præscrip. xxx. anno. Quintò per libelli oblationem factam principi in actionibus prætorijs & annalibus: vt l. j. & ij. C. quando li. prin. da. Sextò quando propter aduersarij potentiam, vel absentiã non potest contra eum lis contestari, quia tunc sufficit protestatio facta corã iudice, secũdũ formã legis. vt l. perfectius. C. de anna. exce. & xvj. q. iij. in §. põt. versic. is autẽ. Septimò per sinodalem proclamationem, quando aliter lis non potest contestari: vt in c. sanctorum. extrà de præscri. & ibi not. & hæc de ciuili interruptione. Naturalis verò interruptio fit tribus modis. Primò per ipsius rei apprehensionem, & occupationem, vel possessoris expulsionem: vt probantur in d. l. naturaliter. de vsucapio.

Secundò fit per fluminis inundationem, vt plerunque accidit in terris & possessionibus situatis iuxta Padum & alia flumina magna, quæ sæpè inundant, vt traditur in l. per vniuersas. in §. idẽ Labeo. & l. possideri. in §. Labeo. C. de acq. poss. & ideò in ciuitate Papiæ, vnde mihi origo est, viget quòd propter aliquam inundationem Padi vel Ticini non interrumpatur præscriptio. Tertiò si qualitercunque possessor desierit possidere: vt l. is qui. ff. de acqui. possess. cum simi. quia cessat vnum substantiale præscriptionis, ꝙ est continuata possessio: vt suprà dictum est, & traditur in l. ij. de pręscirption. long. tempor. In præmissis autem dubitari solet de vno, videlicet an pignoris datio seu pignoris acceptio sit interruptio ciuilis, an naturalis. quod est vtile scire propter ea quæ infrà dicam. Et videtur quòd sit ciuilis, per ea quæ suprà dixi. Attende glo. in d. §. imò & illud. in l. cũ notissimi. tenet quòd sit naturalis: & idem sequitur gl. in d. l. naturaliter. & in l. à diuo pio. §. si super rebus. ff. de iudic. Verius tamen est, quòd sit ciuilis, secundũ Iacob. de Are. & Cyn. vt per eum nota. in
27 d. §. imò & illud. Sed† hîc videamus quæ sit vtilitas, an interruptio sit ciuilis vel naturalis? Respondeo quòd magna, nam interruptio naturalis prodest omnibus, contra quos currebat præscriptio: vt dicta lege naturaliter. & ibi not. Sed interruptio ciuilis solùm prodest ei qui actum interruptionis exercuit, nec eius personam egreditur: vt traditur & notatur in l. j. C. de long. tempo.

præscrip.& l.final.C.de præscrip.xxx.anno.& not. per gloss.in d.l.cùm notissimi.§.imò & illud.& §. sed & si quis. Deinde quæro,an effectus interruptionis adhibitæ contra vnum,porrigatur ad omnes ad quos commodum præscriptionis extendebatur?exemplum in plurimis correis debendi, in debitore & eius fideiussoribus: de qua quæstione tangitur per glo.& doct.in l.final.C.de duo.re. & per Bart.in l.cùm quis.§.si quis pro reo.ff.de solu. Pro cuius pleniori decisione distingue, aut loquimur in pluribus correis,aut in debitore & fideiussore. Primo casu dic quòd siue sint plures rei debendi,siue credendi,vt interruptio facta per vnũ prodest & nocet alteri:vt in d l.fin.C.de duo.reis. Secundo casu an interruptio facta contra debitorem noceat fideiussori, & ad ipsum fideiussorem extendatur,sunt contrariæ opin.& sententiæ. Dicunt enim quidam,quòd sit etiam idem in fideiu. quod suprà dictum est in correo.quam opi.sequitur glo.in l.si fideiuss.§.fin.ff.manda.& alia gloss. magna,in fin.d.§.& quis pro reo. Et pro hac opinio.facit regula quæ est,quòd mora rei porrigitur ad fideiussorem:vt in l.mora.& l.si seruum.§. nũc videamus.ff.de verbo.oblig.alij autem dicũt,quòd non porrigitur ad fideiusso . quia reus principalis & fideiussor tenetur diuersis obligationibus,ideò ex separatis non infertur. probatur in d.l.j.de præscriptio.long.tempo.& l.fin.de præscrip.xxx. ann. nam plures rei tenentur eadem specie obligationis:vt in l.ij.& l.eadem.ff.de duo.reis.Item correorum obligationes sunt omnes æquè principales: vt l.si reus.ff.de duob.reis.Sed debitoris obligatio est principalis,& fideiussoris accessoria:vt in l.generaliter.ff.de fideiussorib.cum simi.& in l.j.ff.de re iudica.,& l.lex.ff.de fideiuss.ergo &c.quam opi. sequitur glo.parua.in d.§.si quis.& ideò tenet eam Bart.& similiter Cyn.in d.l.fina.de duob.reis. nec obst.d.l.mora.cum simi. Quia ibi loquitur de perpetuatione actionis fienda, rei peremptione non obstante. Et sic de conseruatione actionis agitur culpa debitoris accedente,hîc autem loquitur de perpetuatione actionis tolleda,& auferenda ex sola negligẽtia creditoris,nulla accedente culpa debitoris:& fit ratio,quia fideiussor debet teneri de facto & culpa debitoris, cùm in omnem casum fideiusserit:vt in d.l.si seruum.§.sequitur. in fin.vbi autem cessat eius culpa sed interuenit culpa alterius,tunc in omnem causam non fideiusisset,ideò non tenetur, & per consequens interruptio facta seu solicitudo adhibita contra debitorem,non excusat creditorem ab eius negligentia,quæ interuenit contra fideiussorem. Et patet quòd fideiussor poterit liberari præscriptione,mora rei non obst. Vltra prędicta quæritur,vidimus quòd bona fides & iustus titulus requiritur in pręscripon.x. vel xx. anno.maximè tempore contractus venditionis:vt in c.si diligenti.de præscriptio.

28 Quid † si ex postfacto interuenit mala fides,vel defectus titul.an per hoc interrumpatur præscriptio?distingue quantùm ad titulum,aut ex superueniente defectu titu.rei dominium mutatur,nec in alium transfertur, & tunc prescriptio non interrumpitur: vt l.si hominem.ff. de vsucapio. aut rei dominium mutatur, & in alium transfertur si dominus erat, & tunc quantùm ad acquirentem præscriptio non interrumpitur,sed in eum actoris sui possesio coniungitur: vt in l. Pomponius.§. cum quis. & §.si iusta.versicul.j. ff. de acquirenda possesi. Quantum autem ad transferentem præscriptionem interrumpitur:vt l.quæsitum.ij.respõ. ff.de acquiren.rerum domi. Vbi autem superuenit defectus bonæ fidei,tunc aut mala fides superueniens habet in se simplicem scientiam rei alienæ,aut quod res sit furtiua. Primo casu secundũ iura ciuilia non interrumpitur præscriptio: vt in l.j.§ proculdubio.C.de vsucapio.transfor. & l. iusto.§.si possesionis & in l.sequitur.§.de illo.ff.de vsucapio.& in l.clam possidere.in princip.ff.de acquiren.possesio.sed secundũ iura canonica fit interruptio:vt in c.final.extrà de præscriptio.& extrà de re iudica.in c.possessor malæ fidei. libr. vj.

Secundo casu principali cum res est furtiua,tũc vtroque iure fit interruptio.l.si ancillam. in princip.ff. pro suo. Pro declaratione tamen quæro circa præscripeiones, quod ius seruabitur in foro laycorum,an ciuile vel canonicum. Dicũt quidam seruari debere ius canonicum, propter animæ periculum. argumen. eorum quæ traduntur in c.ij. extrà de iureiuran.& in c.final.extrà de foro competenti.quia in respitientibus fidem & animam,non dedignantur leges sacros canones imitari:vt in authen.vt clerici apud proprios episcopos.§.si verò.cum similib.quam opin.videtur sequi Hostien.in d.c.final.& Ioan. Andr.in d.c. possessor. Alij sunt qui tenent oppositum, & dicunt quòd in foro ciuili seruãdum est ius ciuile, per ea quæ not.in c.j.extrà de ope.noui nuntia.quã opin. tenet expressè gloss.in d.c.fina.extrà de præscrip. & ista tanquàm verior practicatur communiter. Verumtamen Barto.qui erat homo subditus ecclesiæ,voluit distinguere in d.l.Celsus.& in l. sequitur.§.si viam.ff.de vsucap.cuius opin.non attenditur nec practicatur. Tene ergo præcedentem vt vsitatam,nec obst.quòd periculum animæ vertatur.quia ista ratio salua reuerentia,est multùm fatua,cùm per eam sequerentur infinita absurda & totaliter esset destruere legum potestatem & auctoritatem, & per consequens vires imperij attenuare,imò funditus annichilare, quod quidem euidentissima ratione demonstratur. In contractibus enim emptionum & venditionum locationum & conductionum, necnon permutationum & depositi, commodatorum & mutuorum, & si. vertitur animæ periculum, vt plurimùm si ex re aliqua interueniat deceptio, vel in prætio, vel in re, & sic peccatum committitur : vt inquit sanctus Thom.de aqui. in secunda secundæ. rubri. de vsura. & vendi. sicque de huiusmodi contractibus & infinitis alijs commutationibus & commercijs, disputandum esset in foro clericorum

rum & iudicandum secundùm canones, quo nihil absurdius dici potest, & ideò nullatenus tolerandum. Malè ergo & pessimè faciunt Imperatores substinere quòd habeant merum & mistum imperium, quia dominus dixit Petro, Cõuerte gladium in locum suum &c. prohibens sibi expressè, quòd de his se nõ intromitteret, & hoc sequitur Petrus: vt refert Cyn. in authenti. clericus. C. de episco. & cleri. sunt enim bono publico huiusmodi præscriptiones iure ciuili inductę, ne rerum dominia sint semper in suspenso & in incerto: vt institu. de vsuca. in princip. & l. j. ff. eo. & cùm concernant & disponant super bonis laicorũ quærendis, vel admittendis, non potest Papa quicquam disponere super eis: quia mitteret falcem in messem alterius. contra c. nouit. cum simili. ibi not. extrà de iu. [redacted]. Veruntamen ipsum ius canonicum, recipit limitationem in eo quod dictum est, de superuenienti scientia rei alienæ, videlicet quando est talis scientia, quę habet in se malam fidem. vbi autem dubitaret, tunc non interrumpitur. argu. l. qui scit. §. bonæ fidei. ff. de vsucap. nec etiam impeditur præscriprio iure canonico, si à principio fuit malæ fidei, & posteà illam malam fidem deposuit propter superuenientes causas, secundum Innocen. & per eum not. in d. c. fi. & ibi etiam glo. de præscrip.

29 †Vlterius quæritur, quid si superuenit mala fides in ipso præscribente versus vnum, an porrigatur ad alios, sicut dicitur de naturali possessiõe & pręscriptione, in d. l. naturaliter. Super hoc gloss. quæ est in d. l. Celsus. tenet quòd non: argumen. ff. de acquiren. possesio. l. si fundum. §. fina. & ibi no. idẽ sequitur glos. in l. sicut. C. de præscrip. xxx. anno. & videtur casus in l. qui balneum. in tit. ff. qui potio. in pig. habean. quam opi. sequitur Barto. in d. l. Celsus. & sic patet puòd hæc interruptio est potius ciuilis, quam naturalis. Sic etiam est in ea quę fit ex defectu tituli, de qua suprà dixi. Et si quęratur, quę sit ratio differentiæ inter defectũ ti. possessionis quę causat effectum interruptionis quo ad omnes, & defectum ti. & bonæ fidei, qui solùm interrumpit quo ad eum, cuius respectu dicitur bona fides & titulus. Respondeo quòd titulus potest multiplicari: vt l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquiren. possess. & §. ex contrario. Ideoque licet deficiat respectu vnius: potest subesse respectu alterius, si possessio est vna, scilicet ciuilis, quæ causat ipsam præscriptionem, nec multiplicatur ex personarum diuersitate: vt ibi, vnde respicit omnes æqualiter. Et idem dicendum in bona, vel mala fide, quæ variari potest respectu diuersarum personarum: vt l. fulci. §. quod si aduersus. ff. ex quibus cau. in possessionem eatur. & l. si quis fundum. ff. de acqui. pos.

30 †Amplius quæritur vtrùm defectus perueniens in persona præscribentis, vel in ea contra quam præscribitur, interrumpat præscriptionem. Super quo sic breuiter distingue, secundùm Bartol. in d. l. Celsus. aut in ipso præscribente superuenit defectus intellectus, vel animi. vt quia factus est furiosus, & tunc non interrumpitur præscriptio: lege iusto. §. eum qui. ff. de vsucap. quando superuenit talis defectus qui habet reddere incapacem dominij ipsius rei: vt quia de Christiano efficitur iudęus, vel saracenus, & tunc præscriptio interrumpitur. argu. l. Deo nobis. in fin. C. de episcop. & cleri. & l. j. C. ne iudæ. mancipia Christia. quandoque superuenit defectus non simpliciter, sed secundùm quid. verbi gratia, quia facta est vxor, quæ potest acquirere de bonis viri ex omni causa, pręter quàm ex causa donationis, & tunc non interrumpitur præscriptio: argu. l. si sponsus. §. si donationis. ff. de do. inter vir. & vxo. l. ideoque patet. ff. de testa. & hæc faciunt ad quæstionem forensium, qui sunt prohibiti acquirere aliquam rem immobilem in ciuitate, vt distinguatur eò modo quo suprà. Cæterùm in persona eius, contra quam præscribitur, si defectus superueniat, verbi gratia, quia contra maiorem cœperit præscribere, cui successit minor, dicendum est enim ex hoc non interrumpi præscriptionem: vt plenè tangitur in l. j. C. si aduer. vsufruct. & l. fi. C. in quibus causis, in integ. restitu. Fallit in præscrip. xxx. anno. quæ durante pupillari ætate dormit: vt l. sicut. C. de præscri. xxx. anno.

31 †Postremò quæritur, qualiter interrũpatur præscriptio iurium incorporalium? vbi sic distingue, quædam sunt iura coherentia ipsi rei, & debita fundo: vt puta seruitutes prædiales, & tunc interrumpitur perdito ipso fundo: vt in l. si ædes. §. j. ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum. Item interrumpitur impeditus vsu illius iuris per eum, quem præscribit: vt in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapionibus. quia patientia aduersarij est de substantia in præscriptione iurium incorporalium. ideò ea deficiente, cessat currere præscriptio, & idem in alijs iuribus incorporalibus, quia propter prohibitionem exercitij, impeditur pręscriptio ipsius iuris: vt in capitulo, auditis. & ibi per Innocentium, extrà de præscriptionibus. facit lex. cùm notissimi. §. imò & illud. C. de præscriptione triginta annorum. Item interrumpitur per litis contestationem, sicut dictum est circa res corporales, per iura ibi allegata: secundum Innocentium, vt suprà. de qua iurium incorporalium præscriptione, plenè tangitur per glossam & Doctores in lege seruitutes. ff. de seruitutibus. & per Cynum & alios in lege secunda C. de seruitut. & aqua. & ego tangam in titulo, de negatoria & confessoria. Post hæc quæritur, an ius offerendi præscribatur? de quo tangitur per glossam & Cynum in dicta lege, cùm notissimi. §. sed cùm illud. Et in hoc distingue conclusiuè sic, aut offerendi est ius formatum, sicut est illud quod competit secundo creditori, vt possit offerre priori: vt in l. Paulus. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solu. & in l. mulier. ff. qui potior. in pigno. ha. & tunc huic iuri potest præscribi, sicut cęteris iuri-

bus: vt in l. sicut non omnis. C. de præscrip. xxx. anno. Aut est ius non formatum, sed in simplici facultate consistens, sicut illud quod competit debitori, vt possit debitum offerre, & pignus luere & liberare, & tunc tali facultati non præscribitur. argum. l. malè agitur. C. de præscrip. xxx. anno. sicut non præscribitur facultati eundi ad ecclesiam, vel per viam publicam. ff. de via publ. cum simi. Et sic habes quòd non est contrariorum eadem disciplina, nam si debitor præscribit contra debitorem, ergo & econtrà, creditor deberet posse præscribere contra debitorem. Sed potest dici & responderi quòd non est paritas rationis in vtroque casu.

EPITOME.

1 *Quæ sit natura exceptionis iurisiurandi?*
2 *Quot sint species iuramenti?*
3 *Quid sit iuramentum voluntarium, iudiciale, & necessarium?*
4 *Quæ sint causæ legitimæ recusandi iuramentum?*
5 *Quilibet in persona principali potest deferre suo aduersario iuramentum iudiciale, vel voluntarium.*
6 *Tutor vel curator si ei deferatur iuramentum, an cogantur iurare?*
7 *Qui sint effectus iuramenti necessarij, & iudicialis?*
8 *Quando pars confidit se posse recipere instrumenta vel exceptiones suo tempore, faciat quòd iudex ex officio suo deferat iuramentum parti aduersæ.*
9 *Iuramentum necessarium quando sit per iudicem deferendum?*
10 *Exceptio doli quotuplex sit?*
11 *In quibus causis deferatur iuramentum necessarium per iudicem?*
12 *Iudex an præcisè teneatur deferre iuramentum necessarium?*
13 *In defectum semiplenæ probationis ex parte tam rei quã actoris non defertur iuramentum vtrique.*
14 *Releuatus per legem in hoc quòd stetur eius iuramento, an teneatur exprimere rationes, & causas quibus ad ita iurandum moueatur.*
15 *Quando sit locus iuramento in litem?*
16 *Dolus aduersarij propter quem iuratur in litem, probatur per iudicia & argumenta.*
17 *Quo tempore debeat interuenire dolus ad hoc, vt iuretur in litem?*
18 *Quare sit attendenda qualitas ex natura rei super qua iuratur in litem.*
19 *Quare sit attendenda natura actionis intentatæ, in qua iuratur in litem?*
20 *Iuramentum affectionis defertur solùm à iudice, non à parte.*

1 IVRISIVRANDI. Hæc† exceptio iurisiurandi est eiusdem effectus cuius est exceptio rei iudic. imò dicit lex est maioris autoritatis, quam res iudicata: vt l. ij. ff. de iureiuran. de qua loquitur in l. j. in princip. & l. fina. in princip. ff. quarum rerum act. nõ da. cũ si. ibi no. Et habet huiusmodi exceptio ita impedire processum si opponatur ad illum, sicut except. rei iudica. cùm sit exceptio litis finitæ: vt l. j. ff. de iureiuran. & not. per Cyn. in d. l. emptor. C. de præscr. long. temp. & in c. j. de lit. conte. libr. vj. & per Bartol. in l. nam & po-
2 steà. §. si minor. ff. de iureiuran. Pro† cuius pleniori notitia sciendum est quoddam esse iuramentum, quoddam mendacium, quoddam simplex mẽdacium, de quibus tribus plenè agitur. Item est sciendum quòd quoddam est iuramentum veritatis, quoddam credulitatis, quoddam iuramentũ affectionis. Iuramentum autem veritatis subdiuiditur in tres species. nam quoddam est iuramentum litis decisorium, quoddam obligationis introductorium, quoddam verò alicuius actus confirmatorium. Iuramentum litis decisorium in alias tres [redacted] necessarium: vt traditur per docto. & gl[redacted] bric. ff. & C. de iureiuran. & ibi per Cyn. de secũda autem & tertia specie iuramenti, videlicet introductorij & confirmatorij, vide quod dicam in tit. de emptio. & vend. & in tit. de forma iuramenti ꝙ
3 defertur à parte parti. Videamus† ergo quid sit iuramentum voluntarium, iudiciale & necessariũ? Et quidem voluntarium est illud quod defertur à parte parti extra iudicium: vt in l. iusiurandũ quod ex conuentione. in princip. de iureiuran. Iudiciale autem est illud quod defertur à parte parti in iudicio, iudice approbante: vt in l. j. in fin. & in l. iij. in princ. de iureiur. Necessarium verò est illud, ꝙ per iudicem defertur in supplementum probationum, de quo plenè traditur in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. bonæ fidei, C. de iureiurã. & in c. fin. extrà de iureiuran. Differunt aũt huiusmodi iuramenta inter se multipliciter, vt infrà patet.

Est autem iuramentum voluntarium illud quod extra iudicium à parte parti defertur, quòd non cogitur quis subire, vel præstare, nec etiam deferre. Ideoque voluntarium sic baptizatur, quia dependet ex arbitrio, & voluntate partium, vt d. l. iusiuran. quod ex conuentione. in princip. ff. de iureiuran. Iudiciale verò iuramentum, secundũ aliquos non poterat olim recusari, sed cogebatur quis iurare, vel referre: vt in l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiu. & l. iusiuran. & ad pecunias. §. ait prætor. & §. fin. ff. eod. l. delata. C. eodem titu. Sed hodie potest recusari sicut voluntarium per l. generaliter. §. finautem. C. de iureiuran. Alij autem distinguunt, aut hoc iuramentum iudiciale fuit acceptatum à parte, & tunc etiam hodie sicut olim cogitur quis iurare, vel deferre, nisi post ipsam acceptationem superuenisset causa legitima recusationis. Aut non fuit acceptatum, & tunc potest recusari hodie, per dictum §. finautem. licet olim secus. quam opin. sequitur glo. in dicto c. final. Et ita patet quòd d. l. manifestæ. non simpliciter corrigitur, sed solùm limitatur, & terminatur. quæ opin. hodie est approbata per text. in d. c. fina. & in c. ij. extrà de proba. alij

alij dicũt quòd l.manifestę.limitatur solùm quantùm ad causam recusationis. Nam debet hodie distingui, aut nulla causa extat legitima recusationis,& tunc iurare,vel referre debet. Aut subest iusta causa excusationis,& tunc non cogitur iurare,nec referre. † Quæ autem sint causę legitimę.
4 nota.per Bartol. in d.l. manifestæ.& hanc opinio. approbat etiam Cyn.in d.l.generaliter.& ita possunt intelligi.d.cle.fi. & ibi not. quòd inter causas legitimas est illa, quando pars cui defertur iuramentum, habet suam intentionem fundatam per instrumentum:vt in d.c.final.reperi tamen in aliquibus partibus d. l. manifestæ, esse approbatam per statuta terrarum, & bene,quia maximum est remedium dirimẽdarum litium iusiurandum,vnde maiori nititur ęquitate dicere ipsam l.manifestæ,correctam non esse. Necessarium autem iuramentum, quod per iudicem tantùm defertur & regulariter non recusatur,nisi ex iusta causa: vt in
5 d.c.final.in princip.& in d.§.sinautem. † Nunquid ergo posit quilibet deferre suo aduersario iuramentum iudiciale, vel voluntarium? Dic quòd sic principalis persona, sed tutor vel procurator non potest,nisi eo casu,quo de iuribus pupilli,vel adulti aliter probari non potest:vt probatur in l.tutor.in princip.& not.per glo.in l.iusiuran.& ad pecunias.
6 §.procurator.ff. de iureiuran. † Sed an tutor, vel curator,si eis tale iuramentum deferatur,cogatur iurare?Distingue inter iuramentum calumniæ,veritatis, & affectionis:vt habetur & not.in d.§.pro curator.& in l.videamus.in prin.& §.j.ff.de in lit. iuran.hodie verò iure Codicis clarum est,secundũ aliquos,ipsos non compelli iurare,si non acceptauerint iuramentum veritatis.quia nec principalis persona ad hoc compellitur, vt dictum est,& potissimè quando esset fundata intentio pupilli, vel adulti per instrumentum:vt in d.c.fi. de iureiurã. & cum hac limitatione debet intelligi gloss.d.l.vi-
7 deamus. † Alij præterea inter hæc iuramẽta sunt diuersi effectus,nam ex iuramento voluntario vel iudiciali præstito datur ei qui iurauit actio & exceptio: vt in l. nam & posteà.§.iusiurandum. & l. duobus.in §.exceptio.& §.final.ff. de iureiurando. Ex iuramento autem necessario nulla nascitur actio, nec exceptio, nisi sequuta iudicis sententia: vt in d.l. admonendi. & in l. bonæfidei. Alius est etiam effectus,quia iuramentum voluntarium,vel iudiciale si præstitum sit, non reuocatur: vt in l. non erit.§.dato.& l.duobus.§.fina.ff. de iureiuran. & l.quòd si deferente.& l.sequen.ff.de in litẽ iur. & l. videamus. eodem titul. Deinde scias quòd hoc iuramentum defertur solùm à iudice, non à parte:vt d.l.videamus.§. deferre.& moderatur, & taxat iudex quantitatem vsque ad quam iuretur. quo præstito si noua instrumenta reo producantur,poterit reum absoluere. & in his duobus sapit naturam iuramenti necessarij: vt habetur in d.l. videamus.§.iurare.cum sequen. & l.arbitrio.ff.de dolo. Et adde quæ dixi suprà,super.j.lib.in gloss. super verbo,interesse &c.Ideò reuocatur prætextu nouorum instrumentorum, etiam post latam sententiã, licet regulariter sit contrà,quando sententia est fundata super alijs probationibus:vt in l. sub specie.C. de re iudicat. & in l.j.C. de senten. aduer.fis.la. nisi in causa fiscali. vt d.l.j.& l.Imperatores.ff.de re iudicat.facit ad prædicta quod habetur in l. sub prætextu.C. de transactionibus.
8 † Est ergo bona cautela,quando pars suspicatur se fortasse posse reperire suo tempore instrumenta actionis vel exceptionis suæ quòd faciat,& operetur cum iudice quòd deferat hoc iuramentum ex officio suo parti aduersæ. Pro declaratione autem pleniori huius iuramenti necessarij quærendum est de pluribus. † Primò quando sit deferen
9 dum per iudicem? Ad quod responde,quòd tunc defertur, quando vel ex parte actoris, vel rei est semiplenè probatum: vt in d.c.fin.in fin.& in c.ij. extrà de probationi. & in d.l.admonendi.& in l.in bonæfidei. Nam si esset plenè probatum,non recurreret iudex ad hoc iuramentum, sed in totum absolueret, vel condemnaret. Dicitur autem semiplenè probatum multipliciter, vt plenè probatur in d.l. admonendi.& in l. in bonæfidei. Primò per priuatam scripturam. Secundò per comparationem literarum. Tertiò per figuram rei. Quartò per vnum testem omni exceptione maiorem.vt in capitul.ex insinuatione. extrà de procura.& in c.final.extrà de succesio.ab intesta.quæ omnia plenè declara,quia prolixus esset sermo:vt nota.per Bartol.in d.l.admonendi.& alios doctor.
10 in d.l. in bonæfidei. † Scire debes pro declaratione huius except.quòd quadruplex est exceptio doli,vt not.per gloss. & doctor.in l.qui se debere. ff.de conditioni.ob causam.vna videlicet quæ datur, quando contractus fuit initus seu factus per dolum, qui nascitur tempore ipsius contractus.vt in l.eleganter.in princip.ff.de do.& in l.ij.in princ. ff. de doli exceptio. Alia est quæ datur in locum non numera.pecun. & hæc nascitur tempore quo agitur.vt l.ij.circa ver.prouide.ff.de dol.exceptio. Tertia quæ datur in locum pacti,vel iurisiurandi: vt d.l.j.§.item quæritur.de do.exceptione.Quarta est illa quæ facti est, vel intentionis, nihil iuris in se continens, verbi gratia, quãdo actor nullam habet actionem, & de facto tantùm agit, & contra eum reus de facto excipit.de qua loquitur text.in d.l. qui se debere. Est & quinta species generalis, quæ datur in locum cuiuscunque alterius exceptionis, & pro quacunque except.de qua loquitur.text.in d.l.ij.§.generaliter. & not.per gloss.in l.si ex cautione.C. de non numer.pecu. Consilium ergo bonęfidei,& famæ ideò dixi si causa est modica, nam in magnis causis non est locus huic iuramento, sed solùm attenditur, an sit plenè probatum vel non. argumen.institut.de excusat.tuto. §.propter litem. Deinde ideò subiungitur, Si habet perfectam scientiam, quia ignoranti vel dubitanti non defertur: vt notat gloss in d.l.in bonæfidei. pro quo facit l.Marcel.ff.rerum amotarum. Tertiò infertur, Si est homo legalis, quòd ideò

dicitur quia ipſe actor vel reus teſtis fungitur officio in proprio facto ſicq́ue debet eſſe idoneus non vitioſus vel ſuſpectus.vt in l.iij.§.iul.ff.de teſti.& l.teſtium.C.de teſti.quibus tribus concurrentibus defertur iuramentum ei qui ſemiplenè probauit. iuxta not.vbi ſuprà.& per Ioan. Andre.in d.c.ſi.

11 † Vlterius quæritur in quibus cauſis deferatur huiuſmodi iuramentū per iudicem?Reſponde,quòd regulariter defertur in omnibus cauſis ciuilibus,in cauſis autem criminaliter motis nō defertur,ſecus ſi ciuiliter. vt plenè not.per Barto.in l.maritus. ff. de quæſtio. & per gloſſ.in l.iij.ff. de iureiu.& in d.l.in bonæfidei.item regula fallit in cauſis famoſis,in quibus non defertur tale iuramentum. argumen.l.item exigit.ff.de dolo.& l.ſciant.C. de probat. & in l.prætor edixit.in princip.ff.de iniur.Fallit in cauſis ſpiritualibus.vt nota. per glo. in d.l.iij.in princip.& per doc. in d. c.ſi.item fallit ſi cauſæ ſunt magnæ, quę criminalibus exequantur.argumen.l.propter litem.Et dicuntur magnæ vel paruæ,ſecundùm qualitatem perſonarum.argumen.l. ſed & ſi ſuſceperit.§.primo ff.de iudi. cognoſcitq́; hoc attento præiudicio modico,vel magno,quòd ſperatur ex ſententia poſſe inferri:vt in dicto capitulo ex inſinuatione.vel ſi eſſet quæſtio de ſola poſſeſſione.arg.l.j.C.ſi de mom.

12 † Deinde quæritur, an iudex præſciſè tenetur hoc iuramentum deferre?dicunt canoni. in dicto capitulo fina.quòd non.ſed legiſtæ tenent oppoſitum, per text. in d.l. bonæfidei. Tenetur tamen pars hoc requirere ante concluſionem cauſæ, & ſic ſeruat conſuetudo.argumen.l iij.§.hoc autem. & quod ibi not.per Barto.ff.de damno infecto. Solet vlterius queri,an duæ ſemiplenæ probationes, faciant vnam plenam. Dicunt quidam, aut iſtæ duæ ſemiplenæ ſunt eiuſdem generis,puta,duo teſtes,& tunc non faciunt vnam plenam.argumen. in l.vbi numerus.ff.de teſti. Aut ſunt diuerſi generis,vt puta,vnus teſtis,& confeſsio partis emiſſa aduerſario abſente, & tunc non faciunt vnam plenam.argumen.l.ij.§.fina.ff.de excuſa.tut. & ibi per gloſ.& in l.ſpado.§.qui plura.eodem titulo C. qui nume.tut.l.j.Bartol. verò tenet in dicta lege admonendi.quòd quando tendunt ad eundem effectum,etiam ſi ſunt diuerſi generis,faciunt plenam probationem:per text.in c.fina.de ſucceſ. ab inteſta.& in c.j. extrà de appella.& in c.veniens. el.j. de teſt. nec ob.contraria, quia loquuntur in duobus imperfectis tendentibus ad diuerſos fines,& effectus. hîc autem loquitur, quando tendunt ad eundem finem & effectum. videlicet vt iudici conſtet & fiat fides de veritate,quæ veritas nedum percipienda eſt ex vno genere probationis,ſed etiam ex pluribus:vt l.iij.§.eiuſdem.ff. de teſt.Sed circa prædicta quæritur de eo quod quotidie occurrit de facto. Ecce actor ſuam intentionem plenè probauit per inſtrumenta vel teſtes,reus verò ſuam defenſionem oſtendit per vnū teſtem,vel aliter ſemiplenè probauit,an hoc caſu locus erit huic iuramento?videtur quòd ſic, quaſi per hanc ſemiplenam probationem detractum ſit plenæ probationi actoris, & facta ſit ſemiplena. arg.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pac. Doctores communiter iuris ciuilis ſic diſtinguunt, aut probatio rei eſt directè oppoſita,& contraria probationi actoris,& tunc præualet probatio actoris, nec in aliquo minuitur ex probatione rei:argu.in l.ob crimen.in fi.ff de teſt.quia plenum extinguit ſemiplenum,non autem econtrà:vt in l. iubemus. Sed de iure canonico aliter ſentitur:vt not.in d.c.
13 ſi.extrà de iureiu.† Quid autē ſi tam actor quàm reus ſemiplenè probauerit,& ſic vtriuſque probatio,eſſet imperfecta, an erit locus huic iuramento?dicit Barto.quòd non, per text.in d.l.j.C.qui &
14 aduer.quos.† Rurſùm conſueuit dubitari,ſi lege communi , vel municipali cauetur , quòd ſuper aliquo facto ſtetur iuramento [a] partis, an ſufficiat ſimpliciter iurare, & ſic an debeat maximè ſi interrogetur exprimere cauſas & rationes:quibus

a Iuramento. Sed quæro circa hanc materiam infra tactam damnorum datorum,quid ſi mortuus eſt qui iurare debeat,an hæres poterit iurare de damno?Bald. in l.iij. in princip.ff.de iureiu.quia priuilegium probandi ſacramentis,non tranſit in hæredem,licet alia ſic, & in l.ij ff. de condi.inde.per tex. no.in l.generaliter.in princip. C. de re.cre.& iur. & ibi per Bal. & bene facit quod no.in l. Pompo. ſcribit , ſi frumētum. §.fin.de rei ven.& per Bar. in l.inter ſtipulātē.§.ſi ſtichum.ff. de ver.obli. & ibi per glo. & Bart. in vtroq; loco. quòd onus declarandi intētionem ambiguam nō trāſit ad hæredes. q a non egreditur perſonam proferentis.circa iſtā materiam quæro,dictat ſtatutū quòd credatur iuramento domini,ſi ue poſſeſſoris.an debeat conſtare de poſſeſsione.?Spe. quòd ſic.ti.de prob.§.ſi.ver.ſed pone ſtatutū.Io An.in c.quoniā. in vij.col.vt li.nō conte.Ang.in l.diuus.ff.de teſ.mi.& ibi Bal.& hæc quādo ſtatutum requirit aliquid rectum pro fundamento,puta dicit,quòd ſtatur ſacramento domini de dāno dato.ſecus ergo ſi dicit ſtatutū,quòd in cauſis dānorum datorū,ſufficiat iuramētum,quia tūc per iura probabitur dominium & poſſeſ. & quicquid illam cauſam attingit.Ita Barto.in l.ſolet.de alimen.& cibar.legat. ita Bal.in l.j.C.de rebus credatis & iureiuran.qui ita diſtingunt.vt ſuprà & aliud no.dicit Bald.in l.non erit.§. dato.de iureiuran.quòd vbi ſtari debet iuramento accuſatoris de damno dato,quòd reus debet primò reſpondere.c.veniens.extrà de teſ.Specu.titu.de.j.decre.§.reſtat.verſi.quare.& ſi ex forma ſtatuti debet iurari,infra octo dies,iurat poſt reſpon.rei.& ſi iurat poſt viij.dies,non valet.l. ſi ea C.qui accuſa.non poſſunt.

Quæro etiam dicit ſtatutum,quòd ſtetur dicto campari,pars verò videns camparium falſò accuſaſſe,dicit, domine iudex peto rem ſubijciatis oculis.quia contrarium apparebit, an audiatur? dic quòd ſic.quia probatio oculorū inſpectione,euidientior eſt alijs quibuſcunque: gloſ.in rubr.ad l.Aquili.Bald. in l.contra negantem.C. ad l.Aquil. & in l.Deo nobis. C. de epiſcop.& cleric.in

bus mouetur ad sic iurandum? Dicunt quidam quòd si de causis interrogetur, debet eas exprimere exemplo testis, cuius officio nunc fungitur, aliàs non tenet, nec valet iuramentum. argument. l. solam. C. de testamen. & notatur in l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transactionibus. & in capitul. causam quæ. de test. cum similibus. Ad quod bene facit quod nota. idem Barto. in leg. Theopompus. ff. de dote prælegat. & per aliquos in l. contra negantem. C. ad leg. Aquiliam. In contrarium videtur dicendum, quia l. non requirit causam exprimi, ergo sufficit sic iurari, vt lex defert. argument. in l. non rei. §. dato. & l. iij. in fine. cum l. sequen. ff. de iureiurando. Nec obstant contraria, quia negatur ipsum fungi officio testis, imò fungitur officio iud. vt l. finali. C. de fideiussoribus. Sic ergo si iuretur in casu l. si quando. C. vnde vi. & l. j. §. si quis argentum. ff. depositi. cum similibus, non requiritur expressio causæ. Et hæc faciunt pro istis publicanis, seu pedagiarijs, quibus ex forma suorum capitulorum creditur super inuentionibus & fraudibus commissis circa eorum pedagia proprio iure cum vno teste, vel sine. honestius tamen esset causas exprimere, quàm confusè iurare, & multi vadunt sic iurantes ad domum diaboli. Superest vt aliqua pertingamus ad iuramentum affectionis pertinentia, quod à iure ciuili iuramentum in litem appellatur, de qua specie iuramenti loquitur totus titul. C. & ff. de in litem iurando. Forma iurandi in hac specie iuramẽti longè differt à præcedentibus, quia hic per iuramentum pars æstimat rem super qua iuratur: non secundum veritatem, sed secundùm affectionem quam ad ipsam rem habuerit, vel habet: vt infrà patebit.

15 † Quæramus ergo quando locus sit huiusmodi iuramento. Dic breuiter, quòd quatuor concurrentibus defertur huiusmodi iuramentum. Primò si interueniat dolus aduersarij. Secundò qualitas & natura rei ad hoc apta. Tertiò debita qualitas actionis. Quartò habilitas personæ iurantis, quæ sic declara. Dixi enim primò exigi dolum ex parte aduersarij, quod ideò est, quia propter culpam etiam latam non iuratur in litem: vt l. ij. & iij. C. de in litem iuran. Fallit in tutore, cõtra quem iuratur. vt l. ij. & iij. C. de in litem iurando.

16 † Qualiter autem dolus probetur, quia in dubio dolus non præsumitur: vt l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. Respondetur quòd de dolo probatur per indicia & argumenta: vt in l. dolum. C. de dolo. & l. dolus. C. de rescindenda venditione.

17 † Sed quo tempore debet interuenisse dolus, vt iuretur? Dic breuiter quòd in actionibus bonæfidei sufficit quòd dolus interuenerit tempore contractæ obligationis, vel posteà, & in non obediendo seu satisfaciendo parti, & multòfortius si dolus fuerit commissus in non obediendo iudici: vt lege prima. §. in depositi. ff. depositi. & l. iij. §. in hac. ff. commodati. & lege, in actionibus. ff. de in litem iurando. In actionibus autem stricti iuris, vel arbitrarijs requiritur dolum esse commissum post sententiam latam in non parendo iudici: vt lege, qui

rubrica. C. de probationi. vbi dicit quòd est optima & superlatiua probationum probatio ipsa per rei euidentiam. & in dicta l. contra negantem. dicit quòd aspectus rei derogat cuicunque generi proba. & in dicta l. Deo. dicit quòd omnis alia probatio vincitur, si aspectus contrarium testificatur, facit text. optimus in c. quod auctoritate inter rogasti. xvij q. ij. alleg. xxvij. l. j. C. de re iu. per Bald. post Iacob. Butr. & in l. j. C. si ad libert. quia tunc est notoriũ, cùm sit talis probatio per inspectionem oculorum, & est tale notorium, quod sine rubore negari non potest, quod non fallit, nec fallere potest intentionem iudicantis. ita Bald. in dicta rubric. de probat. & in l. ciues. C. de ap. & licet statutum diceret stari iuramento damnũ passi, & passus dãnum iurauerit. tamen re subiecta oculis si dãnum, non est datum, Iudex iuramento stare non tenetur. no. in l. iij. & in l. admonen. ff de iureiuran. quia potest reprobari tale iuramentum, per Ang. in l. qui restituere ff. de rei ven. & in l. qui vas. ff. de fur per gloss Ioan. de rau. & Gemi. in c. ij de tempo. ordi. libro vj. Idem gloss. quam allegat. Bald. in d. l. j. C. de reb. cred. & in capit statutum. super verbo, iuramentum. de re. lib. vj. per Bald. in l. si tutor. C. de peri. tutor. quia debet intelligi statutum stari iuramento accusatoris, nisi contra probaretur. & ideò Bald. in dicta l. j. C. de re iudicata. videtur dicere etiam ex alijs probationibus, quàm inspectione oculorum. Bald. verò tenet contrarium in dicta l. iij. aliàs in l. non erit. §. dato. ff. de iureiurand. allegat Iaco. de Are. in dicta l. j. C. si aduers. lib. per tex. in dicto §. dato. quod non potest reprobari tale iuramentum, etiam si appareat ex euidentia rei contrarium, sed dictũ suum ibi ex præmissis non puto verũ. sed Angel. in l. qui bonis. §. qui damni. ff. de damno infecto. videtur tenere idẽ quod Baldus in §. dato. dicens, quòd vbi statutum vult stari iuramento partis, puta de damno, dato iuramẽto accusatoris, tunc iudex debet inuestigare, an verè sit iuratũ, si reperit nõ verè iuratum, non tenetur stare iuramento. secus si statutum diceret stari iuramento tertij, puta saltuarij. tunc iudex, nihil aliud inuestigat, quia probatio est sibi plenè facta, sed damnum patiens ex relatione nuntij recurret contra eum si eam falsam dixerit. allegat Iacobum de Aretio. in lege prima. C. si ad libertatem proclamauerit.

restituere.in fine.ff. de rei vendicatio.& in l.arbitrio.in princip.§.j. de dolo. Ex quibus patet quòd iudex in huiusmodi arbitrarijs actionibus defert hoc iuramentum post sententiam super re principali latam:vt in d.l.qui restituere,cum similibus. quo iuramento præstito ferret posteà aliam sententiam ipsius iuramenti executoriam:vt l.si cum excep.§.in hac.ff.quod metus causa. Sed in actionibus bonæfidei,iudex defert hoc iuramentum lit. contestat.ante sententiam suam, probato de dolo aduersarij in non parendo ipsi parti: vt in d.l. in

18 actionibus.& l.ij.ff. de in litem iurando. † Secundo casu principaliter dixi,quòd debet attendi qualitas, & natura rei super qua iuratur, quod ideò dictum est, quia non in omnibus rebus cadit affectio,puta in nummis: vt l.nummis.ff.de in litem iurando. Nisi fortè loco speciei cederent, in qua specie fuisset dolus directò commissus.argumen. in l. penulti.§.j.ff. ne quis eum qui in ius vo.est. In libro ergo, equo,domo, & simil.in quibus potest

19 cadere affectio, iuratur in litem. † Tertiò dixi principaliter, quòd debet attendi qualitas, & natura actionis intentatæ, quòd ideò dicitur, quia nō in qualibet actione iuratur in litem, sed solùm in tribus generibus actionum,videlicet in actionibus bonæfidei directis, vt in d.l. in actionibus. & l.iij.§.in hac.ff.commoda.& l. in depo.ff.deposit.l. si quis.ff.locat. cum similibus. Secus autem est in contrarijs.l.si quis.ff.loca.& l.apud quem.ff.deposi. Et eodem modo iuratur in actionibus realibus, puta in rei vendi. hypoteca. publiciana, confessoria,&.similib.vt d.l.in actionibus.& institut. de actionibus.§.præterà quasdam actiones.& l.si fundus.§. in venditione.ff.de pignorib.& l.eum qui.§. publiciana.ff.de public.& l.harum.in fine.ff.si serui.ven. Item iuratur in actionibus arbitrarijs: vt in d.§. prætereà. dicuntur autem & appellantur omnes illæ actiones arbitrariç, in quibus ad iudicis mandatum res petita non restituitur, siue sit actio personalis,siue in rem, siue mista:vt d.l. qui restituere. & in d.§. preterea. licet gloss. in d.l. in actionibus. excipiat plures casus,sed rectè considerando secundum Bartol. omnes illi casus comprehenduntur sub hac regula vno excepto, qui habetur in l.j.ff. ne quis eum qui in ius voc.est. Dixi vltimo,quòd considerari debet habilitas personę iurantis, quia non omnis iurare potest,sed is solus admittitur,qui est maior,& dominus vel loco domini reputatur, puta,tutor: vt l. quod vulgò. & l. si tutor.ff. de in litem iurand. & l. videamus.

20 eodem titul. † Deinde scias, quòd hoc iuramentum defertur solùm à iudice, non à parte: vt d.l. videamus.§. deferre. & moderatur & taxat iudex quantitatem vsque ad quam iuretur, quo pręstito si noua instrumenta à reo producantur, poterit reum absoluere.& in his duobus sapit naturam iuramenti necessarij: vt habetur in d.l.videamus.§. iurare.cum sequen.& l.arbitrio.ff.de dolo.Et adde quę dixi suprà, super primo libello.in gloss.super verb.interesse.&c. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Quæ sint doli exceptiones speciales & generales?*
2 *Quando sit opponenda doli exceptio generalis?*

1 DOLI exceptione. † Scire debes pro declaratione huius exceptionis, quòd quadruplex est exceptio doli: vt nota.per gloss.& docto. in l. qui se debere.ff. de conditionibus ob causam. vnde valet quę datur, quando contractus fuit initus seu factus per dolum,qui nascitur tempore ipsius contractus:vt in l. eleganter. in princip.ff. de dolo. & in l.ij. in principio.ff. de doli exceptione. Alia est quę datur in locum non numerat.pecun. & hęc nascitur tempore quo agitur: vt l.ij. circa versicul.prouide.ff. de doli exceptio. Tertia quę datur in locum pacti, vel iurisiurandi: vt d.l.j.§. item queritur.de do.exceptio. Quarta est illa quę facti est, vel intentionis iuris in se nihil continens: vt verbi gratia, quando nullam habet actionem, & de facto tantùm agit,& contra eum reus de facto excipit, de qua loquitur text. in l. qui se debere. Est & quinta species generalis, quę datur in locum cuiuscunque alterius exceptionis, & pro quacunque exceptio. de qua loquitur tex.in d.l.ij. §.generaliter. & not.per gloss.in l. si ex cautione.

2 C. de non numerata pecunia. † Consilium ergo bonum est, quòd vbi dubitatur de certa specie exceptionis, quòd semper opponatur hęc generalis exceptio doli, quę sufficit pro omnibus, & in processu liquidare de certa specie exceptionis, puta vel solutionis, vel pacti, vel iurisiurandi, aut pręscriptionis & simili. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Exceptiones peremptoriæ opponuntur ad duplicem effectum,ad impediendum processum,aut ad merita causæ.*
2 *Exceptiones quæ opponuntur ad impediendum processum, quot sint?*
3 *Omnis exceptio impedit processum, qua proponitur im actori non esse.*
4 *Exceptiones oppositæ ad impediendum processum, statim probari debent.*
5 *Lata sententia contra exceptionem oppositam ad impediendum processum, an reus in alio iudicio per modum agendi possit ius suum proponere?*
6 *Sunt quædam exceptiones impedientes litis processum, quæ non tangunt merita causæ.*

1 QVO AD impediendū processum. † Sciendum est pro huius euidentia quòd sunt aliquę exceptiones peremptorię, quę possunt proponi ad duplicem finem seu effectum, videlicet ad impediendum processum, & ad merita causę. & si opponantur ad impediendum processum, debent opponi ante litem

tem contesta.& in hoc sapiunt naturam dilatoriarum.Si verò opponantur ad merita causæ,debent proponi post litem contestã,sicut aliæ peremptoriæ,proutiplenè traditur per gloss.in l. exceptionem.C. de probatio.& l.peremptorias.C.sent.est resc.nõ posse.& aduerte ne decipiaris,quia alia est forma opponendi ad processum,alia verò opponendi ad merita.Qui enim opponit ad processum, vtatur forma de qua hic.vel dicat,non potest procedi obstante exceptione tali,vel non potest agi, quia sine actione nemo experitur.Secus si diceret, tu non foues iustitiam.vel si dicat simpliciter,peto me absolui,quia præscriptum est,vel factum pactum de non petendo,& similia.quia tunc videretur exceptio opponi ad merita causæ:vt no.Barto. in l.cùm quærebatur.ff.iud.sol.

2 † Sunt autem secundum aliquos numero quatuor illæ peremptoriæ exceptiones, quæ possunt opponi ad processum,videlicet exceptio transactionis,iurisiurandi,rei iudi.& præscriptionis:vt hodie est decisum in c.j.extrà de lit.contestat.libro vj.licet de præscriptione esset olim dubitatio: vt de his plenè not.per Bartol.in l.nam & post eà.in princip.ff.de iureiuran.& Iaco.Butri. in l.omnes.C. de præscrip.xxx.ann.& l.emptor.C.de præscrip. lon. tem.facit quod habetur in l.post rem iudi.ff.de re iudicata.& in l.eleganter.§.si quis post.ff.de condi.indeb.

3 †Sed & amplius secundùm Bart.dici potest, quòd omnis exceptio, qua proponitur ius deficere ipsi actori,habeat processum impedire. verbi gratia, exceptio solutionis & acceptilationis, quia scribitur quòd sine actione nemo experitur:vt in l.si pupilli.§.videamus.ff.de nego.gest.& in l.quoties.§. item si temporali.ff.de admini.tu.Et sit ratio prædictorum,quia istę exceptiones sunt repertæ causa dirimendarum litium:vt in l.fratris.C. de transa.& in l.j.ff.de re iudic.l.j.ff.pro suo.Ideoque,litis prosecutionem impediunt:argu.l.terminato.C. de fructi.& litium expen.

4 † Et hoc verum, si tales exceptiones possunt incontinenti probari.aliter autem si requirent altiorem indaginem,non impedirent processum,sed reseruarentur post litem contest.vt ipse Bart.not.in d.l.cùm quærebatur.

5 † Sed quid si opposita exceptione fuerit super ea contra eam lata sententia,an in alio iudicio per modum agendi poterit ipse reus iterum ius suum proponere?videtur quòd sic, per ea quæ habentur,& notan.in l.à diuo pio.§. si super rebus.ff.de re iud.In contrarium determinat Inno. in c.super spoliatione.extrà de ordine cog.& Barto.in l.duobus.ff.de exceptione rei iudicatæ.

6 † Denique notandum quòd aliæ sunt exceptio.impedientes processum,quæ non tangunt merita causæ,vt exceptio iudicis incompetentis, falsi procuratoris, litis pendentiæ, & quædam aliæ declaratoriæ iudicij, de quibus extrà,de ordine cognitio.per totum.& C.de ordine iudicum.per totum.

EPITOME.

1 *Quæ sit natura exceptionis expensarum?*
2 *Bonæfidei possessor si cadat à possessione,an in modum agendo poterit sumptus repetere?*
3 *Possessor si tradidit possessionem rei bona fide,nulla facta retentione impensarum poterit per certi condictionem possessionem repetere.*

1 EXCEPTIONEM Expensarũ. † Hæc exceptio vtitur æquitate.sicq; huic bonæfidei possessori tales expensæ sunt restituendæ antequàm compellatur rem restituere:vt l.in hoc iudicio.ff.communi di.l.si area.C.de rei ven.facit §. cùm quis.& quod ibi not.institu.de re.di. Tenetur tamen hic bonæfidei possessor fructus ex re perceptos,cum sumptibus compensare,quòd est notabile:vt traditur in l.sumptibus. & l.emptor.ff. de rei ven.& no.per gloss.in l.fundo.ff.de rei ven.

2 † Quid autem si hic bonæfidei possessor cadat à possessione,an in modum agendi poterit hos sumptus repetere?multiplex est opinio, dic plenè per Cy.in l.domum.C.de rei ven.& insti. de re.diui.§. ex diuerso.& d.l.in fundo. Conclusiuè autem distingue,aut talis impensa est facta animo obligandi dominum rei,vt faciunt isti conductores, procuratores,negotiorum gestores,& similes,& tunc potest repeti per actionem negotiorum gestorũ: vt l.si pupilli.§.sed & si quis.& l.Pomponius. & l. fi.& l.sed an vltro.§.j.ff.de neg.gest.Aut fuit facta animo nullum sibi obligandi,sed eius propriũ negotium gerendi,credens se teneri domino rei. & tunc hæc impensa est talis ad quam dominus rei non poterat compelli:vt in faciendo nouam cameram,& si.& tunc non competit pro tali impensa actio,sed sola retentio:vt in d.l.in hoc iudicio.& l. si in area.ff.de condi.inde. Aut est talis impẽsa ad quam poterat compelli, vt in funere defuncti, & tunc competit pro ea tam actio quàm exceptio: vt in l.at si quis.ff.de relig.& sum.fune.

3 † Aduerte tamen vnum singulare,quòd si possessor tradidit possessionem rei bonafide,nulla facta retentione impensarum, poterit per certi condictionem,ipsam possessionem auocare quasi indebitam,& inde expensas factas per exceptionem reseruare,vt probatur in l.quod si nulla.ff. de lega.j. & ibi per Cynum.& optimè facit l.hæres cùm deberat.cũ ibi nota.ff.ad Trebellianum.

EPITOME.

1 *Quæ sit vtilitas istius generalis reseruationis?*
2 *Quælibet exceptio peremptoria admittitur vsque ad sententiam.*
3 *Quot sint species exceptionum?*
4 *Dilatoriæ quot sint?*
5 *Exceptio diuisionis,an sit dilatoria vel peremptoria?*

Quan

6 *Quando opponatur exceptio peremptoria?*
7 *Quando posit probari peremptoria exceptio?*
8 *Per oppositionem peremptoriæ non inducitur litis contestatio.*
9 *Obijciens exceptionem, an videatur confiteri intentionem actoris?*
10 *Cùm dico me soluisse, videor fateri me obligatum fuisse.*
11 *An sit fundata intentio actoris agentis pro credito purè, si reus respondeat deberi sub conditione?*
12 *Plures exceptiones contrariæ, an simul proponit possint?*
13 *Lata sententia pro pretio contrà emptorem re nondum tradita à venditore, competit adhuc actio pro re ipsi emptori.*
14 *Exceptio competens reo principali, an porrigatur ad eius fideiussorem?*
15 *Exceptio competens actori, an competat eius successori?*
16 *Exceptio compensationis, an obsit successori?*
17 *Quibuslibet exceptionibus, an posit renuntiari?*

1 SALVIS Alijs exceptionibus. †Ista generalis reseruatio, si aliæ exceptiones specialiter non nominentur, parùm prodest, vt not. per glossam in capitulo quoniam contra falsam. extrà de probationi. licet sit vtilius hanc clausulam exprimere quàm tacere: vt tangitur in textu & glos. in capitulo. exposuit. extrà de dilationibus.

2 † Vnde pro latiori harum exceptionum doctrina sciendum est, quòd quælibet exceptio peremptoria admittitur vsque ad sententiam: vt l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. cum simili. secus in declinatoria, quæ regulariter ante litem contestatam ponenda est: vt in l. fin. C. de exceptioni. & l. ita demum. C. de procurato. & l. non ignorat. C. qui accusare non possunt. & l. sed & si suscéperit. in principio, & ibi notatur, de iudicijs. facit quod habetur in capitulo, pastoralis. extrà de exceptionibus. & in l. exceptionem. C. de probationibus. & ibi per Cynum. Nisi fuisset quis ignorans talem exceptionem sibi competere, quia tunc post sententiam audiretur: vt l. finali. C. si à non compe. iudic. & l. licet C. de procuratoribus. & l. non idcirco. in fin. ff. de iudicijs & not. in d. l. exceptionē.

3 † Deinde est sciendum quòd exceptionum alia est dilatoria, alia peremptoria, & alia anomala. Peremptoria quidem exceptio est illa, quæ ius actoris perimit, & confundit. cuius exempla sunt varia, vt exceptio iurisiurandi, rei iudicatæ, transactionis, pacti de non petendo, solutionis. & similia. vt institu. de exceptionibus. §. primo. & §. appellantur.

4 † Dilatoriæ sunt duplices, nam quædam sunt dilatoriæ iudicij, quæ declinatoriæ appellantur. Quædam sunt dilatoriæ solutionis: Dlatoriæ seu declinatoriæ iudicij sunt, per quas euitatur persona vel iudicium: vt patet in exceptione, quæ opponitur contra rescriptum, de qua in l. præscri. C. si contra ius vel vtili. publ. cum si. Item exceptio feriarum, loci non tuti, falsi procuratoris, & personæ minoris, vel non legitimæ ætatis stare in iudicio, & aliæ plures: vt ff. de exceptionibus l. iij. in fine. Idem in exceptione spoliationis, de qua in capitulo, cum dilectus. extrà de ordi. cognitio. Dilatoriæ autem solutionis sunt, pactum de non petendo ad tempus, vel si obligatio sit in diem concepta, & agatur ante diem: vt in d. l. iij. §. j. & Institut. de exceptioni. §. temporales. quæ exceptiones opponi debent ante litem contestatam: vt plenè notatur in capitulo exceptiones. extrà de exceptioni. Anomalę verò sunt illæ quę nec sunt simpliciter peremptorię, nec simpliciter dilatoriæ, sed secundùm quid participant aliquando de vtroque, vt patet in exception. ne quis conueniatur, nisi quatenus facere posit, de qua traditur in l. sunt qui. & l. sequen. ff. de re iudica. & hoc secundùm Goffre. in summa, extrà de exceptioni. Sed gloss. in dicta lege tertia. in fine. de exceptio. dicit hanc exceptionem esse dilatoriam. Quam opinionem etiam sequitur gloss. institu. de exceptioni. §. appellantur. Item patet in exceptione non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis: secundùm Goff. vbi suprà. gloss. verò in dicto §. appellantur. tenet quòd vtraque est peremptoria quo ad onus probandi, licet quo ad alia sit dilatoria, primam opinionem tenet Dy. vt refert Cy. in d. l. exceptio. C. de probatio. Item est anomala omnis exceptio per quam ostenditur iudicium retro fuisse nullum: secundùm Goffredum. cùm huiusmodi exceptio posit opponi in quacunque parte litis ante sententiam, & etiam post. vt nota. per glossam in dicto §. appellantur. & infrà dicam. Item est anomala exceptio competens fideiussori, vt prius conueniatur principalis quàm ipse, vt notatur per gl. in d. l. iij. licet Pet. dicat ipsam esse dilatoriam: vt refert Cyn. in d. l. exceptio.

5 † Sed quid dices de exceptione diuisionis, qua vti solent inter se fideiussores, mandatores, & constitutores: vt traditur in lege finali. C. de constit. pecu. & l. inter fideiussores. ff. de fideiussor. cum simili. Dicunt quidam quòd est dilatoria, alij quòd est peremptoria. quorum opinio sequitur gloss. in l. fideiussor. C. de fideiusso. & Dyn. in l. si dubitetur. ff. de fideiusso. & Cyn. in d. l. exceptio. idem est in excusione competenti possessori rei obligatæ contra creditorem, vt prius conueniatur debitor, & eius bona excutiantur: vt nota. per glossam. in dicta lege tertia. ff. de exceptio. aliqui tamen dicunt eam peremptoriam, inspecto quòd euenire potest. argumen. in l. sufficit. ff. de conditio indebi.

6 † Rursum quæritur, quando opponi debeat hæc exceptio peremptoria? dic breuiter quòd regulariter opponitur lite conte. & probatur ante sententiam: vt in d. l. excep. & l. perēptorias. licet in certis casibus ad impediendū processum opponi posit ante li. conte. & in aliquibus casibus etiā post sententiam: vt not. gl. vbi suprà & not. per gloss. in

l.j.C.de iur. & fact.ignoran.& in d.§.appellantur.
7 & in l.tametsi.ff.ad Macedo. † Potest autem hæc exceptio peremptoria probari per testes etiã post publicationem testiũ actoris, quãdo exceptio non est directè contraria intentioni & actioni agẽtis, vt exceptio de non petendo, vel absolutionis & similes, secus si esset directò contraria: vt not.in l. per hanc.ff. de tempor.appel. & ibi per Cyn. & in authen. qui semel.C.de probatio.& in capitul.fraternitatis. extrà de test. Et nota quòd non sufficit oretenus vel allegationibus iuris has exceptiones opponere, sed apud acta sunt inscribendæ: vt in c. quoniam contra falsam.extrà de probationib.cum similibus. nisi exceptio esset ipsi obligationi vel actioni à suo principio annexa: vt si obligatio fuit contracta in diem vel sub conditione: vt nota.per Barto.in l.eum qui.ff.de verborum obligationibus.
8 † Item quęritur, an per obiectum exceptionis peremptorię inducatur lit. contestat. dic hodie decisum esse quòd non, licet olim esset dubitatio: vt traditur in capitul.fina.de lit.contestatio. libro sexto.
9 † Amplius quęritur de quęstione antiqua, an exceptionem obijciens videatur de intentione actoris confiteri? De qua quęstione plenè tangitur per Dynum, in d.l.exceptionem.libr.vj.& capitul.nullus pluribus. & per alios doctores in l.non vtique. ff.de exceptio. Ad cuius solutionem sic breuiter distingue, aut exceptio quę proponitur abnegat directò ius & factum in libello deductum, verbi gratia, proponit actor se numerasse pecuniam vel deposuisse, & si reus excipit nullam pecuniã fuisse numeratam, vel depositam & tunc manifestum est ex hoc reum non pręsumi quicquam fateri de intentione actoris, nec fundari in aliquo ius actoris, imò durius aggrauari in probatione fienda. vt l.ei qui dicit.ff.de probationib.& l. qui accusare.C. de edend.& in l.actor.C.de probationib.aut exceptio quæ proponitur nõ abnegat directò ius & factum in libello propositum, sed simpliciter abnegat ius ex facto descendens actori competere, verbi gratia, quia excepit se voluisse, & per consequens ius debiti extinctum esse, vel dicit præscripsisse, vel pactum de non petendo factum esse.& similibus. & dicunt tunc etiam quidam hoc casu non fundari ius actoris, nec videri eum de eius intentione aliquid confiteri. Et sit ratio, secundùm eos, quia actus tendens ad perimendum ius aliquod, nõ debet ius contrarium operari: vt l.cùm talem.§.fina. ff.de conditionibus & demonstrationibus. Nec debet nec solet eadem dispositio, contrarios inducere, nec parere effectus: vt l.qui hominem.§.fina.ff. de solu.& l.cùm is.§.j.ff.de conditioni.indeb.quod eueniret, si diceremus quòd eadem exceptio induceret probationem in actore, & defensionem in reo.& hanc opinio.tenet esse veram de iure Io. Andr.in d.c.exce.libr.vj. Idem est in exceptione compensationis: vt not.in d.c.cùm venerabilis.extrà de exceptio. Alij verò, & Dyn.& An.de pis. sic distinguunt in hoc artic. Aut hæc exceptio opponitur conditionaliter, aut purè. si conditionaliter, verbi gratia, dico te non deposuisse vel nunquàm numerasse, & inquantùm hoc appareat, dico me soluisse vel præscriptum esse, aut pactum factum forę de non petendo, & hoc casu procedit dicta regula: l.non vtique.& l.si quidem. C. de exceptionibus. & hic modus excipiendi est tutior & in communi practica. Aut opponitur purè, verbi gratia, dico me soluisse, & similia, & tunc videtur reus confiteri intentionem actoris, & in ipsum reum transfertur onus probandi suam exceptionem. Et sit ratio, quia vbicunque ad positionem vnius sequitur necessariò ad ipsum aliud antecedere, tunc confitendo consequens, videor ponere, & fateri eius antecedens: vt l.illud. & l. nec is.ff. de acquirenda hæreditate. quia priuatio præsupponit habitum: vt in l. decem.de verborum obligationibus.& in l.manumissiones.ff.de iustitia & iure. Ideò dicendo me soluisse, & sic solutione liberatum esse, videor includere & fateri me
10 anteà obligatum fuisse. † Sed dicet fortè quis, non sequitur hoc de necessitate, quia potuit soluisse indebitè. vt in to.titu.ff.de condictio.indebit. Sed respondetur quòd non præsumitur: vt in l. cùm de indebito. in fine. ff. de probationibus.
11 † Sed circa præmissa quæritur, quid si actor proponat sibi decem deberi purè, reus autem dicat se dare debere sub conditione, an sit fundata intentio actoris, sic quòd onus probandi conditionem incumbat ipsi reo? Ista quæstio pendet ex his quæ proximè dicta sunt, & Cyn.disputat eam in dicta l.exceptionem. de probationibus. & tangitur per gloss.in l. si quidem. & per ipsum Cyn. de confessi. gloss. communiter dicunt quòd est fundata intentio actoris. Pe. verò dicit oppositum, vt ibi refert Cyn. quia cum sit vna & eadem dispositio, non potest pro parte approbari, & pro parte reprobari: argument. in l. si ita stipulatio. in fine.ff. de operis libertorum. & l.nam absurdum. ff. de bonis libertorum. de quo vide Dyn.& Ioan. Andr. in dicta regul. exceptionem. & per Bartol. in l.decem.ff. de verborum obligationibus. & per eundem in l.Aurelius.§. idem quęsijt.ff.de lib.leg. & per Cynum.in l.ij.C.de donationibus ante nup. & per eundem Bartol.in l.non vtique.ff. de ex cep.
12 † An autem possint simul proponi plures exceptio. contrariæ? Dic vt plenè notatur per ipsum Bartol in l.nemo.ff.de exceptionibus.& per Dyn. & Ioan.Andr. vbi suprà. & latius in capitul.nullus
13 pluribus. de regulis iuris.libro sexto. † Inde quæritur de alio. Ecce Titius re vendita Sempronio, licet nondum tradita, agit cõtra eum ad pretium, & lata est sententia contra ipsum Sempronium, in cuius sententiæ executione ipse Sempronius excipit de re sibi non tradita, quæritur an sit audiendus? Dicunt quidam quòd non, quia talis exceptio, cum sit peremptoria, opponi debuit ante sententiam: vt dicta l. peremptorias.cum similib. Alij dicunt contrà & verius, quia ipsi Sempronio competit actio: vt l. emptorem. in principio. & leg. Iulianus. §. offerri.ff. de actionibus empti.

cum similib.ergo magis exceptio:vt l.j.§.cui domus.ff. de supe.ficieb. quia de hoc iure non fuit prius cognitum, nec decisum, vt in l.duobus. & l. penul.§.fina.ff. de excep.rei iudic.facit l.ex parte. in prin.ff.famil.hær.& l.fundus.C.de rescin.vendi. & l.si duo patroni.§.pen.& §.antepenul.de iureiu.

14 † Insuper quæritur,an exceptio quæ cōpetit reo principali,porrigatur ad eius fideiussorē.distingue, aut exceptio cohæret personæ, & illa non porrigitur ad fideiussorem, aut cohæret rei,& tunc sic: vt l.ex persona.ff.de fideiuss.& l.exceptiones quæ personæ.ff.de exceptio.cum similib. ibi nota.& eodem modo exceptio competens fideiussori,porrigitur ad reum principalem:vt l.fideiussorem.ff.de pact.cum ibi not. Attamen exceptio quæ competit vni fideiussori, ad eius confideiussorem non porrigitur, nisi per indirectum mediante persona principali:vt l.amissi.§.j.ff.de fideiusso.& nota.per

15 gloss. in d.l. exceptionem. † Item quæritur, an exceptio quæ competit actori, competat & eius successori? Dyn.in regula,qui in ius,sic distinguit, aut est successor vniuersalis, vt hæres vel bonorum possessor, & tunc dic quòd omne ius, tam agendi quàm excipiendi quod competebat defuncto vel contra eum actiuè, vel passiue transit in huiusmodi successorem: vt in d.reg.& l.cùm hæredes.& l.iiij.§.cùm quis.ff.de acquirend.possession. & in l.habetur.§. omne ius.ff.de acquiren.hæredi. aut est successor singularis, vt legatarius,emptor, cessionarius, donatarius rei singularis, & similes; & tunc subdistingue, aut est ius cohærens rei,siue reale, aut personæ, siue personale. Primo casu transit actiuè vel passiuè in singularem successorem:vt l.doli.§.cùm eum.ff.de contrahen.emptio. & l.etiam si rem.ff.de iureiurand.& l.in hoc iudicio.§. si inter socios.ff.communi diui.& in l.idemque.§.final.ff.pro so.l.emptori.ff.de hære.ven.l.si. in princi.ff.de excep.rei iudic.& l.si à te.& l.si exceptio.& l.si mater.§.idem Iul.& ff.de pi.l.si superatus.in fi.cum similibus.vbi autem est personale, siue cohærens personæ, tunc aut est ius merè & strictè personale,aut non merè,sed simpliciter,aut personale in rem scriptum. Primo casu tale ius finitur cum persona, nec transit in alium, nisi mediante cessione:vt l quis ergo casus. in fin.de pec. & in l.omnes autem.§. si hæres ff.vsufruct.queãd. caueat.& ff.de contrahend.emptio.l.quod sæpè.§. si res.ff. de edend.l. quædam.§. is autem. & ff. ad Trebellian.l.j.§.si hæres.ff.de action.& obligatio. l.cùm.ff. de ædilitio edict.l sciendum.§. deinde.ff. de pecu.legat.l.peculio.ff.de verbo.signifi.l.sciendum.§ fina.Vbi autem personale simpliciter,tunc considera, aut enim successor singularis habet titulum lucratiuum aut onerosum.si lucratiuum vel quasi,transit in eum,si onerosum,tunc aut vult vti accessione ex persona sui actoris, sed vult vti iure suo tantùm,& tunc non transit in eum:vt hęc probantur ff.de exce.l.si rem legatam.& ff.de dol.exceptio.l. apud Celsum.§.de auctore.& in §.si cùm legitima.& in §.si quidam. Tertiò autem quando est ius personale in rem scriptum, tunc transit actiuè & passiuè in singularem successorem, sine aliqua cessione: vt l. si tertius.§.si quis prius.ff. de aqua pluuia arcend.& de itiner.actuq; priua.l.apparet.§.j.ff. de aqua pluuia arcend.l. emptor. & l. post venditionem.ff.quor.legat.l.j.§.illud. Cætera autem dic, vt plenè not.per Dyn.in d.reg.& l.priuilegia.ff.de reg.iu. Et ex his determinat,secundum Dyn. quòd si quæratur, an exceptio excommunicationis obstet successori, nam debet subdistingui modo quo suprà, aut successor habet titu-

16 lum lucratiuum, aut onerosum. † Quid autē erit in exceptione compēsationis,an obstet successori? Dy.dicit quòd sic.cùm hæc exceptio rei potius cohæreat personæ:quod patet, quia transit ad fideiussorem:vt l.si quis.ff.de compen.pro qua opinio. facit text.in l.fi.ff.de excep.rei ven.& ff.communi diui.l.in hoc iudicio.§. si inter socios.& d.l.idéque. §.Seio.ff.pro so.quam opi.tenet Guil. de Cu.in l.si quis in rem suam.ff.de procu.& ibi per gl.& doct. & eam sequitur Albertus in tit. de excep.& in tit. de procurat.in rem suam.ver.sed nunquid.& Spec. in tit.de procur.§.sequitur.ver.sed nunquid contra

17 procura.& Cyn.in l.eius.C.de compen. † Vltimò quæritur, an prædictis exceptionibus & alijs sim. possit renuntiari, quod est vtile scire propter statuta terrarum, consuetudines & quotidianas renuntiationes, quæ fiunt quotidie in instrumentis. In qua quæstione doctor. vario modo se habent. Nam Cyn.vno modo distinguit in l.si quis in conscribendo.C. de pact.Iacob.autem de Belui.aliter distinguit,in auth.vt sine prohi.ma.debi. & credi. col.vij. & ibi not.per glos.Alij alio modo tradunt, in l.ius publicum.ff. de pact.Sed aduerte,quædam sunt iura expresè prohibentia aliquid fieri,& istis non pōt renuntiari: vt l.j.C. ne fide.do.den. & ibi not.per Cyn.& gloss.in authenti. si qua mulier.C. ad velle.& l.j.C.qui bo.ce.pos. Quædam sunt iura requirentia certam formam in aliquo actu perficiendo: vt patet in testamento, & similib.& istis etiam non potest renuntiari: vt l. nemo potest.& ibi nota.ff. de legat.j. Quædam sunt iura quæ simpliciter disponunt, & in his potest distingui, nam aut respiciunt publicam vtilitatem principaliter, & secundario priuatam, aut econtra respiciunt principaliter priuatam, & secundario publicam, aut principaliter & secundario priuatam. Primo casu non tenet renuntiatio: vt in l. ius publicum.ff.de pactis. & in l.iura sanguinis.ff de re. iur. & l.j. & C. sine cen. vel reli. cum similibus. Secundo casu dico idem. & sic intellige l.ij.C.de pactis dota. & l.j.ff.soluto matrimonio.l.conuenire.ff. de pactis dotalib.l.si vnus.§. illud.ff. de pact. l.vltima.C. de pact.l.finali.C. de pactis pignor.l. nec si nolens.C.de liberali causa.l.ij.§.sed qui veremur. C. de iuramento calumniæ. & in capitulo de causis. extrà de officio delegati. Tertio autem & vltimo casu, dic quòd regulariter potest renuntiari: vt dicta l. si quis in conscribendo. Codice. de pactis. & lege. pacisci. &

l.quæ

l.quæritur.§.si venditor.ff.de ædi.edict. Fallit in alimentis de futuro :vt est in l.cùm hi.§.si prætor. ff.de transactio.Item fallit in precario,cùm pactũ sit contra eius contractus naturam:vt in l.cũ precario.ff.de preca. Item fallit in l.in hoc iudicio. §. si conuenit. ff. communi diui. Ex quibus patet solutio ad illam quæstionem an possit renũtiari probationibus testium & instrumentorum?& gloss.in d.authent.vt sine prohibitione ma.debit.& cre.determinat quòd non.patet etiam sol.ad illam quæstionem, an quis possit renuntiare petioni libelli, & cuicunque formæ & solennitati iudiciali?& dicitur quòd non:vt not.in d c.de causis.&per Io.And. in d.c.sæpè.de verb.oblig.circa fin.& per eundem de hac materia,in c.si diligenti.exrrà de foro competen. Sequitur in litera.

IN EXPENSIS CONDEMNARI. Ista petitio expensarum non est omittenda in reo,sicut nec in actore,quæ non debentur sine requisitione partium,vt de his plenè not.est suprà in primo libello in glo.suprà versi.expensarum,vbi vide.

Forma positionum actoris.

CORAM vobis suprascripto domino vicario ponit per sacramentũ calumniæ suprascriptus Simon Spelta dicto procuratorio nomine infrascripta omnia & singula contra & aduersus suprascriptum Ioannem Olearium , in causa & quæstione simul inter ipsas partes vertẽte,ponens ac diuidens ipsas omnes & singulas de particula in particulam , ac petens & requirens ipsis omnibus & singulis coniunctim & diuisim,& de parte in partem responderi simpliciter , & purè, & clarè, & apertè , sine aliqua conditione, additione,vel alternatione per verbum credere, vel non credere. Primò quòd publica vox & fama,ac rei veritas fuit & est , ac se habuit & habet quòd quondam Petr.de furno tempore eius vitæ & maximè de ann.M.cccl.& antè & post vsque ad anni cursum. M.cccl.continuè tenuit & possedit pacificè & quietè petiam vnam terræ cultæ,quæ est perticarum capitul.positam,& iacentem & cohærentem prout in libello antecedenti in præsenti iudicio producto , latius exprimitur & continetur: Item pro sua & tanquam sua . Item spatio x.xx.xxx.& xl. ann. Item veris & legitimis causis & titul.Item quòd præfatus Petr . dictam petiam terræ titul.vendi.alienauit , & transtulit in antedictum.A. anno curso.M.ccccij.pretio flo.c. Item quòd dictus A.emptor dictum ipsum pretium soluit & dedit prædicto Petr. tempore dictæ vendi. Itẽ ꝙ d. Pet. dictum pretium fuit tunc temporis confessus habuisse & recepisse. Item quòd dictus And.ipsam petiam terræ tempore dictæ venditio. citra vsque ad ann.cur.M.cccel.inclusiuè cõtinuè tenuit & possedit prædictam petiam terræ. Item præsente sciente & patiente dicto Io.contra quem Ioan.datus est libellus. Item pro sua , & tanquam sua. Item veris & legitimis titu. item quod de prædictis omnibus & singulis fuit & est publ.vox & fama.

EPITOME.

1 *Probatio quando fit per confessionem est leuior in sui probatione , quàm cætera genera probationum , & efficatior in sui operatione.*

2 *Quid sit positio?*

3 *Super quibus debeant fieri positiones?*

4 *Faciens positiones,non debet facere positiones contrarias?quemadmodum nec respondens debet contraria respondere.*

1 POSTQVAM reus. † responsionem facit libello , litem etiã contestatus est , consueuit actor de iure suo probare, quia suæ assertioni simpliciter non creditur, nisi quæ in ipso libello complexus est probauerit : vt notatur in l. excusare.ff.de excusa.tuto . & in l. minoris.C.de pręd.mino.& l. doce ancillam.C.de rei vendicatio. ad quòd facit vulgaris regula l . ei qui dicit. ff.de proba.l.actor.C.de probatio.& l. qui accusare. C.de edendo.& eodem modo reus probare tenetur suam defensionem , vel exceptionem:vt l.j.ff.de exceptio.& in l. exceptionibus.in princip. ff de probationib.verum quia probatio fit tripliciter,videlicet per partis confessionem,per instrumentorũ productionem,& per testium depositionem.Illa autem quæ fit per confessionem est leuior in sui probatione & efficacior in sui operatione : ideò consueuerunt litigantes ab ea exordium sumere,facientes tales & similes positiones,prout qualitas causæ exigit,
2 vel natura. Videndum † est itaq; primo loco quid sit positio. quia , vt inquit fons eloquentiæ Tullius in libro officiorum,omnis quæ à ratione suscipitur , de aliqua re institutio , à diffinitione proficisci debet , vt intelligatur quid sit id de quo disputatur &c. Sciendum est ergo quòd vario modo diffinitur:vt refert Cyn.in l.ij.§.j. C. de iure calum . Potest tamen sic dici conclusiuè. Positio est quædam verborum formula iudicialis concepta , reperta ad eruendam veritatem per aduersarij responsio-
3 nem . Inde † quæritur de quibus & super quibus fieri possunt positiones? [a] Dic breuiter quòd

a *Positiones super quibus fiant. vide etiam per Alex.in l.j.§ .idem neratius.ff. de po.in ap. po . & ibi quòd extrahuntur de libello.*

a *Ponit. Adde quando producens poſitiones, videatur fateri contenta in eis, per Alex. de Imol. in conſil. lxxxiij. col. ij. verſi. pondero. in j volu. & in conſi. lxxj. col. ij. verſi. venio ad merita. in iij. volu & in conſil. clj. colū. j. in vj. col. Franciſcus Curt.*

b *Sacramentū calū. de hoc p Ale. in cōſ. lj. in v. vo. & vide gl. in l. j. C. de cōf. & Bal. in c. in pertractādis. extrà de iur. cal. vbi qd ponēs debet iurare illas eſſe veras. & p nouiſ. ī l. iudices. i n. fi C. de iudic.*

c *Confeſſo. Nota hîc ſcripta qd ad hoc vt quis habeatur pro cōfeſſo impoſitis in pœna cōtumaciæ requiritur qd ſit monitus & iuſſus in faciē à iudice, vt reſpōdeat. aliàs non habentur pro cōfeſſis poſitiones, tex. in c. ij. de confe. lib. vj. Bart. & Ang. in l. certū. in princ. ff. de confeſ. & Bart. alle ad idem Cyn. & doc. in l. ij. §. ſed ſi actor. C. de iur. calum. & Bart. & Ang. dicunt quod ſicut de iure tacens in reſpondēdo interrogationi, habetur pro confeſſo. & l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interr. ac. ſic & qui obſcurè reſpōdit, ſecundū gl. ibidē. & ideò eſt no. & bona practica ſecundū Ang. propter d. c. ſi poſt priſtinū, qd faciat ī faciē iuberi moneri partē, vt reſpōdeat poſitioni, & tūc ſi nō reſpōdet, vel obſcurè reſpondeat, habètur pro cōfeſſo in contumaciā nō reſpondentis, vel obſcurè reſpōdentis, & dicit qd aduocatus debet eſſe cautus ſi in faciendo, & hāc etiā opi. ſequitur, & tenet gl. pe. & ibi Gemi. in d. c. ſi poſt priſtinū, qd eſt c. ij. s. al. & Bart. & in d. §. qui tacuit. dicit qd tacēs habetur p cōfeſſo. quādo eſt pſens & iuſſus reſpōdere recuſat, abſq; rationabili cauſa. per d. c. ij. & ſic iudicio meo intelligit etiā d. c. ij. habere locum tam in interrogatoriis quàm poſitio*

ſuper & de his omnibus, quæ ad cauſam pertinent principaliter, vel incidenter, & quę probabilia ſunt quia id demum eſt poſsibile, quod eſt probabile & non aliter: vt in l. confeſsionibus. cum l. ſeq. ff. de interro. act. & not. per glo. in c. j. de confeſ. libr. vj. Fallit in certis caſibus no. per glo. in c. ij. eo. tit. & per Innocen. in c. dudū. lo ij. extrà de elect. & per Bartol. in l. Marcellus. ff. rerum amota. & per Bald. & docto. in l. ij. §. quando obſeruari. C. de iuramen. calum. & dicam infrà titu. proxi. & plenè not. Spe. in
4 tit. de poſi. † Sit tamen cautus ille qui facit poſitiones, ne ſint repugnantes vel contrariæ. Et eodem modo reſpondens ne contraria reſpondeat, vt in c. cùm in poſitionibus. extrà de iureiurando. libro vj. facit quod not. in l. vt debitum. C. de hær. ac. Redeo ad literam ibi.

EPITOME.

1 *Verbum pono, eſt ſimpliciter diſpoſitiuū & affirmatiuū eius quod ponitur ex parte ponentis.*
2 *Interrogationes & poſitiones qualiter differant?*
3 *Faciens poſitiones, debet iurare de calūnia ſi petatur.*
4 *Recuſans iurare, qua pœna afficiatur.*

PONIT per ſacramentum cal.
1 Hic † not. quòd hoc verbum, ponit, format poſitionem. Nā hoc verbum eſt ſimpliciter depoſitiuum & affirmatiuum eius quod ponitur ex parte ipſius ponentis, per quod colligitur aliud eſſe, poſitiones facere, & aliud interrogationes, cùm aliud ſit, ponere, aliud
2 interrogare. Quærendū † eſt ergo in quibus hoc inter ſe differat? ad quod reſpōdetur, quòd in pluribus. Primo qa ille qui ponit, affirmat eſſe, prout ponit. Ille verò qui interrogat, dubitat de eo quod interrogat. vt in fine, extrà de iureiuran. libro vj Item differunt in forma, quia poſitiones fiunt per
a hoc verbum, ponit,[a] ſed interrogationes per verbum, interrogat: vt ff. de interroga. actio. l. voluit. cum ſimilibus. Ille autem qui ponit, obligatur ex ſua poſitione, tanquam ex propria confeſſione, ſi reſponſio rei conueniat poſitioni. Ille verò qui interrogat, ad nihilum obligatur, ſed ſolus aduerſarius, ſcilicet ex ſua reſponſione: vt plenè tangitur per Cyn. & docto. in d. l. ij. §. ſed quia. & facit d. l. voluit. conueniūt autem inter ſe in pluribus, nā quo caſu obligatur reſpondens poſitioni, eodē modo reſpondens interrogationi: vt in d. l. voluit. & l. fin. eod. titul. Item ſi poſitio aliquo caſu nō admittitur, nec eo modo interrogatio: vt d. l. confeſsio-
b nibus. Item ſicut per ſacramentum[b] calū. reſpontur poſitionibus, ita & interrogationibus: vt in c. j. de confeſ. & notatur in d. l. ij. & latius infrà. de qua poſitionum materia plenè tractat Specul. in titul. depoſi. & glo. in d. c. j. & ij. de confeſ. libr. vj & Cyn. in d l. ij. & quidam alij. in l. vbicunque. ff
3 de interro. &c. Secundò † principaliter notandum eſt ex hac litera, quæ dicit per ſacramen. calum. quòd ille qui facit poſitiones, debet iurare de calum. ſicut aduerſarius, vt æqualitas ſeruetur hincinde. Et hoc intellige, ſi petatur iurari, aliter non tenetur quis offerre iuramentū: vt in d. l. ij. §. ſed quia. C. de iuramē. calumn. & ibi per Cyn,
4 Quid † ergo ſi alter ex his recuſet iurare, qua pœna mulctabitur? Reſpondeo aut actor recuſat & cadit ab actione ſua, aut eſt reus, & tūc habe
c tur pro confeſſo,[c] & priuatur excep. ſua: vt hæc habentur in d. l. ij. §. quòd ſi actor. & in c. fin. extrà de iuram. calum. & facit l. non alienū. ff. de inter. ac. de hoc autem iuramento calumniæ, plenius vide ſuprà in primo libello, in gloſſa finali. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Procurator ad lites an poſsit facere poſitiones?*
2 *Procurator non poteſt ponere vel reſpondere, ſi dicat aduerſarius principalem eſſe legaliorem & inſtructiorem.*

SIMEON SPELTA DICTO PRO-
1 curatorio nomine. Hîc † quęritur nūquid procurator ad lites poſsit facere poſitiones, in cauſa, vel factis per aduerſarium reſpondere? ad quod breuiter ſic diſtingue, aut eſt procurator ſpecialis ad certas poſitiones faciendas, vel ad certis reſpondendū, & tunc manifeſtū eſt poſſe ipſum poſitiones facere, & factis rńdere: vt in d. §. ſed quia veremur. cum ſeq. aut eſt procurator generalis cū libera,

libera.& tunc aut positiones tendunt ad conseruandum ius domini sui.& tunc idem quod in priori casu,quasi hoc videatur in mãdato cõprehendi: vt traditur per Bar.& alios in l.nõ solũ.in prin.ff. de proc.& l.si procurator.&l.indebitã.ff.de cõd.in de.aut positiones & responsiones tendunt ad tollendum & extinguendum ius domini sui. & tunc nec factę positionẽs,nec responsiones domino prę iudicant.ar.in l.filiusfa.in prin.ff.de do.

2 † Si tamẽ aduersarius diceret,quòd persona domini est instructior,vel legalior suo procuratore,tũc non audiretur procu.ad ponendum, vel respondẽdum,nisi haberet specialissimũ mandatum ad sic ponendũ,vel sic respondendum:vt habetur in l.fi. C.de procu.&c. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Volens respondere absolutè, non diuisim auditur,quia non cogitur.*

1 PONENS Ac diuidens.† Hic aduerte quòd licet ponens à seipso faciat hanc diuisionẽ,tamen aduersarius respõdens põt per se diuisim respondere,secundum Io.An.vt per eum no.in d.c. j.& si fortasse vellet respondere absolutè, audiretur.quia ratione partis falsæ potest tota positio negari:vt not.in l.is qui ducenta.§.vtrum.ff. de reb. dub.licet Inn.tenuerit contrarium in c.ij. de test. lib.vj. Sequitur in litera.

RESPONDERI. Quid si sit contumax in respondendo?dic quòd si fuerit personaliter iussus & monitus per iudicem,habetur pro confesso in pœnam suæ contumaciæ:vt d.c.ij. cui congruit quod alibi scribitur in l.consiliarios.C.de asses. & me.& vide quod no.infra ti.proxi.super verbo,trãsmissarum. Sequitur in litera.

SIMPLICITER. Quid autem importet hoc verbum,simpliciter,tãgitur per Bar.in l.j.§.si quis simpliciter.ff.de ver.ob.& l.j.in prin.ff.de vulg. & pup.& de eo loquitur tex.in l.j.§.j ff.de alea. & in c.sæpè.extrà de verb.sig.de quo vide.in tit.proxi. in gl.pe.in fi.

CLARE. Merito petitur clarè responderi, quia dubia vel obscura responsio non releuat: vt in l.de ætate.§ nihil.ff.de interrog.ac.

SINE ALIQVA Conditione.Quid igitur si positioni puræ facta est responsio sub conditione, an sit fundata intentio ponentis,si de conditione non probetur?dicunt quidam quòd sic. Alij cõtra, vt plenè no.In l.si quidem.C.de excep.Super quo vide quę sunt not.super ti.proxi.in gl.saluis alijs exceptionibus.

EPITOME.

1 *Iuramentum per quod respondetur ad positiones est credulitatis non veritatis,& hoc in ciuilibus.*
2 *An poßit fieri positio per verbum credo?*
3 *Positio negatiuè concepta admittitur.*

1 PER Verbum credere.† Hic no.quòd tale iuramentum non est de veritate sed de credulitate.Attamẽ idem in vtroque surgit effectus. Nam pariformiter obligatur respondens: vt l.fin. & l.voluit.ff. de inter.act. & no.in c.ex literis.extrà de iureiu.Et hæc procedunt in causis ciuilibus. In criminalibus autem positionibus debet responderi cum iuramento veritatis,videlicet sic esse,vel non esse,si sunt in facto proprio respondentis, secundùm Barto. in l.Marcel.§.j.ff re.amo.& Spec. tangit in ti.de po.§.v.alij sunt qui dicunt,quòd sufficit respondere sine iuramento,quia non cogitur quis crimen suum detegere:vt nota.Inno. in c. dudum.de confes.& Ioan Andre.in nouel. super d.c. ij.& Arch.ij.di.c.ex pœnitentia.

2 † An autem posset fieri positio de credulitate tantum,verbi gratia,Pono quòd credo te mihi esse obligatum in x. vel credo te hæredem Seij & sic videtur quòd sic,quia æqualitas est in iudicijs seruanda:vt l.fi.C.de fru.& lit.expen.& no. in regula,nõ debet.de reg.iur.in vj. vnde sicut auditur respondens de credulitate, ita audiendus est ponens,cum paritas obligationis ex hoc insurgat ex parte vriusque.Alij dicunt contra,quia ex parte ponentis debet positio esse fundata super veritate.ar gu.l.si in rem.in prin.ff.de rei ven.

3 † Sed an positio negatiuè concepta admittatur? dic quòd sic,licet olim esset contentio, quæ est hodie decisa in c.j de confe.lib.vj.

PRIMO Quòd publica vox & fama.Aduerte ad hanc positionem, quæ est prima in ordine in qua includitur possessio de præterito eius à quo causam habet iste An. vt per hoc appareat, quòd causam habuerit à bonæfidei possessore, & per hoc potuerit præscribere.nam si haberet causam à malędei possessore,non pręscriberetur præscri. long.temp.sed necessarium esset tempus longissi. vt in authen.malęfidei possessor.C.de long.temp. prescrip.de qua præscrip. & alijs plenè tractatum est supra.titu.præce.in glo.super verbo,præscript. Sed quis est effectus famæ,dic vt infrà no.cir. vltimam positionem &c.

VSQVE Ad annum.Hęc dictio,vsque,aliquãdo includit terminum,cui adijcitur,aliquando excludit:vt plenè no.per Cy.in l.à caliga.C. de nup. & per Barto.in l. patronus.§.Sempronius.ff. de legatis i.j.

EPITOME.

1 *Titulus pro suo,quam efficaciam habeat?*
2 *Quid sit,poßidere pro suo.*

1 ITEM Pro sua. † Hæc est secunda positio in qua declaratur titulus actoris qui appellatur , pro suo : vt ff.& C. pro suo.per totum.Cuius quidem titu.natura generalis est, concernens cum alio quocunque titulo singula: vt in lege prima ff.pro suo.& per totum, & si defice-

ret verus titul. specialis & subesset titul. putatiuus etiam erroneus, locum haberet ille titul. pro suo, & procederet præscriptio: vt probatur in l. homi nem. & l. final. ff. pro suo. facit l. Celsus. ff. de vsuca. & ibi nota. aliter enim sine vero, vel putatiuo titul. non procederet præscrip. vt in l. fina. C. pro hæ re. & in l. nullo. C. de rei vendica. Hic† quæritur,
2 quid sit possidere pro suo? Et breuiter responde- tur, quòd est quando quis possidet tanquam domi nus, vel quasi dominus. nam ista pronomina pos- sessiua, scilicet meum, tuum, suum, significant regu lariter dominium vel quasi: vt habetur in l. suo. ff. de lega. iij. & in l. quintus. §. argento. ff. de au. & ar gen. leg. & ibi per Bart. plenè. fallit secundũ eum in certis casibus. Primò ex conditione personę, ad quã sermo dirigitur: vt si dico, lego seruo meo om nem suam pecuniam. nam debet intelligi, de domi nio improprio, prout meli⁹ habere potest: vt l. iiij. in princ. ff. de manu. & idem in monacho & simi. Secundò fallit ratione personæ loquẽtis, vt verbi gratia, si colonus dicat, lego talem fundũ vel campum meum, nam intelligitur quantùm ad curam & solicitudinem: vt not. in l. ij. in princip ff. de ori. iur. facit l. si pupilli. §. item quæritur. ff. de neg. ge. Tertiò fallit ratione rei, de qua quis loquitur vel personæ, vt si dicat aliquis, lego x. famulis meis, quia non intelligitur, quòd in famulis habeat dominium, sed simplicem vsum: vt l. cùm se exhibuisset. ff. de publ facit l. medicos. C. de profes. & medi. libr. x. ibi ciuitatibus suis &c. quòd intelligitur, quãtùm ad habitationem, vel originem, sic etiam de consuetudine dicimus, talis venit vel vadit ad patriam suam.

EPITOME.

1 *Probata possessione auctoris, an transeat dominium in personam eius qui habuit causam ab eo?*

2 *Probans legitimam possessionem sui & prædecessorum suorum, potest intentare directam rei vendicationem.*

ITEM SPATIO XXX. Hæc tertia positio in qua exprimitur tempus possessionis dicti Petri, à quo causam habuit dictus An. & per hoc constat ꝙ saltem ex præscriptione ipse Petr. fuerit dominus vel quasi, & per consequens facere potuit dominũ ipsum An. causam habentem ab eo. pro cuius clariori intellectu reuoco in dubium, an probata dicta possessione, transierit eius rei dominium, & quale in ipsum An. Ad quod breuiter sic distingue, aut probatur de possessione longi & lõgissimi temporis tantùm, aut de possessione tanti temporis cuius initij memoria non existit. Primo casu in d. auth. transiuit dominium vtile tantùm non directum, quia vtile ex præscriptione quæritur, in auth. nisi. C. de bon. ma. & dixi in priori libello, in gloss. super verbo, iure dominij. Secundo verò casu translatum est directum. quia illud quæritur ex illa possessione, cuius initij memoria non existit. argumen. l. nunquàm. in §. thesaurus. ff. de acquiren. rerum domi. & ita determinatur per Petr. & Cyn. l. cum res. in fin. C. de probatio.
2 Ex† hoc potes colligere vnum singulare pro infinitis personis, quæ tam per se quàm per eorum antecessores, videlicet patrem, auum, proauum, & alios antecedentes tenuerunt aliquas terras, & possederunt, vel domos, seu castra. Nam si successores cadant à possessione & probent de tam longeua possessione tam ipsorum quàm suorum prædecessorum cuius initij memoria in contrariũ nõ existit, possunt intentare directam rei vendicatio. contra quoscunque possidentes. alij etiam sunt modi quærendi dominium de quibus plenè dixi in d. glo. & Bart. tangit in l. rem quæ nobis. ff. de acqui ren. posses. & Cyn. in l. in ciuilem. C. de furt. & Specul. in titul. de lo. ver. ij.

ITEM VERIS ET LEGITIMIS. Hæc est quarta positio circa quam attende quòd in dubio quis præsumitur possedisse ex causa quæ probatur: vt not. per gloss. in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. & est tex. not. in l. final. ibi, ex causa. ff. de precario &c.

EPITOME.

1 *Sine titulo præscriptio non procedit.*
2 *Per hæc verba posita in instrumento, tradidit & transtulit, an probetur traditio facta possessionis?*
3 *Ingressus prætextu licentiæ vnam particulam terræ, per hoc videtur totius terræ acquisiuisse possessionem.*
4 *Fieri debet instrumentum in conspectu rei venditæ.*
5 *Venditore constituente se nomine emptoris possidere, probatur traditio possessionis cuiuslibet.*
6 *Venditore constituente se nomine emptoris precario possidere, probatur traditio solius possessionis ciuilis.*
7 *Si quis constituat se nomine alieno rem ignorans esse, suam possidere, an propter hoc transferatur dominium?*
8 *Ad inducendam præscriptionem vel transferendum dominium, an sit necessaria traditio vacuæ possessionis.*

ITEM QVOD PRAEFATVS PETR. Hæc est quinta positio in qua comprehenditur titul. dicti An. quo probato apparebit in ipsum fuisse dominium translatum si ille à quo causam habet fuit dominus, vel si non fuit dominus, sal tem transtulit causam legitimam præscribendi: vt in l. clauibus. ff. de contrah. emp. & in l. traditio.
1 ff. de acq. re. do. & l. j. cũ sim. ff. de publ. Nam† sine titulo præscriptio nõ procedit, vt dictum est. nec insuper sine titulo habili, transfertur dominiũ: vt l. nunquã nuda. ff. de acq. re. do. nec solo titulo sine traditione sequenti, vel præcedenti transfertur dominiũ regulariter: vt in l. traditionibus. C. de pact. & in §. venditæ. instit. de re. diui. & l. quoties. C. de rei ven. & pro tanto adijcitur in hac positione, tra
2 didit, & transtulit. Quid† ergo si hæc verba, tradidit, & transtulit, sint apposita in instrumẽto venditionis, an per hoc probetur traditio facta possessionis? videtur ꝙ sic, per tex. & glo. in l. ij. C. de acqui. pos. Tu autẽ & verius distingue secundũ Cy. & alios vt ibi not. per Bart. in d. l. prædia. ff. de acq. poss.

poss. Aut tempore venditionis iste nõ possidebat, & tũc per instrumẽtũ nec probatur nec inducitur probatio traditionis, per regulam, nemo plus iur. ff. de reg. iur. & d. l. traditio. aut tẽpore venditionis possidebat seu tẽpore instrumenti celebrati, & tũc aut res ipsa erat in conspectu partium, vel ipsum instrumentũ fuit factum & traditũ in re ipsa alienata, puta domo, vel fundo, & tunc per instrumentum probatur traditio. sic intelligatur d. l. ij. cũ sua glo. aut eo tẽpore res erat in absentia à conspectu partiũ, & tunc per instrumentũ nõ probatur traditio, sed ex eo solùm probatur licentia de ingrediẽdo, & intrando possessionẽ: vt l. prædia. ff. de acq. pos. & ibi not. vnde si post instrumentũ reperiatur emptor in possessione, sufficit quo ad dominij, vel quasi acquisitionẽ, propter antecedentẽ licentiam, aliàs autem non præcedente licentia, non esset licitum emptori propria auctoritate possessionem ingredi: vt in l. si ex stipulatione. ff. de verbo. obliga. quam opin. sequitur Spe. in tit. de empt. & ven. §. j.

3 Quid † ergo si prætextu huius licentiæ ingressus est vnam particulam tãtùm ipsius petiæ terræ, an per hoc acquisiuisse possessionem totius intelligatur? dic quòd sic: vt l. iij. in princip. ff. de acqui. pos. vbi autem esset facta alienatio de pluribus rebus distinctim & separatim, puta de pluribus castris, vel dominijs, aut petijs terrarum: tunc per ingressum vnius, non acquireretur possessio aliarum: vt not. per Cyn. in d. l. iij. & per Bart. in c. j. in v q. de

4 re. iu. lib. vj. Ex † prædictis habes bonum assumere consilium quòd fieri facias instrumentum, vel in re ipsa, vel in eius conspectu, & dicat tunc notarius actũ in domo infrascripti respectu ipsius do-

5 mus vel fundi &c. Quid † autem si instrumento caueatur, vt fit cõmuniter, quòd suprascriptus venditor constituit se ipsam domum tenere nomine dicti emptoris, an per hoc probetur traditio possessionis? dic quòd sic, tam ciuilis quàm naturalis. si tunc temporis venditor possidebat, quod est necesse probare: vt traditur in l. quod meo. ff. de acqui. poss. & in c. cũ venisset. in fin. extrà de restitu. spo. & in l. quædam mulier. ff. de rei vend. nec isto casu fienda est illa distinctio, an res fuit in pręsentia vel non. quia corpus & animus ipsius constituẽtis fingitur idem corpus, & animus illius cuius nomine se constituit possidere: argum. in l. ea quæ ciuiliter. ff. de acqui. re. do. vnde ipse emptor repręsentatus per corpus & animum venditoris, dicitur & fingitur possessionem ingredi, & adipisci: quæ ratio cessat in casu præcedenti, nam in eo dixit se tradere, & per hoc voluit personam emptoris repræsentare, & prędicta procedunt, quando simpli-

6 citer constituit. Sed † quid si constituit precario nomine possidere, an omnis possessio per tale constitutum transferatur in emptorem? dic quòd nõ, sed ciuilis tantũ & remanet naturalis penes ipsum venditorem, hoc enim importat natura precarij: l. vt habet. §. eum. & ibi not. ff. de preca. est igitur consultius pro emptore vti simpliciter forma constituti, omisso precario, licet in hoc multi errẽt notarij, & tantùm operatur simplex constitutũ, quã tùm si instrumentum fieret in re ipsa. fateor tamẽ quòd si precariũ opponatur, vel interueniat, quòd non propterea impeditur vel implementum contractus: vt habetur in l. Iul. §. ex vendito. versi. possessionem autem. ff. de act. empt. vbi autem notarius multiplicaret verba, apponendo simplex constitutum, & precarium, tunc vtraque possessio diceretur translata potius vi constituti, quàm precarij: argum. in l. non solùm. §. fin. ff. de vsucap.

7 Quid † autem si ignoranter quis, putans rem esse alienam, cum sit sua, illius nomine se cõstituat possidere, an perdatur vel transferatur dominium vel possessio? dic plenè vt habetur in text. & per doct. in l. si rem aliquam. ff. de acq. poss. & in l. ad probationem. C. loca. & in l. qui rem propriam. eod. titul.

8 Sed † circa prædicta quæritur, an ad dominiũ trãsferendum vel præscriptionem causandã, sit necessaria traditio vacuæ possessionis? hoc est, per aliũ non occupãtæ? Circa hoc distingue, aut quæritur de dominio transferendo, & hoc respectu non est necesse quòd possessio sit vacua, per tex. in l. si fundus. ff. de fund. do. aut quæritur de pręscripti. inducen. & hoc respectu requiritur quod sit vacua: vt l. fine possessione. ff. de vsu. aut quæritur quo ad liberationem venditoris, & hoc respectu requiritur quòd sit vacua: vt in l. ij. §. j. ff. de act. empt. & in l. cùm res. C. de proba. aut queritur quo ad publicianam intentãdam, & hoc respectu requiritur quòd sit vacua, quia præscriptio & publiciana inuicẽ cõuertuntur, vt quo casu vna locum habeat, & alia: vt in l. eum qui. in princ. ff. de pub. Quæ autem dicatur vacua, dixi suprà, & not. per glo. in l. fi. C. vnde vi. & d. l. cùm res. & l. ij. §. j.

EPITOME.

1 *Rei venditæ dominium non transfertur nisi soluto pretio, vel habita fide de pretio.*

ITEM quod dictus An. dictum pretiũ. Hæc est

1 sexta positio, † ĩ qua allegatur solutio pretij qđ quidem fit, quia rei venditæ dominiũ non transfertur, nisi soluto ꝑtio, aut habita fide de pretio: vt l. quoties. C de rei vend. & insti. de re. diui. §. venditæ. licet publicianę ius, hoc est, quasi dominiũ, sine pretij solutione transferatur. vt l. pretio. ff. de publ. In dubio autẽ semper præsumitur fides habita de pretio, si res ipsa fuerit tradita: vt not. in d. §. venditæ. vnde ad tollendum omne dubium solent notarij in instrumentis apponere, sicut venditor confessus est pretium recepisse.

EPITOME.

1 *Ad probandum præscriptionem, requiritur longum tempus & continuata possessio.*

2 *Quando coniungitur possessio auctoris cum possessione successoris transit cum sua causa suisque vitijs, siue sit vitium personale, siue reale.*

3 *Regula coniunctionis possessionis auctoris cum possessione successoris fallit in præscriptione lon. tem. xxx. anno.*

4 *Quando fiat coniunctio vnius possessionis cum alia?*

5 *Facta coniunctione vnius possessionis ad aliam, nec apparet an fuerit continua possessio, præsumitur continua.*

ITEM quòd dictus An. ipsam petiam terræ. Hęc est septima positio in qua allegatur possessio continua in persona. Nam † ad probandũ præscriptionem, requiritur longum tempus, & continuata possessio: vt l. ij. C. de long. temp. præsc. & s. dixi, & si fortassè tempus suę propriæ possessionis non sufficiat, poterit coniungere tempora sui auctoris. vt l. Pomp. §. cùm quis. ff. de acqui. poss. & in d. l. in accessione. & l. de accessionibus. & l. pen. §. j. & l. fin. ff. de diuer. & tẽp. præscrip. duntamen possessio auctoris fuerit iusta, aliàs si nõ fuisset iusta, nõ fieret accessio: vt in d. l. Pompo. §. ex facto. quia regula est quòd vitiosa possessio non accedit iustæ, nec vitiosa vitiosæ. vt in d. l. Pompo. §. accessiones. fallit in præscriptione xxx. ann. de iure ciuili, secus autem de iure canonic. vt not. Bart. in d. l. Pompo. §. fin. de acquiren. posses. & dicam infrà. Similiter possessione interrupta non accedit continuæ: vt in

2 d. l. Pompo. §. quæsitum. Denique † circa hoc no. quòd possessio auctoris quando coniungitur cum possessione successoris, transit cum sua causa suisq; vitijs: vt in d. §. cum quis. siue sit vitium personale, siue reale, tam olim quam hodie. vbi autẽ nollet successor coniungere tempora auctoris sui, tũc vitia personalia nõ transibant olim in ipsum successorem. in l. an vitium. in princip. ff. de diuer. & tẽp. præscrip. hodie autem sic: vt in auth. malæ fidei. C. de long. tem. præscr. vitia autem realia & hodie indistinctè siue velint coniũgere tempora siue nõ, transeunt in successorem: vt in l. vitia. C. de acqui. pos. & ibi not. per Cyn. & glo. in d. l. nam vitium. & per Bart. & glo. in d. §. cũ quis. & quæ dixi s. de vitiosa possessione, quæ nõ coniungitur cũ iusta, procedunt quo ad præscriptionem long. temporis.

3 Quæ † autem superius dicta sunt de coniunctione possessionis iniustæ, vel iustæ, fallit, vt dixi, in præscr. long. temp. xxx. ann. vt not. glo. in l. si quis emptionis. C. de præscrip. xxx. anno. in gloss. incip. sup. quia mala fides non impedit iure ciuili hanc præscr. vt in d. authen. malæ fidei. & quia in ipsa lõgissima præscriptione potius attenditur negligen. non petentis, & defectus vitæ siue vita actionis, quàm fauor possidentis: vt d. l. omnes. & l. sicut. secundũ Bare. vbi s. & in l. Celsus. ff. de vsuc. requiritur tamen in ipsa tricennali præscriotione, quòd non fuerit interrupta aliquo legitimo modo, nam interruptio impedit cursum eius: vt d. l. omnes. facit ad prædicta not. singul. Barto. in l. sequitur. §. si

4 viam. ff. de vsu. Verum † vt pręmissorũ latior habeatur doctrina, cùm quæritur quando & qualiter fiat accessio seu coniunctio vnius possessionis ad aliã, sic distingue, secundũ Bart. vt traditur per eũ in d. l. Põpo. §. accessiones. & l. pen. §. j. ff. de diuer. & temp. præscrip. aut ille qui vult vti accessione alterius nullo modo possidet per se, neque per aliũ, & tunc nõ potest accessione vti. vt d. §. accessiones. & l. pe. §. j. aut possidet in totũ per aliũ, & tunc vtitur accessione sicut si per seipsum possideret: vt in d. l. Pomp. §. si is qui precario. & ibi not. aut possidet per seipsum, & tunc aut eius possessio est iusta, & nulla potest vti accessione: vt in d. §. accessiones. & in §. ex postfacto. nisi quo ad præscriptionem xxx. ann. vt dictum est. aut eius possessio est iusta, & tũc aut vult vti accessione eius à quo causam habet, & tunc, aut ipsa res fuit medio tempore ab alio possessa, & per consequens possessio non fuit continua, & tunc non potest vti ea accessione: vt d. l. Pomp. §. quæsitum. fallit in hærede: vt d. l. Pomp. §. sed & legatario. Aut possessio fuit cõtinua, & tunc aut possessio actoris fuit vitiosa aut non. Primo casu distinguitur, aut quo ad præscr. long. temp. aut longissimi, vt dictum est. Primo casu potest vti accessione: vt d. §. cũ quis. & in d. §. accessiones. cum simi. aut vult vti accessione eius à quo causam non habet, & tunc non potest, nisi iudicis auctoritate facta fuerit restitutio: vt in d. l. Põ

5 po. §. si liber homo. & §. si iussus. Sed † quid si fiat coniunctio seu accessio vnius pos. ad aliam, nec appareat an fuerit pos. continua, nũquid præsumitur continua? dicit Bart. quod sic, sicut per eũ deter. in d. §. final. & in l. Celsus. ff. de vsuca. Adde quod dixi suprà in primo libello in glo. præscriptionis &c.

ITEM sciente & patiente. Hæc est octaua positio in qua allegatur actus quidem præsumptiuæ traditionis: vt in d. l. ij. & ibi not. C. de acqui. posses. & dixi suprà.

EPITOME.

1 *Positio, quòd est publica vox & fama, est in cõmuni practica tam in positionibus quàm in epistolis.*
2 *Quotuplex est fama?*
3 *Fama quid sit?*
4 *In quo loco debet esse fama quæ allegatur.*
5 *Si est contentio de morte alicuius in remotis partibus, sufficit fama sui esse inter eius parentes & affines.*
6 *Quot homines faciunt famam.*
7 *A personis honestis & fide dignis fama debet oriri.*
8 *Duo testes requiruntur ad probationem famæ.*
9 *Testis nominare debet personas à quibus dicit se audiuisse.*
10 *Quis & qualis sit effectus famæ?*
11 *Fama an faciat semiplenam probationem?*

ITEM QVOD DE PRAEDICTIS OMNIBUS & singulis est publica vox & fama.

1 Hæc † est vltima positio quæ est in communi practica & stylo, tam in positionibus quam in capitulis. Et pro huius famæ pleniori notitia &

2 doctrina, quærendum est de pluribus. Et † primò quotuplex est fama? ad qđ respondetur quòd duplex, vna videlicet stat⁹ hominis inter homines, vt quòd Titius sit stultus vel discretus, de qua loquitur glo in l. iij. C. de epis. aud. & in l. capitaliũ. §. famosos. ff. de pœn. & l. cognitionum. §. j. ff. de var. & extraord. cog. & l. nõ oẽs. §. à Barbaris. ff. de re milit. alia est fama alicuius facti vel negotij particulariter inter homines. de qua in l. iij. §. eiusdem. ff. de test. Secũdò † quæritur, quid est fama?

3 respondeo secundũ doc. quòd fama est quædã opinio communi voce manifesta, ex quadam suspitione proueniens. dicitur autem cõmunis ad differentiam singularis, per quã fama nõ inducitur: vt

l. qui

l.quidam.§.quod dicitur.ff.de acq.hær.& l.Labeo. ff.de sup.leg.Subiungitur autem in eadem diffini tione,voce manifestata, quòd ideò fama dicitur à fundo,secundũ deriuationẽ, vnde nisi voce cõmu ni sit expressa,nõ erit fama.ex quo apparet ꝙ cõ munis opi.& cõmunis æstimatio & fama sunt idẽ, quando procedunt ab eodẽ fonte,deinde subiungitur ex suspitione proueniens,quod ideò dicitur, quia actus manifesti qui procedũt à visu appellan tur notorij vel manifesti.nec stant in proprio no mine famæ:vt not.in l.ciues.& in l. incolæ. C. de

4 appel. Tertiò † quæritur,in quo loco debet esse fama quæ allegatur?distingue aut allegatur fama hominis,& debet esse in loco suæ originis: vt l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstio. & ibi plenè de hac materia per Bart.vel saltem in loco in quo vt plurimùm conseruatur:vt in l.ij. & quod ibi nota. C.vbi de cri.agi opor.& in auth.qua in prouincia. ibi posita.facit l.si cui.§.pen.ff.de accus. vel secundũ eum sufficit esse inter personas inter quas melius cadere posset hęc fama non intento loco.

5 Quid † autẽ si est contentio de morte alicuius in remotis partibus?dic ꝙ sufficit famã sic esse inter eius parentes & affines vndecũq; sint vel habitẽt: arg.eorum quę no.in l.cũ quidam.§.quod dicitur. ff.de acqui.hæ.& l.octaui.ff.vnde cog.& l. de tute

6 la.C.de in integ.rest. Quartò † quæro,quot homi nes faciunt famam?dicunt quidã x.vel xx. Bart. au tem vbi s̃.videtur sentire quòd in probatione famæ exigitur maior pars eorum ad quos pertinet, non attento certo & determinato numero personarum:argum.in l.quod maior.ff.ad muni. & in l.

7 aliud.§.refertur.ff.de iure fis. Quintò † quæritur, à quibus personis debeat fama originem trahere? dic quòd à personis honestis aut fidedignis,nõ au tem ab opprobriosis & maleuolis, & vitiosis: vt plenè traditur in c.qualiter & quãdo. extrà de ac. & ibi plenè per Inn.& Ioan.And.in c.licet heli.ex-

8 trà de simo. Sextò † quæritur,quot testes requirũ tur ad probationem famæ?glo.in l.iij.§. eiusdem. ff.de test.dicit quòd duo testes sufficiunt, duntamen rectè concludant,secundũ formã ibi traditã per glo.reddendo sufficientem rationẽ sui testi-

9 monij per proprium auditum. Sed † an testis de bet nominare personas,à quibus dicit se audiuisse, vel sufficiat si non recordetur prout sæpè dicunt testes?dicit Inno.vbi s̃.quòd debet specialiter aliquas personas nominare & deinde subiungere se à pluribus alijs hoc audiuisse,de quorũ nominibus ad præsens nõ recordatur.Cuius ratio est,quia cũ fama trahere debeat originem ab honestis personis,vt dictum est, necesse est vt primo aliquæ no minentur quæ videantur an honestæ sint, vel viles.quam opin.sequitur etiam Barto.vbi s̃.& si for tassè in expressione & nominatione personarũ esset diuersitas inter testes vel in tẽpore,aut in loco in quo audierunt,& à quibus, non per hoc vitiare tur eorum testimoniũ.arg.in l.ob carmẽ.§.fina.ff. de test.cum ibi not.sequitur Inn.& Bartol.vbi s̃.

9 Septimò † quæritur principaliter quis, & qualis sit effectus famæ?super quo glo.variant.nã quidã dicere vidẽtur ꝙ fama faciat plenã fidẽ:vt not ff. de neg.ge.l.at qui natura.§.fi.C.de proba.l.iiij. & ibi per Cy.& C.de iur.do.l.vbi adhuc.alibi glo. di cũt qđ faciat semiplenã fidẽ,seu probationẽ:vt no. in d.l.iij.§.eiusdẽ.& ff.de iureiu.l.admonẽdi.& in l. in bonæfidei.C.de iureiur.& extrà de ap.c.j.& qđ no.per Dy.in l.ij.§.j.ff.de exc.tut. Alij aũt doc.di cũt qđ solũ cõfirmat aliàs probationes factas, nõ aũt per se facit aliquã probationẽ,per tex. in d.§. eiusdẽ.ibi,cõsentiens fama cõfirmat,ideoq; secun dũ eos vnus testis & fama nõ faciũt plenã proba tionẽ,licet Dy.teneat cõtrariũ.in l.excusantur. §. j.ff.de exc.tu & Cy.idẽ sequitur.in l.iiij.C.de ꝓba. & l.fi.C.eo.ti. Tu tñ secũdũ Bar.potes sic latius distinguere,quædã sunt in quibus sufficit sic esse famã,& tunc fama facit in his plenã probationẽ: vt in l.Barbarius.ff.de of.præt.l.j.C.de test.& in l.arbiter.C.de sen.& in l.iij.C.ad Mace.quædã sunt in quibus requiritur veritatẽ sic esse,& in hoc distingue,nã quędã sunt in quibus fama habetur pro ve ritate,& tũc sufficit probatio famæ: vt in l.j.§.j.ff. de flu.& l.Labeo.ff.de sup.leg.& l.cũ de Lanionis. §.asinã.ff.de fun.instr.& inst.leg.quædã sunt in q bus ipsa fama nõ habetur pro veritate,& tunc aut hæc fama probatur ex nuda voce populi,nõ coadu nata iustis præsumptionibus,& tũc valet solũ con firmare alias probationes:vt in d.§.eiusdẽ. cũ glo. sua.quia talis fama põt dici vana vox populi:vt l.de curionũ.C.de pe.aut fama probatur & fundatur su per iustis causis & præsumptionibus,& tũc in casi bus breuioribus,& minimis facit plenã probationẽ:vt in auth.nisi breuiores.C.de sen.ex peri.re ci.& sic intelligi debet gl.in l.vbi adhuc.C. de iur. do.cũ si.in causis aũt grauibus & maioribus regulariter nõ facit plenã probationẽ,licet qñq; trãsfe ratur onus probãdi in aduersariũ.puta si fama cõstituit aliquẽ in possessionẽ alicuius seruitutis,vel li bertatis,vel alterius qualitatis:vt in l.si pater.C.ne de sta.defun.& l.j.§ si seruus.C.si ser.contra.li. ad

11 dec.li.x. † Sed an talis fama faciat semiplenã probationẽ,vel nõ,multũ attẽdi debet quæ,& quales sint ꝑsumptiones illę super quibus fundatur fama, vt secũdũ eas dicat̃ fama plenior,vel debilior,& faceret qñq; semiplenã ꝓbationẽ.& ita intelligi de bet gl.& Dyn.in d.l.excusantur.§.j.ff.de exc.tu. & cu.& d.l.iij.§.eiusdẽ.per quæ põt colligi, an fama sit sufficiẽs indiciũ ad torturã.de quo dic,vt no.p Gã.in ti.de fama.& per Bar. in d.§. tormẽta.& in l.sanctio legũ.ff.de pe.vn⁹ tñ testis omni exceptio ne maior,q deponat de visu est ꝑ se sufficiẽs indiciũ ad torturã:& no.idẽ Bar.in l.j.§.idẽ Cornel.& in l.vnus.in §.iudex.& l.maritus.ff de quæstio.

Forma excipiendi contra positiones.

CORAM vobis suprascripto domino vicario cõparet, & se presentat, suprascriptus Ioan.nomine & occa sione certarum assertarũ positionũ eidẽ ex vestri pte trãsmisarũ ad in-

ſtantiã,& petitionem ſupraſcripti Simo.procur.& ꝓcuratorio nomine ſupraſcripti An.& per ipſum dicto nomine corã vobis in iudicio productarum in cauſa,& quæſtione prædicta,ſimul inter ipſas partes vertente,ac etiã nomine,& occaſione termini d.Io.per vos aſsignati ad reſpondendũ dictis aſſertis poſitionibus,& nomine, & occaſione omnium,& ſingulorũ contentorũ in eis,ad quos relatio habeatur,dicens & excipiẽdo proponens d.Io. ſaluis manẽtibus alijs ſuis excep.per eũ hactenus propoſitis,& oppoſitis,à quibus diſcedere nõ intẽdit,Sed pro replicatis haberi,vult prædictas aſſertas poſitiones & omnia,& ſingula in eis contenta fuiſſe,& eſſe nullas,& nulla,& non fuiſſe, nec eſſe admittẽda,nec admitti debere,ſed penitus, & omnino reijciẽdas,maximè rationibus,& cauſis infra ſcriptis.Primò quia lapſa ſunt tẽpora probatoria à iure,& forma ſtatutorũ limitata,vnde quę nõ ſunt probabilia,non ſunt punibilia.Item quia ſunt vagæ,incertæ,dubiæ generales,obſcuræ,impoſsibiles ſibiipſis cõtrariæ,multiplices,captioſæ, detegẽtes periuriũ,ac ad periuriũ inducentes,impertinẽtes,& in facto alieno necnon & potius in iure exiſtentes,quàm in facto,ſuperfluæ inſuper, ac negatiuæ,alijſq́; multifarijs vitijs circũuolutę,ſicq́; merito de iure non eſt eis nullatenus reſpondẽdũ,petens idẽ Io.ante omnia declarari per d.Simo.ac diuidi põnes antedictas,ac etiem per vos interloqui, quibus ex eis de iure ſit reſpõdendũ,& an quę fuerint & ſint admittendæ.qua declaratione facta,offert ex nunc d.Io.ſeperatim his reſpondere,prout iuſſeritis ordinandũ.Veruntamẽ ſi & inquantum Calio non exceptuato, idem Io. artetur à iure eis reſpondere ſaluis ſemper prædictis, & ſaluo iure interpretantiũ,& nõ admittendarum,& idem Io. ipſis,& cuilibet earum ſub eius calumniæ iura,dicit,& reſpondet,prout infrà.Et primò,primæ poſitioni in ordine quæ incipit,& publica vox,& fama &c.cum alijs duabus ſequentibus,reſpondet quòd non credit. vltimæ verò poſitioni,quæ incipit,Itẽ quòd de prædictis &c.reſpondet quòd de confeſſis credit,de negatis non credit.

EPITOME.

1 *Poſitiones ſunt fiende coram illo iudicio,coram quo ſunt producte.*

1 CORAM VOBIS. †Reſpõſiones fiendæ ſunt corã illo eodẽ iudice,corã quo productæ ſunt poſitiones,ne cauſæ cõtinẽtia diuidatur:vt l.nulli.C.de iu.facit qđ no. in d.l.ij.§.j.C. de iura.cal.& in c.j.& ij.de confeſ.li.vj.&per aliquos in l.vbicũque.ff.de interro.ac.facit etiã l.j.ff. de qui.reb.ad eũdẽ iud.ea.cũ ſi. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *An ſufficiat mittere ad domũ poſitiones,ad hoc vt habeantur pro confeſsis?*

1 EIDEM Trãſmiſſarum. † Aduerte,quia iſta trãſmiſsio ad domũ non ſufficit de iure cõi, ſed requiritur quod pars ſit præſens in iudicio,& per iudicẽ perſonaliter iubeatur, & admoneatur,ac interrogetur reſpondere ipſis poſitionibus.alioquin nõ reputaretur cõtumax in non reſpondendo,nec poſſent poſitiones haberi pro cõfeſsis:vt habetur in c.j.de cõfeſ.li. vj.Sed ex forma ſtatutorũ,& decretorũ Lõbardię,prouiſum eſt qđ ſufficiat poſitiões ipſas trãſmitti ad domũ,& ſi nõ reſponderit,habeantur pro cõfeſſis,quod ideo repertũ eſt,quia plerũq; latitabant, nec perſonaliter in iudicio comparebant.Et idem dicendum in interrogationibus, quę plerunq; fiunt in iudicio: vt in l.de ętate.§.qui tacuit.ff de inter.ac.&c.

DICENS Et excipiendo proponẽs.Bona cautela eſt ante reſponſionẽ pręmittere exceptiões,& ꝓteſtatiões de quibus hîc,ne ſimpliciter reſpondẽdo ſibi pręiudicaret in iure ſuo: vt aliàs dctũ eſt, & curare quòd ſuper eis iudex interloquatur:vt infrà dicetur nota bene. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Qui non admittitur ad probandum ratione lapſus temporis probationis,nec admittitur ad ponendum.*

2 *Si quis velit poſt terminum reſpondere poſitionibus& ſic moram purgare,an audiatur,item ſi quis velit poſt tempus ponere.*

1 PRIMO Quia lapſa ſunt tempora &c.† Iſta eſt bona allegatio,& cauſa ſufficiens ad reijcidũ has poſitiones, quia qui nõ admittitur ad probandũ,nõ debet etiã admitti ad ponendũ, vel capitulandũ:vt no.per Cy.in l.in cõtractibus.§.illo.C.de nõ ne.pec.& no.per gl.in d.c.ſi confeſ. Ad quod etiã facit l.cõfeſsionis.ff.de inter.ac. & quod no.per Dy.in c.indultum.de reg.iur.& per Cy. in l.iudices.C.de iu.& per.gl.&doc.in c.paſtoralis.de

2 exce. † Sed hic inſurgit dubiũ, an in eo caſu quo quis teneatur poſitionibus reſpõdere infra certum terminũ,& nõ reſpõdeat,admittatur purgatio morę,vt ſic poſt terminũ quis audiatur volẽs poſitiõibus reſpõdere,vel poſitiones ꝓducere? Et videtur qđ ſic,quia in actibus iudicialibus admittitur purgatio morę: vt in l.& ſi poſt tres.ff. ſi quis cau.& etiã in extraiudiciálibus:vt plenè no. in l.magnã. C.de cõtra.& cõmi.ſtip.& l.ſi inſulã.ff.de ver.ob. Dic breuiter qđ ad reſpõdendũ poſitionibus, non admittitur purgatio morę poſt lapſum termini,vt determinat gl.in fi.in c.cupiẽtes.ſuper ver,expectari.de elec.li.vj.& Inn.in c.cũ in tua.extrà.qui ma. ac.poſ.& perBal.in l.ſi quis inſtituatur.ff.de hę.inſti.& in authẽ.ad hęc.C.de vſu.quod etiã ſequitur Bar.in l.qui ob rẽ.ff. de cõdi.inde.Ang. in d.l.& ſi poſt tres.Et huius eſt ratio,quia quãdo in diſpoſitione ineſt dies & pœna,non admittitur purgatio moræ:vt in l. traiectitiæ.§. de illo.ff.de ac.& ob. vnde cũ hęc ſit dies,ſ.reſpõſionis fiendę ſitq́; pœna,quia habebitur ꝓ cofeſſo,ideò &c. de quo verbo,ꝓ cõfeſſo,fit mẽtio in l.cõſiliarios.C.de aſſe. & in l.

in l.fisci causis.ff.de iu.fis.ad faciendum aũt, seu producendum positiones,vel capitula post terminum,an admittatur moræ purgatio , recurritur ad ea quæ no.in d. c. pastoralis . & per Cy.in l.exceptionem.C.de probatio.& per Dy.in d.c.indultũ. & Bar.& docto.in d.l. & si post tres.& in l.minor omissam.ff.de mino. Sequitur in litera.

ITEM QVIA SVNT VAGAE. Appellantur autẽ vagæ,quando in se continẽt varietatem, sicut dicitur de teste:ar.l.qui falsa.ff. de test. & in l.eos.ff.ad leg.Cor.de fal.& l.j.C.de fur.vnde taliter ponens, vt varius,& contrarius repellitur: vt in d.l.j.facit l.nonnunquàm.ff.de coll.bo. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Incertitudo exosa legislatori.*
2 *Positio incerta quando dicatur.*

1 INCERTAE. †Incertitudo est exosa legislatori,siue in iudicijs:vt l.iij.C. de sen.quæ sine ce.quan.& in §.curare.insti.de ac.l.quid tamẽ. §.j.ff.de arb.facit l.in summa.in prin.& l.ait prætor.§.fi.de reg.iu.& l.Põp.si frumẽtũ.in fi.ff.de rei vẽ.siue in legatis,& vltimis voluntatibus:vt l. duo sunt Titij.ff.de test.tu.l.quæsitũ.§. si quis eo.ff. de fun.instr.&ibi no.per gl.& in l.si quis de pluribus. ff.de reb.dub.& l.si fuerint.in prin.eo.ti.siue in cõtractibus:vt l.inter sti.§.si stichũ.ff.de ver.ob.& in
2 l.cũ duo.ff.de in diẽ adie.cũ si.ibi no.† Potest autẽ dici tũc incerta,quãdo eius nõ capitur intellectus, vel quia sub alternatione conceptá.ar.in l. prætor edixit.in prin.ff.de iniur. & in §.quod aũt. & in l. vbi aũt nõ apparet.in princi.& in §.qui illud.ff. de ver.ob.Debet ergo positio esse certa, & eodẽ mõ respõsio:vt in l.certũ.in prin.ff.de cõfes.& no.per gl.in d.c.ij.§.preterea.de tes.li.vj.& hęc procedũt quãdo fit positio alternatiua,super eo de quo processit obligatio simpliciter.vbi autẽ ꝓcederet obligatio alternatiua,posset fieri alternatiuè,quia qua forma sunt in obligatione,pariformiter possunt deduci in positiõe,& petitione:vt no.Inn.in c.ex parte. de rescrip.facit l.illud.ff.de consti.pec. & insti. de act.§.huic &c. Sequitur in litera.

DVBIAE. Hoc idem importat, quod supra proximè dictum est,quando sunt incertæ,ideò dic vt ibi. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Quæ generalitas admittatur.*

GENERALIS. Dicitur ergo generalis, quãdo põt se habere ad plura,& diuersa.ar. in l.Titia.j.respon.ff.de le.ij.&quod no.in l.legato generaliter.ff.de le.j.sicq; reddũtur obscurę. arg.in l.ita fidei.in prin.ff.de iu.fis.& per cõsequẽs nõ sunt admittendę,sicut de incertis proximẽ dictum est.Et prædicta intelligo quãdo generalitas
1 illa fundatur super genere generalissimo, † vel subalterno,quod habet fines limitatos,hominis destinatione,vt fundus:vt traditur in l.quod in rerũ. §.j.ff.de le.j. Secus autẽ si fundatur super genere subalterno quod habet fines limitatos natura, vel facto hominis:vt domus,quia tunc cũ teneat obligatio,tenebit etiã positio. per regu.suprà traditam.Quæ sunt probabilia. Sequitur in litera.

OBSCVRAE. Est autẽ obscura positio,cũ eius nõ recipiatur sanus,nec perfectus intellectus.vt iiij. di.c.edi.& in c.de muliere. de spõ.& ideò respuẽdę sunt.de generali,&incerta proximè dictũ est, nã claritas est amica legis.vt in auth.de test.imperfec.in prin. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Impoßibile quot modis sumatur?*

1 IMPOSSIBILES. † Sciendũ est qđ aliquid dicitur impossibile altero de tribus modis, videlicet natura,facto,& iure:vt notatur & habetur in l.j.ff.& C.de cõd.insti. & insti.de inuti.sti.§.imposibilis. exẽplũ de impossibili de natura,vt ver.gratia,Digito cœlũ tãgere,&simi.de iure autẽ dicitur impossibile, vt duas eodẽ tẽpore habere vxores,vel sororẽ in vxorẽ accipere, & similia iure prohibita:vt l.cõditiones cõtra edicta.ff.de cõd.insti.de facto aũt reputatur impossibile,vt dare montẽ aureum,& simi.vnde talibus nõ est respondendũ:vt probatur in l.cõfessionibus in fi. & in l.seq.ff. de inter.ac.

SIBIIPSI sCõtrariæ.Hic diligenter est aduertendũ in forma positionũ,& respõsionũ,ne quis sit sibi contrarius propter periculũ periurij.vt d.c.ij.§.prætereà.de testi.nam contrarij sibi ipsis solẽt à iudiciorũ limine repelli:vt l.j.C. de fur.cũ ibi not.vno autẽ singulari casu ponens,
2 vel respondens contraria [a] suo iure priuatur,nisi causa legitima excusationẽ præbeat:vt traditur in c.cũ in positionibus.de iureiu.in vj.& facit l.vt debitum.& quod ibi no.per glo. & doc.C.de hære.acto.

MVLTIPLICES. Appellatur autem positio multiplex quãdo plura separata contineret in seipsa, verbi gratia, pono quòd vendidisti pretio tali, quodque ipsum pretium recepisti &c.nam vna pars põt esse vera,scilicet quòd vendidisti.& reliqua falsa.quòd pretium recepisti, & sic de simi.Non est ergo ei respõdẽ

a *Contraria. Adde quòd in causa appellationis possunt fieri capitula contraria . scilicet secũda per modum correctionis, ita Old.in cõsi.cclxxxv. in fi.alleg. l. creditor . §.iussus.de appella. & Inn.in c.vl. de confess. Cur.*

dum, sed poterit respondens diuidere eã per partes, & vnam confiteri; aliam verò negare: vt tangitur in l. si is qui ducenta. §. vtrùm. ff. de reb. dub. & in d. capi. ij. de confes. libr. vj. & infrà dicam &c. Sequitur in litera.

CAPTIOSAE. Ideò secundùm aliquos sic appellantur, quia earum forma ita concepta est, quòd quouismodo respondeatur affirmatiuè, vel negatiuè, respondens capitur, & cauillatur, & periurium, aut infamiam incurrit: vt habetur, & nota. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiuran. facit l. ea quæ. ff. de regul. iur. & not. per gloss. in capit. ij. per Bartol. in leg. Marcellus. ff. rerum amota. his enim non est respendendum &c. Sequitur in litera.

DETEGENTES. Periurium. Hîc est sciẽdum, quòd aliquando positio talis est, quòd per responsionem ad illam detegitur periurium respondentis. Exemplum patet in d. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiuran. & l. fina. in fine. C. de episco. & cleric. aliquando positio est talis quæ inducit periurium, vt puta, si fiat super facto, de quo respondens est incertus, vnde non tenetur tunc respondere. argumen. l. scimus. §. similiq; modo. & §. sinautem. C. de iure delibe. & in l. fina. C. de condi. inde. & in l. is qui. §. si quis. de acquiren. hæredita. & l. cùm quid. §. penul. & final. ff. eod. Quid autem dices, an hæres cogetur respondere, si fuit tacitè rogatus restituere incapaci? Videtur quòd non, quia sic detegi posset eius turpitudo, ergo &c. arg. prædictorum iurium. In contrarium determinat Barto. in l. fina. ff. de his quib. vt indi. Et idem dicit in eo qui interrogatur, an desierit dolo possidere. dic vt ibi. Sed contra eius sentẽtiam multùm facit, quòd quis non tenetur respondere positioni, vel interrogationi, an sit vsurarius, vt determinat Inn. in c. dudum. el ij. de confes. & Bald. in l. ij. §. quod obseruari. de iura. calum. de quo nota per Barto. in d. l. Marcellus. ff. rerum amot. Sequitur in litera.

IMPERTINENTES. Illæ autem positiones dicuntur impertinentes, quæ ita se habent, quòd etiam confessatæ non releuant ponentem, verbi gratia, Si res sit petita iure dominij in libello, & fiat positio quòd Caius commodauit equum Sempronio, & simi. tales enim positiones non admittuntur. quia. vt dictum est, probatio quæ non releuat, respuitur à iure, tum quia grauamẽ affert expensarum inutiliter, tum quia superfluis nõ vtimur: vt traditur in c. dilecti. extrà de excep. & per gloss. in l. final. C. si per vim, vel alio modo. & in l. ad probationem. C. de probatio. & l. si quis libertatem. §. fina. ff. de peti. hære. & in l. quoties. § fin. ff. de noxali. & in l. qui iurasse. §. penulti. ff. de iureiur. & in l. iij. ff. ad exhibend. & per Cyn. in l. non hoc. C. vnde cogna. Sequitur in litera.

ET IN facto alieno. Factum autem alienum dicitur quod respicit factum extranei, & non respondentis. verbi gratia, Pono quòd Titius fuit filius Petri, vel eius adiuit hæreditatem, & similib. his enim non tenetur quis respondere. vt in l. si sine. §. j. ff. de inter. ac. quia ignorantia est tolerabilis, & excusabilis in his. vt l. final. ff. pro suo. & not. in d. c. dilecti. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Positioni iuris non est respondendum.*
2 *Quid sit positio iuris?*
3 *Positioni fundatæ super consuetudine, vel iure municipali, an sit respondendum?*

1 POTIVS in iure quàm in facto. † Scire debes quòd positioni iuris non est respondendum: vt not. per Barto. in l. ornamentorum. ff. de aur. & argent. legat. Est autem positio iur. verbi gratia,
2 pono quòd minor. xiiij. annor. † non potest facere testamentum. vel pono, quòd fideiussor non obligatur sine stipulatione, & simi. vnde si talibus non respondetur, nec etiam admitti debẽt, quia ius est certum: vt l. ij. ff. de iur. & fact. igno. & apud omnes debet esse notum: vt l. leges. C. de legib. ideò &c.
3 † Quid autem si positio fiat super iure non scripto, puta, consuetudine: vt si pono quòd cõsuetudo est in ciuitate Papiæ, vel Mediolani de tali facto, vel si fiat positio super iure municipali, vt quia dico quòd statuto ciuitatis cauetur, quòd quicunque sic fecerit, vel sic, an huiusmodi positionibus debeat responderi? Videtur quòd non. quia consuetudo, & statuta appellantur iura: vt in l. de quibus. ff. de leg. & l. cùm de consuetudine. cum sim. eo. tit. facit l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in §. cõstat. institu. de iur. natu. gen. & ciuil. Breuiter sic potest distingui, aut illa consuetudo, vel statutum est in loco in quo forum sortitur is, contra quẽ ponitur, & tunc non tenetur respõdere, quia quo ad ipsum ius est notum, & certum, sicut aliud ius scriptum commune. Aut illa consuetudo, vel statutum est in alio loco, & tunc quia incertum est, nec manifesta potest de eo fieri positio, debebit probari debito modo. vt no. Barto. in l. j. in princ. ff. de operis noui nuntiatio. & l. inciuile. ff. de leg. facit c. j. de constit. libr. vj. & ibi not.

SVPERFLVAE. Dicitur autem superflua positio, quando bis, vel pluries idem repetitur, & sic superfluitas intercedit, quæ iuri est odiosa: vt l. fina in fin. C. de preci. imperato. offe. l. ampliorem. §. in refutatorijs C. de appellat. & in l. hæc stipulatio. §. diuus. vt legat. nomin. caueat. & l. si is à quo. §. final. vt in pos. le. & l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procurato. cum similib.

EPITOME.

1 *Positio negatiua hodie admittitur.*

1 AC negatiuæ. † Sciẽdum est quòd olim fuit ingens disputatio, an positioni negatiuæ sit respondendum. & vide vt plenè not. Cyn. & alij sequaces in l. in contractibus. §. illo. C. de non nume. pec. & in l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. cal. quæ disputatio, & altercatio hodie est sublata per tex. in c. j. de cõfes. in vj. vbi decisum est debere responderi.

ſponderi. & ex hoc ſequitur quòd hodię ſupfluum eſt, quòd apud aliquos practicatur, qui faciunt poſitionem habentem implicitā neg tiuam per verba affirmatiua hoc modo, Ponit quòd fuit abſque eo, quod Titius vendiderit talem librum, & ſimil. Nam poteſt ſecurè ſic dicere . ponit quòd Titius non vendidit talem librum, & ſimil. &c.

EPITOME.

1 *Iudex tenetur ſuper emergentibus in iudicio pronuntiare, ne proceſſus impediatur.*

2 *Quæ dicantur exceptiones emergentes, vel incidentes.*

1 PETENS ante omnia declarari. † Hæc requiſitio eſt iuri conſona, vt certus ſit reſpondens, ne præcipitetur in ſua reſponſione quod iudex interloquatur, quibus ſit vel non ſit reſpondendum, tenetur enim ſuper emergentibus in iudicio pronuntiare, ne proceſſus impediatur: vt traditur, & habetur in l.j.C.de ordi.iudi. & in l.quod iuſsit.ff.de re iud.& Inn.in c.cum inter R.ſeniorē. extrà de elect.& Spec.in tit.de inter.pro quo facit l.liberum.§ fin.ff.de lib.cau.& quod no.in l.de qua re.ff.de iudic. veruntamen ex forma ſtatutorum Lōbardiæ, reſecatæ ſunt huiuſmodi exceptiones, & tenetur quis in termino præcisè reſpondere, ſal uo iure impertinentium, & non admittendarum,
2 in fine litis. † Quæ autem dicantur incidentes, vel emergentes exceptiones, plenè declaratur per gl. & docto.in d.l.quod iuſsit.& in d.l.j.de ordi.iudic. Et aduerte ſummatim quòd illæ dicuntur emergentes, quæ habent originem nouā poſt iudicium inchoatum reſpicientes proceſſum, vel falſi teſtis, vel procuratoris, vel dilationis non dādę, vel concedendæ. Incidentes autem ſunt illæ, quæ habent cauſam vetuſtiorem reſpicientem merita negotij principalis non cauſæ proceſſum, vt pacti de non petendo, & cæteræ peremptoriæ, dic vt ibi, facta autem declaratione per iudicem, ponens eas quibus eſt reſpondendum, declarare debet ſi ſunt obſcurę, vel diuidere ſi ſunt multiplices, & pro tanto ſolent communiter ponentes dicere in exordio poſitionum, quòd ex tunc ipſas diuidūt de particula in particulam: vt ſupradictum eſt, in proximo titulo, & not.per glo.in d.c.ij.de confeſ.lib.vj.&c.

VERVNTAMEN Si & inquantum. Iſta reſponſio fit ſub hac conditione, ne ſimpliciter reſpondendo ſibi præiudicaret, ſi appareret non admittendas fuiſſe de iure, ſeu eis nō fuiſſe reſpondendum, quæ conditionalis reſponſio in vſum venit, propter prędicta ſtatuta terrarum, quibus cautum eſt, vt reſpondeatur præcisè, ſaluo iure impertinentium &c.

a SVB eius calumniæ Iuramento. [a] Præſtatur autem hoc ſacramentū per reſpondentē, ſicut per ponentem: vt ſupradictum eſt, & habetur in d.§. quod obſeruari.& §.ſed quia.extrà de iur.calū.c.j. cum ſeq. & qui iurare recuſat, priuatur iure ſuo: vt ibi.& in d.l.ij.§.ſi actor.& in c.ſi. extrà de iur.cal.

a *Calumniæ iuramento. Nota. quando petitur iurari de calumnia, ſi non iurant, habentur pro confeſſatis. l.ij.§.ſin autem reus.C.de iur.calum.& procurator debet habere mandatum ſpeciale ad iurandum de calumnia. caſus eſt, & ibi docto.in ſi.de iuramen.calum.lib.vj.& ponit* Bar. *in l. qui bona §. ſi alieno ibi, an ſufficiat ſpeciale mādatū.ff. de dam.infec. quando requiſitus nō iurat de calumnia habetur pro confeſſo, & perdit cauſam. d. §. ſin autē. & eſt de ſubſtantia iudicij, ſi petatur. ita* Bar. *in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui ope.nuntia.* Iac. Bu. *&* Bal. *in d.l. ij. § . ſed quia veremur. ſecus ſi ratio petatur, vt ibi quod habetur pro confeſſo, & pdit cauſam vide* Bald. *in reperto. ſuo, ſuper* Innocen. *in verſ. contumiax. in ij. q. et elapſa inſtantia deperijt dicta pœna. ibi vide etc.*

EPITOME.

1 *Repeti debet poſitio ad quam reſpondetur.*

2 *Si reus reſpondeat abſente eo qui poſitionem facit, an in reſponſione quæratur ius abſenti?*

3 *Reſpondens ad poſitionem volens errorem ſuum reuocare, an audiatur?*

4 *Ex poſitione negata, nullum partes ſumere poſſunt fundamentum.*

5 *Si ſtatuto cauetur quòd poſitioni, purè & ſimpliciter reſpondeatur, non ſub conditione, ſi reſpondeatur, ſi appareat inſtrumentum, vel ſimile, an ſit bene reſponſum?*

6 *Si ſtante prædicto ſtatuto ſi reſpondeatur, non credit, vt ponitur, an ſit bene reſponſum?*

1 PRIMO quod publica vox & fama. † Notāter hîc repetitur aliqua pars poſitionis, vt per hæc clarius demonſtretur, ad quā poſitionem reſponſio referatur. argu.in l.vt reſponſum.C. de tranſact. & in l.diuus.ff.de re iu. Sed pro huius declara
2 tione quæritur de aliquibus. † Primò ſi reus reſpōdeat abſente eo, qui poſitionē fecit, an in reſponſione ius quæratur abſenti? Dic ſecundū doct. quòd aut iudex iuſsit eū reſpondere, non obſtāte illius abſentia, & tūc tenet reſponſio, & ſibi abſenti ius quęritur. ar.in l.j.§.qui iuſſu.ff.de his qui not.infa.& l.ait prętor.in §.qui tū.ff. de mi.& quod fal.tu.l.j. & ff.de aqua plu.arc.l.quāquàm. Aut iudex nō iuſſit, ſed ſpōte ſuo in termino reſpōdit & tunc quo ad ſe tenet reſponſio, & imputet ſibi ille qui in termino non cōparuit, ſed quo ad abſentē nullum ius ſibi abſenti quęritur. arg.in l.certum.§.ſi quis abſente.ff. de confeſ.&
3 in l.ſi.ff.de inter.ac. † Secundò quęritur facta reſpōſione venit ipſe reſpondens die ſequēti dicēs ſe erraſſe, & vult eius reſponſionem reuocare, quęritur an ſit audiēdus? dic breuiter quòd ſiue ipſe per ſe reſpōderit, ſiue procurator eius, audiendus eſt, volēs de errore ſuo ꝓbare. vt in l.de ętate. §.ex cā.& in §.Celſus.ff.de inter.act. verūtamen in modo probādi errorē eſt differētia, an velit reuocare reſpōſionem procuratoris, an propriā: vt plenè traditur in l.certum. in §.ſed an ipſos. & in l. non fatetur .ff. de confeſſ. & plenè ſcripſi ſuprà circa formam interrogatio. in gloſſ.final.
4 Tertiò † quæritur an ex poſitione negata aliqua partium poſsit ſu-

mere fundamentum? Dic breuiter secundum omnes doct. quòd non. cuius ratio est, quia cõfessio est actus [illegible] ris ciuilis sicut stipulatio. ideoq; [illegible] ut ipsa stipulatio redditur inutilis [illegible] i-do est defectus consensus in altera parte. vt l. j. ff. de verbo. obligat. ita in hac confessione. Prætereà in iudicijs quasi cõtrahitur. vt in l. iij. §. idẽ scribit. ff. de pec. vnde sicut in contractibus defectus cõsensus alterius partis efficit cõtractum nullum, vt l. sicut. C. de actio. & oblig. ita & quasi contractus. pro quo facit l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interro. actio. quam opi. sequi. Bar. in l. post legatũ. ff. de his quib. vt indig. & Archi. in c. ij. de confes. libr. vj. & idem Bart. hoc affirmat in l. naturaliter. §. nihil cõmune. in iij. lectu. ff. de acquir. posses. & in l. non vtique. ff. de exceptionib.

5 † Quarto, quæro, pone statuto caueatur, quòd quilibet teneatur respondere positionibus purè, & simpliciter &c. Deinde fecit actor positionẽ, quòd reus est sibi obligatus in decẽ per publicum instrumentũ, vel ponit quod iudex ipsum reum condẽnauit per sententiam in decẽ, cui positioni dicit, & respondet reus, quòd ipse credit si appareat instrumẽtũ, vel prout in instrumento cõtinetur, an sit sufficienter responsum? Bart. dicit quòd non, in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obligationi. & in l. ij. ff. de vulg. & pupil. ad quod facit l. coiri. ff. pro soc. & l. inter stipulãtem. in prin.

6 ff. de verb. obligatio. † Quinto stãte d. statuto, quæritur quid si reus sic respondeat, vt multi faciunt, nõ credit, vt ponitur, an sit sufficienter respõsum? videtur quòd sic, ac si simpliciter dixisset non credit, quia ista sunt paria dicere non credit vt ponitur, vel non credit quod ponitur. Cõstat autem sufficienter responderi, si dicatur non credit quod ponitur. ergo pariformiter si dicatur non credit, vt ponitur. nisi fortè dicatur quòd is qui respondet nõ credit vt ponitur, quasi

a Puto quòd sic. Sed aduerte quòd positio partis ratione nõ veræ non potest tamen tota negari, puta quis ponit de x. respondens dicit solummodo quinque, debet fateri de quinque, non autem in totum negare. ita Bar. & Ang. in l. j. §. si stipulanti. ff. de verb. obli. Bar. in l. si quis cum totum. & facit ibi tex. de except. & re iud. & facit l. qui solidũ. & ibi Bart. ff. de leg. ij. gloss. Innocen. & Gemi. in c. præsentiũ. de tes. li. vj. & ibi Ge. in xij. & in si. col. dicit. quòd positio non est reijcienda, licet in ea contineantur plures articuli: sed iudex debet interrogare partẽ super quolibet. Et ideo reprehenduntur aduocati calũniosi, qui dicunt quòd rõne partis liceat totã negare secundum Bar. & Angel. vbi s. q. etiã dicunt quòd ratione qualitat. adiunctæ potest tota negari puta quis ponit de decẽ purè, & re uera est debitum sub conditione, potest tota negari indistinctè. ita Barto. & Ang. in d. §. stipulanti. & respondendo quis positioni, cui non tenebatur, sibi præiudicat. Bald. in l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. calum.

videatur aliquid tacitè credere ex his quæ ponuntur, licet non in totum. Is verò qui dicit quod ponitur, videtur in totum absolutè omnia negare. Quidam dicunt nõ valere responsum factum per illa verba, vt ponitur, licet valeat per relatiuum quod ponitur. Cogita super hæc, quia non reperio perfectam doctrinam &c. Sequitur in litera.

TERTIAE quę incipit. Vide hîc quòd licite potest vnam positionem negare & aliã confiteri, sunt enim separatæ, & vna potest esse vera, & alia falsa. argumen. in l. si is qui cc. §. vtrum. ff. de rebus dubijs. cum sua materia. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Vltimæ positioni data simplex responsio est referenda tam ad confessata quàm negata.*

2 *Data simplex responsio ad vltimam non infertur, si respondens in antecedentibus dixisset se nihil scire.*

VLTIMAE positioni respondet. Nota formam huius responsionis quæ ad singula re-

1 fertur. † Quid ergo si huic positioni data est simplex, & absoluta responsio, dicendo credit &c. & appareat in præcedentibus positionibus fore in aliquibus responsum credit, & in aliquibus nõ credit, an hęc responsio erit ad omnia referenda, tam

a negata, quàm confessata? puto quòd sic.[a] nã licet negauerit aliqua esse vera secundum veritatẽ, potest tamen credere de his in contrarium esse vocem, & famã, sicq; ad omnia fieri debebit relatio. argumen. in l. si idem cum eodem. in fine. ff. de iurisdictione omnium iudic. & in l. talis scriptura. &

2 quod ibi nota. ff. de legatis primo. † Sed quid si in aliquibus positionibus antecedẽtibus dixit se nihil scire, posteà respondit modo isto, an hæc responsio refertur ad omnia de quibus dixit se nihil scire? Speculat. in titulo de no. crim. §. fama. versiculo primo. determinat quòd non, vt contrarietas, & repugnantia euitetur. quæ euitanda est de furt. de fama autem supra sufficienter dictum est.

Forma capitulorum actoris.

CORAM VOBIS suprascripto domi vicario exhibet, & producit suprascriptus Simo. dicto procuratorio nomine infra scripta capitula contra, & aduersus supra scriptum Ioan. in & super causa, & quæstione antedicta simul inter ipsas partes verten. ad verificationem, & probationem iuris sui, & hoc in passibus, & articulis concernentibus fauorem, & commodum domin. Simon. domin. nomine, & facientibus contra dom. Ioã. & non aliter, nec alio modo, quæ omnia, & singula in passibus antedictis eius fauorem concernentibus probare intendit, non tamẽ per hos se astringere vo-

lẽns adi

lens ad omnia probanda, sed ea solùm, & sola quæ
sibi d.nomine fuerint necessaria, & oportuna pro
victoria obtinen. saluo, reseruato eidem Simo. no-
mine quo suprà, omni iure, iterum & de nouo alia
capitula producendi, & probandi, prout sibi expe
diens visum fuerit. Primò quod publica vox, & fa-
ma fuit, & est, ac rei veritas se habuit, & habet
quòd quondam Petr. de mo. tempore eius vitæ, &
maximè de ann. cursu. M.cccl. & antè, & post, vsq;
ad ann. cursum. M.ccclxxv. inclusiuè, continuè te-
nuit, & possedit pacificè, & quietè per se, vel per
alium eius nomine petiam vnam terrę cultę per-
ticarum centum, cui cohæret ab vna parte &c. spa
tio anno. x. xx. xxx. & xl. & prout testes dixerint &
veritas apparebit pro sua, & tanquàm suam. Item
quòd supra scriptus Petr. d. petiam terræ vendidit
& tradidit de anno curso. M.ccclxxvj. suprascri-
pto Andrino pretio flore. c. Quod quidem pretiũ,
tunc dictus Petr. fuit confessus habuisse, & rece-
pisse, prout constat publico instrumento tràdito
per Tho. notarium publicum Papień. Item quòd
d. An. à tempore dictæ venditionis citra continuò
tenuit, & possedit pacificè, & quietè suprascriptã
petiam terræ pro sua, & tanquam sua per se, vel
alios eius nomine, spatio annor. x. xx. xxx. & plu-
rium, fructus, redditus, ac prouentus ex ipsa petia
terræ percipiendo, colligendo, & habendo sic, vel
aliter, prout testes dixerint. & veritas apparebit.

EPITOME.

1 *In casu quando negantur positiones expedit illas per te stes vel instrumenta probare.*
2 *Capitula differunt à positionibus in forma.*
3 *Positionibus respondetur à parte, capitulis verò contra di citur, & opponitur.*
4 *Producens capitula, omnia in eis contenta confitetur, pro- ducens autem positiones non confitetur, nisi quatenus eas pars fateatur.*
5 *Super quibus sint testes interrogandi, quando super capi- tulis inducuntur?*
6 *Super quibus sint formanda capitula?*
7 *Nulla dilatione statuta à lege, vel iudice, an probatio fa- cta dilatione non præcedente valeat?*

1 CORAM vobis. † Ad euidentiam est scien-
dum quòd plerunq; contingit ad detrimen-
tum tamen animarum suarũ, positiones ne-
gari, propter quòd expedit illas, vel per testes, vel
per instrumenta probari, quia parti non creditur
sine extrinseca probatione. vt iiij. q. iiij. nullus. & in
l. omnibus. C. de testam. & quia testes examinandi
2 sunt super capitulis [a] quæ apud aliquos appellan-
tur articuli, vt traditur in c. ij. de testi. lib. vj. ipsa ca
pitula producuntur: quãquam aliquãdo positiones
in capitula conuertantur tempore quo illas pro-
ducunt, posteaq; super negatis positionibus testes
examinari faciunt, quod tã de iure, quàm de con-
suetudine fieri potest. Debet tamen iudex interro
gatoria quæ fiunt à parte, contra quã producun-
tur prius limitare, & superflua abij-
cere. vt in d. c. ij. §. prætereà. in fin. de
testi. li. vj. & ibi per Ioan. An. & Spec.
in titu. de testi. §. iam de interrogato
2 rijs. † Nunc autẽ quæritur quid dif-
ferunt capitula à positionibus? Re-
spondeo quod primò differunt in for
ma. vt patet ex pdictis, & ex eis quæ
4 traduntur in titulo, præceden. † Se-
cundò differunt, quia positionibus re
spondetur à parte, sed capitulis non,
sed eis contradicitur, & opponitur.
4 † Tertiò, quia pars quæ producit ca
b pitula, videtur simpliciter confiteri [b]
omnia in eis contẽta. vt l. cum precũ.
C. de li. causa. Ille autẽ qui producit
positiones, videtur illas confiteri cõ
ditionaliter, videlicet si aduersarius
eas fateatur, vt proximè dictũ est in
præced. titu. cõueniunt tamẽ in hoc.
quia super oĩbus de calũnia iuratur.
vt in l. ij. §. sed quia. C. de iur. cal. & in
5 c. ij. eo. tit. libr. vj. † Deinde quæritur
super, & de quibus sunt interrogãdi
testes, cùm sup capitulis inducũtur?
Respondeo quòd testis in ratione sui a
testimonij debet dicere illud quod
c scit se noscere per aliquem sensum [c]
corporeũ videlicet per visum, aut au
ditum, aut per tactũ, seu gustum, seu
odoratũ, prout facti negotij qualitas
exigit, seu requirit. vnde si sit dubiũ
super vinum, an sit bonũ, vel malum,
debet testis dicere quòd gustauit, &
inconuenienter diceret quòd vidit,
quia nõ per visum, sed per gustũ per
cipitur bonitas vini, & sic de alijs, se-
cundum ea quę no. per Cy. & gl. in l.
testium. C. de testi. & per Innoc. in c.
6 cùm causam. extrà de testi. † Item,
quæritur super quibus formãda sunt
capitula? Respõdeo ꝙ super his quæ
pertinent ad verificãdum, & ad pro-
bandum ius actoris in sua petitione
deductum vel defensiones rei, nã ca b
pitula quæ nõ pertinent ad prędicta
tanquam impertinentia repelluntur.
vt no. in l. ad probationẽ. C. de proba.
& l. fina. C. si per vim, vel alio modo.
& l. si quis libertatem. in fin. ff. de pe-
titione hære. cum simi. no. tit. præce.
7 † Et no. quòd probationes sunt fien-
dæ in termino per iudicẽ, vel legem
asignato. vt not. in capitu. pastoralis.
extrà de exceptio. & l. exceptionem. c
C. de probationi. Quid igitur si nulla
sit dilatio per iudicem, vel statutum
asignata, an probatio facta nõ prę-
cedente dilatione valeat? Specu. dicit
quòd sic. in titu. de dila. §. videndum.

a *Super capitulis Adde, & vide Alex. de Imo. in l. si duo. §. idẽ iulianus. el ij. ff. de iureiur. vbi tenet quod etiam sine capitulis possunt testes examinari, & quòd productio capi. nõ sit necessaria. Frans. Cur.*

b *Confiteri.* Adde Barba. in cõsi. iij. col. xiij. & vide Alex. tenentem contra riũ, in cõsi. lxxviij. col. v. in ij. vol.

c *Per aliquẽ sensum.* Adde latè Ale. l. j. col. v. ff. si cert. pet. Fran. Cur.

in ver.vtrum. quàm opinio.sequitur Barto. & Iacobus de Areti.in l. in crimine.ff.ad legem Iul. de adul.& ibi probatur & in l.vnus.§. cogniturum.ff. de quæstio.

PRIMO Quod publica vox & fama. Meritò fit istud capitulum,vt eo probato liqueat de iure venditoris, & per consequens appareat quòd emptor causam habeat à bonæfidei possessore, quia multùm vtile propter ea quæ not.in authen. malęfidei.C.de long.temp.præscri.& per Dy.in regu.possessor malæfidei.lib.vj.est enim eo in iure tuendus ipse venditione facta,quo fuerat tuendus venditor venditione non facta. vt l.emptori.C.de euictio.& l.emptori.ff.de hære.vel actio.cum similibus ibi notatis.

CONTINVE Tenuit,& possedit.hic quęritur qualiter probetur cōtinua possessio?Dic quòd varijs modis,sed facilius probatur hoc modo,videlicet ante venditionem, & tempore venditionis possidebat,nam extremitatibus probatis,pręsumitur quòd tempore medio possederit,& hoc in eo qui desijt posidere,vt est vēditor.In illo autem qui de præsenti possidet, & asserit se possidere, sufficit probare se retro possedisse aliquando,nam illa præterita possessio præsumitur hucusque continuata,secundùm determinationem Cy.in l. super long.C.de lon.tempo.pręscri. & Bar.in l.Celsus.ff. de vsucap.& vide quod scripsi suprà in forma responsionis factæ per reum in libello.in glo.super verbo,præscri.&c.

CVI cohæret.Qualiter probentur confinia cohęrentia,dixi suprà in primo libello. in glo. super ver.cui cohęret.facit quod no.gl.in c.si papa.extrà de priuil.lib.vj.

SPATIO Annorum xxx. Et hic apparet quòd per longæuam pręscriptionem factus est dominus vtiliter,& sic potuit tale dominium in emptorem transferre.vt l.clauibus.ff. de contrahen. empt.& vide quod scripsi suprà in ti.de forma posi.in glo.quæ inci.hęc est octaua positio.

EPITOME.

1 *Titulus pro suo habet annexam iustam causam.*
2 *Stante statuto quòd ex possessione præsumatur dominium, probans possessionem de præterito,an præiudicet ei qui possidet pręsenti?*
3 *An qui possidet de præsenti stante dicto statuto ex eius fictione habeat rei vendicationem.*
4 *Cùm quæritur de dominio per modum agendi,sola possessionis probatio non sufficit.*
5 *Qualiter consulatur ei qui allegat solam possessionem antiquam,ad eam recuperandam?*

1 PRO Sua & tanquam sua. † Aduerte quòd titulus pro suo est iustus titu.cum habeat annexam iustam causam, videlicet emptionis per ipsum.An. factæ de ipsa petia terræ.vt l.j.ff. pro suo.& C.eo.titu.l.j.& hoc potuit legitimè pręscribere.

2 † Sed hic quæro de quotidiana quæstio.Ecce statuto cauetur quòd ex possessione præsumatur dominium,agit emptor qui aliquo casu cecidit à possessione sua contra possessorem,rei vendicatione, vel publiciana,dicendo ipsam rem ad ipsum pertinere iure dominij,vel quasi,& ad huius rei probationem producit testes, & instrumenta, per quæ probat quòd ipsam rem, tam ipse emptor, quàm venditor tenuit, & possedit pro sua, & tanquàm suam spacio longi temporis, quæritur an sit fundata intentio ipsius agentis?& eadē q.fieri potest in eius hærede qui cecidit à pos. Et arguendo ad partes summariè videtur dicendum quòd non. quoniam possessor de præsenti fictione statuti præsumitur dominus cum ipsi congruant verba statuti ipsius,ergo & statutum:argumento l.si verò.§.de viro.ff.soluto matrimonio & l.adigere.§. quamuis.ff.de iure patronatus.vnde duo non possunt præsumi domini insolidum per eandem.l. videlicet præsens, & possessor antiquus. argumē. in l.iij.§.ex pluribus.ff.de acquirenda possessio.& l.si certo.§.si duobus vehiculum.ff.commoda.& amplius.quia in pari causa possessoris potior esse debet causa præsentis possessoris, quam antiqui. argumen.in l.siue autem.§. si duobus.in fi.ff. de public.& l.si non dominus.ff.qui potio.in pig.ha. & l. debitor.ff.de pig.Cum enim causa præsumpti dominij sit ipsa possessio de præsenti,ea cessante,cessare debet & ista præsumptio.argumen.l.generaliter.C.de episco. & cleri.in l. cùm tale.§. falsam. ff.de conditioni.& demonstrationi. cum simili. In contrarium videtur dicendum,cuius causa præmittendum est quòd tantùm quo ad iuris effectum operatur fictio,quantùm veritas.vt l. si filius.ff. si certum petatur.& in l. lex Cornel.ff.de testamen. & l.si is qui pro emptore.ff.de vsu. cum similibus. vbi notatis.

3 † Ex hoc sic infertur quòd qua ratione si hic emptor,vel hæres antequam cecidisset à possessione fuisset verè dominus,& caderet à possessione,posset agere rei vendicatione,ita & tunc propter fictionem statuti, qua præsumitur dominus fuisse, nam cum tempore quo possidebat erat in eo pręsumptum dominium,quod tantùm operatur,quantùm verum,non potuit sine facto, & culpa sui eo priuari.iuxta regulam iuris in l.id quod nostrum. ff.de regulis iuris.& in l. cùm mandati.C. manda. & lege final.C.de pactis.Nec verisimile censetur quòd lex quæ semel contulit suum beneficium primo posidenti, velit ab eo auferre, & conferre secundo.argumen. in l.asiduis.§.except.C. qui potio.in pign habean.Et pro hac parte facit quod alibi dicitur de duobus contendentibus de possessione,quæ defertur illi qui probat de antiquiori, vt traditur in capitu.licet. extrà de probatio.in l. prima C.vti posside.& quod etiam dicitur de duobus emptoribus,quorum ille præfertur qui primò posse-

possedit illam. vt in l. quoties duobus.C. de rei vend.cum simi.& hæc pars est æquior, & practicatur.
4 Circumscripto † autem statuto non putarem de iure communi sufficere probari de antiquiori possessione, nisi esset legitimè præscripta, maximè spatio temporis, cuius initij memoria non extitit in contrarium, vt dixi, super forma positionum. In glos. quæ incipit, hæc est tertia positio &c. vel ex vero & putatiuo titulo, iuxta materiam l. Celsus.ff.de vsuc.& l.hominem.& l.fina.ff.pro suo. Nam cùm de dominio quæritur per modũ agendi, sola possessionis probatio non sufficit, sed de dominio, vel quasi probari debet per modos traditos in §.per traditionem.& in §.singulorum.insti. de rerum diuisio.& ff.de acquirend.rerum domin. l.ij.& iij.cum simil. Si autem de dominio, vel quasi quæreretur per modum excipiendi, tunc possessio de præsenti induceret præsumptionem dominij in ipso possessore, & teneretur aduersarius contrarium probare. vt traditur per gloss.& Bartol. in l. quidam in suo.ff.de condi.insti.& vide no.per eum in l.ita vt si fur.ff.commoda.& per Spec.in titu.de loca.versic.lj.vide Cyn.in l.cùm res.& in l.ij.C. de
5 probatio.& in l.j.C.vbi causa status. † Quæret aliquis qualiter consulendum sit ei qui simpliciter allegat possessionem antiquam ad ipsam recuperandam, cùm non habeat titulum paratum, quia instrumenta sunt, vel perdita, vel testes non apparent? breuiter sic potest responderi, multorũ dicta colligendo. Aliquando quis perdit possessionẽ rei mobilis, aliquando possessionem rei immobilis. Primo casu, aut res peruenit in aliũ possessorem, eius vitio mediante, aut sine eius vitio. Si peruenit vitiosè, tunc subdistingue, aut prior possessor habet ius in re, vt puta creditor, & tunc ei datur pro possessione recuperãda cõdictio certi. vt habetur & nota in text.& gloss. in l.ideo.§. Neratius.ff.de condi.furt. Aut nullum ius habet in re, & tunc, aut erat verus possessor, aut simpliciter detentator, vt cõmodatarius, si fuerat verus possessor, tũc habet triplex remedium, videlicet, condictionẽ triticariam, dum tamen nõ sit pecunia. vt in l.ij.ff.de cõdictio.tritica.& l.si coloni.C.de agric.& cen.li.xj. ac etiam condictione indebit. vt l. indebi.§. sed si nummi.ff. de condi.indebit. Si autem erat simplex detentator, tunc habet actionem in factum, & officium iudicis. vt l.non tantum in princip.ff.de peti. hære.& ibi not.glo.in l.manifestissimi.§. sed cùm in secunda.C.de furt.& per Cyn.in l.j.vbi de causa stat.& vide quod not.Barto.in l.rem quæ nobis.ff. de acquiren.pos. Pro re autem mobili recuperãda, nullum cõpetit interdictum, sed vel actio furti, vel vi bonor.rapto. vt no.per glo.in d.l.rẽ quæ nobis. licet pro ea defendẽda detur interdictum vtrobi. l.j. Vbi autem quis rei immobilis possessione priuatur sine vitio nouissimi possessoris, quia emit, vel successit, tunc dic, vt j.proxim. Secundo principali casu quando quis perdit possessionem rei immobilis, tunc distingue, vt suprà, aut quis perdidit vitiosè, aut sine vitio. Primo casu, aut perdit vitio violentiæ, & habet interdictum vnde vi. l.j. & ij.cum similibus & condictionem ex canone reintegranda.iij.quęstione prima.& alia remedia, de quibus scripsi infrà sub forma libelli, qua agit spoliatus. in gloss.j. vbi vide .. aut perdidit vitio clandestinitatis, & habet interdictum quod vi, aut clam. vt ff.quod vi aut clam.l. j.cum seq. habet condictionem ex l. meminerint.& l. si quis in tanta.& l. cùm querebatur.C.vnde vi.& condictionem ex d.canone reintegranda. Vbi autem perdidit sine vitio, dicũt quidam nullo remedio ad possessionem solam reuocãdum, essẽ succursum, sed ad proprietatem solum fore agendum. Alij sunt qui dicunt succurrendum ad possessionem condictione ex dicta l.si coloni.quam opi. sequitur glos.in dicta l. in ciuilem.C. de furt. Innocen.verò tenet, & gloss. cum eo.in capitul.sæpè.de restitutio. spolia.quòd succurratur condictione ex dicto canone reintegranda. cui opinio. dicit Bartol.repugnare videtur .l.siue autem.§.primo.ff.de publ. Vnde ipse distinguit sic, aut ille ad quem possessio peruenit sine vitio habet causam ab actore vitioso, & res erat vitiosa, & tunc contra eum locum habet remedium dicti capit. reintegranda.argumen.in authentic. malæ fidei.C.de long.tempo.præscr. Aut habet causam ab actore non vitioso, & tunc contra possessorem in nullo remedio possessorio est prouisum, sed super proprietate de iure dominij est disputandum, quam opinionem sequitur Bacob.Butri. in dicta l.in ciuilem. Nec obst.secundum Barto.in dicta l.si coloni.quia loquitur quando quis causam habebat ab actore vitioso. Verum ad capitul. reintegranda, non respondet. Sed tu potes dicere quòd concordat, per textum, ibi, cùm dicit iniustas causas, & capitul. per quæ verba datur intelligi succurri contra illos qui iniustis de causis occupauerunt res alienas, alij autem volunt intelligere illa verba, vt referantur ad eum qui possessionem amisit, vt sit sensus, qualitercunque ex iniusta causa quis priuetur possessione sua, succurratur eidẽ beneficio dicti canonis. reintegranda, quod credo verius. Posset tamẽ fortasse sic distingui inter ecclesiã, [a] & priuatum, aut persona priuata perdidit possessionẽ

[a] *Ecclesiam. De hoc vide per La. alleg.iij.& an remediũ d.ca.detur malæfidei possess. vide Alex.consi. cxvij.ij.vo. & an requiratur litis contest. & an sit remedium perpetuum, & multa alia, vide per eũdem cõs.vj. iij.volumi.*

rei suæ, & tunc locum habet distinctio dom. Bar. & Iac. aut ecclesia, vel prælatus ecclesiæ, & tunc indistinctè ad recuperandum possessionem ex iniusta causa perditã succurritur remedio. d. c. reintegranda. & sic procedit dictum, & opi. Innoc. & sequen. Nec mirandum si latius succurratur ecclesiæ: quàm priuato, quia etiam in multis alijs causis idem fit. vt patet in titul. de sacros. san. eccles. & C. de episcop. & clerci. extrà de immu. eccle. per totum. cum sim. per quem patet quòd illud c. reintegranda. solùm procedit in ecclesia, & ita sonãt eius verba &c.

ITEM quòd suprascriptus Petr. Hoc est secundum capitulum in ordine quod probabitur per instrumẽtum sine venditione rogatũ est fieri instrumentum, vel per testes si de instrumẽto non apparet. vt in l. cùm res. C. de probationib. cum similibus. Sequitur in litera.

a Pretium. Adde hîc scripta per Rom. consi. lxxxvj. & consil. xcj. vbi ponit an §. venditæ. instit. de empt. & ven habeat locũ in quocunque contractu.

PRETIO florenorum centum. a Not. quòd pretium [a] est de substantia venditionis. vt in §. pretium. insti. de emption. & venditio. cum similib. ibi not.

ITEM quòd dictus. Hoc est tertium capitulum quod fit causa probandi præscriptionem, de qua aliàs plenè diximus.

EPITOME.

1 *Per se, & suo corpore poßidere, & alieno corpore, paria sunt.*

2 *Qualiter acquiratur possessio rerum corporalium, & incorporalium?*

b Quàm ecclesiarum. Vide etiam per Ro. cõs. cccl xxxvj. per Cald. consi. vj. de iure patro.

c Nec dominium an inuestitura p bet dominiũ vel pos. vide p Bal. consil. lxij. ij. li. p Pau. de Cast. cõ. ccxxviij. et vide quod voluit Are. consil. xv. [illegible]

1 PER SE seu alios. † Hæc enim sunt paria suo corpore possidere, vel corpore alieno. vt l. quod meo. ff. de acquiren. possess. & hoc est regulare in quocunque alieno noĩe possidente, siue sit seruus, siue filiusf. siue extraneus. vt l. generaliter. & l. j. §. item acquirimus. cum seq. ff. de acquir. pos. & quod habetur in l. quædã mulier. ff. de rei vendi. & in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. & l. quãuis. §. si conductor. ff. de acqui. possess. cum similib. sicut eisdem modis retinetur possessio seruitutis. vt in l. vsu retinetur. ff. quemadmo. seruit. amit. 2 † Qualiter autem quæratur possessio rerum corporalium, & incorporalium tam priuatorum, quàm ecclesiarum b [b] plenè traditur per In. in c.

ex literis. extrà de restitutio. spolia. facit l. iij. & d. §. item acquirimus. & l. quẽadmodum. ff. de acq. pos.

FRVCTVS ET REDDITVS. Hoc est optimum signum possessionis adeptæ, & dominij, vel quasi acquisiti. vt l. Titia. ff. de solut. & l. ij. C. de acquren. possessio. facit l. litibus. C. de agr. & censi. lib. xij. & hoc verum intellige, non apparente alio possessore. Nam si appareat de alio possessore, licet iste non possessor fructum rei, vel pensionẽ reciperet nõ ex hoc efficeretur possessor, vt traditur per gloss. & Bartol. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. & in l. quamuis. §. & si conductor. ff. de acquiren. posses. ad prædicta etiam facit l. Pompo. quærit. ff. qui mo. vsufru. amit. Simplex autem instrumentum locationis, vel emphyteusis non interueniente solutione mercedis non probat possessionem, nec dominium. [c] vt in c. inter dilectos. in fin. c extrà de fide instr. & in l. qui rem propriam. C. loc.

VEL ALITER prout testes dixerint. Ista clausula est superflua, quia pars producens habet necessariò stare testibus à se productis. vt l. si qui. testi. C. de testib. cum similibus. tamen aliqui ex abundanti vtuntur ea.

Forma capitulorum, quãdo testes producuntur ad æternam rei memoriam.

CORAM VOBIS Domi. vicario. Dicit, significat, & proponit Simon spelta suo proprio nomine, quòd iam elapsis annis duobus Tho. Brachius fuit confessus versus ipsum se ab eo in deposito, & ex causa depositi habuisse, & recepisse flore. c. in tanta pecunia numerata, quos flor. eidem Simon. reddere promisit ad certum terminum iam elapsũ Tho. antedictus. Verũ quia de dicto deposito, & alia contentis in capitulis insertis, veritatem nouerunt testes inferius nominati timeatq; ac suspicetur ipse Si. ex veris, & apparentibus causis de morte, vel absentia, aut infirmitate testium insertorum, propter quem defectum probationis posset dãnum perditionis sui iuris incurrere. Idcirco idem pro confirmatione sui iuris, & vt veritas non depereat omni modo, via, iure, & forma, quibus melius potest, petit, & cũ instantia requirit per vos testes, & ex vestro officio citari, examinari, recipi & admitti super capitulis infrà scriptis ad æternam rei gestæ, & veritatis memoriam, & ad omnẽ bonum finem, & effectum, per quẽ melius ius, & iustitia, ac veritas cõseruetur, & non pereat, nõ astringens tamẽ se d. Simon ad probandum, nisi ea sola quæ sibi sufficiant ad eius victoriã causæ. Primò videlicet quod rei veritas fuit, & est ac se habet & habuit q suprascriptus Tho. habuit, & recepit, ac habuisse, & recepisse cõfessus fuit à prædicto Simon. in deposito, & ex causa depositi in pecunia numerata de anni cursu M. ccccxv. mensis Maij floren. c. Item quòd præfatus Tho. dictam pecuniæ quantitatem, tunc reddere, & restituere promisit ipsi Simo. ad calend. Ianuarij,

rij tunc proximè sequentis sub obligatione omniū bonorum suorum.

EPITOME.

1 *Quando producantur testes ad eternam rei memoriam.*
2 *Qualiter prædicti testes producantur?*

1 CORAM vobis. Frequens †satis est hic tractatus maximè tēpore mortalitatis, & guerrarum, & ideò magna suadente equitate adinuentus, vt non pereat facultas probationis, habet autem locum tam in actore, quā in reo. vt not. in c. quoniam frequenter. extrà vt lit. non contest. Pro cuius pleniori doctrina est sciendum, quòd regulariter testes non recipiuntur ante lit. non contesta. Fallit quando testium morte, vel absentia timetur. & in quibusdam alijs casibus qui not. in text. & glo. per Inn. in d. c. quoniam. & per docto. iuris ciuilis in l. in lege aquilia si deletum. ff. ad leg. aqui. ad quod etiam facit quod not. in authen. de testib. §. pen. colum. vij. C. de testib. authen. sed si quis ab aliquo. & l. curent. ff. de test. & Spec. in tit. de teste. in §. nunc tractemus. Producendi autem sunt hi testes coram illo iudice qui esset iudex competens ipsius rei, si contra eum producerentur via ordina-
2 ria: vt in d. c. quoniam. Quæritur †autem de forma producendi in hac examinatione. vbi notandū quòd pars contra quam producuntur debet citari prius. & si comparuerit ei debet libellus offerri. & iuris ordo seruari, siue sit actor, siue reus, vbi autē contumax fuerit, tunc examinātur testes, quorum testimonia sigillantur, nec publicantur, & posteà intra annum, si fieri poterit, debet iterum pars cō tra quā sunt producti citari, & super negotio principali sibi petitio offerri, aut saltem denuntiari sibi de ipsorum testium receptione, vt ei liceat con tra ipsos opponere, prout videbitur, & si hæc forforma non seruatur, examinatio redditur nulla. vt in d. c. quoniam. post princip.

EPITOME.

1 *An credatur simplici assertioni actoris volentis producere testes ad eternam rei memoriam?*

1 TIMEATQVE & suspicetur. An †aūt suæ assertioni credatur? dic quòd non, nisi probet quòd actor asseuerat, quia actor quod asseuerat probare debet: vt in l. actor. C. de proba. cum simil. credo tamen quòd sufficiat de absentia futura probari per testem, qui se dicat velle absentare, vel per relationem medici qui dicit illum fore infirmum. argum. l. semel. C. de re milit. quia in talibus procedendum est summatim.

DE MORTE. Attende hîc quòd de morte proponitur, quia ipsa timenda est, tam in iuuene, quā
a sene. [a] sed tamē debet subesse iustior causa mortis, puta grauis infirmitas, vel quia quotidie est in conflictu belli, & sim. aliter autem esset vanus timor, & quia de morte loquimur, audi quid refert Seneca i quadā sua epistola, ait episcopū meditari mortem, qui hîc meditari libertatē iussit: nam qui mori didicit, seruire non didicit. sed vna cathena, quæ nos omnes alligatos tenet, scilicet amor vitę. &c. ergo ait Valerius, remoueatur naturalis omniū animalium dulcedo vitæ, quæ nos pati multa turpiter cogit. sic remota eius quā plurimùm beatior finis erit &c.

VEL ABSENTIA. Hæc est sufficiens causa, tunc etiam & aliæ, de quibus not. in d. c. quoniā. & per Spe. in dicto §. nunc tractemus.

PRIMO VIDELICET. Hoc est primum capitulum, quo distinguitur, & declaratur obligationis titul.

EPITOME.

1 *Per solam depositi confessionem non inducitur obligatio, sed probatio depositi.*

1 HABVISSE confessus. †Sed hic quæritur, an sola confessione inducatur obligatio depositi? videtur quòd non, quia depositū non verbis contrahitur. vt instit. qui. mod. re contra. ob. post princ. l. j. §. is quoque. ff. de act. & oblig. Confessio autem dicitur verborum obligatio. institu. de litera. obl. in princ. in d. l. j. §. verbis. ergo per cōfessionem depositum non contrahitur. Breuiter dic quòd obligatio non contrahitur, sed probatur esse contracta per talē cō-
b fessionem. [b] vt l. publia. ff. depoſi. in fin. maximè quando renuntiatum est exceptioni non numeratæ pecuniæ, vt communiter fieri solet in instrumentis, vt habetur in d. l. in cōtractibus. §. sed quoniam. C. de non nume. pecu. & no. in l. si ex cautione. & l. generaliter. eod. tit.

EX CAVSA depositi in pecunia numerata. Aduerte quòd regulariter verum & proprium depositum est, quando certa res in specie, vel quantitate, vt species deponitur in sacculo consignata. vt in l. j. §. si pe. signata. ff. depo. licet ipsa eadem res, vel pecunia restitui debeat, tenetur eo casu depositarius nō solū de dolo, sed etiā de lata culpa: vt l. qđ Nerua. & l. j. §. sæpe. cū si. ff. depo. vbi aūt pecunia deponit in quātitate, vel genere tūc sufficit tātūdē restituere, & ipsius pecuniæ periculū pertinet ad depositariū. vt in l. Lucius. & in l. dies spōsaliorū. §. j. ff. dep. Sunt & alij quatuor casus, in quibus periculū trāsit in depositariū, qui no. per gl. in prædicto §. sæpè. inter quos est ille casus qui quotidie ponitur in instrumētis, vide

[a] *In sene. sed in qua ætate debeat esse senex, ad hoc vt in eo sit suspitio mortis. hoc casu vide Old. cōs. xciij. qui al leg. Imol. in c. quoniam frequenter. vt lit nō cōte. & dicūt quòd quinquagenarius dicitur senex: vide alia in dicto consi.*

[b] *Confessionem. dic tamen quòd depositū cōfessionatū non habet priuilegiū veri depositi, vt dicit Bald. consi. xxxviij. iij. libr.*

licet quādo deponēs,& depositarius inuicē paciscātur ꝙ depositarius de omni periculo teneatur.iuxta doctrinam traditam per gloss.& doct.in l. sed & si quis.§. quæsitum. ff. si quis cautio.&c.

ANNO CVRSO M.ccccx. Isto anno mensis Septemb.die xvj.natus est prædictus Mäfredus filius meus in ciuitate Papiæ.an.verò curso. M. cccxcij.mensis Octobris natus est il lustrissimus Dux Philippus ad præsens Dux Medio.& Comes Papiæ, qui anno præsenti nunc currente.M. ccccxij.[a] mensis Iulij obtinuit dominium ciuitatis Medio.interfecto tūc proditore à certis ciuibus olim eius fratre Duce Medio &c.

a M.ccccvij. cōputando ergo in cursu .xxxv. anni fuerūt sex principes Medio. an autē septimus regnauit hoc tempore dubium est, regnauit itaq; dux Philippus, deinde dux Frāciscus, deinde Dux Galeaz, deinde Ducissa Bona, deinde Dux Io. an. Galeaz nunc dux Ludouicus.

ITEM QVOD PRAEFATVS Hoc est secundum capitulum cōfirmatorium primi &c.

TVNC REDDERE. Ista dictio, tunc, denotat temporis extremitatem.vt l.iij.in fin.ff.de condi. & demon.& l.tutoribus.in fin. ff.de testa. tut.de cuius significatio.notatur per Arch.lxiij.distinct.in cap.ergo &c.

EPITOME.

1 *Dictio, vsque, qualiter ponatur inclusiuè, vel exclusiuè?*
2 *Dictio, vsque, qualiter ponatur quando capita essent alteri legi contraria?*
3 *Dictio, vsque, qualiter ponatur quando ista dictio, per, iungitur, & determinatur à dictione vsque?*
4 *Dictio, vsque, qualiter ponatur, vbi apparet de contraria voluntate disponētis, quæ colligi potest ex qualitate rei, ad quam fit terminatio quæ alienari non potest.*
5 *Dictio, vsque, qualiter ponatur quando resultat prauus intellectus?*
6 *Dictio, vsque, qualiter ponatur quādo ponitur ad determinationem numeri, temporis, vel quantitatis?*
7 *Dictio, a, vel ab, qualiter accipiantur?*
8 *Dictio taxatiua, qualiter accipiatur?*

b *Vsque. De hac dictione, & alijs hic positis & multis alijs, de quibus hic non fit mētio. vide per Old. consi. xlix.*

VSQVE AD Calendas Ianuarij. Solet 1 apud plurimos dubitari, an hæc dictio vsque[b] ponatur inclusiuè, vel exclusiuè. Et quātùm ad primum casum ponitur inclusiuè, & sic dies calendarum cedet tota commodo debitoris.argu.l. qui ante calēdas. & l.eum qui.§. qui eū. ff.de verb.oblig. Et quoniam materia ista est satis in practica, & in vsu, ideò latius est declaranda, ad cuius euidentiam propter rudes, sciendum est quòd secundùm logicos duo sunt termini, vnus à quo, alius ad quem, terminus à quo est ille, à quo res sumit initium, verbi gratia, si dicatur, talis lapidem proiecit à domo Titij, vsque ad domum Caij, nam domus Titij est terminus à quo iactus lapidis sumit initiū, domus verò Caij est terminus ad quem iactus lapidis finem suum perficit, & consumit de quibus terminis plenè no. per Bart.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsuca.quo sic supposito, reuoco in dubium, an istæ dictiones, a, ab, vsque, ponantur inclusiuè? Circa quod sciendum est quòd quandoque dictio vsque profertur à lege, quandoque profertur ab homine. Primo casu regulariter ponitur inclusiuè.vt probatur in authen.hoc ius.in versicul. in cæteris. C. de sacro sanct.eccl.& l.j.ff.de do. & l.si cum exceptione.§. quatenus.ff.quod met.causa.& l.si cui serui.ff.de lega.j.in fin.ff.si tabul.test.nul.exta.l.j.in fin. facit c. statutum.de hære.in clem.& l.final.ff.de senat.

2 Fallit quando capita inclusiuè essent alteri legi contraria.quia tunc ponitur exclusiuè. vt in l. penul.ff.de flu.& l.j.post princip. ff. an per alium causa appel.cum simil. Secundo casu quando profertur ab homine, tunc considera duos casus.nam quandoque istæ dictiones, a, ab, & vsque ponuntur ad determinationem loci, quandoque temporis, quandoque numeri, vt infrà declarabitur. Item habes considerare, quòd hæc dictio vsque, aliquādo iungitur cum præpositione, in, aliquando cum præpositione, ad. Si quidem iungitur, & determinat præpositionem in, verbi gratia promitto stare arbitrio Titij à x.flore.vsque in xx.vel si testis dicit, talis possedit talem fundum, vsque in talem, sic tunc ponitur inclusiuè, quia hæc dictio, in, denotat quandam intrincitatem, & perfectionē.vt colligitur in l.socium qui in eo.§.final ff.pro so.& l.si in annos.ff.de cond.& demon.

3 Ideò dico si hæc dictio, per, iungatur, & determinatur à dictione, vsque, verbi gratia, promitto x.dare vsque per medium mēsem nā hæc dictio, per, perfectionē termini denotat cui adijcitur.vt l.vrbana.§.pernoctare. ff.de verb.signifi.vbi verò hæc dictio, vsque, iungitur dictioni, ad.v.g.loco fundum talem, vsque ad talem, vel vendo talem fundum, vel loco talem domum, vsque ad talem, vel testis dicit talis possedit talem rem, vsque ad talem, tunc quidam in hoc distingunt, vt Dyn. & Cyn.aut inclusio continet odium, & exclusio fauorem, & tunc ponitur exclusiuè, aut econtrà, & tunc ponitur inclusiuè per Cy. in l.à caligato milite.C.de nupt.tu autem secundū Bartol.latius distingue, vt per eum not.in l.patronus.ff.de legat.iij.aliquando dictio, vsque, ponitur ad determinationem loci, quandoque ad determinationem temporum, quandoque numeri. Primo casu subdistingue, aut terminus ad quem refertur, potest comprehendi idem, vel esse cum termino à quo, & tunc ponitur inclusiuè. Hoc autem contingere potest vel ex generalitate sermonis, vt in d.l.patronus.§.j. vel ex qualitate rei, vt quia sit arbor, vel lapis, vel fouea, ille terminus ad quem, vt l.arbor.ff.cōmuni diui.& l.pro regione. ff.de acquirem

quiren.rerum domi.vel,ex qualitate pretij, vt infrà dicam,vel quia inclusio cõtinet causam piam. vt l.quidam in testamento ff.de lega.ij.

4 Fallit † vbi apparet de contraria voluntate disponentis, quæ colligi potest ex qualitate rei,ad quã fit terminatio, quæ alienari non potest.vt in l. filiusfam.ff.de lega.j. vel vt etiam credo si res illa, ad quam fit terminatio sit aliena,& ab alio possessa, quia non est præsumptio in dubio disponentem referre se voluisse ad rem alienam.argumen. in l.iiij.ff.de leg.j.vel ex qualitate pretij ipsius rei alienatæ,quando sequeretur enormis læsio si poneretur inclusiuè.his enim & similibus casibus ponitur exclusiuè.argum.l.semper in stipulationibus.ff.de regul.iur. Et per hoc deciditur illa vulgaris quæstio,quando quis vendidit aliquem fundũ, vsque ad talem,vel locauit quod non ponitur absolutè ille alius fundus inclusiuè in veditione,sed cum determinatione, de qua suprà. Secũdo principali casu,quando hæc dictio , vsque , ponitur ad determinationem temporis,& tunc subdistingue, aut tempus ad quod refertur potest cõtinuari sub tempore designato , puta promitto dare centum, vsq; ad calendas, vel promitto dare x. vsque ad x. ann.vel loco,vel in emphyteusim concedo talem domum:vsque ad x.ann . in quibus casibus dubitatur,an tempus extremum,ad quod,puta annus vltimus decẽnij ponatur inclusiuè,vel exclusiuè, vbi indistinctè dic quòd alio modo non apparẽte ponitur inclusiuè argum.d l.eum qui ita.§. qui stipulatur ante calen.ff.de verbo.obliga.cũ simil.suprà alleg.quia bona est argumentatio de loco ad tempus.vt in l.vinum.ff.si cert pet.& l.final.ff.de triti.

5 Fallit † vbi resultaret prauus intellectus , quia tũc ponitur exclusiuè,puta si sit terminus statutus ad comparendũ vsq; ad diem dominicam,vel promisisti qualibet die dare libram carnium vsq; ad diẽ veneris vel ad primã diem quadragesimæ. & sim. nam in his casibus nõ intelligitur inclusa dies prohibita,vel tempus prohibitũ.argum.l.ij.C.de tempo.appel.& in l.semper de regul. iur . aut tempus quod non potest de iure contineri sub tẽpore designato.v.g.do tutorem filio meo vsque ad pubertatem,& tunc ponitur exclusiuè.vt l.quæsitum. ff. de tutel. Fallit vbi de mente disponentis contrarium appareret.quia tunc verba impropriarentur. vt l.à filio.ff.de leg.iij.& l.pater seuerinam.§.con

6 ditionum verba.ff.de condi.& demon. † Tertio principali casu quando hæc dictio,vsque , ponitur ad determinationem numeri temporis, vel quantitatis.v.g.promitto dare vsque ad x.dies,& tũc ponitur inclusiuè.vt d l.diem.ff.de do.& in authẽ. de appel.& intra quæ tempora.§. illud quoque.colũ. iiij.licet illa iura loquantur quando tempus profertur à lege. Idem tamen dic hoc casu si profertur ab homine,maximè quia verba debent interpretari contra proferentem.vt l.veteribus.& ibi not. ff. de pact.& in partẽ magis fauorabilem.vt in l. quo

7 ties.ff.de pact. Quę † autem s.dicta sunt in dictione,vsque,idem per omnia intelliges in dictionibus à,& ab,quæ apponuntur vt plurimũm,tanquã terminus à quo.de quibus vide Guil.de Cug.in l.meminisse.ff.de offic.procons.& leg.per Alber.in suo alphabeto,super litera,v,dictione vsque, & per Archid.de præben.lib.vj.& de restitu.spolia. frequẽs eo.lib.xxxj.distin.c.final.& per Ioan.And. in clem. sicut.de appel.facit l.ratio.§.si.ff.de act.emp.& in l.j.§.æstatem.ff.de aqua quo.& æsti.& l.post duas. C.de aduo.di.iudi.& vide de his , & alijs pluribus dictionibus,quæ posuit Alb.in auth.hoc ius. C. de

8 procur. Quid † autem sit de dictionibus taxatiuis, puta,solũ,solummodò,tantũ,tantũmodò,& si.not. per Bartol. in l.j.ff.si quis ius dicendi non obtẽm. Ad vnum semper aduerte , & hanc regulam tene in omnibus quæstionibus occurrentibus quòd si reperias diuersas opin.doct.adhærere velis potius opin.antiquorum,quàm moder.nisi reperias text. expressum in contrarium:nam moderni facti sunt ita pomposi,vt se nihil reputent scire,nisi legẽ faciant per se, & spernant antiquos , & laudent modernos,de quorum collegio se faciunt,& prædicari volunt,nam vt inquit Seneca , probatos semper tene,& si ad alios diuertere aliquando libuerit,ad priores redi. Deo gratias.

Forma sequestri, seu saximenti. Rub.

SAPIENS vir , dominus vicarius domini potestatis Papiæ ad petitionem & instantiã.s.scripti An. omni modo,iure,via,& forma,quibus melius potest exposito prius ipsi do.vicario per dictum Andr.quòd multùm , & iustè timet de dilapidatione,& occultatione instrumentorum, fructuum , & bonorum existentium super possessione,de qua inter ipsum parte vna,& Io.an dictum parte altera quæstio vertitur,& quod amplius est,ne ipsorum occasione partes ipsæ perueniant ad rixam,& arma,volens,& intendẽs præfatus dominus vicarius inquantũ potest occurrere, & obuiare cuicunq; scandalo,rixæ,vel rumori,iussit, præcepit,& mãdauit suprascriptis An.& Si.nominibus prædictis ibi præsentibus audientibus & intelligentibus, quatenus nullus eorũ audeat , vel præsumat accedere ad dictã possessionem,de qua quæstio vertitur,nec abinde fructus , vel alias res amouere,nec in ea laborare,vel laborari facere sine expressa licẽtia,& volũtate.dict.dñi vicarij sub pœna cuilibet contrafacienti librarũ c. cameræ illustr.Ducis applicãd.seu cõmuni Papiæ.reseruato tñ omni iure dictis partibus tã in possessione,quã in proprietate prædicta,& etiam omni iure eis cõpetẽti in fructibus antedictis,ac si ipsum saximentum factũ non esset. Præterea præfatus dñs vicarius imposuit,& in mãdatis dedit,& dat Pet. patio seruitori publico dicti cõmunis , quatenus ex sua parte,impositione,cõmissione,& mãdato dicat,& præcipiat,h,& a,cõsulibus loci sartiranę quatenus oẽs,& singulos fruct⁹ extãtes de pſenti,& insuper in dicta possessione & pprietate colligere debeãt & saluare,ac penes se i sequestro tenere,nec alicui

personæ respondere sine speciali licentia ipsius domini vicarij, sub pœna, de qua supra & inde &c.

EPITOME.

1 *Omnis sequestratio est prohibita,*

2 *Quæ faciant personam suspectam de dilapidatione, propter quam admittitur sequestratio?*

3 *Fundus cum fructibus, an poßit sequestrari ad suggestionem partis, cum præiudicio iuris vtriusque partis, cum timetur de rixa?*

4 *An vigore conuentionis in instrumento positi, quòd in casu non secutæ satisfactio. bona debitoris sequestrentur, poßit fieri sequestratio?*

5 *Sequestratio, an poßit euitari in casibus in quibus permittitur?*

6 *Facta sequestratione fructuum tempore periturorum quid sit agendum?*

1 SAPIENS Vir. † Frequens est hic tractatus saximentorum maximè in Monteferato, & quibusdam alijs partibus, vbi ius, & instātia ministratur per boues, & ignorantes, qui multùm sunt faciles concedere talia saximenta. Est igitur sciendum quòd regulariter ista saximēta ante latam sententiam [a] sunt omni iure, tā ciuili, quàm canonico prohibita. vt C. de prohi. sequæ. pecu. & extrà vt li. pen. c. j. & extrà de seq. pos. & fru c. j. & in cle. j. eo. ti. & xv. q. iiij. volumus. & maximè lite pendente. siue agitur actione reali, vt puta rei vendi. vel alia simili puta petitione hære. & est ratio, quia nemini auferenda est commoditas possessionis quæ in fructuum perceptione cōsistit ante latam sententiam. vt l. j. & l. ordo. C. de execu. rei iud. & in §. cōmodum. insti. de interdi. & l. Titia. ff. de sol. nisi pendente appellatione post sententiam latam in principali causa. vt l imperatores. ff. de appella. & in c. fin. cum ibi not. extrà de seq. pos. & fruct. Potest tamen antè sententiam latam, in causa principali fieri fructuum descriptio, vt super illis iudex posit certam ferre sententiam, & determinatam doc. in l. facultas. C. de iu. fis. li. x. & Barto. in l. j. §. eligitur. ff. de vent. in pos. mit. pro qua opi. facit d. l. j. quod si nondum. & in authen. si omnes. in fi. C. si vt se ab hære. absti. Sic ergo stat regula quòd omnis sequestratio est prohibita. [b] quæ regula fallit in x. casibus. Primus est cū timor, vel suspitio est de dilapidatione rei quæ petitur sequestrari. vt probatur in d. l. imperatores. & in c. ij. & ibi not. per gloss. in c. fina. extrà de seq. pos. & iij. q. ij. c. quia ita.

2 † Sed hic quæritur quæ sunt illa quæ faciunt personam suspectam de dilapidatione? Respondeo secundùm gloss. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. cog. quòd sunt quatuor. Primò debet non possidere aliqua mobilia. vt in l. sciendum. ff. qui satisda. cog. vel possidere pauca quæ non æquiualent rei, super qua quæst. agitur. vt l. si creditores ff. de priui. cre. tertiò mali [c] mores de præsenti, vt insti. de suspe. tu. §. fin. quod no. tu. iuuenis cui displicent boni mores, quartò quòd prius in similibus malè versatus sit. vt in l. si cui. §. hisdem. ff. de ac. Præmissa autem indicia reddunt quem suspectum, si superueniant post obligationem contractam, secundùm Barto. & doc. secus si fuissent tempore obligationis contracta, quia tunc non redderent personam suspectam, cùm enim à principio fuerit à tali approbata, non poterit ex eadem causa reprobari. vt traditur & habetur in l. si creditores. versi. planè. & in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. facit l. si is à quo. in fin. ff. vt in poss. legat. ad quod faciunt, quæ in simili dicuntur de vxore, quæ contraxit cum viro inope & egeno. deinde pendente matrimonio vult dotem repetere, quia vir eius laborat inopia. per l. vbi adhuc. C. de iure dotium. & in l. si constante. in princip. ff soluto matri. quæ non auditur. vt not. per Cy. in d. l. vbi adhuc. in iiij. quest. Secundò principaliter fallit d. reg. quando ab execu. sententiæ interponitur appellatio. in l. ab executore. C. quo. app. non reci. Tertiò fallit in seruo litigante de eius statu, cuius peculium interim sequestratur. vt l. j. §. j. C. de asser. tollen. & in l. j. C. de ordi. cog. Item potest dici à paritate rationis in filiofa. monacho, feudatario, & si. de quorum statu quæstio agitur. Quartò fallit in colono ascripto qui litigat cum domino suo super fundo, nam fructus sequestrantur. vt l. litibus. post prin. C. de agri. & censi. lib. xj. & idem potest dici in colono simplici, vel partiario à paritate rationis. Quintò fallit in marito vergente ad inopiam post matrimonium contractum, cuius bona pro dote sequestrantur. vt l. si cùm dotem. §. si verò. ff soluto matrimo. Sextò fallit quando possessor conuentus cōtumaciter se absentat quod not. quia frequenter accidit, vt in c. ex literis. extrà de do. & contumaci. Sed primò fallit quando mulier reuocatur per virum de cuius sęuitia timetur, quia vxor sequestratur. vt in c. literis. & in c. ex trāsmissa. extrà de resti. spo. Octauò fallit quando rixa [d] vel rumor, vel scandalum timeretur. vt l. si oleum. in prin. ff. de do. & in l. æquissimum. in prin. & quod ibi no. ff. de vsufr. & in c. j. de sequestr. pos. facit quod no. per Inn. in c. in præsentia. iu gl. ij. extra de prob. & Iaco. de Bel. in auth. de mand. prin. facit xc. dist. in c. discordantes. & c. præcipimus. & quod no. in c. j. extrà de treu. & pa.

Sed

a *Latam sententiā. Quid si sententia lata sit, & sit nulla, an non parens sequestro incidat in pœnam cle. ad compescenda. vide per d. de Ro. decisi. suis. in antiquis. de seque. poss. & fruct,*

b *Prohibita. Ad materiā vide Ful. cō sil. clxvij. & quæ posuit in repe. leg. j. C. de probi. seque. pec. Et an sequestratio poßit fieri parte nō citata, vltra ea quæ ibi posui, vide Alex. in cōsi. vj. in. iij. vol. Cur.*

c *Mali mores. Sed quid si ante fuisset malorū morum, & per trienniū fuisset in bonis moribus an sufficiat, vide quod voluit Ro. consi. clxvij. vbi dicit quòd efficitur nouus homo.*

d *Rixa. No. quādo timetur, ne partes veniant ad arma, quid iudex facere debeat. Vide*

3 Sed† circa hoc quæritur de quotidiana quæstio. Ecce est certum Titium possidere fundum, super quo quæstio sibi mouetur, & timetur ne partes ad rixã perueniant, vel ad arma, aut scandalũ aliud generetur. Quæritur an iudex possit, vel debeat ad alterius partis suggestionem fundũ cum fructibus facere sequestrari sine prȩiudicio iuris vtriusq; partis? Videtur quod sic. per d l. si oleũ. & in l. æquissimum. præalleg. In contrariũ determinat Inno. in d. c. in præsentia. quã opi. expressè tenet Bal. in d. l. j. C. de probi. seq. dicẽs quod in isto casu iudicis officium est præcipere sub certa pœna parti, quæ nõ possidet quod nõ impediat possessorẽ in sua possessione, nec ipsum vllo modo turbare præsumat. & pro hoc facit l. j. ff. ne vis fi. ei. & l. pen. de aqua quo. & æsti. & l. iij. §. hic autẽ. ff. de itin. act. priu. & fundatur hæc opin iure & æquitate. aliàs enim sequeretur absurdum, quia quilibet excogitata malitia fingeret rixam imminere, & scandalũ, vt eius aduersarius priuaretur cõmoditate fructuũ, & possessionis, vnde malitijs hominum est obuiandum, vt in l. in fundo. ff. de rei vendi. nec obst. l. æquissimum. & l. si oleum. quia debẽt intelligi qñ est dubium quis possideat. Nonò fallit quãdo lis est per appel. vt in d. l. imperatores ff. de appell. Decimò fallit qñ alicui de familia officialis fuit res ablata, super qua quæstione mouetur. vt in l. senatus. ff. de offic. præsi. quos casus habes pro maiori parte no. per gl. in d. c. ij. de seq. pos. in d. l. j. ff. de probi. seq.

4 Quid† autẽ dices de eo quod fit quotidie in instrumentis, in quibus apponitur clausula, quòd si non fuerit de debito satisfactũ quod debitoris bona possint capi, saxiri, & sequestrari, & solutum accipi, an virtute huius conuẽtionis extra dictos casus speciales poterunt hæc bona sequestrari? & videtur quòd nõ, quia hæc conuentio est contra ius. d. l. j. C. de prohi. sequest. cum si. ergo nõ valet. vt l. pacta quæ cõtra. C. de pact. cũ sim. & ibi no. In cõtrariũ dico, & est veritas, quia ꝙ põt lex per eius prouisionẽ, hoc idẽ posse debet homo per eius cõuentionẽ: vt l nõ impossibile. ff. de pac. & gl. no. in l. j. C. de thesau. lib. x. Constat autẽ quod lex potuit prouidere contra reg. in casibus præmissis, ergo sic homo poterit in casu præsenti, & pro hac sentẽtia facit, quia homo per conuẽtionẽ põt prouidere super detentatione & sequestratione personȩ. vt l. j. C. qui bo. ce. pos. cũ ibi no. & l. ob æs C. de ac. & ob & ibi no ergo multò fortius super sequestra-

5 tione bonorũ. Deinde† quæritur an hæc sequestratio in casibus antedictis posset aliquo modo euitari? Dicunt doc. ꝙ sic, si idonea satisdatio præstatur de rebus saluãdis & nõ baratãdis: vt habetur in d. l. fi. de or. cog. & in d. l. senatus. §. fi. & in d. l. litibus. de agri. & cẽsi. & hoc procedit qñ sententia nõ est lata contra eum, cuius bona sunt sequestrata, vbi autẽ esset sententia lata cõtra eum, tũc satisdatio nõ releuat, nec sibi prodest. vt determinat glo. in l fin. C. qui. ad lib. procl. non licet. & per doc. & Bart. in d. l. si cum dotẽ. §. si verò. ff. sol. ma. Sic ergo si fiat sequestratio pendẽte appellatione nõ proderit satisdare, quod not.

6 Post† hoc quæritur quid si in casibus specialibus facta sit sequestratio fructuum, qui sunt tẽpore perituri, vt poma & pyra, si quid erit? respondeo secundũ Bar. vt per eũ no. in l. interesse. ff. de acq. poss. quòd tales fructus debent vendi auctoritate iudicis, & pecunia in sequestro reponi. arg. in l. litibus. & in l. is cui. §. quæri potest. ff. vt in pos. leg. & ff. de acqui. hæredi. l. fina. &c.

EPITOME.

1 *Per sequestrationem, an possessor priuetur sua possessione?*

2 *Obligatus soluere sub pœna & iuramento, si ei fiat de pecunia soluen. da sequestratio per tertiam personam non incurrit aliquam pœnam.*

3 *Quomodo procedatur facto sequestro?*

1 Avdeat vel præsumat. Hic† quæritur nunquid ex sequestratione, quæ fit per iudicẽ, priuetur possessor sua possessione. ad hoc respondet glos. ꝙ sic in l. j. C. de prohi. seque. & l. interesse puto. ff. de acqui. posses. Tu tamen melius distingue, vt ibi not. maximè per Barto. in d. l. interesse. quædam est sequestratio voluntaria quæ fit à partibus, & talis priuat possessorem sua possessione. quædã est sequestratio necessaria quæ fit à iudice, & hîc sub distingue tres casus. quandoque iudex agit priuare possessorem, quandoque agit non priuare, quandoque dubitat. Primo casu priuatur possessione, & sic intelligatur glo. prædicta, nec mirum, quia si iudex priuaret quem suo dominio: vt institu. de officio iudic. in fin. multò fortius possessione. vt habetur in l. qui vniuersas. §. item cùm prætor. ff. de acquiren. posses. & habetur in d. c. j. de sequestra. possess. Secundo casu non priuatur possessione. argumẽ. l. iij. §. genera. ff. de acquiren. possessione.

2 † Tertio casu dic idem quod in secundo. per d. §. genera. Vltra quæritur. Ecce quod quidam erat obligatus cum iuramento soluere, ad diem sub certa pœna, venit tertia persona, & facit ei per iudicẽ sequestrari pecuniam. an excusetur, si nõ soluat ad

a diem? Dic quòd sic, [a] & à pœna, & à

b iuramento, [b] per text. in l. final. ff. de lege commis. & ibi no. nam iussus iu-

in d. mea repe. & quòd saltim, summatim debet constare iudici de tali timore. ita Angel. in cõs. clxij. & tunc requiritur partis citatio & habes in cõs. meo, numero lx. Et adde qd tũc fit sequestratio ob timorẽ scandali quãdo vnusquæque pars prætẽdit se possidere. ita Bald. in l. si disceptetur. ff. vbi pup. educa. deb. secus si vnus tantũ incũbit possessioni, & tũc mãdaret alteri, ne turbet possessionẽ & de hac lite. in d. consil. Cur.

a *Dic quòd sic. Adde & vide quæ posui in repe. l. j. C. de prohi. seque. pe. qõ. xvj. vbi hoc idem tenet Curt. adde tu. Ia. in l. si quis maior. C. de transact.*

b *Iuramento: Adde per Oldr. consilio cclxxvij.*

dicis excusat à pœna, & à iuramento vt in c. venientes. & ibi not. extrà de iureiurand. & in l. Imperatores. ff. ad municip. & in capitul. imperialem. §. final. de prohib ali. feu. x. colum. facit l. non videtur. §. qui iussus. ff. de regul. iuris. & l. furti. §. qui iussu. & l. liberorum. §. final. cum simili. ff. de hisqui notantur infamia. Et eodem modo excusatur debitor, si alij quàm creditori suo fuerit soluere compulsus per iudicem. vt in l. Paulo calimacho. §. final. ff. de leg. iij. & in l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. lega. & plenè traditur per Dynum & Bartol. in l. creditor. in principio. ff. de solu. deinde quæritur quando is penes quẽ res est in sequestro posita, eã restituere teneatur: dic quòd regulariter lite finita, & non ante, nisi per partẽ steterit quominus lis finem accipiat. vt traditur per Bartol. in l. si oleum. in principio. ff. de dona. Quid si iniustè appareat facta sequestratio, an pars quæ impètrauit teneatur parti læsæ? Dic quòd sic ad interesse. vt in d. l. si oleum. Sed amplius quæritur facto sequestro quis probabit de iure suo? dic quod ille qui ante sequestrum tenebatur probare, nam quo ad onus probandi nihil immutatur per sequestrum. vt not. per Bartol. in d. l. si oleum. & per Baldum in d. l. j.
3 de prohi. sequest. Quis † ergo erit modus procedendi facto sequestro? dic quod aut sequestrum est factum contra ius, & tunc petitur fieri eius reuocatio, & cassatio officio iudicis, eatenus de facto, quatenus de facto processit. Si verò factum sit secundùm ius in aliquo casu à iure permisso, tunc aut est factum de re immobili principaliter, aut de fructibus eius. Si de re ipsa, tunc ille qui impetrauit sequestrum, debet producere libellum suum super re, exprimendo ius quod sibi prætendit competere in re ipsa, & facere suas probationes, ac si nullum sequestrum factum fuerit. iuxta regu. authenti. offeratur in l. actor. C. de probatio. cum similib. Si verò factum fuerit sequestrum de fructibus tantùm ipsius rei tunc, aut fuit factum libello iam oblato, & lite pendente super ipsa re, & tũc procedetur solũ in causa super re ipsa, & secundum euentum sententiæ dispo netur super ipsiussequestri relaxatione vel assignatione. vt in dicta lege si oleum. cum ibi not. per Barto. aut fuit factum nulla præcedente lite, & tunc dabitur libellus, & cognoscetur de iure agentis. vt in alio casu dictum est. vnde iudex facto sequestro præfigit statim terminum actori, hoc est, illi qui impetrauit sequestrum producendi suũ libellũ, & inde probandi de iure suo, quòd nisi fecerit, seu produxerit, tunc ipsum sequestrum relaxabit. & idem seruabit iudex, si reus fideiussorem dederit, propter quod sequestrum relaxabit. quia inconueniens esset, quòd fideiussor semper staret obligatus. argu. in l. penul. C. de fideiusso. & in l. si eo tempore. C. de remis. pigno. cum simil.

RESERVATO OMNI IVRE. Per hoc
a apparet quod iudex non agit [a] partes priuare sua possessione, & ideo semper facias hanc clausulam apponi in talibus sequestris.

Forma iuramenti testium.

CONSTITVTI In præsentia supraſcripti domini vicarij Petr. Gal. & Stæ. testes producti, citati & requisiti ad petitionem & instantiam supraſcripti Ioannis causa & occasione perhibendi testimonium veritatis super causa & quæstione ac capitulis in ipsa lite productis, per ipsum Ioannem & simul vertente inter partes prædictas delato prius ipsis testibus, & cuilibet eorum solenniter iuramento per præfatum dominũ Vicarium de veritate dicenda super tota ipsa causa, & capitulis antedictis, remotis amore, timore, & omni humana gratia, iurauerunt, & iurant, tactis corporaliter scripturis in manibus præfati domini Vicarij dicere veritatem de his quæ nouerũt & interrogati fuerunt super causa ac capitulis antedictis, circunscripta omni malitia, & falsitate, ac gratia & amore, & hoc præsente dicto Si. prædictis non consentienie quatenus tenderent, vel tendere possent in præiudicium partis suæ, ac dicente & protestante, quòd sibi sit ius saluum apponendi tam contra eorum personas, quàm contra eorum dicta & depositiones &c.

EPITOME.

1 *Plus punitur faciens contra iuramentum, quàm faciens contra simplicem affirmationem.*

CONSTITVTI In præsentia. Tam legibus ciuilibus, quàm canonicis cautum est, vt testes iurati deponere debeant, quamuis dignitate refulgeant. vt in l. iusiuran. C. de test. & in cap. quoties. & in c. licet vniuersis. extrà de test. cũ simi. cuius ratio est, quia licet quantùm ad Deum nõ sit differentia inter simplicem loquelam, & iuramentum. vt in cap & si Christus. extrà de iureiu. & in cap. iuramentum. xxij. quæstio. vlti. quantùm
1 ad forum est differentia, & plus † punitur qui facit, contra iuramentum, quàm qui facit contra sim
b plicem affirmationem. [b] vt in capitulo. cum se. xxij.

a *Non agit. Adde & vide Paul. de Ca. in cõsi. lxxvj. in fi. vbi quòd actus iudicis non operatur vltra eius intentionem, Frãcisc. Cur.*

b *Affirmationem. sed an qui frãgit promissũ, sit infamis sicut piurus vide do. de Rot. deci. suis. de iureiuran.*

xxij.question prima & secunda per totum. Quæ autem sit forma iuramenti infra dicam.

EPITOME.

1 *Testis non debet se vltro offerre, sed expectare, quòd per iudicem compellatur, aliàs habetur pro suspecto.*

2 *Si sit scriptum in actis, quod testis citatus, iuratus &c. an ex hoc præsumatur pro citatione, iuramento, & reliquis requisitis?*

1 CITATI ET REQVISITI. † Non immeritò sic dicitur, quia testis non debet se vltro offerre, sed expectare, quòd per iudicẽ compellatur, aliàs autem haberetur pro suspecto. arg. in l. quæ omnia. ff. de procu. de quo traditur, & habetur in l. si quando. in prin. C. de test. & in capitu. ij. extrà de test. probatur autem in l. iij. §. exhibere. ibi, admoniti &c. ff. de tab. exhi. & si recusaret venire, debet per iudicem compelli, mulcta indicta. vt not. in d. §. exhibere. ar. in l. j. ff. si quis ius diceñ. non obtem. facit capitu. cùm contra. & c. se. extrà de testi. cog. Fallit tamen in certis personis quæ non sunt cogendæ contra eorum voluntatem, de quibus nota Spec. in titu. de teste. §. de testium cõpulsione. & habetur in l. iulia. & in l. inuiti. ff. de testi. Tenetur autem iudex ipsis testibus euocatis facere prouideri à parte producente de eorum necessarijs sumptibus. vt habetur & nota. per Cyn. & alios in l. quoniam exhiberi. C. de tes. Rursumq; citari debet pars aduersa ad vidẽdum ipsos testes iurare, vt in authen. sed & si quis. C. de test. & in d. c. ij de test. & iij. q ix. c. cartæ quas. & vlterius ad producendum sua interrogatoria [a] quę fieri vult ipsis testibus, vt c. ij. §. præterea. de testi. lib. vj. & ibi no. per Arch. alioquin examinatio nulla esset. ar. iij. q. ix c. ij. & seq. & in l. de vnoquoque. ff. de re iu. & l. nam ita diuus. ff. de adop.

2 † Quid autem dices si reperitur scriptũ in actis, vt fit quotidie, Pe. de bosco testis productus, citatus, & iuratus, & interrogatus, ac examinatus super primo capitulo, respõdit &c. an per ista verba probetur de citatione & iuramento? Barto. in l. theopompus. ff de do. præle. determinat quòd sic. ar. in d. l. & per regulam, quæ est quando fit mentio in instrumento de tali actu qui potuit interuenisse tempore celebrati instrumenti, quòd tunc statur instrumento, & præsumitur ita esse. vt traditur in l. j. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. x.

AD INSTANTIAM & petitionẽ. Aduerte quòd iudex regulariter non potest ex suo officio in ciuilibus causis procedere sine parte instante, & requirente. vt plenè no. per Bar. in l. iiij. §. hoc iudicium. ff. de dam. infec. & in l. apud peremptorium. ff. de iu. In criminalibus autem in quibus ex officio procedit per inquisitionem, tunc quia fungitur vice partis, posset à seipso iudex procedere sine partis requisitione. vt ibi per eum not. facit l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. & quod habetur in c. cùm clamor. extrà de testib. & in l. si non defendatur. ff. de pœnis.

DELATO Prius eisdẽ solenniter sacramẽto. Quæritur hic quę sit forma [b] sacramenti in teste? dic breuiter, vt no. in capitulo fraternitatis. in gl. fina. extrà de testi. & patet ex verbis sequentibus.

SVPER Tota ipsa causa. Notandum quòd aliud est iurare super capitulis tantùm, & aliud iurare super tota causa. Qui enim simpliciter iurat super capitulis tantùm, si extrà illa [c] aliquid dixerit etiam si pertineat ad causam non valet: vt pote super eo non iuratus deponens. vt tãgitur per glo. & doc. in l. si quis libertatem. in fin. ff. de petitio. hæredi. & in c. de testibus. extrà de testi. & per Cy. in l. momentaneę. in vlt. q. C. qui le. perso. standi in iudi. non ha. & Iaco. Butrig. in prælleg. l. iusiur. C. de testib. secus autem est quando iurauit super tota causa. tunc enim quicquid dixerit ad causam pertinens videlicet pro vtraque parte. vt ibi no. facit l. testium. & l. si quando. C. de testib.

DICERE Veritatem. Ad hũc enim finem inducuntur testes, vt veritatis testimonium perhibeant pro vtraque parte. xiiij. quæst. v. non sane. & quòd eorum rectum & iustum iudicium fundetur super aliquo proprio & principali sensu corporis, videlicet, visu, tactu, odoratu, gustu, vel auditu, non autem super alieno. vt traditur in capitulo testes. cum seq. iij. quæstio. ix. & gloss. & Innocentius, in capitulo cum causam. extrà de testibus. & per docto. & gloss. in l. testium. C. de testi. prout facti qualitas exegerit, sic quòd ratio ipsius testis rectè concludat ad suum propositum, quia magis attenditur ratio, quàm dictum. vt not. in l. solam. C. de testib. & in c. præterea. extrà de testib facit c. ij. extrà de transac. & quod no. Specu. in tit. de testi. §. nunc videndum est. & dicetur latius infrà in titulo. de forma opponendi contra testem post publicationem.

[a] *Interrogatoria. nota quòd iudex per se examinat ista interrogatoria, & si quæ inueniat superflua, vel impertinentia illa resecat. vt no. Ioan. An. in c. præsentium. de testi. li. vj. vel per assessorem, vt ibi si non fuerit iuris peritus, vel suis negotijs aut infirmitate impediatur. vt in c. statutum. §. assessorẽ. de rescript. li. vj. & ibi Ioan. Andr.*

[b] *Forma. Ad de & vide Alexan. de Imo. in l. si duo. §. idem iulia. el. ij. ff. de iureiurand.*

[c] *Illa. Adde & vide Alex. in l. j. colũ. v. ff. si cer. peta. & in d. l. si duo. § idẽ Iul. proximè in alia apost. allegata. & per eundem Alexan. in consil. xxv. co. ij. in fin. in ij. volu. sed an quando deponit extra articulum, & factum principale faciat iudiciũ super eo qđ deponit. vide per eundem Alex. in consil. v. col. ij. versi. nec ad hoc. in j. volu. Cur.*

in gloss.super verbo reddunt rationem,nec causam.&c.

EPITOME.

1 *Falsum committitur vbicunque veritas immutatur.*

2 *Si testis in vno capitulo dicat falsum,in alio verum,an eius depositio in totum vitietur?*

3 *Si testis arguatur de falso, & ipse dicat notarium secus quam ipse dixerit scripsisse,cui potius stetur an testi,an notario?*

4 *Falsus testis est puniendus ab eo coram quo commisit falsum.*

5 *Testis punitus à iudice coram quo falsum commisit pendente iudicio, an finito iudicio accusari possit de falso?*

6 *Commissa examinatione testium in partibus,si committatur falsitas ad quem iudicem spectet punitio, an ad principalem qui commisit examinationem,an ad illum cui est commissa examinatio?*

1 ET FALSITATE. †Sciendũ est, quòd falsum committitur vbicunque veritas immutatur. vt in l.quid sit falsum.ff.ad le. cor.de fal.& in authen. de fide instru. post princi.vnde acerrimè puniendus est testis qui falsũm cõmittit.nam tres personas offendit, videlicet Deum, iudicem,&partem in c.j.extrà de cr. fal.& in l.nullum.C.de test.

2 † Sed quid dicemus si testis in vno capitulo dixit falsum esse, & in alio
a verum [a] an eius testimonium vitietur in totum,vel pro parte?Dic breuiter,quòd vitiatur in totum.vt not. in gl.ix.distin.in c.si ad sacras. & ibi per Archi.& tangitur in c.in nostra præsentia.extrà de testi.& in c.defleat peccator. de reg.iur.Et sit ratio,quia periurus est,ergo repellendus:vt in c.testimonium.extrà de testi.& hoc idem dicendum in instrumento pro parte falso,quando falsitas processit à notario.vt plenè not. per Cy.in l.si ex falsis.C.de transac. circa finem apparatus.Innoc. tamen in hoc aliter distinguit in c.fraternitatis.extrà de hære.dicit enim quòd aut illa; falsitas opposita,vel inserta per notarium in instrumento , vel per testem in eius testimonio non tangit substantiam,vel circunstantiam negotij, verbi gratia,si dicat contrahentem esse de vno loco,cum sit de alio, vel quòd sit affinis talis personæ, cùm non sit, & tunc valet instrumentum, aut illa falsitas tangit substantialia,vel circunstantias negotij, verbi gratia.si inter contrahentes actum sit, quòd soluatur pecunia argentea,& notarius scripsit,vel testis dixit de aurea,& tunc vitiatur instrumentum, vel testimonium.vt iij.q.ix.c.testes.& c.pura.&c.hortamur. Et conclusiuè in similibus dicit,quod si instrumentũ est in aliqua sui parte falsum, quòd totum redditur falsum,licet aliqui voluerint distinguere,an instrumentũ contineat plura capitula separata æquè principalia,& tunc si in vno vitietur, non vitiatur in cæteris.Aut sunt capitula,quorum vnum est alterius accessorium,vel connexum,& tunc propter vitiũ vnius, instrumentum vitiatur in totum.ar.l. etiã.ff.de mino.& ff.de neg.gest.l.cum actũ.quæ opinio non placet Inno.

a Verum.vide Old.consil. xxxvij. per Are.consi.lxxj.

b Aliter scripsit.dic vt per Alexã. consil. lxv. j.vol.& pluribus alijs consilijs, vt in tabula sua de quo etiã per Arets. cõsi.lxv.

3 † Inde quæritur, de eo quod sæpe faciunt isti testes,seu rusticani,seu rurales.Ecce obijcitur cõtra testem,quòd ipse falsum dixit,ille autem in excu-
b satione sui repliat, quòd notarius aliter [b] scripsit, quã ipse deposuit,quæritur cui magis sit credendum an testi,an notario?dicunt quidam,vt Ia.But. aut iudex examinauit testẽ,& notarius scripsit, & tunc standũ erit potius scripturæ quã testi,aut notarius ipse examinauit,& scripsit ex commissione iudicis,vt multoties occurrit,& tunc secundum aliquos adhuc est idem,maximè quia notarius obtinet vicem duorum testium,& est persona publica, qui iurauit eius officium legaliter exercere.vt no. in c.cũ Ioannes hæremita. extrà de fide instru. & in l.in exercẽdis.C.de fide instru.& in l.fi.de fideius.testis autem est singularis,& pro vno solo reputatur,nec est persona publica,& in facto suo loquitur,ideo præualere debet scriptura notarij.arg. ad hoc in l.domitius labeo.de test.ff.& quod no. in l.si quis decurio.C.ad l.Corne.de falsis.Odo. autẽ distinguit tres casus,aut notarius malæ,aut vterque bonæ famæ.Primo casu,& secundo creditur illi qui est bonæ famæ.arg.in l.non omnis §. à barbaris.ff.de re mi. l.sicut.§.eisdẽ.ff.de accusa.Tertiò autẽ casu magis creditur notario.ar.d.l. si quis decurio.iũcta ratione,de qua suprà in principio dictum est.vbi autem vterque esset malæ famę, fortè adhuc magis credendum esset notario,quia nihil cæcius cæco.vt l.viro atque vxore.ff.so.ma.maximè dum notarius toleratur in officio.vt l. barbarius.ff.de offici.præto.

4 †Vltra quæritur à quo puniendus est falsus testis? respondetur ab eo coram quo falsum testimoniũ tulit,siue sit ordinarius,vt in l.nullum.C. de testi. siue sit delegatus:quia etiam delegatus habet ius coërcendi.vt l.j.ff.de offici. eius cui man. est iuris. & in c.ex literis.extrà de offic.deleg.licet aliud in arbitro.no.Spe.in ti.de teste.in prin.versi. item excipit quòd est corruptus.& per Cyn.in d.l.nullum. quæ quidẽ pœna falsi testis si imponitur per iudicem ex officio est arbitraria .vt d.l.nullum.quo officio finito,vel per lapsum instantię causæ,vel per sententiam diffinitiuam in eo latam cùm tale officium sit mercenarium,vt l.j.C.de calum.non posset iudex vlterius testem punire sed opus esset

per

per viam accusationis contra eum procedere.arg. l.iiij.cum ibi not.C.depo.& tunc esset pœna ordinaria imponenda.vt in l.eos.ff.ad l.cor.de fal.secũdùm Iaco.But.& per eum no.in d.l.nullum.

5 †Quid ergo dicemus si iudex ex officio lite pendente testem puniuit,nunquid poterit de nouo accusari lege Cor.de fal.ad pœnam ordinariam?Specu.in d.versi.item quòd est corruptus.videtur tenere quòd sic.& idem sequitur glo.not.super d.l.nullum.Cyn.autem in eadem l.tenet contrarium, & melius fortè,quia de delicto eiusdem hominis nõ debet sæpius quæri.vt l.idemque. in fi.ff.nau.cau. sta.& in l.senatus.ff.de accu.& ibi gl.maximè cùm talis pœna sit imposita ad vindictam publicam,sicque vna debet facere cessare aliam.argu. in l.j.& quod ibi not.C.quando ciui.acti.præiu.crimi.nam si filius semel egit actione iniuriarum non auditur pater volens adhuc agere.vt l.sed si vnius.§. filio.ff.de iniu.&in §.si filius.pro quo facit quod alibi dicitur an pœna imposita per inquisitionem cessare faciat accusationem?de qua quæstione tangitur per Cynum in l.ea quidem.C de accusa.& per Bart.in l.maritus.ff.de adulteris. & per Dynum. in c.actum legitimè.de regu.iur.libr.vj.& vide ad prædicta de teste.quæ nota.per Cyn.in l.vbi.C.ad leg.Corne.de falsis.

6 †Sed quæritur de alia quæstione,Tu scis, quòd plerumque pro examinatione testium fit commissio per iudicem ipsum etiam extrà suam iurisdictionem alicui alteri iudici,puta, vicarius Papiæ, coram quo est quęstio,committit examinationem vicario Mediolani testium ibi existentium, qui coram eo deposuerunt falsum. Quæritur ad quem pertineat punitio?Pro cuius euidentia est præmittendum,quòd talis examinatio potest iustè committi.vt traditur in l.iudices. & in authenti. apud eloquentissimum.C.de fide instrumen.& in clemen.iudices.de officio.deleg.& in capitulo primo extrà de test.cog. & videtur quòd sunt puniendi per vicarium Papæ,qui est iudex principalis causæ vt d.l.nullum.In contrarium videtur quòd per vicarium Mediolani cuius aures offenderunt, & in cuius territorio deliquerunt.vt in authenti. qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oportet. facit ij.quæstio.j.c.si peccauerit.extrà de foro competen.& c. postulasti.cum similibus.Alij dicunt inspiciendam fore qualitatem causæ.de quo vide Specu.in d.versic.item quòd est corruptus.Prima opi.videtur verior quia iudex causæ principalis est ille qui offenditur.vt in c.j.de cri.fal.cuius persona representatur in suo delegato.vt in l.etiam.C.de appel.& in l.j.§.qui mandatum.ff.de offici.eius cui manda.est iur.vel potest distingui,aut quæritur de pœna extraordinaria quæ venit imponenda ex officio:vt suprà dictum est,& tunc illa pertinet ad iudicem causæ.vt d.l.nullum.& in d.c.j.aut quæritur de pœna ordinaria quæ imponitur per accusationem, & illa erit imponenda per vicarium Mediolani. per d.authentica,quia in prouincia.cum similibus,vbi ergo testis de falsitate reperitur maculatus, melius est pro eo si habet iudicem gratiosum quòd patiatur punire se extraordinariè per officium, quàm expectare quòd ordinariè de falso procedatur contra eum.

ET HOC Dicto simonino.Subaudi vel citato,& contuma.sufficit enim alterum ex his, alioquin vitiaretur receptio testis,& iuramenti delatio.vt suprà dixi &c.

EPITOME.

1 *Quare fiat protestatio in tempore iuramenti testium à parte?*
2 *Testes à me producti,& à iudice in mea causa reprobati,si contra me in alia causa producantur,non possunt per me reprobari.*
3 *Quæ sint causæ legitimæ repellendi testem à testimonio?*
4 *Periurium opponi potest contra testem.*
5 *Papa nunquid possit dispensare testem periurum?*
6 *Infamia potest obijci testi.*
7 *Inimicitia obijcitur testi.*
8 *Domesticitas obijcitur testi.*
9 *Vasallus an possit esse testis pro domino, vel contra dominum.*
10 *Excommunicatio obijcitur testi.*
11 *Quod sit intestabilis potest testi obijci.*
12 *Vilitas & paupertas testi obijcitur.*
13 *Quod est procurator partis producentis potest obijci testi.*
14 *Iudex causæ principalis,an possit esse testis in causa appellationis.*
15 *Quod fuit proxeneta contractus potest obijci testi.*
16 *Impubertas potest obijci testi.*
17 *Effectus pubes, an possit testificari de his quæ vidit in pupillari ætate?*
18 *Monachatus potest obijci testi.*
19 *Societas obijcitur testi.*

1 PROTESTANTE. †Optima est cautela talis protestatio.vt traditur in c.præsentium. extrà de test.Nec est necesse quòd tunc specialiter causas exprimat, sed sufficit quòd eorum facta publicatione posteà causæ ipsæ exprimantur & proponantur,& probentur.vt ibi not.Specu. in titu.de test.in prin.ver.quid si dicitur testis excommunicatus.& in §.sæpè testis.facit c.ex parte. extra eo.& in authenti. si dicatur.C.de test. debet autem generalis protestatio præuenire examinationem,ne videatur eorum approbare personas, qua non facta non audiretur vlterius nisi iuraret se ignorasse tunc eorum defectum.vt in d.c.præsentium.persona enim testis semel approbata,non potest vlterius reprobari ab eo qui eum approbauit,siue sit producens,siue is contra quem producitur.vt l.si quis testibus.C.de testi.siue in eadem causa,siue alia producatur nisi ex superueniente noua causa.vt no. Spe.in d.§.sæpè testis.ver.coram vobis.& per Cy.in d.l.si quis testibus.& Inno.in c. venerabilis,extrà de exce.

2 †Quid autem si testes à me in causa producti fuerunt per iudicem tanquam vitiosi reprobati,dein-

de alius in alia causa eosdem producit contra me, nunquid mihi liceat ipsos reprobare? videtur quòd non, quia semel à me sunt approbati, quę approbatio effectum producit, tam in alia causa, quàm inter alias personas. vt determinat Cy. in d.l. si quis testibus. ergo &c. Pe. tenet contra, vt ibi Cy. ar. in l.j. in fi. ff. quod quisque iur. alij aliter distingunt, vt refert Spe. in d. ver. coram vobis, & videas. & quod nota. in c. ij. in fi. extrà de or di. cog. & in l. lucius. ff. de his qui notan. infa. Rursum circa prædicta quęritur, pone quòd ipse Simo. non est contentus hac protestatione generaliter, sed vt impediat examinationẽ ex toto offert se paratum velle probare statim crimina, & defectus cõtra ipsos testes, an sit audiendus, ita quòd differatur ipsa examinatio. & Spe. super hoc in d. ti. de teste. in prin ci. versi. quid ergo si præmissa obijciens distinguit, aut huiusmodi crimina, vel defectus sunt probanda per testes in quibus mora esset periculum allatura, vt quia testes sunt infirmi, senes, vel de proximo recessuri, tunc retardabitur illorum examinatio, & admittitur statim istorum probatio, ar. extrà vt lit. non conte. in c. quoniam frequenter. in prin. aut nõ est periculum in mora, & tunc non differtur aliorum examinatio super causa principali. quia præsumitur fieri talis contradicto causa protelandi litem. ar. in l.j. §. fin. ff. de fer. & ff. ad Tre. l. cùm hæreditas. postquàm autem fuerint examinati, probari poterunt crimina & defectus in personis, & dictis.

3 †Sequitur ergo videre, siue dicamus testes reprobatorios debere recipi, & admitti ante aliorum receptionem, siue dicamus ipsorum reprobatoriorum examinationẽ, deferri post aliorum examinationem, quæ sunt causæ legitimæ repellendi testem à testimonio, vbi aduertendum quòd quædam sunt causæ quę respiciunt defectum personæ. & istę sunt plurimæ; quas plenè prosequitur Spe. in ti. de teste. in princip. vbi videas quæ quidem sunt obijciendæ testi specialiter vel in genere, vt prædixi ante eius examinationem. vt in d.c. præsentium. inter quas causas enumerari solent istę, videlicet. quòd testes pducti sunt periuri, infames, inimici capitales eius contra quem producuntur, domestici producentis. excommunicati, intestabiles, viles, & pauperes, procuratores, & sollicitatores causæ, ac proxenetæ cõtractus celebrati, impuberes, monachi, seu fratres mendicantes, & socij eiusdem criminis. examinemus nunc singulariter singulas causas, vt clarius omnia habeantur.

4 † Dixi ergo primò, quòd contra testes opponi potest, quòd est periurus, nec immeritò, quia sicut aliàs deierauerit, ita præsumitur, quòd nunc deierabit, vel deierauit. vt traditur in c. testimonium. extrà de testi. & no. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. ar. l. non omnis. §. si à barbaris. ff de re mi. attamẽ fortasse secundùm Inno. temerarium iuramentum non repelleret testem. vt per eum no. in c. constitutus. extrà de testi. & facit c. intimauit. eo. ti.

5 † Sed nunquid Papa posit dispensare, quòd periurus in testimonium admittatur? Dic quòd sic. argu. extrà de re iu. & in c. cum. I. & A. nam & in multis maioribus dispensat. vt no. per gl. in c. quod trãslationẽ. extrà de offic. le. & per Spe. eo. ti. §. nunc dicendum.

6 † Secundò obijci potest; quòd est infamis. vt habetur in l. iij. §. lege Iul. ff. de test. nam talibus personis portæ dignitatum patere non debent. vt C. de infa. l. j. libr. xij. testificari dignitas est, vt habetur. xxxiij. q. v. in c. præceptum. facit quod not. Spe. in d. c. de testib. in princip. versic. item excipitur quòd est infamis.

7 † Tertiò dixi quòd opponi potest, quòd est inimicus capitalis, probatur in d. l. iij. in prin. ff. de test. & in authenti. de testi. in §. si verò dicat odiosum. & ibi no. & in authen. si dicatur. in fi. C de test. Et no. quòd appellantur inimici capitales illi qui sunt vitę insidiati, vel accusauerunt eum contra quẽ producuntur de crimine ex quo ingeritur pœna mortis. vt no. per gl. insti. de excu. tu. §. inimicitiæ. & in d. §. si verò. propter leuem autem inimicitiam nõ repellitur. vt d. §. iij. in fi. cum se. & no. Spe. vbi supra ver. j.

8 † Quartò, dixi quòd potest opponi testi quòd sit domesticus producentis. vt in l. ij. C. de test. & in c.
a ex literis. extrà de test. sunt tamen domestici [a] pater & filius, vxor & maritus, colonus, seruus, libertus, & generaliter, omnes qui habitant, & vitã ducunt in domo producẽtis. vt not. in d. iuribus. facit iiij q iij. in c. accusatores, vel testis. & l. fi. §. fanè. C. de his qui ad ec. confu. & l. respicidũ. §. furta. ff. de pœ. & ff. de ędi. edi. l. ędiles. §. in familiæ. de quo tãgit Spe. vbi suprà. vers. item excipitur quòd est domesticus. quorum quidem testium inspicitur status & conditio qualis est tempore quo deponunt. vt traditur plenè in l. ad testium. §. conditionem. ff. de test. & l. j. C. eo. titu.

9 † Sed an vasallus posit esse testis pro domino, vel contra dominum? videtur quòd non, sicut nec

libes

a Domestici. Quid de fratre, an sit idoneus testis? gl. in c. cũ R. & in c. insinuante. de of. dele. & ibi Inn. tenet quod sic. idem Spe. in titu. de tes. §. j. ver. sed nunquid frater. in iij. col. quod verum intelligunt omnes in causa ciuili. & quãdo viuũt in communi. Bal. in l. parentes. C. de tes. intelligit verum in causa leui ciuili, in causa graui facit indiciũ, licet nõ semiplenè: qd dictum limita vbi esset solus, secus si haberet conteste, vel aliud pro se, quia tũc stabitur suæ attestationi, & reputabitur idoneus. ar. l. j. C. de testib. & l. si quis ex ar. §. j. ff. de edẽd. & ibi doc. vnde dicit ibi Bal. quòd si probatur per vnum testẽ infamẽ infamia facti, & alterum fide dignũ, quòd est plena pbatio. quia fides vnius supplet imperfectionem alterius. idẽ dicit in duobus notarijs, quorũ alter est inhabilis, qa valet & datur fides ambobus. Bald. in l. imperator, ff. de statu homi. &c.

libertus,vt in l. aduersus.C.de test.& iiij q.iij.vers. liberti. vide quomodo procedit in causa quæ est de re alia quàm de inuestitura feudi in qua probāda admittūtur partes curiæ.i. vasalli.vt habetur in c.j.in prin.de controuer.inuesti.cum simili.ibi not. Vbi autem est de re alia quæstio,tunc dicunt quidam quòd vasallus admittatur pro domino,sed nō contra dominū. Alij dicunt aut est paruū feudum, aut est magnum,prout plenius tāgit Spe.in d.vers.
10 itē excipitur quòd est domesticus. † Quintò, dixi quòd pōt opponi testi,quòd est excommunicatus. cuius ratio est, quia excōmunicatus repellitur ab omni limine iudiciorum, nedum testificantium.vt habetur in c.decernimus.de sent.excō.li.vj. & in c. veniens.el.ij.extrà de test.& iij.q.iiij.in c.conspiratores.licet Inn.notet cōtrarium in c.testimonium. extrà de test.verūtamen repellitur ab agendo. vt in c.pia.de except.libr.vj.& in c.decernimus.extrà de iud.Circa hoc quæritur an excōmunicatus possit esse testis in testamēto? Dic breuiter quòd sic, quia potest facere testamentum sicut alius non excommunicatus,vt plenè determinat Io.Andr.in d. c.decernimus.in nouel.sua. & Iac.de Bel.in authē. de sanct.episco.§.omnibus Bart.in l.si quæramus. ff.de test dictat enim iuris regula quòd omnis qui pōt facere testamentum, pōt esse testis in testamento.vt l.cum lege.& l. si is qui.§.j.ff.de test.sed non conuertitur,quia filiusfa.pōt esse testis in testamento,vt l.pater.ff.de testi. & in l.qui in testamento.§.per contrariū.ff.de test.& tamē non pōt facere testamentū.vt l. qui in potestate. ff.de test. & l.seruum.ff.qui te.fa.pos.Nunquid autē excōmunicatus possit contrahere,& distrahere ? dicēdum est quòd sic, vt determinat Inn.in c. veritatis. de iureiur.nam contractus sunt de iure gentium.ff.de iust.& iur.l.ex hoc iure. vnde non prohibentur ab actu testandi,qui est in l.testamēti factio.ff.de test.
11 † Sextò dixi quòd pōt opponi testi,quòd est intestabilis,hoc est, quòd non pōt facere testamentū, qui plures sunt.vt instit.quib. nō est permis.fa.te. per totū.Sed hîc aduerte,quòd hæc exceptio simpliciter sumpta non habet de necessitate concludere,quòd quis ideo repellatur à testimonio, quia repellitur à testamento.vt supra dixi de filio in potestate constituto.Sed est consideranda causa propter quam prohibetur testari, nā aut prohibetur testari propter delictum, & tunc procedit regula quòd ille qui non pōt testari, nec in testē poterit adhiberi.vt l.si is qui.§.j.eod.tit.l. qui testamēto.§. eum qui.ff. de test.aut prohibetur testari propter patriam potestatem, & non procedit regula, vt prædixi. aut propter ætatem,& tunc habet locum regula, aut propter religionem, & dic vt infrà.
12 † Septimò dixi quòd obijcitur testi quòd est vilis, & pauper, nec immeritò,quia paupertas in personis laicis inducit præsumptionē rapinæ,& sic præsumptio est corruptelæ.argumen.instit.de exc.tut. §.item propter paupertatem. & instit.de suspe.tu. in fine.Dicitur autē pauper ille qui non habet aureos.50. in bonis. vt probatur ij.q.j.c. in primis.& not.in d.§.item propter paupertatem cum similib.
13 † Octauò dixi posse obijci, quòd testis est partis producentis procurator,vel causæ sollicitator.circa quod distingue, aut est procurator ad negotia aut ad iudicia. Primo casu aut est quæstio de contractu quem ipse gessit procuratorio nomine, & tunc dic vt dicetur infra in proxeneta. secundum Barto.& Bald.vt per eos not.in l.in omnibus.C. de test. aut est quæstio de alio contractu gesto per alium, & tūc poterit admitti,sicut dicetur infra de procurat.ad iudicia. de quo procuratore ad iudicia sic distingue.aut producitur in causa quæ per eum de præsenti agitur,& tunc repellitur, quia præsumitur habere ad ipsam casam nimiā affectionem. vt in c.fi.de test.li.vj.Aut producitur in alia causa, & tunc admittitur in testē. vt no.per glo.in l.fina. ff.de test.& per Spec. in d.titul.de teste.in princip. versic.item quod fuit in causa procu.&c. per Bart. in l.deferre.ff. de iure fis.& quæ dicta sunt in procuratore,locum habent in aduocato. per d.c.final.
14 de testib. † Quid autem dicemus in iudice causæ principalis, an poterit esse testis in causa appellationis?Gloss.determinat quòd nō. in d.c.fi.de test. pro qua opin.videtur text.in c.statuendum.ij.q.vij. & in c.quoniam contra fals.extrà de probationi.c. cùm à nobis.extrà de testib. alij verò distingunt. vt plenè notatur in l. ne in arbitris.C. de arbitr.§. sin autem. aut pendet adhuc lis coram ipso iudice, aut est finita. Primo casu nō admittitur in testem per iura prædicta, quia non debet duplici officio fungi.vt in l.final C.de officio assessor.& in l.ij.ff. de officio præsid.Secundo autē casu subdistingue, aut eius testimonium respicit æquitatem,vel iniquitatem propriam ipsius iudicis adhibitā in ipsa causa,& tunc non potest esse testis,argumen.l.præfecti.ff.de min. aut solùm respicit dānum,vel vtile alterius, & poterit esse testis, quia cessant causæ
15 omnes prohibitiuę.vt in l.j.ff.de test. † Nonò dixi quòd potest opponi testi,quòd fuit proxeneta cōtractus. Ratio est, quia præsumitur habere affectionem ad id quod gessit, vnde expedit ad hoc vt admittatur in testem,vt vtriusque partis voluntate deponat,vt determinatur in capitul.j. de testi. lib.vj.& in authen.de testib.in §. quoniam verò.& tangitur plenè per Bald in l.omnibus.C de testib.
16 † Decimò dixi posse opponi contra testem, quòd est impubes.vt probatur in l. testium.ff. de testib. xxij.q.v.capitu.paruuli.& in c.pueri.& ibi notatur.
17 † Sed circa hoc quæritur,an effectus pubes poterit testificari de his quæ vidit in pupillari ætate. Breuiter dic,quòd si tēpore quo vidit erat talis intellectus, ꝙ potuit ea cōprehendere per sanū & rectū iudiciū, vt quia erat proximus pubertati,& tūc poterit esse testis,& testimoniū ꝓhibere,aliàs autē secus.vt no.ꝑ gl.in l.notionē.§.instrumētorū. ff.de ver.sig.& ꝑ gl.& doct.in l.ad testiū.§. conditionē.ff.de test.Sp.in ti.de teste.ver.itē excipitur,ꝙ
18 est impubes. † Vndecimo dixi posse opponi cōtra testē,est monachus,hîc autē est aduertendū,quòd tpe meo in quadā causa in qua erā aduocatus,ꝑ d.

Maufredo de beccaria de plebe contra dominum Gasparinum de vicecomitibus super hæreditate quondam domini Maufredi de beccaria, fuit maxima disputatio vtrũ fratres minores potuerint esse testes [a] in testamento,& allegabatur quòd non,per tex.in cle.exiui de paradiso. de verb. sinifi.vbi prohibentur testari,& esse in iudicio,& officium executoris exercere.ergo & testes esse.arg.l. si is. qui.§.j.& l.cum lege.ff.de test. In cõtrarium est veritas. nam monachus potest esse testis.vt determinat.glos. in auth.de monachis.§.cogitandum. & idem in fratre minore determinat per text. in c.nuper. extrà de testib. quam opi.firmat Spec.in d.versicul. quid de monacho. & idem sequitur Ioã.Andr.in suis addit.ibidem.quam sententiam etiam approbat Barto.in sua minorica.& Bar.in l.intantum.§. vniuersitatis.ff.de rer.diui.idem dicit Ac.& Bal.in l.j.C.de sac.sanct.eccle. & in prædicta q. idem consuluerunt eximij tunc doctor.d.Ang. de Perus. frater dicti do. Bald. & d.Francis. de Ramp.& Bart.de Saly.de bon.& plures alij eorum cõsilio subscripserunt & bene. licet collegium Mediolani affectione vel timore dicti do.Gasp. contrarium consuluerit & malè.nec obst d.cle.exiui de paradiso.quia loquitur in illis actibus & officijs in quibus vertitur, vel potest verisimiliter verti contrectatio pecunię,cuius tactus, & vsus eis est interdictus per regulam beati Francisci. at in testimonio non vertitur huiusmodi contrectatio.ergo &c.nec etiam obst.d. l.si is qui.§.j.& l.cum lege.& l.qui testamento.§.eum qui.quia illa iura loquuntur in illo qui propter sui delictum priuatur illo tali beneficio, sed frater mendicans priuatur propter eius deuotionẽ & meritum, ideo de vno ad aliud non infertur. & ita fuit
19 obtentum. † Duodecimò dixi quòd potest opponi contra testẽ quòd est socius eiusdem criminis,vel contractus qui non auditur contra socium. vt in c.veniens.el j. & in c. personas. & c.sicut.extrà de test. & facit quod habetur in c.j.extrà de confes.nisi in certis specialibus casibus qui no.in l. fin.C.de accusatio. & in d.c.veniens. Rursum solet opponi contra testem, quòd est seruus. vt l.seruos & l.quoniam liberi.& authenti.dicatur.C.de testi.nisi tẽpore testamenti vel contractus fuisset pro libero reputatus. vt traditur in l.j.C.de test.quia tunc valeret instrumentum contractus, vt ibi. & idem si tunc reputabatur pro catholico, cùm esset hæreticus, vel reputabatur Christianus cum esset Iudæus, vel masculus cum esset mulier.argumen.in leg.Barbarius.ff. de offic. prętor.& d.l.j.de testa.Alij etiam defectus opponi possunt,de quibus vide Specul.vt suprà. Quædam postremò sunt causæ & defectus qui opponuntur contrà depositiones,& dicta eorum,& de hís plenè not.infrà titul.ij.

a Testes. Ad a de quòd fratres minores & mendicátes possunt esse testes. text. in d.c. nuper. ibi no. Bal. de test. imò fratres minores mendicantes possunt esse testes in testamẽtis. ita Bal. in rep. d.l.j. de sac.san. eccles. colũ xvij. q. x. iij. partis. et vide Fr. Are. consil. clx. incip. lõga est ista consultatio. col. xiij. & sequen.

Forma publicationis testium.

SVPRASCRIPTVS Dominus Vicarius cognita examinatione, & receptione testiũ in prædicta causa productorum per vtranque partem ad ipsarum partium instantiã & requisitionem omni modo,iure,via,& forma,quibus melius potuit,& potest ipsos testes,& eorum dicta depositiones & attestationes solẽniter publicauit, & publicat iubens, mandans,& decernens de ipsis omnibus attestationibus copiam fieri partibus antedictis,& cuilibet earum per me notarium infrascriptum,& præsentibus partibus memoratis. De qua publicatione dictus dominus vicarius, dictæ partes fieri rogauerunt publicum instrumentum.

SVPRASCRIPTVS Dominus vicar.Hic nota.quòd ad illum iudicem partium pertinet etiam testium publicatio coram quo lis ipsa pendet seu quæstio, ne causæ continentia diuidatur.vt l.nulli.C. de iu.& l.j.ff.de quib.re.ad eũdem iu.ea. fit autem talis publicatio, vt partes posint videre an bene & malè, & quid & qualiter deposuerint, vt exinde valeant contra eorum dicta opponere & personas, vt dicetur infrà in titulo sequenti.

AD IPSARVM partium instantiam & requisitionem. Hic no.quòd non est de necessitate, quòd vtraque pars requirat. sufficit enim quòd altera hoc petat maximè si ipsa sola testes produxit. Potest tamen pars aduersa impedire publicationem, si dicat, quòd velit suos testes producere. Nam aliquãdo publicatis testibus non recipiuntur vlterius testes super eisdem vel directò contrarijs capitulis. vt traditur in l.per hanc.C.de temporib. appellatio. & in §. si verò.in authentic. de testib. & in capitul.fraternitatis.extrà de test.& in clem. testibus. extrà de test. & dicam latius in titulo sequenti, debet tamen pars citari quando fit publicatio ad instantiam alterius partis, cuius absentia posteà Dei præsentia replebitur. vt in capitulo, in nomine domini. extrà de testibus. & in capitu. veritatis.extrà de dolo & contuma.in fin.&c.

PVBLICAVIT. Hac itaq; publicatione sic facta solent partes sic participato consilio sapiẽtis sui op-

sui opponere contra eorum dicta, & personas similiter si potestate sunt contra eos, vt dixi in proxi. præce. ti. quas oppositiones & contradictiones laudo, & cõsulo fieri, & redigi in scriptis apud acta, vt apud plurimos obseruatur, licet aliqui reseruẽt, & malè in allegatiõibus iuris. Videamus ergo de forma opponendi contra testes post publicationẽ &c.

Forma opponendi contra testes post publi. Rubrica.

CORAM Vobis Suprascripto domino Vicario cõparet, & se præsentat præfatus Ioan. citra reuocationẽ sui procuratoris, causa & occasione certorũ testium & attestationũ ipsarũ produ. in cã & quęstio. prædicta per suprascriptũ Sim. & secutę publicationis per vos factæ, dicens, & excipiẽdo proponens idẽ Ioã. quòd saluis exceptionibus aliàs propositis contra personas ipsorũ testium quas adhuc repetit, & pro repetitis haberi vult, & intendit ipsis supra dictis tes. nulla per vos est habenda fides, causis & rationibus aliàs alleg. & inferius annotatis. primò videlicet, quia sunt sibi ipsis inuicem contrarij, ac etiã varij, & periurij Itẽ falsarij, & qui multimodè vacillant in eorũ testimonijs, & assumere satagunt negatiuam. Suntque etiam singulares, & non iurati deposuerunt. item deposuerunt in facto eorum proprio, & nullam probabilem, nec concludentem reddunt rationem vel causam testimonij sui. suntq; publicatis iam testibus alijs recepti, & amplius de alieno auditu testificantur non de proprio, nec de veritate, sed credulitate testimonium dicunt alijs denique vitijs circunfusi propter quæ ab eorum veniunt testimonio repellendi.

CORAM Vobis. vidimus in superiori titu. de vitijs, & defectibus quæ opponuntur contra personas, nunc videamus de vitijs, seu defectibus quæ obijciuntur contra dicta testimonia eorũ quæ multa sunt incidenter, tamen annectimus nõnulla quæ etiã personis eorum attribũntur &c.

EPITONE.

1 *Appositio istorum verborum, citra reuocationem, inducit protestationem de non reuocando procuratorem.*

1 CITRA Reuocationem sui procuratoris. † Aduerte quòd ista verba cum magno ministerio apponuntur, quia si dominus interuenit in iudicio priusquàm procurator litem exercere cœpit, siue ante lit. conte. siue post, videtur tacitè non facta hac protestatione ipsum ab officio reuocare. Et sic patet quod hæc est vna causa sufficiens ad reuocandum suum procuratorem vt quãdo dominus vult causam ipsam agere. vt habetur, & no. in c. penul. de procu. lib. vj. & per gl. in l. qui mutuam. §. non ideo. ff. man.

EPITOME.

1 *Quotuplex sit contrarietas testium?*
2 *Depositio testis taliter facta, dico sic, imò sic, an contineat contrarietatem.*
3 *Testis addendo aliquid priori dicto, sed non corrigendo, an sit sibijpsi contrarius?*

1 INVICEM Contrarij. † Aduertendũ semper est per aduocatum causæ, si põt testes de huiusmodi contrarietatis vitio impugnare. nã testis sibijpsi cõtrarius, à testimonio repellitur. vt in c. licet causam. extrà de prob. & extrà de app. in c. solicitudinẽ. in fi. facit l. j. in prin. ff. de test. & quod no. in l. ob carmen. §. si testis. & l. qui falsa, vel varia. & ij. q. ix. ca. nihilominus. & iiij. q. iij. ver. qui falsò. cum si. Et quòd amplius est, possunt subijci testes sibi inuicẽ cõtra-
a rij torturæ per iudicẽ.[a] vt habetur in l. nullum. C. de test. & no. per glo. in auth. de testi. §. si vero. & probatur per tex. in auth. apud eloquentissimum. in fi. C. de fide instru. Sunt autem testes contrarij dupliciter, vno modo quando vnus & idem sibijpsi contradicit in serie sui testimonij, alio modo quando vnus testis contradicit alij testi, puta si vnus dicit, quòd mutuauit, & alius dicit, quòd donauit, & si. vel si testis primò dixit, quòd contractus fuit celebratus Romæ, & posteà in alio dicit, quòd fuit papiæ, de quo vide infra in glo.
2 seq. † Quid autem si vnus & idem testis dicat fuit contractus celebratus Papiæ, imò Mediolani, an debet vt contrarius repelli? Spe. dicit quòd non, quasi se ipsum statim correxit. vt per eum no. in d. tit. de teste. post prin. ver. item testes sunt varij. ar. ad hoc in l. si ita scriptum. in princ. ff. de hæ. insti. cum si. ibi no. quæ quidem correctio admittitur in teste, si fiat incontinenti antequàm locutus fuerit cum parte, vt in c. pręterea. extrà de testi. cog. & ibi no per Inn. secundùm quem debet iudex multùm aduertere circa modum, & causam correctionis suæ. arg. in c. cùm dilecti. extrà de accu. nam nisi testis se probabiliter correxit incidet in suspitionem, vel variationem secundùm eũ. ar. ff. de test. l. in testibus. & d. l. qui
3 falsa. † Quid autem si non se testis corrigat, sed priori dicto aliquid addat? Dicit Inn. vbi suprà. aut addit antequàm iudicis vel interrogatoris conspectum exiuerit, & tunc valet,

a *Iudicem. Adde hic, & vide per Bal. & Sal. in l. testiũ. C. de testi. Bald. Saly. & Alex. in l. duobus. §. fi. ff. de iureiu. vbi q̃d quando testes sunt cõtrarij nullus põt puniri de falso, quia licet appareat, quòd aliquis eorum sit periurus, nõ tamen appa ret quis eorum sit & vide Bar. in l. vnius. §. testes. ff. de quæstioni. & qui testes dicantur cõtrarij, vide per Alex. in cons. xxiiij. col. pe. ver. non obstat quòd testes. in. ij. volu. Franc. cur.*

Vnum. Quæro an valeat dictum testis. qui primò deposuit in iudicio, deinde examinatus secūdò dicit, dico put aliàs deposui. Barto. in d. l. eos. ff. de falsis. tenet quòd sic. dicens quòd stat in arbitr. iudic. talē admittere responsionem, ibi vide. idē Bart. in l. legata inutiliter, de leg. j. Bal. verò tenet oppositū in l. iusiurā. in princ. C. de testib. quia nō tenet tale dictum, quia ista verba generalia & incerta nō instruunt iudicem. & ideo debet sibi dari termin⁹ ad clarè respōdēdum. idē Bal. in l. si. C. eod. titu. quia debēt clarè deponere, nec sufficit ista cōfusa depositio. aliàs lex esset frustrà. quare repeterētur si deberent se referre ad primas attesta. simpliciter, tamen datur terminus ad videndum quid deposuerint quia cadit etiā obliuio in perfectis viris, nisi sint suspecti, quia tunc iudex debet conari capere in verbis. & tunc nō datur dilatione malitia instruatur. Cogita.

aut posteà . & tunc aut testis potuit loqui cum parte, & audiēdus est, sed minor fides ei adhibetur. argum. d. c. præterea. & in auth. de testib. §. quoniam. si verò non potuit loqui cum parte tunc valet. de quo etiam no. in c. cùm clamor. extrà de testibus,

EPITOME.

1 *Contrarius & varius testis quomodo differant?*

2 *Testis primò productus, & secundò productus si dicat primò vnū, secundò aliud, cui dicto sit standum?*

3 *Si primum dictum testis fuerit receptum à iudice incompetenti, & sit nullum, secundum dictum postea receptum à iudice competenti, licet sit contrarium primo, valet & tenet.*

4 *Distinctiones in materia contrarietatis & varietatis testium.*

5 *Si sint tres milites, vel doctores ex vna parte, & quinque rustici ex alia, quibus sit standum?*

1 AC ETIAM varij. † Hîc aduerte secundum Innoc. in d. c. præterea. de test. cog. quòd testis dicitur varius seu varians quādo primò dixit vnū, & posteà dicit eius contrarium, nulla ratione, vel causa assignata. Contrarius autem est ille qui dixit duo impossibilia, verbi gratia, si dixit se sciuisse contractum celebratum in tali loco, & posteà interrogatus vbi fuit illa die, dicit se alibi fuisse. Ille autem videtur vacillās qui dubitando, aut timendo loquitur, & qui etiam variè loquitur. ff. de fal. l. eos qui. & ff. de test. l. ij. & l. qui falsa. quorum omnium testimoniū est nullum. & sunt puniēndi. vt l. nullum. C. de testi. de qua variatione & contrarietate, traditur per Spec. in d. titul. de teste. versic. item quòd testes sunt varij. & habetur in c. cum ecclesiæ. extrà de causa pos. & propriet. & extrà de pe. in c. super his. & in c. dilectus. extrà de temporib. ordi. † Sed
2 pone quæstionē sæpius occurrētem. Eccè semel fuit testis productus qui
a dixit vnum a, deinde iterum productus in eadem instantia, vel alia, puta in causa appellationis dixit contrarium, quæritur cui dicto sit standum, an primo vel secundo? Et in hoc reperio, quòd Inno. in c. veniens. el ij. extrà de test. dicit quod priori dicto standum est, & non secundo, quod amplius est, poterit ipsum testē quantum ad secundum dictum repellere tanquā periurum & falsum. arg. in c. super eo. extrà de test. alibi glo. in c. in presentia. extrà de test. dicit simpliciter neutri dicto standum esse. argum. iij. q. ix. c. puta & xxiij. q. vj. c. quod autem. quam opi. videtur tenere Spec. in d. versic. item quòd testes sunt varij. arg. c. sollicitudinē. in fin. extrà de appel. & in l. qui falsa. ff. de test. & in l. cùm pretium. C. de liber. causa. alia est opi. Bar. quam posuit in l. eos. ff. ad leg. Cornel. de fal. & in l. repeti. ff. de quæst. distinguendo hoc modo, aut testis deposuit varia, vel cōtraria in iudicio, aut vnum deposuit in iudicio aliud contrarium extra iudicium. Primo casu subdistinguitur, aut secundum est cum tormentis, & primum sine tormētis, & tunc potius statur secundo dicto quàm primo. argumen. in l. si postulauerit. §. sed & si negauerint. ff. de adulter. aut secundum est sine tormentis sicut primum, & tūc aut dixit, seu deposuit secundum animo corrigēdi primum, & tunc valet secundum. vt in d. c. præterea, & in §. si verò. in authentic. de testib. & intellige quando hoc expressit se velle corrigere, aut simpliciter deposuit secundum, non expresso quòd corrigere vellet primum, & tunc vtrunq; dictum est nullum, & ipse tāquam varius à testimonio repellitur. vt in d. l. eos. & in d. l. qui falsa. Secūdo autem casu videlicet, quando dixit vnum in iudicio, & aliud extra iudicium, subdistingue, aut primò deposuit in iudicio & secundò contrarium dixit, vel deposuit extra iudicium, & tunc valet primum in iudicio depositum: vt d. c. sicut. extrà de text. & in l. generaliter. C. de non nu. pec. aut ecōtra, primò dicit extra iudicium, posteà deposuit in iudicio contrarium, & tunc, vt falsarius est puniendus. arg. d. l. eos. secundo responso. secundum Barto. cui in hoc secundo articulo non assentio. quia multi, maximè prudentes volunt extra iudicium dicere illud, quod sciunt, & pleriq; dicunt contrarium eius, quod sciunt, quia non iurati dicūt, timet enim testis plus iuramentum & periurium, quàm simplicem locutionem, vt habetur. xxij. q. vltim. c. iuramēti. & in c. j. vnde sicut dictum testis cum tortura præualet ei, quod dictum est sine, ita præualere debet illud quod dictum est cum iuramento, & in iudicio, quàm quod dictum est sine iurameto, & extra iudicium. Nec debet ex hoc quis vt falsarius puniri: cùm testimonium sine iuramento, & extra iudicium nullum sit, & nullius momēti. Nec obstat d. l. eos. quia ibi loquitur in negante factum proprium, puta eius sigillum, vel scripturam propriam, & sic est impropriè testimonium, hîc autem loquitur in teste, qui de alieno facto loquitur,
3 & testificatur. vnde casus sunt diuersi. † Et hanc opinionē confirmat auctoritas Spe. in d. ti. de teste. versicu. item quòd testes sunt contrarij. vbi determinat quòd si primum dictum testis fuerit rece-

ptum.

ptum à iudice nō competenti, & sic nullum, quòd secundum dictum posteà receptum à iudice competenti, licet sit contrarium primo, valet & tenet. argu. extrà de iudic. in c. at si clerici. de appellat. c. vt debitus. in princip. quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. vt in c. auditis. extrà de ele & in regula, non præstat. de reg. iur. libr. vj. † Vlterius vltra ea [a] quæ superius dicta sunt circa pleniorē doctrinam cōtrarietatis, vel varietatis testium sciendum est, quòd aut vnus & idem testis sibi inuicem, & intra seipsum est cō trarius & varius, & tunc dic, vt suprà proxim. dixi, aut vnus testis contradicit pluribus, & eius testimonium pro nullo reputatur, & confunditur à testimonio aliorum numero plurium. vt l. iusiurādi. C. de testib. & in c. veniens. & in c. licet. extrà de testib. & hoc est verum, quando vnus contradicit tribus vel pluribus. Si autē vnus contradicit duobus, sic quod duo sint soli testes producti, verbi gratia, ab actore qui probauit de mutuo facto sunt duo testes producti, reus autē producit vnum solum testem ad defensionem eius, tunc est distinguēdum secundum docto. iuris ciuilis & canonici, aut testis ex parte rei est directò contrarius illis duobus ex parte actoris, & tunc remanet valida probatio ipsorum duorum testiū, nec in aliquo eliditur per illum solum testē, aut ipse solus testis est simpliciter diuersus, & non contrarius. verbi gratia, quia deponit quod reus soluit, & tunc eliditur probatio ipsorum duorum in hoc, quia deferri pōt reo iuramentum in supplementū probationis. & hæc probātur per Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. j. ff. de ven. inspi. & per Cyn. in l. in bonæfidei. in vlti. q. C. de iureiur. & per Io. And. in d. c. fi. extrà de iureiur. aut plures cōtradicunt pluribus, siue sint producti ab vna siue ab vtraq;, & tunc diligenter aduertere debet iudex, an sit contrarietas quæ possit aliqua diuisione iuuari, & tunc concordabit eos iuxta no. in c. cùm tu. extrà de testib. & in c. nihil obst. extrà de verbo. signifi. cum similib. Si verò fuerit contrarietas quæ commodè non possit aliqua diuisione iuuari, tunc iudex considerare debet, qui sunt illi qui verisimiliora deponant, & auctoritate prēstāt, alijs eos præferre. vt extrà de probation. in c. licet. in fin. & in l. testium. post principiū. de testi. si verò de verisimilitudine non cōstet, præferre debet digniores vilioribus, etiā si digniores essent numero pauciores. vt in d. c. in præsentia. vbi autem essent omnes pares in dignitate, & satis credibilia deponentes, tunc præferendus esset numerus pluriū, & sic statur maiori parti. arg. d. c. in præsentia. & in d. l. testium. ibi aliàs numerus &c. Si autem omnia vndique sunt paria, tunc omnes repelli debent, & iudex pronuntiabit contra eū qui probare debuit. vt in l. de ætate. ff. de probatio. & extrà de probat. in c. ex literis. & extrà de fide instrumento. c. inter dilectos. in fine. fuerunt tamen aliqui præferentes numerum dignitati, quos reprobat Hostien. in c. in prēsentia. extrà de test. † Quid enim si sunt tres milites, seu doct. ex vna parte, & quinque viles, seu rusticani ex alia cur nō dicemus doctor. præferendos. de quibus plenè not. Specul. in tit. de testib. in §. postquàm. & per Cyn. & alios in l. scripturæ diuersæ. & in l. iñ exercendis. C. de fide instrumen.

(margin numbers: 4 beside "reg. iur. libr. vj.", a beside "dicta sunt", 5 beside "in prēsentia")

[a] Adde et vide Alex. de Im. in l. ij. §. fi. ff. si cer. pe. & in l. inter stipulātem. §. j. ff. de verb. ob. & Angel. Aret. in §. j. institut. de actioni. & per canon. maximè Are. et Fel. in cap. cùm tu. de test. & Alex. in cōsi. lxxiij. col. j. circa me. in j. vo. vbi quòd quando testes sunt varij in tēpore cōcordantur vt euitent falsum et maximè in vno teste. & in cōs. cxxxij. vol. j. circa fi. & in cō. cxvj. & in cōsi. cxviij. col. ij. eo. vo. & in cōsil. cv. col. pen. ver. nec ob. in ij. vol. & in iiij. vol. consil. xx. col. j. versi. nec istus aliquid : per eundem in consil. clxxvj. in fin. in v. volu. & in consi. xliij. colū. ij. in prin. & in consi. ci. colum. ij. circa prin. eodem volu. Fran. Cur.

EPITOME.

1 *Quilibet periurus non est infamis.*

ET PERIVRI. Quí enim periurus est à testimonio repellitur, quia præsumitur adhuc faciliter deierare. vt in capitul. testimonium. extrà de testibus. & in cap. accusatus. §. licet. de hær. libr. vj. & notatur in leg. Lucius. ff. de his qui notan. infam. † Sed an quilibet periurus sit infamis? Dic quòd non regulariter, fallit in transactione iurata, & periurata. de qua habetur in l. si quis maior. C. de transactioni. & ibi notatur, in dicta leg. Lucius. per doctor. idem in qualibet alia promissione iurata. vt nota. gloss. singular. in l. penultima. C. de dig. lib. xj. Deus autē nouit quot sunt moderno tempore periuri & infames.

(margin number 1 beside "notan. infam.")

ITEM FALSARII. Hîc est multùm aduertendum, quia hodie est plus solito falsariorum & corruptorum testium abundantia, vnde talibus non est habenda misericordia, quia si locus falsis testibus, & instrumentis relinquitur, nullus de statu suo securus erit, testis enim vel tabellio falsus, tres personas offendit, Deum, iudicem, & partem. vt traditur in capitulo primo. extrà de crimin. falsi. de cuius pœna, & alijs ad falsitatem eius pertinentibus, dixi suprà in titulo, de forma iuramenti testium. in glo. super verbo, falsitate. nume. 4. 5. & 6.

VACILLANT. Dicitur autem testis vacillare qui timendo, aut dubitando loquitur, secundum Inno. in quo debet iudex & examinator esse discretus, & si viderit, seu cognouerit testem vacillare debet facere hoc describi per notarium causæ qui scribit, quòd iudex vel examinator sibi dixit, quòd testis vacillabat, & hoc idem visum est ipsi notario per talia signa, & nota. per eum in capitul. quoniam contra falsam. in gloss. super verbo, instrumentorum. extrà de fide instrumen.

a *Mera. Adde & vide qualiter debeant deponere testes deponentes super negatiua in cõsi.lxxxv. & in cõsi.cxxxvij. col.pe.versic.item dictus in ij.vol.& in cõsi.cxxxvj.col.ij. in fin.& seq.& in consil.cxlj.col.iiij.circa prin.in j.volu. & ibi quòd si negatiua coarctaretur per testem modico tẽpore tunc præsumeretur suspectus, & vide eundem Alexan. in cõsi.cv.col. a fi.in iij.vol. & in cons. xliij. col.ij. in princ.& col.iiij.ver. quartus testis in quarto.vo.Cur.*

b *Debet. Adde quòd ita limitat Bal. in §. si plures. & ibi refert Iacob. de Aret. alleg. Guilel. de Cuman.& vide Barto. in l.hæredes palã.§.fin. ff. de testi. & Adde quòd glo.in d.§. si plures. non habet locum in causa criminali. ita Bal. in l.data opera. C. qui accusare. & vide quæ posui in cõsilio meo. xxiiij. Cur.*

EPITOME.

1 *Negatiua mera est improbabilis.*

1 SATAGVNT negatiuã. † Regulariter negatiua mera [a] est improbabilis.vt habetur & not.in l.actor quod asseuerat.C. de prob.& per glo.& doct.in c.bonæ memoriæ. extrà de ele. nisi esset negatiua talis quæ æqualiter caderet in intellectu, & mẽte ipsius testis sicut affirmatiua, tunc enim probabilis esset.vt no. per Cy.in l.ij.C.de erro.aduo. & per alios in d.l.actor.& eodẽ modo esset probabilis si esset coarctata loco & tẽpore, vel aliqua alia qualitate sic, quòd cõprehendi posset per verum iudicium.vt no.in d.c.bonæ.& l.optimam.C.de cõtrahen.& commit.stip. & in c.series.& in c.ex tenore.extrà de testi.& ex his patet, quòd glo.in l. diem proferre.§.si plures.ff. de arbi. quæ dicit, quòd magis credendũ est tribus affirmantibus, quàm decem negantibus,non simpliciter est vera, sed debet [b] intelligi quando deponunt meram negatiuam, aliter verò æqualiter est omnibus credendum, ac si omnes deponerẽt affirmatiuè, cum distinctione tamẽ de qua suprà dixi,quando testes sunt cõtrarij.Hęc autem negatiua etiã potest per scripturam publicam, vel priuatã probari.verbi gratia, si dicatur talẽ esse substitutum pupillariter defuncto, & hoc negetur per proximiores ipsi defuncto. Nam quòd sit substitutus aliquis dabitur ex forma testamenti. argu.l.final.C. de rebus credi.& not. per Bar.in l.Titię textores.ff.de leg. primo. & l.in illa stipulatione. ff. de verb.oblig.ad quod facit l. de ætate. §.ex causa.ff.de interrog.actio. licet quando negatiua in facto consistit probetur iuris præsumptione, eoipso quòd contrarium non probatur,vt si creditor neget sibi solutum esse. vt no.per glo.in l.ij.C. de iure emphyteutico.& habetur in l.fin.C. de solu. Ideo ei qui dicit & affirmat, non ei qui negat.incumbit probatio. vt in l. ei qui.& l. ab ea parte.ff. de probat. de cuius negatiuæ probatione nota. etiam per glos.in authen.de hære.& fal.§. si verò absunt.in gloss. super verbo, vidisse. & in l.j.ff. de iti.actuq; priuat.

EPITOME.

1 *Quis dicatur testis singularis?*

1 SVNTQVE etiam singulares. Tunc autẽ dicitur testis † singularis esse quando solus est, nec aliũ habet sibi in depositione conteste & concordem,& ob hoc eius testimonium nullũ est, tam de iure diuino, quoniam scriptum est, in ore duorum vel trium stet omne verbum, quàm iure humano,ciuili,& canonico.vt l.iusiuran.C.de test. & in c.licet vniuersis.& in c.quoties.de testib.& in c.licet ex quadam.extrà de testi.& in c.licet.in §. quãquam.extrà de probat.& no.in d.c.bonæ.extrà de elect.& extrà de accus.in c.cũ dilectus.& plenè per Cy.in l.ij.C.quæ sit lon.cõsue.In certis tamen casibus admittitur vnius testis testimonium, quos enumerat Spe.in titul.de testi.§.restat de numero testium &c.qui tamen casus non concludunt stari quo ad condemnationem, sed quo ad præsumptionem.vt not.per gloss.in c.nuper.extrà de test.

EPITOME.

1 *Testis debet astringi ad iuramentum.*

2 *An stetur conuentioni, quòd stetur depositioni testis sine iuramento?*

3 *Si testis deponit sine iuramento.& postea iuret se veritatem deposuisse,an valeat talis attestatio?*

1 ET NON IVRATI. † Aduerte quòd testis debet astringi ad iuramentum aliàs non valet.vt in d.l.iusiurãdi.& d.c.nuper.de testi. Quid autem si notarius scribat apud acta talis iuratus, an per ista verba narratiua probabitur de ipso iuramento,dic vt dixi suprà circa formã iura-
2 menti testium.in glo.j.nu.2.† Sed quid dices si in instrumento obligationis cautũ sit expresè quòd si casus contigerit testes produci quòd eisdẽ testibus credatur sine iuramento, an valeat talis conuentio,seu iuramenti remisio? videtur quòd non. argu.in l.ij.§.sed quia veremur.C.de iura.cal.glos. in c.tuis. & in c.fraternitatis. extrà de testib.tenet quòd sic.quam opi.ibi sequitur Host.& Ioã. Andr. & idem tenet glo.& docto.in l.iusiurandum.C. de testi.Spec.autem in d.tit.de teste.§.sequitur de testium iuramento.dicit, quòd prædicta opinio procedit quando talis remisio fit cũ licentia & actoritate iudicis,sed prior opin.est verior. Et sit ratio, quia põt pars se allegare stare simplici dicto sui aduersarij.vt in c.quintauallis.extrà de iureiur.& in l delata.& in l.cùm proponas.C.de iu.& in l.fin. C. de fideius. ergo multomagis simplici dicto testis.Non obst.d.§.sed quia veremur.quia loquitur ibi in iuramento calumniæ, ad astringendum lites propter publicam vtilitatem.vt not.per gl.in c.venientes.

3 niens.el ij.in fin.extrà de test. † Quid autem si testis deposuit sine iuramento, vel fortè non reperitur scriptura iuramenti. Vnde posteà iurat se tulisse testimonium secundùm puram veritatem, an ex hoc confirmabitur eius testimonium? quidã dicunt quòd non, vt refert Cyn.in d.l.iusiurandũ, vbi hoc probatur in text.ibi, priusquàm perhibent &c. Ad quod facit quod in simili dicitur de iussu & mãdato: vt l.si quis mihi bona §.iussum. ff. de acquiren hære.& in c.j.extrà de reb.eccle.non alien.,& per Dyn.in c.ratum.de regul. iur. lib.vj. & hanc puto veram. Alij autem contradicunt & malè, quos refert Spec.in d.§.sequitur. Sunt tamen quædã personæ quæ excusantur iurare, vt episcopus. vt in authen.sed iudex.C.de episc.& cle.aliæ quibus mittitur iuramentum ad domum, nec cõpelluntur ad iudicem venire: vt l.ad personas egregias.ff.de iureiurand.

EPITOME.

1 *Quis non potest esse testis, aut iudex in facto proprio.*
2 *Venditor an possit esse testis emptoris.*
3 *Fideiussor an possit esse testis debitoris.*
4 *Iure communi an quis possit esse testis.*
5 *An stetur dicto portatoris vini si negetur vinum portatũ fuisse.*

1 IN FACTO EORVM PROPRIO. † Isti meritò sunt repellendi, quia multùm absonum est quod quis sit iudex & testis in facto proprio, sic enim confunderetur cursus iustitiæ. vt iiij. q.iij.c.nullus.& in c.insuper.extrà de testi.& l.omnibus.C.de testi.& l.nullus.ff.eod.titul.nisi hoc fieret de expresso consensu alterius partis.argu.in l.fi.C.de fideiuss.& l.delata.C.de iureiuran. cum si.
2 † Sed circa hoc quæritur an venditor possit esse testis pro emptore, videtur quòd sic, quemadmodum dicimus de legatario qui potest esse testis pro hærede, vt instit.de test §.legatarius. & l.qui testamenta.in princip.ff.de test.& l.dictantibus.C.e. Veritas est esse distinguendũ secundũ glo.in d.l.omnib⁹ & l.nullus.& ibi p doc.quòd aut venditor est obligatus de euictione emptori de re ipsa super qua quæstione agitur, vt communiter fit in instrumentis, & tunc non possit esse testis, aut non est obligatus, vt quia pactum fecit speciale, ne de euictione teneatur, vt aliquando fit, de quo traditur in l.emptorem.in princip.ff.de act.emp.& tũc possit esse testis, & tunc eodem modo distinguitur in debitore si causa mota sit contra creditorẽ de pignore, vt dicit Specul.in d.titul.de teste.versicul.quid de venditione.quam opin.sequitur Innoc.
3 in cap.quoniam aliqua.extrà de testi. † Quid autem in fideiussore dicemus, an poterit esse testis debitoris. Specul.& quidam alij, vt suprà distingunt, aut debitor est soluendo, & tunc admittitur aliàs non.argum.in l.itaque.in fin.ff.de furt.& l.si cui.§.fin.ff.de leg.j.& l.j.§.pen.ff.quando app.
4 sit. † Vltra[a] quæritur quid si de re communi sit
a quæstio, an ille qui partem in ea habet vel dominium poterit esse testis, videtur quòd non, quia quod commune est, meũ est. vt l.serui electione.in fi. cum simil.ff. de lega.j. Breuiter colligendo simul omnia distingue sic, aut res est communis alicuius vniuersitatis, vel collegij, aut plurium singularũ personarum. Primo casu considera, aut est simplex quæstio de aliquo gesto facto vel ordinato in vniuersitate vel collegio, aut de alio facto extra collegium. Primo casu quilibet de collegio, vel vniuersitate est idoneus testis ne pereat facultas probationis, vt traditur per exemplum de electionibus, & similibus actibus qui fieri solent secretè in collegijs: probatur in c.veniens.in fin. extrà de testib.& in l.consensu. C.de repu. In alio autem casu quæstio est de actu gesto, extra collegium subdistingue, aut ex eo resultat commodum vel incommodũ singulariter singulis, & tunc nullus eorum sit idoneus testis per regulã. d.l.omnibus.aut non resultat tale cõmodum singulariter singulis, & tunc quilibet est idoneus testis, vt planè traditur & habetur in c.insuper.& in c.cum nuntius.& ibi per Ioan. Andr. extrà de testib.quam etiam opin.firmãt Bartol.& doct.in l.intantùm vniuersitatis.ff.de re.diuisi.vbi vide per Specul.in d.titul.de teste. in princip. versic.sed nunquid in causa vniuersitatis.& per Iacob.de Bel. in authen. de mona.§.j.colum.j. Secundo casu principali quando res est communis plurium, vel singularum personarum, distingue prout not.Iacob. But. in d.l.omnibus. aut sunt socij omniũ bonorum, aut ipsius rei tantùm, de qua est quæstio, aut res ipsa est incidenter communis sine societate. Primo enim casu omnes repelluntur, quia commodum est ad ipsos omnes peruenturum.& eadem ratione repelluntur in casu secundo.argu.l.j. §.in proprio. ff. quando appellan. sit.

Tertio casu subdistingue aut res ipsa est indiuidua, & tunc nullus est idoneus testis, quia sperat consequi commodum.argum.in l. si communem.ff.quemad.serui.ami.aut res est diuidua, & tunc quia victoria vnius non prodest alteri, quilibet eorũ poterit pro altero esse testis.argumen. in l.j.§.quinimo.ff.si pars hæredi.pe. vbi autem esset vtriusque eadem causa defensionis, vel si lis esset communis, tunc nõ esset alter pro altero idoneus testis, argum.d.regu.l.omnibus.

a *Vltra quæritur. Adde & not. quòd ista not. per d. Bartol.in l. in tantũ.§. vniuersitatis.ff.de re. diui. & ibi Baldus & Barto. in l. sed si hac. §.qui manu mittitur.ff. de in ius voc. Bal. in l. si municeps.ff. qđ cuiusq; vni. no. per Gui. plenè in d. §.vniuersitatis. Bald. l. parentes. C. de test. & quando testes de vniuersitate possũt testificari vltra prædicta. adde p Ale. in consilio lxviij. colũ. ij. & in cõsi.clxxxvj. col.v.versi. vlterius nõ ob.& in cõsil.clxxiiij. colum.ij. in si.in ij. vol. & per eundem satis eleganter in consilio xcix. colũ. iiij. in fin. & colum. sequẽ.in v. volu. Curt.*

& facit l.si quis separatim. §. j.ff. de ap.& no.per Inn.in c.quoniã aliqua.
5 extrà de test. † Deinde quæro de eo quod quotidie est in vsu. Ecce ꝙ brentator vel portator vini detulit ad tuam domũ ex parte mei certam quantitatẽ vini vel grani tibi vẽditi, tu recusando pretiũ soluere dicis ꝙ nõ recepisti granũ vel vinũ, ego aũt volo producere in testes eos qui tibi, & in domo tua illud detulerunt, quæritur an sint in hoc testes idonei, & sufficientes? ego reperio ꝙ Bart. in l.deferre.ff de iur fisc.determinat ꝙ nõ, quia ipsi tractant de se exonerãdo ab obligatione, quia mihi tenebantur ex mãdo, & per hęc essent testes in facto proprio cõtra di.regu.l. omnibus.ego credo considerandum an sint tales personæ quæ viuãt huõi arte portaturæ, & tũc dicerẽ eos admitti, & plenã fidem facere exẽplo legatariorũ.vt insti.de test. §. legata.&l.dictãti cũ si.suprà all. aut sunt alij nõ consueti ad tale officiũ, sed à casu depu.& elec.& tunc puto ꝙ faciunt semiplenã probationẽ exẽplo prosenetæ de quo supra dictum est.

a Ad propositum. ad materiam quando testis tenatur reddere rationem dicti sui, vide per Alexã. & quæ ibi posui in le. j.ff.si certũ pe. Panor. c. quoties. de test. Bal in l.conuẽticulam.C de ep.& cle & aliqua posuimus l.cũ hij §.vult igitur.ff.de transactio. & in l.fi. ff.de offic. procur, Cæsa. vide in dictis locis d.Ia.

EPITOME.

1 *Ratio est quæ limitat, & constringit vniuersam testimonium.*

2 *Ad officium testis pertinet deponere super his solùm quæ facti sunt non autem iuris.*

3 *Paria sunt nullam causam exprimere, vel impertinentem & iniustam.*

1 REDDVNT RATIONEM nec causam. † Ratio & causa idem sunt quantùm ad rem
2 propositam a pertinet.quæ quidem ratio & causa in teste est specialiter attendenda, quia ratio est illa quæ limitat, & constringit eius vniuersum testimonium, & in tantum quòd magis attenditur ratio quàm dictum, vt plenè not per doc.in.l.solã.C.de testi. & per gl.in.l.cum hi.§.nihil.ff.de trãsact.& in.c.cum causam.extra de testi. vnde si testis interrogatus quid scit de contentis, & respondeat vera esse contenta, & interrogatus quomodo & qualiter scit dicat, quia sic audiui dici à pluribus personis, certe ista ratio cõfundit, & annullat dictum præcedens, quando dixit vera esse, vt no. in.l testiũ.C.de test.& habetur in c.licet ex quadã.extra de testib.cũ si.vbi aũt testis nõ interrogaretur de causa valet dictũ eius regulariter.vt d.l.solam, cũ ibi no.quia nõ debet esse verbosus in expressione alicuius causæ nisi interrogetur scdm doc.& no.in c.sicut nobis.extra de re iudi.nisi dictũ ei⁹ esset poti⁹ iuris quã facti, quia tũc etiã sine alia interrogatione tenetur causam exprimere, verbi gratia, si deponat simpliciter, ꝙ Titius est domin⁹ talis fundi, certè hoc nõ sufficit, sed debet adijcere à quo habuit, & ex qua causa tale dominiũ vel saltẽ dicere, ꝙ vidit ipsum gerere & gaudere pro dño, longo vel lõgissimo tẽpore.ar.l.Titia.ff.de sol.&.l.ij.ff.de acquir.pos.&.l. si quis emptionis.C.de pscrip.xxx.an.& ita determinat Spe.in.d.tit.de testi.§.nũc videndũ.& Inno.
2 in d.c.cũ causam.Et est ratio secundũ eum.† Quia ad officiũ testis pertinet deponere super his solũ quæ sunt facti nõ autẽ iuris.vnde cùm dominium sit quid iuris, ad eum non pertinet iudicare talem esse dominum, sed dicere illos actus qui sunt facti per quos iudex possit cõprehẽdere an fuerit domin⁹, vel quasi dominus, & an vtiliter, vel directò. Faciũt quę no.per gl & Bar.in l.stipulatio ista.§.hi
3 quoque.ff.de ver.ob † Et no.ꝙ paria sunt nullã causam exprimere vel impertinentẽ & iniustã, vt habetur in.c.præterea.extra de testi.ar. in c.ij. extra de trãsact.debet eñ causa esse talis quæ de necessitate cõcludat dictũ suũ esse verũ: alioquin testimoniũ esset nullũ.ar.l.nõ hoc.C. vnde cogna.& l. neque natales .C.de prob.& not.per Bar.in l.j.§. docere.ff.ne quis eũ qui in ius voc.est. dictũ autẽ testis trahitur, & reducitur ad eius rationẽ, quia ipsa ratio est illa quæ regulat, & informat ipsum dictũ, ar.in l.hæc actio.ff de calũ.& no.in l cũ tale. §.legato falsam causam.ff.de cõdi.& demõ.facit in aut.de test.§.& licet.ibi, & causam testimonij &c. quod habetur in.l.aurelio.§.sticho.ff.de libe.legat. vnde dici solet, ꝙ causa cessante cessat etiã dictũ vt in.l.quod dictũ.ff.de pact.& l.adigere.§.quãuis. ff de iure patro.vbi testis interrogaretur super aliquo capitulo generali, & generaliter de causis & circũstantijs, valeret dictũ eius, vt no.per Bar.in l. j.§.diuus.ff.de quęstio.de his autẽ seu alijs ad rationem, seu causam testis pertinẽtibus, vide quod no. in d.c.cũ causam.& Spec.in ti.de teste.Nũc aũt videndũ qualiter in testiũ examinatiõe sit pcedẽdũ.

EPITOME.

1 *Post publicationem testium non recipiuntur, nec admittuntur alij, nec ijdem testes super eisdẽ capitulis, super quibus fuerunt recepti & examinati.*

2 *Post publicationem in noua instantia, an recipiantur ijdẽ testes super eisdem capitulis?*

3 *Testes an & quando recipi poßint post publicationem super eisdem capitulis?*

4 *Ius canonicum & ciuile discrepat quo ad receptionem testium in noua instantia post publicationem, & quodlibet est seruandum in foro suo.*

5 *In causa appellationis super nouis capitulis, an poßint admitti testes.*

6 *Quæ dicantur noua capitula & vetera.*

7 *Quare secundum ius ciuile post publicationem in causa appellationis nõ recipiantur testes super nouis capitulis*

8 *Exempla per quæ cognoscitur quæ sint noua capitula ex veteribus originem trahentia.*

9 *In causa principali si sint producti testes super præscriptione simpliciter & postea publicati, an in eadem instantia poterunt testes de nouo produci ad probandum de titulo præscribentis?*

10 *Cum quis solummodo capitula fecit, & testes produxit super possessione, & velit de nouo producere testes super titulo, auditur.*

11 *Testis non exprimens causam, vel obscure exprimens, an in eadem instantia repeti possit, vt eius testimonium declaretur.*

12 *Testes producti & publicati in vna causa, an faciant fidem in alia?*

13 *Testes recepti in iudicio summario, an faciant fidem in plenario?*

14 *An licet parti producere testes quot numero velit?*

15 *Quando intelligatur vna dilatio vel plures ad producendos testes?*

16 *In dilatione data testes iurauerunt in termino, sed non fuerunt examinati, an imputabitur parti producenti, quod non satisfacit termino?*

17 *Si datus sit terminus à iudice, vel statuto probatum habendi, & testes iurauerunt infra terminum nec deposuerunt, si pars finita dilatione velit facere examinari testes quia per eam non stetit, imò requisiuit vt examinaretur, an debeat audiri?*

18 *Si testes fuerunt examinati, sed non fuerunt publicati in termino peremptorio probatum habendi, an tenebit publicatio facta post terminum?*

SVNTQVE publicatis iam testibus alijs
1 recepti. † Qua forma fiet publicatio testium, dictum est suprà de forma publicationis testium. Quis autem sit publicationis effectus, infrà est videndum. Est ergo sciendum quòd regulariter post publicationem testium non recipiuntur, nec admittuntur alij, nec ijdem testes super eisdem capitulis, super quibus fuerunt recepti & examinati, sed super alijs capitulis prioribus directò contrarijs bene admittuntur. vt hæc omnia probantur in l. per hanc .C de tempori. appellationũ. & in §. si verò. in auth. de testibus. & in c. intimauit. & in c. fraternitatis. extra de testibus. cum si. & per Spec. in titulo, de teste. §. satis vtiliter. & per Cynum in anthenti. qui semel. Codice de probationib9. & hoc si producuntur in eadem instantia. Et ratio huius prohi-
2 bitionis est timor subornationis. † An autem admittantur post publicationem in noua instantia, puta in causa appellationis super eiusdem capitulis est differentia magna inter ius canonicum & ciuile. nam de iure canonico non admittitur propter eandem rationem, cum ita duret timor subornationis in causa appellationis, sicut in causa principali, vt determinatur in dicto capitulo fraternitatis. & in cle. de testibus sed de iure ciuili bene admittuntur propter diuersitatem instantiarum, & quia min9 malum est eos admittere, vt veritas pateſiat, quã repellendo eos veritas suffocetur secũdũ doc. vt plenè traditur in d. l. per hanc. Fallit autem in certis casibus quos enumerat Specula. in titu. de teste. §. satis vtiliter
3 vbi vide. † Vt tamen præmissorum latior habeatur instructio distingue, cùm quæritur, an publicatis testibus super eisdem capitulis possint testes iterum recipi, aut quis vult testes repetere vel producere super eisdem capitulis in eadem instantia, aut alia. Primo casu aut fuerunt istæ attestationes publicatæ minus solenniter, & contra ius, & per consequens nõ valent, quod quidem potest variis modis contingere, vel quia fuerunt publicatæ, lite non contest. regulariter, vel parte absente nõ citata vel ab eo qui nõ habebat sup eo potestatẽ, & tunc admittũtur testes post talẽ inutilẽ publicationem. vt habetur, & notatur in capi. cum causam. extrà de testi. & nota per Ioa. & per eundem plenius in dicto capitulo fraternitatis. & per glosam in dicto cle. de testibus. extrà de testi. & ratio est, quia non pręstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum. vt in regula non pręstat. de regu. iur. libro vj. quamquàm, quod est notandum, huiusmodi inutiles attestationes possunt de partium consensu tacito, vel expresso confirmari, vt determinat Inn. & Ioa. Andre. in d. ca. cùm causam. extra de testi. aut fuerunt rite & rectè publicatæ, & tunc aut ipse attestationes sunt deperditæ, vel quia non reperiuntur apud iudicem, nec notarium causæ, nec partem, & tunc poterunt testes iterum de nouo produci. vt in ca. fi. extrà de probati. notatur in d. clem. de testibus. aut non sunt deperditæ, & tunc aut agitur de falsitate priorum testium, & tunc in odium falsitatis, & fauorem veritatis admittuntur alij testes post priorem publicationem. vt probatur in capitulo, licet. extrà de probationibus. & in capitulo, series. & capitulo, cùm in tua. extrà de testibus. Et per Cy. in l. si quis testibus. C. de testibus. aut non agitur de falsitate priori, & tunc aut est causa matrimonialis, & tunc fauore matrimonij admittuntur testes post publicationem. vt traditur in d. ca. series. & ibi per Inno. & alios doctores. Aut est alia causa, & tunc aut princeps hoc indulsit per rescriptum ex certa scientia non obstante tali lege, & tunc poterunt produci iuxta doctri. l. fi. C. si contra ius vel vtili. pub. & in l. quoties. C. de preci. impe. offe. Idem si iudex hoc admisit per eius interlocutoriam à qua non fuit prouocatum, argu. eorum quæ no. per Dynum in regula adultum. de reg. iur. lib. vj. & per Cynum in l. iudices C. de iudi. & per Bartolum in l. ij. ff. de re iu. aut nec iudex hoc admisit, & tunc stat firma regula quòd in eadem instantia non possunt post publicationem testes vlterius recipi super eisdem capitulis, vel eis directo cõtrarijs: vt in d. §. si verò. in auth. de testi. & auth. at qui semel. cum simi. ibi no. C. de probationibus. Secundo casu principali quando quis vult testes producere post publicationem in alia instantia, tunc diligenter considera; aut eñ hęc alia noua instantia est coniuncta primæ, vt quasi censeatur esse eadem cum prima, vt est causa appellationis: vt not. per glossam & doct. in l. ita de-

num.C.de procura.& tunc secundũ iura ciuilia possunt testes super eisdem capitulis produci. vt in d.l.per hanc.cum ibi not.sed secundùm iura canonica nequaquam. vt in c. fraternitatis.& d.cle. de testi.

4 † Cum igitur hæc iura sint sibi inuicem repugnãtia,seruabunt canonistæ ius suum in foro suo.argumen.eorum quæ not.in c.fi.extrà de præscript. & in c.j extrà de no.oper. nun.aut hæc noua instantia est diuersa à prima & principali, & tunc aut ipsa noua causa tendit ad eundem finem ad quem tendebat prima,vel est idem modus agendi in vtraque,& tunc non poterunt testes super eisdẽ capitulis de nouo produci. vt in l.si quis cùm totum.in fi.& l.cùm quæritur.cum l.seq.ff.de excep. rei iudic.& quasi per totum. & l.si mater.§. eandem.eod.tit. aut noua tendit ad alium finem, vel est in ea diuersus modus agendi ab ipsa prima, & tunc aut producere volens, vel agens veniret ex hoc directo contra primam sententiam in priori iudicio latam,& tunc nón possunt testes produci super eisdem capitulis:vt probatur in tertia lectu. l.Iulianus verum debitorem.ff.de condictio.indebi.aut nun venit directò contra priorem sententiam,& tunc poterunt testes admitti.vt in ij.& iij. lectu d.l.Iulianus.& ibi plenè per Bartol.ad quod facit c.veniens. & c.cùm in tua.extrà de testib.& per eundem not.in l.ii.§.hoc edicto.ff.vi bo.rap.

5 † Super nouis autem capitulis & articulis an admittantur testes de iure ciuili in causa appellationis, quia regula est non probabo &c.vt d.l.per hanc.sub iudice lis est. Nam docto. iuris ciui.dicunt quòd non.per d.l.per hanc.de iure autem canonico dicitur contrarium, in c.fraternitatis. de testibus.

6 † Sed hic est multùm aduertendum quæ dicantur noua capitula,& quæ dicãtur vetera capitula, quo declarato patebit,quòd iura canonica & ciuilia,quæ videntur inuicẽ repugnare,conuenient simul & consonabunt. itaque differunt à prioribus re & substantia,vt verbi gratia, si actor petijt in causa principali bouem,& super boue capitula formauit,deinde in causa appellationis format,& producit capitula super asino,& simi.certè non auditur. Et vt generaliter omnia exempla quæ tradi possent sub quadam regula concludantur, dicendum est secundùm Iaco.de Bel.vt refert Cy. in d. l.per hanc.quòd secundùm ius ciuile illud vocatur nouum capitulum,quod ita se habet ad antiquum, quòd si ad illud ageretur in nouo iudicio, rei iudicatæ non obstaret exceptio. Sed secundum iura canonica illud appellatur nouum capitulum,quod dependet ab antiquo,&ortum trahit ab eo.de quo statim exempla subijciã,& super tali capitulo vtroque iure tam ciuili quàm canonico tales testes admittuntur in causa appellationis. vnde equiuocatio est in vocabulo & non dispositio.

7 † Quærendum est ergo quæ sit ratio iuris ciuilis.sumpto significatu suo circa nouum capitulum, respondeo secundum eundem Iac.quia lex voluit consulere per appellationem in illis casibus in quibus non erat consultum per alium modum agendi,obstante sibi exceptione rei iudicatę,at vbi non obstat exceptio rei iudicatæ voluit id in alio principali iudicio reseruare,ideò super tali nouo capitulo quod in alio nouo iudicio potest intentari sine metu exceptionis rei iudicatæ recusauit probationes & testes admittere in causa appellationis. vbi ergo obstare haberet rei iudicatæ exceptio in nouo iudicio tunc admittitur testium receptio in causa appellationis vtroque iure,tam ciuili quàm canonico super nouo capitulo depẽdente ab antiquo,seu trahente originem ab eo.

8 † Superest itaque inuestigare exempla per quæ dignoscitur quæ sint,seu appellentur noua capitula ex antiquis originem trahentia & descendentia,de quibus tetigit Specu.in d.§.satis vtiliter.ver si.illud autem no.&c.Io.And. in d.c. fraternitatis. quorum aliqua sub breuitate commemorare disposui,quia plurimi sunt carentes illis libris,&quia aliqua sunt exempla quæ ad reum feruntur,aliqua verò quæ ad actorem,ideò congruo ordine subijcio exempla. Primum erit exemplum tale,Ecce tu egisti contra me actione ex empto,petens rem tibi tradi per me venditorem,ego autem excipiendo proposui me ad hoc non teneri, quia tu pretiũ rei mihi soluere recusasti, & finaliter fertur contra me sententia à qua appello,& in causa appellationis dico venditionem fuisse factam sub conditione quæ impleta non fuit,potero formare capitulum sub conditione,& super eo testes producere non obstante priori publicatione & examinatione testium facta super venditione, & tale capitulum appellabitur nouum capitulum descendens ab antiquo super quo admittitur post publicationem testium examinatio super vtroque iure, tam ciuili quàm canonico.vt probatur in c.cùm Ioannes.extrà de fide instru. Secundum est exemplũ in reo, Eccè tutor datus se excusat à tutela,dicens, se gerere tres tutelas,quæritur an excusandus sit à quarta,fertur sententia contra eum,& appellat, & in causa appellationis format capitulum quòd gerit vnam tutelam ita implicitam diffusam,& negotiosam,quòd loco trium tutelarum reputari debet.vt l.tria.& in l.is qui res.§.eum qui.ff de excu.tuto.& certè super hoc capitulo poterunt in causa appellationis testes produci tanquàm super nouo capitulo ex antiquo dependente.vt in superiori dictum est. Tertium subinfertur in reo exemplum,vt puta,Eccè egisti contra me dicẽs.quòd in minori tua ætate vendidisti mihi prædium sine decreto iudicis.& sic non tenuit alienatio.ego verò opposui,& capitula formaui,quòd tempore dictæ venditiõis tu eras maior,& hoc non obstante fuit lata contra me sententia,&ab ea interposita appellatiõe,volo in ipsa appellatione ꝓbare quod post maiorẽ ętatẽ ipsam ratã habuisti,& sic tenuit.vt l.fi.C. si ma.fa. ra.vẽ.habu.certè istud erit capitulũ nouũ depẽdẽs ab antiquo,iõ admittitur sup eo ꝓbatio vtroq; iure inspecto.In actore aũt subijciũtur exẽpla sequẽtia,

Primũ

Primum est, Ecce tu mihi obligasti fundum pro
centum quæ tibi mutaui, deinde eundem fundum
alij obligasti, posteà meam obligationem renoua
sti. Rursum egi contra possessorem pignorum
ex obligatione nouata, & finaliter succubui in cau
sa, quia ipsius possessoris obligatio præcedit ipsam
nouationem, à qua sententia appellaui, & in appel
latione volo capitulare, & probare de priori obli-
gatione mea præcedente ipsam nouationem, cu-
ius respectu sum anterior ipso possessore, certè
possum de hoc facere, quia tale capitulum est no-
uum dependens ex antiquis. vt probatur in l.iij. in
princip. ff. qui potio. in pigno. hab. Secundum ex-
emplum est in actore. verbi gratia. Egi contra se
aliqua actione, & in libello omisi petere te con-
demnari in expensis. Iudex autem causæ te con-
demnauit in sorte, de expensis autem nihil pro-
nuntiauit, tu autē appellasti à sententia. certe ego
in hac causa appellationis potero expensas ipsas
petere, & probationes inducere, cum hic articulus
seu capitulum sit nouum descendens tamen à prio
ri materia. vt probatur in l. final. C. quando pro-
uoca. non est necess. Tertium subinfertur in acto-
re exemplum, Pone, ecclesia petijt decimas, reus
autem opposuit se tutum ab earum solutione pri-
uilegio speciali, & contra ecclesiam lata est sen-
tentia à qua appellauit, in qua appellatione vult
probare, quod contra priuilegium est præscriptū,
certè debet audire cùm tale sit nouū capitulum
habens tamen à prioribus dependentiam. vt in c.
9 accedentibus. extrà de priuil. † Circa hoc autem
exēplum occurrit tale dubium an si in causa prin-
cipali producti sunt testes super præscriptione
simpliciter, & posteà publicati, an in eadem instan
tia poterunt testes de nouo produci ad probandū
de titulo præscribentis? in qua quæstione variæ
sunt doct. opin. vt refert Ioan. Andr. in c. fraternita
tis. Finaliter & conclusiuè secundùm eum talis dis
cordia potest diuisione iuuari, vt distinguitur sic,
aut quis primò formauit capitulum seu articulum
super præscriptione simpliciter & absolutè, & tūc
si super ea fuerunt testes examinati & publicati,
non auditur vlterius probare volens de titulo. Et
est ratio, quia illud capitulum de titulo fuit in prio
ri præscriptione inclusum & comprehensum, quia
ad præscriptionem perficiendam, titulus requiri-
tur. vt in l. nullo. C. de rei vendica. & in c. si diligen
ti. extrà de præscrip. & in c. dudum. extrà de deci.
ideoq; cùm semel admissus sit ad titulum proban
dum istud nouum capitulum de titulo specialiter
non esset nouum, sed antiquum, & per consequens
super eodem capitulo admitteretur ad probandū,
quod omni iure est prohibitū. vt in d. §. quia. in au-
thenti. de testib. nec obst. quod suprà dictum est de
conditione venditioni adiecta, quæ probari potest
in causa appellationis. quia secundùm Innocē. licet
conditio oriatur propter venditionem, non tamen
ex natura ipsius venditionis conditio aliqua in vē-
ditione comprehenditur. sed concluditur, cùm in-
finitæ sint venditiones quæ fiunt purè, & sine vlla
conditione, sed in præscriptione in-
cluditur titulus quando est talis præ a
scriptio quæ titulum requirit, de qua
ad præsens est sermo. vt suprà dictū
est. Similiter non obst. quòd superius
dictum est admitti probationes su-
per ætate & pubertate. vt in d. c. in
præsentia. de probatio. quia secundū
Innocen. licet ætas insit professioni,
& pubertas matrimonio. vt extrà
de regu. capitulo primo. & de de-
spon. impube. capit. j. libro vj. tamen
longè plus inest titulus præscriptio-
ni, quàm ętas professioni, quod patet,
nam admissus ad probandum profes
sionem vel matrimonium, nō habet
necesse probare ætatem, nisi specia-
liter negetur, sed dato quòd titulus
non negetur, tamen qui allegat præ
scriptionem tenetur titulum proba-
10 re. † Aliquando quis solummodo
capitula fecit, & testes induxit super
possessionem tantùm & tunc audi-
tur volens super titulo testes produ-
cere de nouo. nam hæc sunt inter se b
separata, titulus & possessio, vt patet
ex diuersitate titulorum. vt ff. de ac
quiren. rerum dominio, per totum.
& ff. de acquiren. possessio. per to-
tum. & ff. de vsu. per totum. sicut sunt
actus diuersi ad electionem scrutini-
um publicatio & electio. vt extrà de c
electio. in capitulo quia propter.
11 † Deinde circa materiam quæritur
si testis obscurè loquutus est, vel si
non expressit causam sui testimonij,
an poterit in eadem instantia iterum
a repeti[a] vt declaret eius testimoniū?
dic breuiter quòd ad partis instantiā
b non audiretur vlterius, sed iudex[b] ex
officio ad sui infirmationem posset
facere hanc repe. vt habetur in cap.
cùm clamor. & in c. cùm tu. extrà de
testib. & not. Specul. in dicto titulo de
teste. in princip. versiculo item quòd
testis obscurè &c. & per Bartolum
in l. ij. §. item mutuum. in fin. ff. si cer
12 tum peta. † Proinde quæri solet an
c testes [c] producti & publicati in vna
causa faciant fidē in alia? vbi sic ple-
nè distingue, aut ambæ causæ sunt
ciuiles, aut ambę criminales, aut vna
ciuilis, & alia criminalis. Primo ca
su subdistingue, aut testes fuerunt
recepti, & publicati coram arbitro,
aut coram arbitratore, aut coram iu-
dice ordinario, si coram arbitro, tunc
aut testes ipsi sunt mortui, & tūc ple
nè probatur, & fidē faciunt inter eas
dem personas coram quocunque, in

a Iterum repeti. Adde quòd quando testes repetūtur à iudice ex officio, tūc non requiritur citatio partis. ita Ale. de Imol. in l. ab executione. in a- post. ff. de ap. & vide eundē in l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testa. & Salyc. in l. fin. C. de testi.

b Sed iudex. Adde Alex. cōsi. cxvj. in j. vol. & qd voluit Ludo. Ro. cōsi. ccccl xix.

c An testes. No. an testes producti & publicati in vna causa faciant fidē in alia. Ab. in c. testimonium. de testi. Bald. consil. lxxiiij. incipiē. modus defensionis. in ij vol. Barb. consil. xix. in j. volum. Rapha. ful. consi. xcvj.

dice ordinario si corã arbitro, tunc aut testes ipsi sunt mortui,& tunc plenè probatur,& fidem faciunt inter easdẽ personas corã quocunque iudice , & in quacunque alia causa . aut sunt viuẽtes,& tũc est in electione eius contra quem producti sunt vel stare prioribus depositionibus eorum,vel quòd iterum recipiantur vt probatur,& habetur in l.cum anteà.in fi.C.de ar.& in l.fi C.de test. & c.præsen tata.extrà de testi. nisi partes ipsæ specialiter in cõpromisso conueniſſent stare ipsorũ testimonijs in quacunque causa,& corã quocunque iudice , quia non fieret ipsorum venientium alia noua examinatio.vt d.l.fi.ibi,statutum sic &c quòd est multùm notabile, & semper apponendum in compromissis, licet multi in hoc errent.Aut fuerũt recepti coram arbitratore ,& tunc nullam fidem faciũt secundum Inn. vt per eum no.in c cùm in tua.extra de testi.& idem firmat Iac.But.in l. fi.C.de testi.Si autem fuerunt recepti , & examinati coram iudice ordinario vel delegato,tunc aut noua causa , quæ nunc agitur est inter alias personas,& tunc nullam fidem faciunt inter personas,per regulam generalem,Res inter alios acta,vt in rubro & nigroC.res inter alios acta. Nam his demum prosunt,& nocent probationes factæ in causa, quibus prodeſſent,& nocerent sententiæ latæ,& econuerso.vt l. sed si poſſeſſori.in fi.cum l.seq.ff.de iureiuran.& in c.inter dilectos.§.porro.extra de fide instrumen.aut causa agitur inter easdem personas.& tunc regulariter ipsæ attestationes &probationes plenam fidemfaciunt.vt l.is apud quem. C.de eden.& ibi plenè per Cynum & in l.gesta.C de regu.iur.& plenè per Barto.in l. cũ lite mortua.ff.iud. solu.& not.per Innocen.in dicto capitulo.cùm in tua.& in capitulo.cùm causam.extra de testi. Secundo casu principali videlicet quando ambæ causæ sunt criminales,& tunc aut habent originem ex diuersis factis à delictis,& tunc nonfaciunt vllam fidem ar. l.nunquã plura.ff.de.priua.delic. aut habent originẽ ex eodem facto, & tũc puto ꝙ fidem faciunt inter easdem personas. arg.in l.j ff.arborum fur. cæsa. Tertio autem casu principali,videlicet quando vna causa est ciuilis & alia criminalis,subdistingue secundum Bartolum . vt plenè not. per ipsum in l.j.ff. vi bonorum raptorum . aut testes fuerunt prius producti in causa ciuili,aut prius in causa criminali. Si quidem fuerunt prius producti in causa ciuili, tunc aut fuerunt producti per reum ad absolutionem.& tunc fidem faciunt in sequenti causa criminali, vt l.j. & l.si præsens .C.de. plagi. aut fuerunt producti per actorem ad condemnationem, & tunc aut fuerunt producti principaliter super delicto. & tunc non faciunt plenam fidem in causa criminali, vt notatur per glossam in lege si quis à se fundum . C. ad leg . Iul. de vi. & probatur in l.iiij.§. idem diuus .ff de testibus. ibi,testibus & non testimonijs. &c,cuius ratio est quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores,vt lege sciant.C.de probationibus . tamem faciunt aliquod adminiculum. arg.l.quęro.in fi.ff.de ædi.edict.l.capite quinto.ff. de adul. Aut ipsi testes fuerunt producti super aliquo adminiculo ad ipsum crimen ,puta,super rei dominio vel alio simili, & tunc faciunt fidem in criminali causa non super crimine principaliter sed super illo adminiculo tantũ: vt d.l.j.et l.si præses . Codice de plagia . Secundo autem casu quãdo econuerso factæ sunt primo probationes seu producti testes in causa criminali, an fidem faciant in ciuili distingue. aut agitur causa inter easdem personas.& faciunt fidem, vt lege is apud quem . cum sua materia C . de eden. & dicta lege, cùm anteà. circa finem . C.de arb. Aut agitur inter alias personas.& tũc aut sẽtentia faceret præiudicium inter eas & faciunt fidem , aliàs non: argu. d.l.sed & si poſſeſſori. in fi. de iureiurando & in capitulo, inter dilectos .§. porrò. extrà de fi. instru.& hoc sequitur Inno. in dicto capitulo cum causam. quæ autem superius dicta sunt procedunt quando testes fuerunt recepti in iudicio plenario.

12 † An autem recepti in iudicio summario , fidem faciant in plenario? Dixerunt quidam quòd aut testes vel probationes fuerunt receptæ ante litem contestatam, vel post super aliqua exceptione dilatoria, & tunc non faciunt fidem in iudicio plenario.argu. in capitulo,veniens. extrà de testibus. & quod notat Innocentius in capitulo,constitutus. extrà de ord. cog. aut fuerunt producti super aliqua exceptione peremptoriè, & tunc faciunt fidem in plenario iudicio, secundum no. per Innocentium, capitulo super spoliatione. extrà de ordine co. Alij distingunt , aut sententia lata in sũmario, noceret in plenario iudicio, & tunc obsunt & nocent attestationes & cæteræ probationes. aut sententia non noceret & tunc nec testes nec probationes nocebunt, vt in dicto capitulo, inter dilectos .§. porrò.& argumenta eorum quæ notantur in lege,à diuo pio .§. si super rebus .ff. de re iudicata.& in lege finali . ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. de quo notat Bartolus in lege

14 secunda . ff.vi bonorum raptorum † Vlterius a

a queritur an licet partibus producere testes quot numero velint? dic quòd non, sed iudex ex suo

a Vlterius. vide Ang. in pœ .ff. Old.consil. cxv .vbi dicit quod est in arbitrio iudicis.

officio refrenabit & taxabit numerum testium, ita quòd non excedatur numerus quadraginta testium: vt traditur in capitulo significauit, cum sequenti, extra de testibus. Et si iudex cognouerit esse producentis intentionem fundatam ex paucioribus, tunc adhuc eundem numerum refrenabit: vt lege prima in fine .ff. de testibus & in capitulo de testibus, extra de officio delegati. in capitulo cum te. de quo notat Speculat. in titulo de teste. § .restat videre de numero testium &c.& per Innocentium in dicto capitulo causam quæ lo primo . extrà de testibus .Rursum quæritur an data vna dilatione ad testes producendos vel facta vna testium productione & examinatione ante eorum publicationes, liceat super eisdem articulis alios testes producere? dic breuiter quòd sic vsque ad tertiam vicem. vltra tertiam verò productionem non licet. nec est aliquis audiendus, vt infinitas euitetur, nisi fortasse ex causa iustissima, & præstito per producentem iuramento vt traditur in capitulo vltra tertiam. extrà de testibus. & in authentica quia semel.C. de testibus. & in §. si verò. in authentica de testibus & nota per Innocen.& Ioã. Andre. in capitulo cum causis extra de testibus.

15 † Sed in hoc occurrit magna dubitatio, quomodo debet intelligi vna dilatio vel vna productio, & sic secunda vel tertia. dicuntquidã productio intelligitur vna vel plures hoc modo, dabit enim iudex vnam dilationem pluriũ dierum. puta quinque vel decem, intra quam prima vel secunda die pars producet & exibebit coram iudice duos vel tres testes dicendo, domine iudex hos testes vobis exhibeo & produco examinandos pro prima vice. deinde quarta vel quinta die producet totidem vel plures aut pauciores. & dicet, domine iudex, ecce alios testes quos vobis exibeo & produco pro secunda vice, & idem faciet aliã vice &c.& sic erit vna dilatio tantùm infra quam fiunt plures productiones & hoc modo debet intelligi secundum eos dicta decretalis vltra tertiam.cum si. Alia est opinio quam approbauit inueterata consuetudo, quod plures dilationes dentur ad testes producendos, quarum vna sit x.dierum alia xv.& plurium & pauciorum prout iudici videbitur, ita qđ in qualibet dilatione per se sumpta liceat parti testes producere singulis diebus, & sic facere plures ꝓductiones in pluribus dilationibus, & hoc modo dicũt debere intellgi iura præal. quorũ opi. approbauit cõsuetudo & Inn. in d. c. in causis. & c. vltra tertiã. & sic de facto seruatur,

16 scđm Spe. in d. ti. de testi. §. qualiter. † Quid autem dices in dilatione data ad probandum quòd testes iurauerunt in termino, sed nõ fuerunt examinati, [a] an imputabitur parti producenti quòd non satisfecit termino? videtur quòd sic, quia verba debent intelligi cum effectu. vt l. j. §. hæc verba ff. qđ quisque iur. & in l. pe. §. docere. ff. ne quis eũ qui in ius. Spe. autem in d. §. qualiter. ver. his quoque. tenet contrarium. ad qđ facit l. pe. C. de test. Idem tenet Ia. Bu. in l. si quãdo. C. de testi. quia depositio testis trahitur ad tempus iuramenti, vt l. a se toto. ff. de hęre. insti. ad quod facit l. instõ talis. ff. de condi. insti. & l. si ita præscripsero .ff. de condi. & de. cum simi. Idem sentit Bartolus in d. l. damni. §. Sabini. ff. de damno infe. Alij aũt sunt qui distingũt, aut est datus terminus ad producẽdum & tũc sufficit iurasse in termino. aut ad ꝓbandum & tũc etiã debẽt deposuisse infra terminũ, & in hãc partẽ inclinare videtur idẽ Bart. in d. §. Sabini. decretalistę verò quorũ opinio sequitur communis practica, distingunt sic. aut est datus terminus communis ad probandum simpliciter. & tunc sufficit iurare in termino. aut est datus ad probandũ & probatũ habendum, & tũc debent etiam deposuisse. vt plenę no. Spe. in titulo de dilationibus. §. j. versiculo. quid si. Ex quibus patet determinatio quęstionis quotidianæ, quòd si testis iurauerit die iuridica & deposuit die feriata, quòd valeat eius testimonium. quod etiam sequitur Iaco. Butrius in dicta lege si quando. & Spe. in titulo de ferijs.

17 §. sequitur. versiculo quid si. † Amplius quæritur. pone quòd datus sit terminus à iudice vel à statuto probatum habendi, et iurauerunt testes infra terminum nec deposuerunt. pars autem producens dicit se excusatã, quia facit quod potuit & requirit finita dilatione eos examinari quæritur an debeat audiri? Iacobus Butrius tenuit quòd sic, quia examinatio testium pertinet ad iudicem & non ad partem, vt in lege si quando: sed Bartolus in dicto. § sabini. dicit quòd non sufficit ad plenã excusationẽ fecisse iurari, sed debet pars sæpius iudici protestari de examinatione ipsorũ sicut in simili dicitur de petitione apostolorum. vt in l. eos in fi. cum si. C. de ap. quia officialis non ꝓsumitur esse in negligẽtia, nisi de hoc fi i fiat protestatio ar. l. j. C. de his q per me. iudi. non ap. & l. j. de succes. & archa. li xj vnde consiliũ est quòd præstito testibus iuramẽto, pars statim & die sequenti petat à iudice eos examinari infra terminum, ꝓ quo faciunt no. in c. qm contra falsã. extrà de ꝓ. & in c. pia. de exce. Et si fortè testes ipi recusarẽt deponere absq; rõnabili excusatiõe ĩputaretur iudici, q eos mulcta indigna cogere debuit. ar. ĩ l. locũ. C. de tab. exh. & in

18 l. j. ff. de magis. conue. cum sim. † Postremò quęritur de quæstione quam

[a] Examinati. Adde Io. an. & archi. c. c. pla. de excep. in vj. Io. and. in addi. ad Spe. in tit. de dila. §. rursus. cal. consili j. de tes. Lud. ro. latè cons. cc ccxliiij.

habui de facto. Pone quòd in termino peremptorio probatum habendi testes fuerunt examinati, sed nõ fuerunt publicati, non tenebitur publicatio facta post terminum, & an iudex teneatur ipsos publicare? dic quod iudex debet eos publicare, & publicatio tenet & valet. Ratio est quia talis publicatio non est probatio, sed rei probatæ declaratio. Ideoque ad tempus & terminũ dilationis probatoriæ reducitur, vt in eo facta publicatio censeatur, sicut de examinatione testis quæ ad tempus iuramenti reducitur, vt superius dictum est. argumen. ad hoc in l. hæredes palam. §. sed & si not. versic. si quid. ff. de testib. & in l. adeo. §. cùm quis. circa finem. ff. de acquirend. rerum domin. cum simili. talis enim publicatio magis pertinet ad iudicẽ quàm ad partem. [a] Ideo pars excusata est si solicitauit fieri publicationem, aliàs secus cum ad instantiam partis fienda est publicatio, non ex mero officio. vt aliàs dixi. & hãc partem tenet Specul. in titul. de dilatio. versi. sed quid si infrà. & Bartol. in dicto §. sabini. quod not. & esto solicitus. nam vt inquit Seneca ad Lucillum. nihil est quod non expugnet pertinax opera intenta ac diligens cura &c.

a Quam ad partem. dicit Anchar. cõs. lij. quod si pars petijt publicationem, & illa non facta iudex ferat sententiam, quòd tantum sententia tenet et valet mero iure, & an publicatis testibus alij possint examinari, vide per eũdem consil. cclxxiij.

DE ALIENO AVDITV TESTIFICANTUR. Regulariter [b] testimonium quod fundatur super alieno auditu, vel alio corporali sensu non valet, quia quilibet de suo proprio sensu debet deponere. vt notatur & habetur in d. l. testium. C. de testib. & in dicto capitul. licet ex quadam. extrà de testi. nisi cùm deponitur super aliquo vetustissimo negotio. vt l. si arbiter. & l. census. ff. de probatio. l. ij. §. antepenul. ff. de aqua pluuia arcend. & in certis casibus not. per gloss. in dicto capitulo. licet. & per Specula. in titul. de testibus. in principio versic. Item quòd non prohibet &c.

b Regulariter. Vide Ant. de bu. in l. cum literis. de tes. idem Anto. de Bu. in c. ex literis. de cõsue. Bart. in c. fina. de suc. ab intest. per Ludo. Ro. singu. suis.

SED DE CREDVLITATE &c. Aduerte quòd ad officium testis pertinet deponere sic esse, vel non esse. non autem sic se credere. vel non credere. vt tertia quæstione nona. in capit. testes. quinta quæstione secunda. in capitulo. reatum. & notatur in dicta lege testium. Fallit in certis casibus, quos notat Speculator. vbi suprà versicul. item quòd deponit de credulitate &c.

Forma productionis instrumentorum.

CORAM vobis venerabili viro dño vicario antedicto cõparet & se præsentat prænominatus Simoni. Spelta nomine antedicto, in termino ꝑ vos sibi assignato probãdi de iure suo in causa & qõne antedicta inter partes suprà scriptas vertẽte, exhibens & producẽs iura & instrumenta infrascripta noïe quo supra in illis passibus, pũctis & capitulis seu articulis ꝓ eo & in eius dicto noïe fauorẽ faciẽtib⁹ & cõtra partẽ aduersam, & nõ aliter nec alio modo, protestãs se velle vti dictis iuribus & instrumẽtis si & inquãtũ sint & appareãt esse iusta & vera nõ aliter nec alio modo, saluo nihilominus eidẽ Simonino dicto noïe omni iure potestate & baylia iterũ de nouo producẽdi alia iura & instrumenta quibus caret ad præsens. Et primò quidẽ exhibet & producit in publica forma instrumentũ vnũ emptionis dictæ petiæ terræ, de qua quæstio agitur inter ipsas partes traditũ & rogatũ per Andrusiũ notariũ publicũ. ann. curso. M. cccl. cuius secũda linea incipit in domo Pet. & c. Itẽ scripturã vnã priuatã præscriptã & subscriptã manu propria d. Io. cuius tertia linea incipit, promisit & c. Item priuilegium vnum Henrici imperatoris scriptum & subscriptum manu T. notarij. cum bulla imperiali cerea pendenti, cuius quarta linea incipit, damus & concedimus.

EPITOME.

1 *Cur sint reperta instrumenta?*
2 *In quibus casibus sit necessaria scriptura?*

1 CORAM vobis. † Ad euidentiã est sciẽdũ ꝙ vsus instrumẽtorũ ab humano genere est repertus, vt ea quæ imbecilitate memoriæ defectui subiacebãt, per scripturę substantiã perpetua & inuiolata permaneãt. valẽt tñ quæ sine scriptura inter cõtrahentes agũtur regulariter. licet difficilis & aliquando impossibilis fiat eorũ probatio. vt traditur in l. cùm res. C. de prob. & in l. contrahitur. ff. de pign. & in l. in re hypothecata. ff. de fid. instru. & in l. iij. §. duæ causæ. ff. de carb. edict. ab hac autem regula excipiũtur certi casus in qui-
2 bus scriptura est de substantia. † Primò in testamento in scriptis cõdito. vt l. hac consultissima. C. test. & institu. eo. titul. in princip. Secundo in venditione, permutatione, donatione, arrarũ datione, & transactione: quos cõtractus conuenit inter partes fieri in scriptis. vt traditur in l. contractus. C. de fid. instru. & in l. fin. C. de contrahen. emptio. §. j. & institu. de contrahend. emptio. §. j. Tertius est in contractu emphyteutico. vt nota. in l. j. C. de iure emphyteutico. & institu. de loca. & condu. §. adeo. Quartus est in literarũ obligatione, de qua loquitur titul. institu. de lite. oblig. & l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. qui casus enumerantur per gl. in d. l. contrahitur. Quintus adijcitur casus in sententia diffinitiua per l. ij. C. de sen. ex peri re. & no. per Bar. in l. Gallus. §. idẽ credendũ. ff. de li. & post.

Sextus

Sextus adijcitur quando quis accepit concubinam pro vxore, quia instrumentũ requiritur & nõ sola scriptura propter legitimationem filiorum receptorum in concubinatu vt C.de concub.l.cũ quis. & multi alij sunt casus qui enumerantur per Spe. in titu.de instr.edi.§.restat autẽ.ver.Azo.verò.qui casus cum supra scri.sunt xix.& ibidẽ enumerãtur.

EPITOME.

1 *Possunt probationes & instrumenta produci nulla præcedente dilatione.*

2 *Iudex qui est astrictus ex termino statuti in certum tempus litem finire, an possit dare dilationem excedentem terminum statuti ptopter casum necessarium?*

3 *Terminus statutus ad probandum infra certum tempus, an possit porrigi ad probationem fiendam per testes qui sunt in remotis?*

1 IN TERMINO. † Quid autem si nullus terminus fuit assignatus, an licebit probationes facere, & instrumẽta producere, nulla præcedẽte vel assignata dilatione? Dic conclusiuè quod sic, sicut determinat Spe. in tit.de dila.§.videndũ.ver. vtrum.& post eum Bart.in l.in crimine.ff.de adul.

2 vbi videtur tex. † Deinde queritur, statuto cauetur quod omnis quæstio debeat per iudicẽ terminari infra vnum vel duos menses prout est in pluribus ciuitatibus & locis: accidit autem quòd vnus ex litigantibus habet testes in remotis partibus, ad quos producendos dantur sex vel nouẽ menses, secundum locorum distantiã.vt traditur in l.fi.C.de dila. Queritur an iudex dare teneatur hãc dilationem quę tempus litis terminandę excedit? Determinat Bald.quòd sic.in l. si cùm ipse.ff.de excu.tu. & Cyn.in l.fin.C. de adulte.nec secũdum eos ipsa

a dilatione pendente [a] currit interim tẽpus aliquod instãtiæ.quod est notabile.Nam ex hoc posset assumi cautela si iudex videret nõ posse causam cõgruè in termino instantiæ diffinire, posset partem inducere ad petendum hãc dilationem, & eodem modo si pars vellet causam in longius protrahere vt fortasse posset se cõponere, deberet fingere se habere testes in remotis. verum in aliquibus locis contra huiusmodi fictiones prouisum est quòd nõ aliter hæc dilatio detur nisi pars prius iurauerit quòd non dolo, malitia nec causa protelandi litem

3 petit hãc dilationem. † Et ex his potest terminari alia quæstio, videlicet si per statutum vel iudicem præfixus sit certus terminus, puta x.dierum probandi & probatum habendi, quòd hæc dilatio non porrigitur ad probationem fiendam per testes qui sunt in remotis partibus, maximè quia impossibilitas & absurditas nõ videtur in dubio in lege, vel alia dispositione comprehendi.argu.in l.fina.C.ad exibendum.& in l.filiusfamil.versi.absurdum.ff.de leg.j.& l.fina.ff.quę sent sine appel.rescin.& l.cùm in iure.C.qui pet.tu.& in c.quantò.extrà de iureiu.

EPITOME.

1 *Productio instrumentorum est inscribenda in actis per notarium causæ.*

2 *Instrumenta vnde dicta sint?*

3 *A quo debeant fieri instrumenta?*

4 *An locus loci sit apponẽdus in instrumẽto?*

5 *Quot sunt species instrumentorum?*

EXHIBENS & producens.

1 † Hîc notãdum quòd hæc productio instrumẽtorum est scribenda in actis per notarium causæ. vt in c.quoniam contra falsam extrà de proba.quę nedũ admittitur, si fiat in termino probatorio, sed etiã post, vsque ad sententiam.vt in c.cùm dilectus. extrà de fide instru. dũtamen saluum sit ius parti aduersę, si apparuerint esse suspecta, reprobãdi illa. vt traditur per Cyn.in l.iudices.C.de

2 iud. † Et not. quòd instrumenta sic ideo appellata sunt, quia per illa instruitur causa, vnde sumpta est ethymologia huius vocabuli, & dic quòd

b appellatiõe [b] instrumentorũ etiam testes continentur.vt in l.j.ff.de fide instr. per quod sequitur quòd si data sit dilatio ad producendum instrumenta, quòd poterũt produci testes. eadem enim vis est amborum.vt l.in exercendis.C. de fide instr.& regu-

c lariter [c] standũ est & credẽdum instrumento publico non abolito nec vitiato vt in l.cùm res.& §.cum precibus.C. de probat. donec probetur contrarium.vt infra dicetur.facit qđ habetur in c.ij.de fide inst.cum sim.

3 † Solet autem [d] à iuuenibus quæri

d à quo fieri possunt instrumenta? Dic quòd à solo tabellione, sicut celebratur missa à solo presbytero.vt in authen.de tabel.§.j. & l.generaliter.C. de tab.lib.x & in auth. de fide instru. in prin.potest tamen notarius si fuerit aliàs impeditus cũ in prothocollo suo redegerit instrumenta, facere illud extrahi in publicam formã per alium notariũ, ita tñ quòd se subscribat ipsi instrumẽto, faciẽdo specialẽ mentione in sua subscriptione de personis contrahẽtibus, & de eius occupatione.secundùm Bart. quia gñalis subscriptio in qua diceretur in prædictis omnibus præsens fui &c. non sufficeret secundùm eum. vt ipse no. in l.diuus la.j.ff.ad leg.Cornel.de fal. quod non puto verum nec necessariũ. imò sufficit generalis suscriptio per quã constet ꝙ instrumẽtum per eum sit traditũ.iuxta ea quę ipse no.

a *Not.quando producuntur testes in remotis partibus quia interim non currit tempus instantiæ dilatione pendente. Lanfran.in repe.c.quoniam contra falsam.de probatio.& per Alex.de Imol.in consil. lxxj.in prin.in v.volu.Fr.Cur.*

b *Quòd appellatione. Vide in l.in exercendis.C.de fide instr. & in l.ij. C.si mi.se ma.di.Bar. in l.admo. in fin.ff.de iurriur. Io. de Imol.in rub.de fide instru. & in c.peruenit. de test. cogen.*

c *Regulariter standũ. Adde Bar. in l.j.ff. de noui oper. nũ.& adde quòd instrumentum facit rẽ manifestã & liquidã. ita Alex.in cõ. cxx. in ij. vo.quod intellige verũ nisi instrumẽtum impugnaretur vel contra ipsum opponeretur. ita Alex.in l.j. §. ait prætor.& in l. si quis infitiatus. ff. depo.& vide quæ posui in mea repet.l.admo.car.xiiij.ff.de iureiurando.*

d *Solet autẽ. Vide p Inn.in c.veniẽs. de verbo.si. libr.vj. & diffusè per Barbar. in repe.rub.de fide instru.*

in l.si quis in prin.testa.ff.de leg. iij.
& ita obseruauit inueterata cōsuetu
do à qua nullatenus est recedendū,
vt l.minimè.ff.de legi. Debēt autē
ipsa instrumēta debitā formam in se
a cōtinere,vt fidē faciāt,[a] quæ forma
in octo cōsistit. Prīo namq; in quo-
cūq; instrumēto debet apponi ann⁹
domini. Secūdò mensis. Tertiò dies
traditi instrumēti. Quartò inductio.
Quinto locus cōtractus in quo cele
bratur. Sextò nomē īperatoris, licet
hoc de cōsuetudine omittatur. Septi
mò numerus testiū,prout natura cō
tractus vel act⁹ qui geritur exigit &
requirit. Octauo subscriptio tabellio
nis cū ei⁹ signo.& hęc habētur & no.
in d.l.generaliter.& in d.aut.de fide
instru.in prin.& per Spe.in ti.de in-
stru.edi.in prin.sic ergo locus in quo
celebratur cōtractus & traditur in-
strumentū poni debet in quolibet in
strumento per notariū,dicēdo actū
4 Papiæ vel Mediolani &c. †Sed du-
b bitatur an loc⁹ loci [b] sit apponēdus
ver.g.in domo talis vel in tali via seu
area.& dicūt quidā quòd nō,quia nō
reperitur l.cautū.In cōtrariū deter-
minat Iac.bu.per l.optimā.C. de con
trah.& cōmi.stip.& per Bart.in l.de
pupillo.§.qui nunciat.ff.de no.oper.
nun.Io.An. in c.abbate sanè.in fi.de
reg.iu.lib.vj.& not.per Gui.de cu.in
l.lecta.ff.si cer.pet.sed quis est ille à
quo creatur tabellio? dic ꝙ ab impe
c ratore;[c] vel papa,vel à comite ha-
bente ab eodē potestatē vel bayliā,
ac etiā à quocūq; rege in regno suo
tantū, cū ipsi habeāt supremā iuris-
dictionē & imperiū in regno suo.alij
autē principes inferiores,puta duces
comites,marchiones,hoc nō possunt
nisi specialiter sit eis cōcessum,secū
dū Inn.& per eū no.in c.cū p.tabel-
lio.extrà de fi.instru. & tāgitur in c.
per vene.extra,qui fil.sint leg.& per
Spe.in tit.de instr.edi.§.restat vide-
re.ver.sed si quis pōt facere tabellio
nem.hoc etiā pōt populus facere, &
ciuitas quæ nō recognoscit superio-
rem, & habet supremū imperiū,vt
est ciuitas Venetiarū & Florētiæ.&
quædam aliæ numeratę in pace constantiæ.verū-
tamē notarius creatus à rege vel ciuitate,nō pote
rit extra regnū,vel ciuitatē suā tabellionatus offi
cium exercere,secūdū Bar.vt per eū no.in l.apud
5 proconsulē.ff.de manu. † Amplius quæritur quot
d sunt species [d] instrumentorū? & breuiter respon-
detur ꝙ sunt duæ,videlicet publicū & priuatū.di-
citur publicū secundū Inn.omne instrumentū cui
de iure vel consuetudine plena fides præstatur,qđ
in pluribus contingit. Primò videlicet si sit scriptū
manu notarij siue in iudicio siue extra iudiciū.vt
l.gesta.C.de re iud.& l.is apud quem.C.de eden.&
in c.quoniā contra falsam.extrà de ꝓba. Secūdò
si sit scriptura sigillo pub.sigillata.vt in c.scriptu-
ra.extrà de fi.īstr.& in c.iij.loco.extra de ꝓba. Itē
si sit sigillata sigillo episcopi vel principis,vt habe
tur ī c.post cessionē.extra de ꝓb.cū si.ibi no. Ter
tiò dicitur publicum instrumentū,quando iudicis
autoritate est publicatū,vt l.publicati.C. de tes.&
ibi no.& l.fi.C.de re iu.& extrà de fi.instr.c.p.& g
cū ibi no. Quartò illa scriptura quæ habet scriben
tis & testiū subscriptionē.vt l.scripturas.C.qui po.
in pig.ha.& in auth.ibi posita.c.si quis vult.& in c.
ij.extrà de fid.instr. Quintò illa scriptura q̄ extra
hitur de archiuo publi.quæ in cōmuni vsu appel-
latur cancellaria cōmunis,vel rationaria cōmunis
vt habetur in l.in fraudē.§.quoties.ff.de iu.fis.& in
c.ad audientiā.extra de p̄sc.& in auth.de his qui
ingre.ad ap.§ si verò.& l.Celsus.ff.de proba.& in
auth.ad hęc.C.de fi.instr.priuatū autē instr.appel-
latur illa scriptura quā vnusquisq; à seipso descri-
bit,quę in iure appellatur cyrographū,vt in l.cyro
graphū.ff.de proba.quę que appellatur litera vel e-
pistola.& l.nō nudis.C.de proba. & l.exactione.C.
de nō.nu.pe. Adde quę sup hoc plenius no.per gl.
in c.j.extra de fid.instr.& Spe.in ti.de instr. edi.§.
nūc dicendū restat.ver.quot sunt species &c.infra
latius disputabitur.&c.

EPITOME.

1 *Simplex productio facta sine productione quòd instrumentum producitur in parte & partibus pro se facientibus, an tantam fidem faciat in fauorem partis aduersæ quantam faceret in fauorem ipsius producentis?*

1 IN ILLIS PASSIBVS.[e] † Hæc clausula
e est multū no.quia simplex productio facta sine
hac protestatione faceret tantā fidē in fauorē
partis aduersę,quantā faceret in fauorē ipsius pro
ducētis.sicut dicitur ī teste qui deponit pro vtraq;
parte,vt no.per gl.in l.j.§.diē.ff.de edē. Fallit hoc
qñ in cōtrarium protestatur.vt hic quia actus agē
tium nō operātur vltra eorū intentionē,vt in l.nō
omnis.ff.si cer.pe.& in c.cū dilectus.in fi.extra de
ord.cog.& l.si cū argētū in prin.ff.de exc.rei iu.si
tamē pars aduersa esset pręsens & produceret hęc
eadē iura pro se & quatenus eius fauorē cōcerne-
rēt,facerent fidē pro ea non obstante dicta ꝓtesta
tione. vt not.sc̄dm Iac.But.in l. nimis graue.C.de
te. pro qua sentētia optimè facit.l. ista stipulatio.
in fi.ff.de ope.li.& l.absurdū.ff.de bo.lib. & l.cum
quæritur.ff.de admi.tut.de quo plenè per Bartol.

a *Not.quot requirūtur in instrumētis vt fidē faciāt,gl.in l.generali.C.de ta.lib.x.& in auth.vt præponatur no.imperatoris.Bar.in proœ.fforum.*

b *An locus loci.Bal.in l.contractus.in iiij.columna.versiculo.modo quæritur.C.de fide instrumen. Angel.consilio ccviij. & Ang.in l.optimā.circa fi.C.de contra.& cōmi.stipu.*

c *Imperatore. Ol.cō lxxv dicit quòd ars notariatus non est dignitas, et quòd ab inferioribus magistra. pōt creari.*

d *Species. Ad de Alber.de ro.in proœ.C.per cano.in rub.de fide instrum.*

e *In illis passib⁹.de hac clausula vide aliquid per Barba.in cōsi.xvij col.xv.ij.li. Ro.in cōsil. ccccxxiij. circa fi. vbi producens instrumentū non pōt reuocare productionem, ex quo est acquisitum ius parti & protestatio quod nō intendit produc. nisi in parte &c. Et vide cautelam quā dat Alb. in l. editiones. ff.de eden. vbiqꝫ pars contra quā producitur protestetur quòd vult vti dicto instrumento.in illis partibus &c.quia tunc non poterit fieri reuocatio productorum.*

in l.aure.§.idē quæsiit.ff.de lib.le.Est ergo bonum cōsilium quòd vtraque pars præsens sit in productione instrumentorum &c.

EPITOME.

1 *Protestatio quòd producuntur instrumenta quatenus appareant esse iusta & vera, si appareant esse falsa an excuset à crimine falsi?*

2 *Si idem instrumentum sit pro parte falsum an in totum vitietur?*

1 APPAREANT esse iusta & vera.† Quid
ergo si appareant esse falsa an talis protestatio ipsum producentem excuset à crimine falsi quo ligantur vtentes falsis instrumentis, vt l.si vteris,& ibi no.C.de fi.instr.& l.si falsos .C.ad l.Cor.de fal.Spec.determinat quòd sic.in ti. de instru.edi.in §.videndū restat.ver.quod nō velis sine pœna.&c.& Cy.in d.l.falsos. Sed quia cōmuniter omnes sub tali colorata protestatione inducūtur facilius ad vsum falsorum instrumetorū, dixit Bar. in l.diuus .ad leg. Cor.de fal.ꝙ iudex debet præfigere certum terminū producenti ad plenè deliberandum & respondendū simpliciter an velit vti ipsis instrumētis,vel nō.ar.l.Titia.ff.de accu.& ibi per eū & in l.mancipiorū.ff.de op.le.quo termino transacto subiacebit pœnæ legali,si de eorū falsitate fuerit probatū,quā opi. secuti sunt aliqui ante tempora Bart.quorum opi.reprobat ipse Spec.in d.l.versi.quòd si velis &c.nec immeritò,quia beneficium nemini est auferendū.vt in c.indultū. de re iud.lib.vj.cum si.ibi no.per Dy.de qua pœna falsi dicam infrà circa formā cū agitur ad recisionem
2 sententiæ latæ per falsa instrumenta. † Inde quæ
a ritur [a] quid si idem instrumentū sit pro parte verum & pro parte falsum,an vitietur in totū,cōstat enim quòd quando est in totum falsum,quòd nullā fidem facit vt in d.c.inter dilectos.de fi.inst.& l.ij.& iij.C.de fide instru.cum si.distingue sic, aut falsitas est in ea parte quæ pertinet ad officiū tabellionis,vt in anno,mense,die & si.tunc in totū vitiatur.aut est falsitas in aliqua parte quæ pertinet ad negotij veritatem,& sic ad partem,& tunc secundum aliquos vitiatur solū in parte falsa,& non in totum.per regulam quòd vtile per inutile non vitiatur,vt refert Spec.in ti.de instr.edi.§.ostēso.ver.& no.quod si aliqua falsitas &c.& in §. postremò. ver.quid si aliquod instrumentū &c.de quo etiam no.glo.& doc.in l.si ex falsis.C.de transac. Tu dic secundū Inn.quòd omni casu vitiatur in totū cum distinctione quę per eum traditur in c.fraternitatis.extrà de hęr.& in c.cū Ioā.extrà de fi.inst.Ideò sic distingue,aut falsitas reperitur circa ea quę nō concernūt nec tangunt substantiā vel circunstātiā negotij.verb. gratia,si notarius dixerit rem talem esse de tali territorio,vel Titium esse de tali loco vel fore affinē vel consanguineū talis, vel filiū & similia,quę tamē in facto aliter se habēt,certè per hoc nō redditur instrumētū falsum. Aut falsitas reperitur circa ea quæ sunt de substātialibus negotij,vel tangūt circūstantias rerū substātialiū.v.g.si instrumētū dicat de pecunia argentea,cum fuerit aurea.& tūc redditur in totū falsum ar.ix.di.c.si ad sacras.cū ibi no.p gl. quę inclinat in hāc sententiā,& quæ etiā mihi videtur iuri & ęquitati cōsentanea,de quo etiam no.in c.ex literis.extra de fi instru.

SALVO nihilominus.Aduerte ꝙ hęc ꝓtestatio nō est necessaria quia vt dixi,possunt instrumēta ꝓduci ēt
b post publicationē [b] testiū vsq; ad sentētiā diffinitiuā,nisi esset in causa cōclusum vel renūtiatū expręssè à partib⁹ qbuscūq; ꝓbationib⁹,vt traditur & hr̄ ī d.c.cū dilect⁹.extrà.de fi inst.

a Inde quaeritur. Adde doc. in l. si ex falsis. C de trāsac. docto. in l. si vnus. C. de test. doc. in l. fin. C. de edi. diui Adr. tol. gl. & Cyn. in l. pe. C. de trāsac. Inn. in c. fraternitatis. de hæreti. per Old. consil. xxxij.

EPITOME.

1 *Productio generalis reprobatur.*

ET PRIMO quidē.Not.formā ꝓductiōis q̄ debet esse certa,& clara,& spālis cuiuslibet īstrumēti p se cū signis debitis,vt seq
1 tur.Et ideo reprobatur illa †ꝓductio generalis & cōfusa,cū dicitur,talis ꝓduxit oīa instrumēta & iura q̄ sunt ī vno sacco &c.vel ꝓduxit quinq; vel sex instrumenta &c.vt . not.Spec.in ti.de instr.edi.in §.videndū restat. in prin.& vers.item no.

b Post publicationē. vnde Bar. in l. admonendi. in princi. vbi alij. &c. ff. de iureiur. no. quòd instrumētum potest produci etiam post publicationem testium. gl. in auth. iubemus. C. de iudi. gl. in l. j. ff. de eden. Bart. in l. mancipiorum. ff. de op. le. Bar. in l. admonendi ff. de iureiur. doct. in cle. sæpè. de ver. sig. d. de ro. dec. suis. de fi. instru. in nouis & antiquis vbi quādo post conclusum in causa.

Forma petendi copiam instrumentorum.

CORAM VOBIS Suprascripto dño vicario cōparet & se pręsentat suprascriptus Io.Oliarius causa & occasione certorū iuriū instrumētorum & priuilegiorū corā vobis,vt dicitur productorū in quęstione prędicta per supra scriptum Simoninū nomine quo suprà,petens & requirens ante omnia de ipsis assertis iuribus & instrumētis sibi copiam fieri cū anno,mēse,& die,ac nomine scriptoris & subscribētis,vt sic informari valeat an sint vera vel falsa. & an eisdem sit fides aliqua præstanda vel potius reprobanda, necnon & ipsi Io.sufficientem terminum assignarj ad opponendū & excipiendū cōtra illa iura & instrumenta.

EPITOME.

1 *De omnibus in causa productis fienda est copia parti.*

CORAM VOBIS. Ad hu-
1 ius euidentiam sciendum est †quòd de omnibus in causa productis fienda est regulariter copia parti contra quam producuntur . vt l.j.§.edenda . ff. de eden . & l.is apud quem.C.de eden.cum sim.

& nedum instrumentorum sed etiam allegationum & consiliorum in iure, si talia producantur apud acta, ad hoc iudex nō circunueniatur per fallas allegationes, nam si de supplicatis & allegatis principi est fienda copia parti, quātò fortius fienda est de allegatis iudici. argu. in l. si quis obrepserit. ff. ad leg. Corn. de fal. & l. j. C. si ex fal. alleg. &c.

EPITOME.

1 *Copia instrumenti an sit danda cum anno, mense, & die conscripti instrumenti?*

2 *Si instrumenta nondum sunt in causa producta, an poterit pars aduersa illa petere exhiberi, & sibi copiam fieri?*

3 *Copia instrumēti si petatur à tertia persona, an sit fiēda?*

4 *Notarius quo iure compellitur edere instrumentum illi cuius interest.*

5 *Notarius an possit cogere testes vt iuxta eorum testimonium iustificet instrumentum si fortè amisit prothocollum vel similia?*

7 *Mercator producens librum rationum, an audiatur, si velit stari dicto libro tam pro se quàm contra se?*

7 *Instrumentum allegatum in libello an pars contra quam agitur possit petere sibi vt edatur?*

8 *De instrumento producto continente in se plura capitula, non est danda copia nisi de illis capitulis quæ faciant ad causam.*

1 CVM ANNO, mense, & die. † Hîc quæritur an de iure danda sit copia, cū anno, mēse, & die conscripti instrumenti? dic breuiter quòd nō regulariter. vt d. l. j. §. editiones. ff. de ędē. nisi pars dicat se velle illa de falso redarguere. vt ibi habetur & not. sed de iure municipali hodie in multis ciuitatibus & locis cautū est quòd fiat semper copia cum anno, mense, & die ac notarij subscriptione, quòd ius municipale melius cōuenit naturali rationi & æquitati quàm ius cōmune, quomodo enim potest pars informari de præscriptione vel de iure prioritatis & tempore, si fortè concurrunt plures creditores, nisi viso & cognito tēpore obligationis contractæ, vel acquisitionis factæ. & similib. & licet ius commune se fundauerit ideo sine die copiam exhibendā, ne prolato die aliquid falsitatis excogitaretur à parte: certè hęc ratio nō multùm vrget. tum quia non est verisimile quemquam falsum cōmittere. tum quia, vt dictum est, pars ipsa contra quā producuntur remanet dubia de eius defensione. Nec obst. sicut aliqui voluerūt dicere quòd iudex melius hoc auisabit per se in causæ decisione, quia longè melius auisabit defensiones partis eius aduocatus, quàm iudex medius, vnde semper fui huius opinio. quòd in hoc errauit iurifcōsultus. & ob hoc legislatores animaduertentes quòd in aliquibus possent errare, cōstituerunt quòd quælibet ciuitas possit sibi leges cōdere, prout melius sibi viderit expedire. vt in l. oēs populi. ff. de iust. & iur. & in §. constat. insti. de iur. natu. gen. & ciuil. de his not. in Spec. in d. §. videndum restat. versicu. sed cum dies, quæ solutio facta

2 est. &c. † Deinde quæritur si hæc instrumēta vel similia nondum sunt in causa producta, an poterit pars aduersa illa petere exhiberi & sibi copiam fieri? videtur quòd non. per l. nimis graue. & quod ibi not. C. de test. & c. j. extrà de probatio. In contrarium facit l. dissolutæ. C. de condi. ex l. tangitur per Spec. de hoc in d. §. videndū. ver. & no. ex præmissis &c. & plenè per Barto. in d. l. editiones. & in l. quidam. de eden. secundum quem & Guil. de Cu. melius sic concludendo, distingue, aut actor petit editionem fieri à reo ad suam actionē seu intentionem principaliter fundandam, & tunc non pōt nec audiendus est. vt d. l. nimis graue. facit l. qui accusare. & l. fi. C. de eden. aut solùm petit ad actionem iam fundatam coadiuuandam verbi gratia, actor petit fundum quem asserit per mensurā esse perticas, seu sextaria decem, reus autem dicit quòd non est in tanta mensura, certè potest licitè actor à reo petere quo ad demonstrandā hanc quantitatem vel determinandū fines eius petere sibi exhiberi ipsius rei instrumenta. vt probatur in l. Titius hæres. & l. creditori. ff. de action. empt. & ff. de leg. iij. l. qui concubinam. §. cùm ita. & in l. prædijs. § Titio. & eodem modo tenetur actor edere reo ad replicationem eius firmandā. per l. penul. §. fin. ff. ad leg. Falcid. Aliquando ècontra reus petit ab actore ad editionem ipsius & exceptionē probandam, & tunc tenetur actor sibi edere. vt l. final. C. de eden. & optimè facit l. dissolutæ. C. de cond. ex leg. & l. qui tabulas. ff. de furt. per quæ iura patet quòd reus petit sibi dari instrumentum debiti cancellatum ad eius defensionem & liberationē probandam. per quod sequitur quòd eodem modo poterit actor à reo petere ad eius replicationē prodandam. argu. l. plures apochis. C. de fide instrumē.

3 † Quid autem dicendum si hæc editio seu copia petatur ab extraneo seu ab alia tertia persona, puta à notario, vel mercatore, an sit fienda. Breuiter distingue, aut petitur editio uel exhibitio ratione totalis vel particularis dominij, & tūc fieri debet. vt l. iij. §. sciendum. cum ibi nota. ff. ad exhib. & l. si quæ cautiones ff. famil. ercif. l. si procurator. C. eod. aut petitur editio ratione alterius interesse quàm dominij. & tunc aut petitur à notario vel mercatore seu vsurario. & hîc considera. Nam aut instrumenta vel rationes quæ edi, seu exhiberi requirūtur sunt confecta me mandante, & tunc in dubio fienda est mihi editio, vt l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. & l. prætor. in prin. & l. quædā. in §. nummularios. & ibi per Bart. ff. de eden. & in clemen. j. §. penulti. extrà de vsur. aut sunt confecta non me sed alio mādante, & tunc hîc subdistingue, aut ille alius cuius mandato sunt confecta, teneretur mihi illa edere, si penes eum essent, vt patet in exēplis superius traditis, & tunc in illis casibus tenebitur notarius, vsurarius, & mercator mihi ipsa instrumeta & ratiōes edere. quia ego ipse videor ipsius mandantis, quantum ad hoc personam repræsentare, exemplum in creditore qui habet bona debitoris obligata & petit à notario, vt sibi edat instrumen-

strumenta,in quibus sunt nomina debitoris sui obligata,certè tenetur notarius sibi edere.argumen.in d.l.pertinere.& ibi per Barto. facit l.fin.ff. de bo.auct.iudi.pos.facit ad hoc regula quæ sumitur in l.si ab eo.& l.si is à quo.§.vsufructus.ff.de pig.coniuncta l.iiij.in fin.ff.fami.hęr.aut ille tertius non tenetur mihi edere,& tunc nec etiam tenebitur notarius,& sim. vt d.§.pertinere.cum si.

4 † Sed quo iure compellitur notarius edere instrumentũ illi cuius interest?Respondeo officio iudicis. vt l.argentarius.ij.responso.ff. de eden. & si edidit defectuosum,fortè in anno,vel indictione,aut loco, vel mense,cogendus est per officium,illud corrigere,& in forma debita tradere.vt in l.vbi.& in l.veluti.ff.eo. titu. & not.per Barto.in l.fin.ff.de tab.exhi.quinimo si sine partis requisitione erratur in editione , seu nota instrumenti,poterit petere quòd sibi liceat instrumentum reficere.

5 † Et quod amplius est si ignoret & iusta sit causa suæ ignorantiæ circa substantiam & qualitatem facti & contractus gesti, poterit per officiũ implorare quòd testes qui tunc interfuerunt examinentur,vt iuxta eorũ testimoniũ possit cõficere instrumentum, si fortè amisit prothocollum, vel partes recesserunt tunc in infrequentia aliàs si non esset iusta causa ignorantiæ non audiretur , vt l.prætor.§.pe.in fin.ff.eod.titu.& nota Barto.vbi supra in l.si librarios.ff. de re iud.quod not. & vide in titulo proxi.

6 † Quid autem [a] si mercator coactus producere librum rationum dicat quòd stetur ipsi libro ita in eius fauorem , sicut contra ipsum,an sit audiendus?dic de hoc,vt not.per gl. in d.§. nummularios, quæ determinat stari contra se & non pro se, vel melius distingue secundum docto. quos refert Cynus. in l.j.C. de confe.in xiij.quæst. & in l.iij.C. de do. ante nup.aut est vnũ & idem capitulum,aut plura inuicem connexa aut plura distincta & separata. Primõ casu,verbi gracia si reperitur scriptum quòd recepit à Cayo x. pro vẽditione certi drapi vel lanæ,&si. & tunc stari debet ita pro se,quàm cõtra se,& econtra.quia eadem dispositio censeri non debet iure diuerso l.eum qui edem.ff. de vsu. Secundo casu dic idem.argu. in l.etiam.§. j.ff.de mi.& l.in hoc iudicio.ff. fami. herci.& l.eum actum.ff.de neg.gest. Tertio casu potest stari in vno capitulo & in alio non.vt l.publica. in fi. ff.deposi.Ex quibus determinatur illa quotidiana quæstio secundùm Cynum, vbi suprà, si aliquis in iudicio, vel extrà,confessus est se recepisse à Cayo pecuniam vt ibi repeteret lectiones,vel pro factura pelandrę vel ædificij domus , quòd non potest eius aduersarius diuidere hanc confessionem, & partem, quæ facit pro se,approbare:& aliam contra se reprobare. quod multùm no.de quo etiam not.Barto.in l.Aure.in §.idem quæsijt.ff.de lib.le.

[a] Quid autem . vide Bal.l. in l. fi.C.ad mace.Lu.ro in l.nuda ratio.ff.de dona.Ant. de but. in c.si cauo. de fi. instr.lu.ro. consi. ccc-xlvj.& vide in l. admonẽdi per doct. cõiter Ange.in l. ratiões. C. de probat. cum.in cõs. cxj.et Pau. de ca.consi. lxxxj. cur.

7 † Rursum quæritur, vidimus quotidie quòd ponitur in libello,Titius mihi debet centum ex causa mutui, de quo constat per publicum instrumentum traditum per talem notarium, petit meus aduersarius antequàm lis [b] per eum contestetur sibi edi hoc instrumentum vt deliberare possit an sibi expediet litigare vel liti cedere.quæritur an sibi sit dandum?& dicit Innocen.quòd sic. in c. j.extrà de proba.Sed Specu.in d.tit. de instrumen.edi.§. nunc dicamus. ver.quid si quis.dicit hoc verum esse si est instrumentum in facto proprio,& illud habeat in promptu.aliter autẽ ipso iurante se illud in prõptu non habere, procedetur ad lit. contest,& posteà procedetur in causa.& eo modo non tenetur agens ex iure cesso producere instrumentum cessionis ante lit.contesta.nec is qui appellauit,tenetur producere appellationem nec parti de ea copiam facere ante lit.contesta.seu responsionem à reo factam libello appellatorio.vt determinat. Specu. vbi suprà. versicu.sed pone appellans à sententia &c.& ver.se.

[b] Antequam lis.vide per Alexan. de Imol. in l. fin. C.de eden.vbi ponit multas fallentias ad regulã.

8 † Sed pone quòd produxi vnum instrumentum quod in se cõtinet plura capitula, puta vnum testamentũ, vel vnum inuentarium & si. & sum protestatus quòd illud instrumentum produco super tali capitulo tantùm & non aliter nec vltra. aduersarius autem petijt copiam de vniuerso ipso instrumento, quæritur an sit danda?Specu.dicit quòd non,sed de sola parte per text. in c. contingit. extrà de fide instru.& per eum not, vbi suprà.ver,quid si produco.

An nisi

AN SINT VERA VEL falsa. Hic attende quod de iure communi vbi ps dicit se velle redarguere instrũ de falso, sufficiens est causa propter quã sint cum die & consule edẽda instrumenta, vt nota. & habetur in d.l.§.edenda.& in.§.editiones. ff.de eden.vt supra dixi.

TERMINVM ASSIGNARI. Iste terminus sufficiẽs esse debet & dãdus est tã de consuetudine quam de iure ad opponẽdũ cõtra instrumẽta producta.in l.penul.C.de dila. & extra de dila.c.fi.

Forma opponendi contra instrumenta.

CORAM VOBIS. Domino vicario antedicto comparet & se prę sentat ĩ termino sibi assignato ꝑnominatꝰ Io. olearius, causa & occasiõe quorũdã assertorũ iurium & instrumẽtorum pridie vt dicitur coram vobis productorum in causa prædicta per supra scriptum Simo. spelta procuratorio nomine, dicẽs & excipiẽdo proponẽs dictus Io. cõtra & aduersus omnia, & singula dicta asserta iura & instrumenta quod per vos non fuit nec est ei nec aliqui ipsorũ fides aliqua præstãda, nec adhibenda multis rationibus, & causis singulariter contra singula inferius annotatis. Et prĩo opponẽdo & excipiendo contra assertum instr̃m emptiõis dictæ petiæ terræ. iudicio, vt præsumitur ꝓductum per ipm Simo. dicit, & opponit, quod ipsũ instrumentũ nullã fidem facit, tum, quia caret formis & solẽnitatibꝰ debitis à iure requisitis, tum quia est abrasum in partibus, & locis substãtialibus, tũ quia ille q rogasse & scripsisse dicitur ipsum instrumẽtum non fuit nec est publicus nec auctẽticus notariꝰ, tum quia fuit & est simulatũ & amplius, quia penitus dignoscitur esse falsũ, alijsque de causis suis loco & tempore ꝓponẽdis & allegandis multipliciter vitiosum. Rursumque similiter dicit & opponit cõtra reliqua asserta iura, & instrumenta per ipsum Simo. vt prædicitur producta quod nec illis per vos est vlla fides præstanda, maximè rõnibus, causis & defectibus antedictis & alijs multiplicibus, de quibus protestatur & suo tempore proponẽdis. Deinde etiam obijcit & opponit contra assertum priuilegium per eundẽ Si. vt prædicitur ꝓductumqđ nec illi fides aliqua est pstãda, tum quia fuit & est cõtra ius elicitum & impetratũ ꝑ obreptionẽ & falsi suggestionẽ tũ qa impetratũ li. pendẽ. tum quia in eo nõ est facta mentio de antecedẽti rescripto, nec de processu pendẽte nec appellatione interposita, tum quia in eo apparet erratum in dictione & gramatica, tum etiã quia eius sigillum est vitiosum, & in pluribus partibus apparent in eodẽ rescripto literæ quædã abrasæ, nec apparent adhibitæ illæ formæ, & solennitates quę in talibus rescriptis ĩteruenire debẽt tã de cõsuetudine quã de iure. insuper etiã cũ ipsum assertum priuilegium sit alterius cõfirmatorium non facit vllã fidẽ nisi oñso priori seu originali. cæterũ saluis præmissis ipse Si. seu dictus An. perdidit fructum dicti asserti priuilegij cũ varijs de causis sit penitus & omnino sublatum, etiã si à prĩcipio fuisset aliquod, & iustum, quod tamen est superiꝰ negatũ. Postremo est etiã ipsum assertum priuilegium alijs rationibus & causis multiformiter vitiosũ ꝓpter quas meritò venit & est ꝑ vos omnino repellendum & abijciendum, de quibus suo tempore proponetur. nec vlla est per vos eidem priuilegio nec alijs instrumentis fides adhibenda, nec præstanda & maximè illi assertæ priuatæ scripturæ quãm dicit scriptam fuisse manu eiusdem Ioan. quod negatur.

a *Et vult. vide Bal. in l.si vnus C.de test. & in l.ambiguitas, in fi.e.ti. Bar. in l.si vnus C. de testibus. Bal. in rub. C. de fi.instr. in x. colũna. versicu. sed pone. Pau.de Ca. in l. iudex postea quã. ff.de re iudi. & Ang. consi. cclxxxvij.*

CORAM VOBIS. Tu iuuenis semper aduerte ad hanc formam opponendi cõtra iura & instrumenta, & semp habita ipsorũ copia ea omnia & singula videas, & examines cum diligentia, & cõtra illa opponere studeas omnia quę potes vitia, eo tamen pręcipuè attento quod nunquam te submittas ad opponẽ. & allegandum instrumenta falsa nisi ex maxima & euidentissima causa, quia res talis est multis respectibus valde periculosa.

EPITOME.

1 *Notarius si velit corrigere errorẽ suũ in instr. factum an sit audiendus.*

CARET FORMIS. Quæ sint formalia instrumentorum dixi suprà circa formam productionis instrumentorum in glos. iij.& nota per glo.in l.generaliter.C.de.tab lib.x.
1 † Circa hoc quæritur de eo quod multoties occurrit de facto, pone quòd notarius omisit ponere indictionem, vel diem, aut locum in instrumento, & iudex tradito parti instrõ dicit se
a erasse, & vult a errorẽ suũ corrigere, q̃ritur an sit audiendus? dic quòd licet super hoc sint opin. diuersæ, tamen secundum Spec. sententiam & ipsam

veritatem sic distinguēdum est. Aut notarius protestatur se errasse, & tunc poterit suum errorē corrigere, nā in facto suo sibi credendum est. aut non protestatur, & tunc remanet instrumentum vitiosum. vt per eundem Spec. no. in d. §. postremo. ver. sed nunquid confecto. ad quod faciunt nota. in l. si quis decurio. per Cyn. C. ad leg. Cornel. de fal. & in l. errore. C. de test. & per Bartol. in l. si librarius. ff. de re. iu. & in l. fina. ff. de tab. exhi. suprà in tit. præcedē. & ex hoc sequitur quòd si notarius fuit mortuus, quòd non poterit talis error amplius corrigi.

EPITOME.

1 *Vituperatio, abrasio, & cancellatio instrumenti quando noceant instrumento & quando non?*

2 *Rasura litteræ vel syllabæ an noceat?*

1 TVM QVIA est abrasum. † Solet opponi abrasio, vituperatio & cancellatio instr. quæ vitia reddunt suspectum & aliquando vitiosum instrumentum. vt traditur in c. inter dilectos. extrà de fide instrument. & extrà de re. do. c. cum venerab. Verum pro pleniori huius doct. potest sic distingui secundum And. de pi. Quandoq; peccatur in scriptura vel instru. aliqd omittendo, qñque in mutando. Primo casu considera aut scriptor omisit aliquid formale, & tunc dic, vt supra proximè, aut omisit aliud. & tunc aut omisit literam, vel sylabā & non nocet, vt probat in l. qui habebat. in prin. ff. de ma. re. aut omisit orationem, & tunc nocet, si ex ea sensus alteratur. arg. eorum quæ infra dicentur. Secundo casu quādo immutauit & abradendo peccauit, & tunc aut est scriptura inclusa aut aperta. Primo casu non nocet ar. ff. de his quæ in test. l. cancellauerat. In secundo casu qñ est rasura; tunc subdistingue, aut est rasura vel immutatio dictionis, aut sylabæ. tunc suspecta redditur ipsa scriptura. vt. l. edicto. & l. ij. C. de edi. di Adr. tol. maximè quia iure canonico propter tenuem rasuram literæ habentur suspectæ, vt extra de cri. fal. c. licet. §. v.
2 † Si vero sit mutatio seu rasura sylabæ vel literæ, tūc illa talis rasura & mutatio habet alterare sensum, & dubitationē inducit, & tunc scriptura suspecta habetur vt falsa præsumatur. vt extra de cri. fal. in c. fi. vbi verò non habet alterare sensum nec dubitationem inducere, & tunc non nocet. vt extra de fi. instr. in c. ex literis. si tamē ista rasura vel mutatio apparet esse facta per notarium qui rogauit, instrumentum sustinetur. de qua rasura ipse notarius debet facere mentionē in subscriptione, vt colligitur ex his quæ no. per gl. in d. c. ex literis. & c. inter. extra de inst. & c. cum vener. extra de reli. c. olim. extra de rescri. & plenè per Spec. in d. ti. de instr. edi. §. restat. & §. postremò. ver. itē excipitur ꝙ est vituperatum & c. & quod no. in d. l. edicto. & in l. errore. C. de testibus. cum similibus. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Exceptio notarij quando frequentius opponatur.*

2 *Qualiter fiat si instrumentum reuocatur in dubium ex defectu notarij.*

3 *Probatio notarij de longinquis partibus qualiter fiat.*

4 *An valeat instrumentū factum a scriptore sacerdote.*

5 *Notarius infamis an posit instrumenta rogare.*

NON FVIT nec est publicus nec auctenticus notarius & c.
1 † Hanc exceptionē solēt frequēter opponere cauillosi procuratores, maximè qñ instr. producūt de longinqs partibus, quia in illis tolerabilis est ignorantia, an scriptor sit notarius, licet hic dicat in sua subscriptione ꝙ nemo nascitur notarius nec propria autoritate constituitur sed ab alio creatur, vt s. dcm̄ est. tit. ij.
2 † Qualiter ergo fiet si instrm̄ reuocet in dubiū ex defectu notarij, qualiter probetur [a] ipsum esse notarium? dic quod dupliciter; vno modo si producatur priuilegium sui officij in publica forma. & hoc est clarum. alio modo secūdū docto. si probetur quòd communi voce et fama ab oībus vicinis & cōpatriotis suis reputatus est, & reputatur pro tabellatione. si eius instrumētis tanquā publicis fuit adhibita & adhibetur publicè tam in iudicio quā extra iudicium plena fides. vt traditur & habetur per doct. in l. Barbarius. ff. de off. præto. & extra de re iudi. & in. c. ad probandum. & iu d. c. inter dilectos. de fi. instru. facit l. iij. ff. ad maced. cū simi. super qua probatione sufficiunt literæ testimoniales ipsius officialis vel rectoris sub cuius iurisdictione habitat ipse notarius, vt obseruat practica generalis. quā opi. sequitur Spe in d. §. postremo. ver. quid ergo si tabellio, & c. Et quæ dicta sunt procedunt quādo producitur instrumentū de partibus proximis & circunstātibus, vbi pōt esse facilis ꝓbatio & informatio de dicto officio.
3 † Quid igitur si [b] ꝓducat instrumentū de lōginquis partibus vbi redditur difficilis ꝓbatio & informatio qđ ille sit notarius, an grauabitur pars probare eo modo quo supra, dictum est? Breuiter Specula. in d. §. restat videre. versicu. sed quid si producatur aliquod instrumentum. determinat etiam ꝙ si tale instrumentū primafacie appa

[a] *No. qualiter ꝓbetur aliquē esse notariū. Bal. in l. apo. in l. fi. de fi. instru. Bal. in l. vni. de emā. prin. Bal. in l. fi. in fin. C. dē sa. san. ecc. In. & doc. in c. veniēs de ver. sig. & Ang. cō si. cxxxviij*

[b] *Quid igitur vide Azo. ī sum. titu. de ꝓba. & gof. in sum. eo. tit. & Bal. in l. cōparationes. eo. ti.*

reat in forma cõmuni & publica nõ abolitum,nec cancellatum.&c.quòd plenam fidem per se faciet sine alia probatione.Nec est verisimile quod in eius subscriptione qua se notariũ attestatur falsum cõmittat.quia falsus homo non est homo.vt nota.in l. falsus procurator.C.de fur.ar ad hoc in l.ij.ff.de fide instrumen.& in l.fin. C.de edict.diui Adrian tollen. & in l. ij.C.queād.testa.aper.quã opinio.sequitur Cyn.in l.comparationes.C.de fide instru.& gloss.in authen.de fide instru.§.in summa.& Iaco. de Bel.in d.authen.§.quod si tabel.col.vj.Prędictis tamen obstare videntur nota. per gloss.& Innoc.in c.j.extrà de cle. perc. apparet ergo secundum priorẽ sententiam quòd melioris est conditionis producens instrumẽta de partibus longinquis quã de proximis.& hoc per rationẽ de qua suprà. Posset tamen fortasse non improbabiliter dici quod si sit instrumentum in quo vertatur magnum præiudicium., vt puta testamentũ,vel aliud graue debitum quòd nõ credatur faciliter nisi probetur modis supradictis,aliàs credatur. & sic potest omniũ sententia cõcordari & omnis materia falsitatis & suspitionis auferri. † Quid si con-
4 a tra [a] instrumentum opponitur quod scriptor eius erat sacerdos, an valet instrumentum?Inno.dicit quod non. quia talia publica officia & secularia officia sunt clericis interdicta .vt in c.sicut te.extrà ne cleri.vel mona. & in l.placet.C.de episc.& cleri. Alij distingunt aliter,vt no.Spec.in d.§.restat.ver.quod ergo si tabellio.& ver. seq.& per eundẽ in tit.de statu mon. ver.xxxvij.prima opin.videtur hodie approbata in c.vt officium. de hære. libr.vj.& ibi not.in gloss.super verb. ad pręmissa.Barto.tenet quòd valet instrumẽtum licet notarius pœnam incurrat.vt notat ipse in l. vniuersas. C.de decu.lib.xj. & per no.in c.j.extrà ne cleri.vel mo.alibi se firmat in l.seruus.ff.de test. sed remittit ad d.
5 c.j. † Sed quid si dicitur & op. quod notarius est infamis & damnatus est de tali crimine propter quod factus est infamis,an poterit instrumẽta rogare vel facere?super qua quęstione distingue plenius, vt no.per Bar.in l. eadem.§.j.ff. ad leg.Iul.repet.secundum quẽ infamis regulariter potest essẽ tabellio & instrumẽta conficere. Fallit si deliquerit in officio in quo

a Quid si cõtra. Bar.in l.j.in §.si penes.ff.de tab. Bal.in l.ij. in vlti. colũ. C. de sen. Bal. in l.neque patronatus. C.de eo qui doct. in l.si quis ex argẽtarijs,in §.j.de edẽ. Ang.in l.si quis decurio. C. de fal.gloss.in verbo notarij in cle.j. de hære. Bart.in l.j. §.huius studij.ff.de in. & iur.

fuit pro tabellione assumptus puta ad archiuum publicum.vt l.si quis aliquid.C.de susce. & archa. libro duodecimo.

EPITOME.

1 *Instrumentum simulatum quod dicatur?*

1 TVM QVIA fuit & est simulatum. † Dicitur autem instrumẽtum simulatũ vbicũq; vnum inter partes tacitè actum, & aliud diuersum vel contrarium est in instrumento . verbi gratia, quando debitor fundum obligat creditori & in instrumento dicitur quod vendidit, vt quotidie fit, & habetur in l.ij.C. plus valere quod agitur.quo casũ magis attenditur id quod actũ tacitè est inter partes quã id quod scriptum est. vt d.l.ij. & in l.imaginarium. de re.iu. & in l.nuda & imaginaria.ff.de contrahen.emptio.& in c.illo vos.extrà de pi.& in c.ad nostram.de emp.& ven.& vide quod circa hoc scripsi suprà in forma.j.li. in gloss. super verbo, legitimis titulis.facit quod nota.in c. per tuas.extrà qui filij sint legitimi.& in c.cum inter.extrà de electio..

EPITOME.

1 *Instrumentum falsum vel simulatum per quot testes probetur?*
2 *Suspitio contra instrumentum ex dicto vnius testis vel duorum,vel rasura qualiter tollatur?*
3 *Instrumentum an sit reprobatum si testes descripti in instrumento dicant se non recordari an fuerint præsentes dicto instrumento?*
4 *Instrumentum an reprobetur in quo ex sex testibus descriptis duo dicunt se interuenisse,reliqui negant?*
5 *Instrumentum an valeat in quo testes descripti dicunt se fuisse præsentes sed non recordantur de capitulo contento in instrumento?*
6 *Producto instrumento si pars dicat illud esse falsum & velit produci prothocollum an audiatur?*
7 *Prothocollum an per se probet sicut instrumentum?*

DIGNOSCITVR esse falsum. Aduerte vt suprà dixi quòd hanc appositionem & exceptionem non decurras nisi ex magna & euidente causa propter magnum periculum quod regnare habet in hoc & difficultatẽ probationis, detegitur tamen falsitas instrumẽti ex varijs circunstantijs de quibus nota. in d.c.inter dilectos.& in cap.cũm Ioan. extrà de fide instrumen.& in c.
1 cũm vene.de rel.dom. † Sed hic occurrit dubium per quos testes probari possit instrumentum esse falsum vel simulatum?circa quod sic sub breuitate cõclude,aut quis vult probare simulationẽ,& tunc sufficiunt duo testes,quia talis probatio non habet impugnare directò instrumentum sed simpliciter demonstrare aliud esse actum quã scriptũ de voluntate partium,& sic instrumentum de se esse verum, & id quod actum est esse verum & per consequens

ſequens vtrumq; ſimul verum. ſed tamen alterũ
videlicet tacitè actum alteri videlicet ſcripto
præualere iuris auctoritate & contrahentium vo
luntate.dicit Ia.Bu.in l.cùm de ætate.ff.de proba.
quæ ſimulatio nedum per directum poteſt pro-
bari,ſed etiam per coniecturas & indicia vt in c.
ad noſtram. extra de emp. & ven.& in c.illo vos.
extra de pi. & no.per Cy. in l.j. & ij. C. plus vale.
quod agitur. licet in dubio ſit ſtandum inſtrumẽ-
to, vt dicit glo.in l.quamuis.C. ſi quis alte.vel ſibi
& in d.c.illo vos & in l.nec ignorans.C.de do.Aut
quis vult probare falſitatem inſtrumenti,& tunc
aut contra inſtrumentum producitur vnus ſolus
teſtis, aut plures. Primo caſu aut ille ſolus teſtis
contradicens inſtrumento eſt de ſupernumeratis,
& non neceſſarijs in inſtrumento, & tunc nullam
fidem facit, vt l. iuſiurand.C.de teſti.& in c. licet
vniuerſis. in fi. extra de teſti. aut eſt de numera-
rijs & ſubſtantialibus inſtrumenti, & tunc non
facit plenam probationem contra inſtrumentum
ſed tamen eius fidem facit vacillare in l. j. in fine
ff.quemadmo. teſtamen.aperian. & ibi plenè per
Bar. Secundo caſu principali quando plures re-
producuntur,tunc ſecundum communem ſenten-
tiam gl. tam iuris ciuilis quam canonici requirũt
a tres, aut quatuor [a] ad impugnandum in totũ ipſũ
inſtrumentum,nec quo ad hoc ſufficerent duo. vt
no.in l.in exercẽdis.C. de fide inſtr.& ibi per Cy.
in c.cũ Ioan.hære.extra de fi. inſtr. & ibi per Inn.
& Io.An.& plene per Spe. in ti. de inſtrumen. edi.
§.reſtat videre.ver. ſed quæro quot teſtes.cũ ver.
b ſeq. Tamen ſecundum Cy. licet duo [b] per ſe non
ſufficiant ad plenam probationem inſtrumenti,
attamen eius fidem faciunt plus vacillare quàm
ſupra dictum eſt.de vno teſte,& per hoc redditur
ſuſpectum inſtrumentum.nam etiam ſola cõpara-
tio literarum facit eius fidẽ vacillare, vt habetur
2 in authen.de fide inſtr. in prin. †Sed quomodo
aufertur iſta ſuſpitio quæ eſt contra inſtrumentũ
ex dicto vnius teſtis aut duorum, vel raſura? dic
quòd ſi eſt ſuſpectũ ex ſui forma debet producens
ſibi imponere fidem per eius iuramentum & per
idoneos teſtes vel teſtimonium ſcribentis, vt l.pe.
C. de prob.& l. ſi quis C. ad leg. Cor. de fal. &
in l.fi.§.vlti.C.de fi.inſtr.cum ſi.ibi no. Vbi aũt eſt
ſuſpectum ex dicto vnius teſtis, vel duorum circa
ſubſtantiam cõtractus vel inſtrumenti, tunc pur-
gatur & tollitur ſuſpitio per contrarios teſtes &
3 alia indicia. vt infra dicã. †Vnde quęritur,ſi ali-
qui ex deſcrptis teſtibus in inſtrumento dicãt ſe
non recordati vt accidit communiter, an fuerint
præſentes vel nõ,ipſi inſtrumento.vel abſolutè di
cant ſe nunquam fuiſſe præſentes,an reprobatum
erit inſtrumẽtum de falſo? Breuiter ſũmatim plu
ra colligendo attẽte, quandoque enim teſtis unus
vel aliqui aut omnes dicũt ſe non recordari.& tũc
ſecundùm Inn.& Bar. vbi ſupra remaneat inſtru-
mẽtum, in ſua roboris firmitate, qa de hoc caſu
nihil opponitur contra ipſum inſtrumentum, vt in
d.c.cũ Io. quãdoque teſtes ſimpliciter & abſolutè
dicunt non interfuiſſe inſtrumento. a
& tunc aut omnes teſtes in inſtrumẽ
de ſcripti pariter ſic deponũt. & tũc
inſtrumentũ redditur falſum ſecũdũ
eos, aut eſt vnus ſolus ex his, & tunc
aut alij conteſtes nihil dicũt ꝑ inſtru
mento,quia non ſunt examinati, vel
ſunt mortui & tunc redditur ſuſpe-
ctum, aut alij cõteſtes duo vel plu
res,aut etiam vnus ex eis deponũt ſe
& illum priorem fuiſſe præſentes &
tunc cõfunditur teſtimonium illius
repugnãtis inſtrumento & remanet
validum inſtrumentum, vt per eun-
dẽ Inn. determinatũ in d. c.cũ Ioan.
& in c. cũ dilectus. extra de deci. qa
maior & laudabilior eſt depoſitio b
quę fit ꝑ inſtrumento, quã ea quæ
fit cõtra inſtrumentũ. quia de ſeipſo
teſtis qui depoſuit ſe nõ interfuiſſe,
eſt ſingularis, quia de ſeipſo tantum
loquitur. ideo &c.multo autẽ fortius
confirmatur inſtrumentum ſi fama
bona tabellionis concurrat cũ teſti-
monio alicuius teſtis. ar.in c.cũ vene
rabilis.extra de exce.& Spe.in tit.de
fi.inſtru. §. poſtremo. ver. ſed pone.
& ꝑ Cy. in l.in exercendis. C. de fi.
4 inſtumen. Quid autẽ dicemus ſi in
inſtrumento in quo ſufficit numerꝰ
duorum teſtium fuerunt per notariũ
deſcripti ſex teſtes, & quatuor ex eis
depoſuerunt ſe nunquã interfuiſſe.
Alij aũt duo deponunt fuiſſe pñtes,
ſed de abſentia vel pſentia aliorum
nihil dicunt,an reprobabitur ex hoc
inſtrumentum de falſo? dixit Inno.
vbi ſuprà quòd ſic. quia in eo adiun-
cta eſt illa falſitas, videlicet illos fu-
iſſe præſentes.attamẽ per illos duos
poterit aliter reprobari contractus,
quia ipſi non fuerunt participes falſi
tatis, & ad hoc faciunt quę notantur
in c.tertio loco.extra de proba. & in
5 c.cum literis. extra de teſt. †Quid
ſi teſtes duo vel plures dicãt ſe fuiſ-
ſe præſentes in inſtrumẽto, ſed tamẽ
nõ audiuerunt exprimi tale capitulũ
inſtrumenti,an reditur inſtrumẽtum
ſuſpectum? dicit Bar.quòd ſic,in l.co-
ram. ff.de ver. ſig licet contra faciãt
not. per Cy. in l.ij. C. de erro.aduo.
6 †Sed pone, vt vidi aliquãdo fieri per
cauillos procuratores & aduocatos,
quòd pars produxit ſuum inſtrumẽ-
tum, aduerſarius autẽ dicit quòd eſt
falſũ , & ad hoc probandũ petit per
a eum exhiberi prothocoum, quæ-
ritur an ſit audiendus? videtur quòd
ſic ipſo iurante, quòd habet inſtrm

a Tres aut quatuor .ſi duo teſtes deponunt pro inſtrumento,tres contra, præualet inſtrumentum.ſecus ſi quatuor . vide Bar.in d.l. in exercendis.Inn.& Bal.in d.c. cum Ioan.

b Licet duo.ad reprobandum inſtrumentum ſufficit quod duo teſtes qui ſunt viri notabiles contradicant inſtrumento,& eſt cõſideranda qualitas pſonarũ & fama .Bal in d.c. cum Ioan . poſt Inn.bu. & Ioan.Andr. & Bartol. in d.l. j .in fine

c Prothocollũ.No.pars producit ſuum inſtrumẽtum,Aduerſariꝰ autẽ dicit qd eſt falſum & ad hoc probãdũ petit prothocollũ exiberi, an audiatur.not.etiam quod licet pars nõ cogatur exhibere prothocolũ.vt hic.notariꝰ

suspectũ.ar.in l.pe.& in l.cõtractus. cũ ibi not.C.de fi.instrumẽto. tu dic quòd nõ est audiendus si instrumẽtũ habet formã debitam,quia ei standũ est.vt in l.cũ res. & l.cum precibus. C.de prob.& insti.de inuti.stip.§.itẽ verbo.& ibi notatur & l.optimã.C. de cõtrahen.& commit.stipu.& quia improbum & absurdum est,quòd cõtra seipsum quis astringatur producere testes vel instrumenta.l. nimis graué.C.de testi.& in ca.j.extrà de probationibus.
7 † An autem prothocollũ per se plenè probet sicut instrumentũ,disputatur per Cyn.in l.contractus.in vlti.q. Et not. circa hanc materiam falsitatis quòd de ea quæri potest dupliciter. vno modo criminaliter,alio modo ciuiliter. vt traditur in l.diuus.C.ad leg. Cor. de fal.Sed an prius sit agendum criminaliter, quàm ciuiliter sunt cõtrarię opi.vt plenè disputat Cy.& Iac.Butr. in l.fi.C.de fi.instr.& l.ij.ff.eod.titu. & forma libelli,qua agitur ad rescissionem sententiæ latę per falsa instrumenta.

tamen cogitur,vt nota. per Bartol. in l.si Librarius.ff.de re iu.ad partis petitionẽ.& ibi vide omnino Bar.in l.sempronius ff.de le.ij qui vult qđ magis credatur prothocollo idẽ in l. prætor.el.ij.in prin.ff. de edẽ.et quãdo dubitatur de instrumento ad prothocolum est habẽdus recursus. § .illud.vbi est gl.in auct de test.co.iiij

EPITOME.

1 *Contra instrumentũ obijci potest quòd testes in eo descripti sunt à iure reprobati.*
2 *Si testes in instrumento descripti erant excommunicati an vitietur instrumentum.*
3 *Potest opponi contra instrumentum quòd non est descriptum manu propria notarij*
4 *Potest opponi contra instrumentum quod non cõtinet in se causam aliquam legitimam.*
5 *De duobus instrumẽtis quorum vtrũque dicit causam & contractũ diuersum,si ab eodẽ vel à diuersis producãtur,cui stetur.*
6 *An vitietur instrumentum,quia in eo dicitur,Titius filius Caij cũ Caius eo tempore fuerit mortuus.*
7 *Ex falsitate vnius instrumenti, nunquid derogetur cæteris instrumentis ab eodem notario factis.*
8 *Si instrumentum sit falsum in vna parte an derogabitur cæteris partibus.*
9 *Si ab vno notario sit scriptũ instrumentum contra quod tanquam falsum est lata sententia,& ab eo notario in instrumentum redacta, an talis notarius sit falsarius.*
10 *Notarius scribens testamentum in quo est sibi ascriptum legatum per testatorem an redarguatur de falso.*
11 *Filius notari⁹ an posset tradere & cõficere instrumentũ de re pertinente ad patrẽ.*

1 ALIISQVE de causis. † Sciendum est quòd multæ & variæ sunt causæ quæ obijci possunt contra instrumenta quas enumerat Spec.in d.tit.de instru.edit.§ postremò.& vltra superius numeratas obijci etiam potest cõtra instrumentum quòd testes in eo descripti sunt à iure reprobati.vt quia sunt de adulterio condemnati, vel alio simili crimine,vt habetur in l.iij.ff.de test.
2 † Quid autem dices si testes descripti erant tunc excommunicati nunquid vitiatur instrumentum?dic quòd non secundùm Inno.vt per eum no. extrà de exce.& Spec.in d.§.postremò.versi. quid si testis in scriptis &c.maximè si eorum excommunicatio erat occulta,vel reputabãtur pro nòn excommunicatis.argu.in c.j.de testa.nam excommunicatus potest facere testamentum,vt not.Ioã.An. in c.decernimus.in nouella sua,extrà de sen.excõ. ergo poterit esse testis.argu. in l.iij.cum ibi not. ff.de test.
3 †Item opponitur contra instrumẽtum quòd non est scriptum manu propria illius notarij qui in eo describitur,quo casu si ipse tabellio viuit, ipsi soli creditur,vt l.si decurio. C. ad leg. Cornel.de fal.& ibi per Cyn.si autem mortuus sit fiet comparatio literarum & signi,cum alijs instrumentis eiusdem notarij,vt in authen. de fide instrumen.§.in his verò.& in §.quia verò.cum se. & extrà de priui.c.cum olim.& in c.cum venerabilis.ff.de exce.de quo vide quod tangit Specula. in d.§.postremò.versi.j.
4 † Item oppo.contra instrumentum quòd non continet in se causam aliquam legitimam,vel continet in se causam turpem & inhonestam vt plenè habetur & not.in c.cum de indebito.in fi.ff.de prob.facit l.generaliter.& l.si plagij.ff.de verb.obl.& l.si verò non remunerandi.§. rei turpis.cum simi.ff.man.Item opponitur contra instrumentum quòd in serie & forma sui continet repugnantiam,vt l.vbi repugnantia.ff.de re iudi. & c.imputari.extrà de fid.instru.l.scripturæ diuersæ.& per Cyn.C.de fid.instru.facit extra de rescr. c.pastoralis.
5 † Hîc autem occurit quærendum si producantur duo instrumenta à diuersis personis contra me,vel ab eadem persona,quorum vnũ dicit te mutuasse mihi tali die mille in ciuitate Papiæ, vnde mihi origo.& in alia dicitur quod in eadem die deposuisti,vel Titius apud me mille Romæ.quæritur cui instrumẽto sit fides plenior adhibẽda?& videtur qđ illi instrumẽto qđ fuit vltimo loco productũ.ar.l.optimã.in fi.C.de cõtrah.& cõ. stip.& in c.ex tenore.extrà de te.In hoc dicit Spe. in d.§.postremò.in ver.sed pone qđ cõsideranda est auctoritas vtriusq; instrumẽti,vt illud præferatur quod fortè dignoscitur maioris auctoritatis.q̃ quidẽ maioritas & auctoritas ex pluribus cognoscitur circũstãtijs.Prĩò ex persona producẽtis si sit psona villis & famosa,vt l.si q̃s ex argẽtarijs.§.j. ff.de edẽ.nã tũc aliud qđ pducitur ab alia persona virtuosa pferendũ erit,vel si ille cõsueuit falsa instrumẽta aliàs pducere.ar.in c.illo vos.in fi.extrà de pig. Secũdò cõsiderabit iudex,si alterũ ex eis sit abrasum vel aliter in sui figura vitiosum, vt s.dictũ est & traditur in l.fi.C.de edi.diui adr.tol. nam

a *Auctoritati.no.quòd instrumẽtum redditur suspectum ratione personæ notarij diffamati.argum.ff.de act.l.si cui §.eiusdem & de re mili.l.non omnes. §. à barbaris ita glo.ĩ l. iubemus.in prin. C.de proba. per quam dicit Ange.quòd quando instrumentũ in iudicio productum negatur esse verum fides debet sibi imponi per producentem si tabellio erat consuetus conficere instrumenta falsa..ex quo aliud ĩsurgat secundum eum quòd licet sit diffamatus de multitudine scripturarum falsarum, tamen instrumenta per eum facta valẽt licet fides debet imponi si de veritate dubitatur. l.iubemus, C.de probatio.quod est verũ secundũ ipsum donec tolleratur ĩ officio, per l.barbari⁹ de offi.prætor.*

b *Tabellio præsumitur rogatus quòd secundum consuetudinem loci conficiat instrumentum & extendat.l.si priua. §.rectè.& ibi Bar.ff. de aquapl. arcen.l.ex ea parte.et ibi Bar.ff. de ver.obli. ita expresse Bal.in l. ij.ff.de condi.inst.ar. l.si quis.C de fideius. idem Bal. in rubr.C. de fid.inst. hic est vt ĩquit Ang. in d.§.rectè.& fuit sentẽ. Bar. secundum Ric.malũ. vt refert ipse Bar.in l. illa cõstitutio. ff. de hær.inst.et ind.l.ex ea parte.quòd notari⁹ est rogatus vt faciat instrumentũ ad dictum sapiẽtis qd ĩtelligitur dictũ secũdum cõsuetu.de ædi.edic.l.quòd si nollit.§. quod assidua.& iõ pro instrumento qd continerẽt aliqua ĩ cõsueta nõ p̃sumeretur. ita Bal et ibi tex.ĩ l. j.C.de do. pro missa gloss.*

nã p̃fertur alterũ nõ vitiatũ. Tertiò
aduertet qs tabellio ex eis erat me
a lioris famę & auctoritatis.[a] vt ĩ c.cũ
venerab.extrà de exce.& alijs simil.
& si fortasse reperiat omnia æqua-
lia tũc cõsiderabit,an illud quod est
vltimo loco productum sit liberato
rium vel obligatorium,nam libera-
torium præferri habebit obligatorio
vbi verò vtrũque esset obligatorium
vel vtrunque liberatorium, nullam
fidem præstabit ar.in l.scripturæ.ff.
de fi.inst.& c.ex literis.de proba.cũ
6 si.†Sed pone quod notarius dicit in
instrumento, Titius filius Caij pro-
misit &c.reperitur autem quod ipse
Caius erat mortus tempore instru-
menti, nunquid per hoc vitiabitur
instrumentum? dicit Spec.quòd non
in prælleg.ver.sed pone.nam sup-
plendũ est quondam,nec per hoc fi
liatio habet suũ effectum,quia mor-
te patris nõ extinguitur nec p̃ditur
eius nomen.ar.in l.si finitas.§.fortè
ff.de dã.infe. †Vlterius quæritur si
7 notarius facit vnum falsum instru-
mẽtũ nũquid alijs instrumentis p̃ eũ
traditis derogabitur .dicit Spec.quod
non,in d.§.postremo.ver.item oppo-
nitur qđ tabellio &c.ar.ad hoc.ĩ l.si
falsos.C.ad l.cor.de fal.quod intelli-
ge verum in pręteritis & futuris
propter publicam vtilitatem donec
fuerit expresse per iudicem de fal-
so condemnatus,quo casu non vale-
bunt instrumenta posteà per eũ tra-
dita vel rogata.vt ibi no.argu in c.
testimonium. extra de testi. & inc.
fraternitatis.extra de hære.& ibi no.
8 per Inno.& doc. †Sed quid erit si
instrumentum sit falsum in vna par-
te,an in reliquis omnibus partibus
vitiabitur? dic vt no.per Inno.in c.
fraternitatis. & prout scripsi suprà
in forma iuramenti testium.in glos.
super verbo falsitate:& super forma
producendi instrumenta,in gl.ante-
9 pe. †Quid si coram arbitro vel iu
dice productum est vnum instrumen
tum scriptum & rogatum per Caiũ
notarium,deinde iudex vel arbiter
profert sententiam contra ipsum in-
strumentum absoluẽdo partem quia
instrumentum est falsum de qua sen
tentia ipse idem Caius tradidit etiã
instrumentũ .quęritur an ipse notari
us sit vt falsarius reputãdus? vide-
tur quod sic,quia eius scriptura cõ-
tra se facit fidem,quia non contra-
dicendo sed scribendo videtur con-
sensum pręstare.arg.in l.si fideiussor
§.pater.ff.de pig.& in c.cũ olim ex-
tra de priui.In contrarium determi-
nat Spe in d.ver.Itẽ opponitur.ma-
ximè qa non fuit ad hoc principa
liter actum.arg.l.lucius.ff.de his qui
no.infa.cum ibi no.et extra de ordi.
10 cog.in.c.ij.in fi. †Post hoc quæritur
pone testator legauit fundum tabel-
b lioni[b] qui testamentum dictauit &
scripsit quòd facere potuit.vt l.dictã
tibus .C. de test.an si testamentum
scripserit possit de falso redargui
quasi sibijpsi ascripserit? videtur q̃
sic.vt l.ij.ff.de his qui sibi in testamẽ
ascri.In contrarium dicit Spe.in d.§.
postremò ver.Item excipitur quòd
in negotio p̃prio &c.Nec ob.d.c.ij.
quia ibi loquitur in eo qui scribit te-
stamentum in scriptis cõditũ de cu-
ius substãtia est ipsa scriptura. aliud
aũt est in nuncupatiuo qđ per testes
probatur,secundũ eũ.tu dic quòd nõ
caret suspitione.ideóq; melius est ab
stinere.quia l.dictãtibus loquitur in
simplici dictione,non aũt in scriptio
ne.vt ibi no.per Cyn.& alios docto.
11 † Quæritur an filius notarius possit
cõficere & tradere instrumẽtũ de re
pertinẽti ad patrẽ.Dy. arguit p̃ & cõ
tra.vt refert Bal.in l.quod dicimus.
in prin.& in §.si pater.ff.de auct.tut.
Finaliter hoc distinguit aut fili⁹ est
in potestate,& tũc nõ põt,aut est e-
mancipatus,& tũc potest.arg.in l.pu
berẽ.§.j.ff ad leg.Cor.de fal.

CONTRA assertũ priuilegiũ.
Bona & laudabilis est practica & se
paratim & distincte obijcere cõtra
singula instrumẽta:nã q̃dã sunt quæ
opponi possunt licitè contra vnũ in-
strumentũ,quę non cõtra aliud.

EPITOME.

1 *Rescriptum contra ius elicitum quando valeat?*

2 *Rescriptum contra ius elicitum quando dicatur?*

CONTRA ius elicitũ & impe
1 tratum. †Deus nouit quanta
sit in principum moderno-
rum curijs abominatio , de ta-
libus rescriptis & priuilegijs con-
tra ius elicitis & impetratis . [redacted]

[redacted]: Est itaque sciendum quòd regulariter rescripta seu priuilegia contra ius elicita nullius sunt valoris neque momenti, vt l.damnosa. & in l.rescripta.C.de precib.imperato.offeren.& extrà de verbo.signifi.c.quod per nouale.& extrà de dec.in c.suggestum.& c.causam quæ.nisi princeps vel superior expressè dicat in rescripto non obst. tali lege eam specialiter nominando, quia non sufficeret secundũ aliquos in genere dicere, nõ obstãte aliqua lege vt copiosè solet notari ꝑ Dy.Cy. & alios docto.in l.fina.C.si contra ius vel vti. publi.& in c.ex parte.de offic.deleg.ad quod facit l. ij.§.si quis à principe.ff.ne quid in loco publi. C. de testa.authenti.hoc inter liberos.& l si quis in prin.testamenti.ff.de leg.iij.& extra de rescri.in c.nonnulli.cum si.Et eodem modo valet rescriptũ seu priuilegium contra ius elicitum, si princeps in eo exprimeret se id concedere motu proprio & ex certa scientia vel de sua plenitudine potestatis, [redacted] Verumtamen in dubio alio non expresso præsumitur principem potius concessisse ad partis suggestionem quàm proprio motu. vt no.doc.in d.l. ij.in prin.ff.quod quisque iu.& in hoc debet discret⁹ iudex semper aduertere, licet hodie claudant oculos, & studeant complacere & ad literam

2 ꝑut stant ipsa scripta seruare. †Quando autem dicatur priuilegium vel rescriptum contra ius elicitum, tangitur in d.l.nec damnosa.& l.rescripta. & in l.quoties.C.de preci.imper.offe.

EPITOME.

1 *Obrepere, & mendose narrare an differant.*

Per obreptionem et falsi suggestionem.

1 †Aduerte quòd alud est obrepere principi, aliud mendosè aliquid narrare. quia non omnis mendax dicitur obrepere. vt no gl.in l.si quis obrepserit.ff.ad l.cor.de fal.ille ergo proprie dicitur obreptor qui dolose obtinuit à principe rescriptũ vel à iudice sententiam ex falsa narratione & allegatione facti in sui vtilitatem & damnum aduersarij. v.g. si significauit principi quòd libellum obtulerat contra Caium & quòd ipse Caius sponte in iudicio confessus est vera esse in libello contenta. vel pone quòd significauit iudici in accusatione porrecta quòd Titius commisit tale crimen, & se absentauit & fugam arripuit propter quod iudex bona sua annotari seu describi decreuit, cùm hæc omnia essent falsa: certe his casibus & si.nec principis rescriptum nec iudicis decretum valent. vt d. l.si quis obrepserit.& posset ipse qui talia impetrauit accusari de falso. vt ibi habetur & no.per gl.& Bart.per mendacia autem dicitur simpliciter rescriptum vel decretum impetratum, quando sine dolo putãs rem sic se habere, talia expressit. quo casu loquitur l.præsc.C.si contra ius vel vti.pu.& c.super literis.extra de rescrip.de quo vide q̃d no. Spec.in d.§.nunc autem restat.& in dictis iuribus in quibus distinguitur an rescriptũ sit impetratũ per dolũ, & tũc non tenet ipso iure. an sine dolo ꝑ simplex mẽdaciũ tantũ, & procedetur secundũ veritatem & nõ ad precãtis affirmationem.

Lite pendente. Ecce alia oppositio contra rescripta in qua apud forũ laicale multi iudices errant nõ præbẽtes super exceptione auditũ, contra iura cano.& ciuilia, vt extrà vt lit.pen.c.si.& per totũ & C.ne lit.pen.l.j.debet ergo is qui vult supplicare lit.pen.in eius supplicatis mentionẽ facere de pendentia litis & processu. vt extrà de re iud.c. cùm inter monasterium.

De antecedenti rescripto. Hæc est legitima excep.quæ inducta est optima ratione, ne concedens decipiatur & pars aduersa lædatur. sic extrà de do.& contu.c.ex literis.& extrà de rescri.c.cæterum.& in c.ex parte &c.

Nec de appellatione. Vbi enim sententia lata est interlocutoria, vel diffinitiua, & ab ea fuerit appellatum, non licet impetrare rescriptum super executione sententiæ, non facta principi speciali& expressa mẽtione de app.ab ea interposita, vt extra de confir.vti.vel inuti.c.bonæ.cũ si.ibi not.

Erratum in dictione & grammatica &c. Tales nempe errores dictionis grãmaticæ vitiãt rescripta maximè papalia, vt habetur in c.significantibus.& in c.ad audientiã.extrà de rescri, secus autem si error esset in sola litera vel syllaba. vt extrà de fi.instr.in c.ex parte.&c.Sequitur in litera.

Eius sigillum est vitiosum. In hoc multũ debẽt aduertere iudices maximè in sigillo papali & imperiali, si continet in se signa consueta, quæ sunt imago imperatoris cum vestimẽtis regalibus & cũ septro in eius manibus & cũ literis circũscriptis eius nomen exprimentibus, & quòd sigillum sit integrum non fractum nec minutum, habẽs ceram veterem vel nouã iuxta tempus confecti priuilegij, & si in ipso sigillo est aliqua liter a vel signum immutatum & similia de quibus seriosè ponitur in tex.suprà d.c.inter dilectos.de fid.instru. Similiter redditur priuilegium suspectum propter rasuram, vel literarum diuersitatem. vt in c.cùm olim propter.extra de priui.

EPITOME.

1 *Regulariter priuilegium alterius confirmatorium non probat, nisi quatenus probet de anteriori.*

2 *Si priuilegium alterius sit ipso iure nullum, posterius confirmatorium vires non assumet.*

Alterius confirmatorium. Hic mul-

1 tum aduerte. †nam regulariter priuilegium alterius confirmatoriũ non probat, nec quicquam iuris tribuit, nisi quatenus probetur de anteriori originali confirmato. vt in auth.si quis in aliquo documento C.de eden.quia ille qui confirmat nõ intẽdit aliquid de nouo tribuere vel conferre, vt in c.quia intentionis, & in.c.ex parte.in fi.extrà de

de priui.& extra de confir.vti vel inut.inc.cũdilecta.extra de ver. si in c. abba. facit l. & quia. ff.de iu.om.iu.& ideo si.constaret de intentione contraria ipsius confirmantis non esset necesse producere confirmatum . ver.g. si princeps incluserit de verbo ad verbum priuilegium confirmatum in suo confirmante. vt communiter hodie practicatur.& probatur lxiij.di.in c. in synodo. & extra de confir.vti. vel inuti.c.pen.& ita dicit Spec. in tit.in §.nunc autem restat.& no.per glo.in d.c. pe. & latius in d.c.abbat.sancti siluani extra de ver.si. pro quo optimè facit quod not. per Cyn. in l. ex verbis. C. de do.& quod habetur in l. adoptio non iur.ff.de adop.& in c.quia circa. extra de consanguinitate & affinitate. & per ipsum Spec. in titu. de rescrip. præsentatione.§. ratione formæ. in versi. sequitur videre. Eodem modo non est necessaria exhibitio prioris confirmationis, si papa vel imperator dicat damus, confirmamus ac de nouo donamus & cõcedimus ex certa scientia. secundum Innocentium, & Ioannem andream, vt per eum notatur in dicto c. inter dilectos, & per glossam in dicto c.penul. est ergo aliud simpliciter & in genere aliquid confirmare, & aliquid
2 specialiter & expresse. † Sed pone quòd anterius priuilegium confirmatum erat ipso iure nullum, quia impetratũ ab excõmunicato, vel ex iniustissima causa reprobatum erat, aut aliter nullum, an per sequens priuilegium ipsius confirmatorium vires assumet? dic quòd non, quia destructo fundamento corruit ædificium. vt j. q. j. c. cum paulus. & pro hoc est textus in dicto ca. inter dilectos. versiculo cum igitur priuilegium. extra de fide instrumentorum.& c.cum inter nos. versiculo quamuis forte.& ibi no. nisi princeps sciens ipsum vitiosum ex certa scientia super eius vitio dispensauerit quod bene not.

EPITOME.

1 *Quot modis priuilegium perdatur.*

1 PENITVS & omnino sublatum. † No-
a tandum [a] est quod multis modis perditur priuilegiũ. Primò si priuilegiatus fecerit cõtra ipsum priuilegium. vt extra de preben.in c. cũ illorum. & extra de consti. in c. cum accessissent. & extra de priuilegijs.in c.si de terra.& in c.accedẽtibus.facit l. cũ pater. in §. libertis. ff.de leg.ij. & in l. auxilium. ff. de mi. In contrarium tamen faciunt no.per Cynum in l.voluntariè.C.de excusationibus tutorum ibi vide. Secundò perdi-
b tur priuilegium [b] per non vsum debito tempore vti potest. verbi gratia, si quis habeat priuilegium nundinarium, & stet negligens per decemnium in eo vtendo. vt ff. de nundinis. & multomagis perditur si fuerit negligens, in non vtendo spatio xl. annorum. vt in dicto c.accedentibus. & in c. si de terra. & nota in c.ad audientiam.extra de rescript. Tertiò perditur si eo male vtatur seu abutatur. vt probatur xj. q.iij. priuilegium.& lxxiiij. distinctione in c. vbi ista. & in authentica.vt iudices sine quoquo suffragio.§. ante penultimo. Quartò perditur propter delictum eius. vt in l.filio.ff. de ritu nuptiarum.& in l. ij C.vbi senatores vel clarissimi extra de pe. c. ad aures.& in c. quibusdam. Quintò perditur si ex eo inducatur alteri damnum enorme. vt extra de decimis in c. dilecti. cum sequenti.& extra de verborum significationib9. c.quid per nouale. Et hoc multũ est notandũ quia perraro est quod huiusmodi priuilegiũ nõ indicat alijs dãnũ magnũ. Hui9 aũt cõstitutionis ratio fuit qa nõ est verissimile principẽ seu cõcedẽtem ius alterius præsens vel futurum, sic grauiter vel enormiter lędere velle vt d.l.ij §.sed qđ à principe.ff.ne qd in loco pub. & l.quoties.de pre. ĩpe. of. Sextò ꝑditur priuilegium si princeps ex certa sciẽtia iudicat contra illud. vt extra de iudi.in c. porrecta in fi. Septimò ꝑditur priuilegiũ propter expressã vel tacitã renũtiatio. ipsi9 priuilegij. C.de pac.l.si qs ĩ cõscribẽdo.& in l.recusare.ff.ad T re.& in l.j.§.assignare.ff. de assi.li.facit c. ex ore.extra de his quæ fi.à ma.par. ca. Octauò ꝑditur per posteri9 priuilegiũ derogatoriũ ꝓcedẽtis.vt habetur & plenè no.in c.j.extra.de rescr. ĩ c.veniẽs.extra.de priui.cũ si. Nonò perditur ꝑ expressam reuocationẽ
c cõcedẽtis [c] vt in c. suggestũ.extra de deci. facit quod habetur l. iudcium soluitur.ff.de iudi.

EPITOME.

1 *Oppositiones quæ fieri possint cõtra rescriptum.*

2 *Successor in regno, an possit reuocare priuilegia concessa à prædecessore suo.*

3 *Monasterium quod priuilegium est susceptum in protectione papæ non eximitur à iurisdictione diœcesani.*

4 *capite monasterij exempto à iurisdictiõe diœcesani, an capellæ etiam sint exemptæ?*

1 ALIIS rationibus & causis multiformiter vitiosũ. † Vltra ꝑdicta vitia quæ solẽt opponi cõtra priuilegia & rescripta sũt etiã & alia plura, videlicet quòd in eis nõ cõtinetur series facti. vt extra de co hac.le.& mulie.in c.super eo. Itẽ qđ in rescripto nõ est nominat9 ille cõtra quẽ proceditur. vt in c.P.&G. extra de offi.deleg.& no.ꝑ glo.in c.significauit, extra de rescri. Itẽ qđ tẽpore impetrati rescripti ei9 aduersa-

a *Notãdum. vide Gemi. in c.priuilegium.xj,q.j.doc.in c. suggestum. de decimis.*

b *Priuilegiũ. vide gl. fi. in c. innouantes.xx.ij.li.Cy.in l. voluntariè.C.de excu.tuto.doc. in c.cum.accessissẽt.& in c. cognoscẽtes.de cõsti.doc.in c. antiqua,& in c. accedentibus de priuile.doc, in c. de trãsa.& multos casus enumer.it archi.in d.c. renouantes.*

c *Concedẽtis. Adde de hoc & vide Bald. in l. qui se præsens.C.vnde li.ibi, qd non reuocatur quando est cõcessum ex causa onerosa nec causa reuocatur quãdo transit in viã contractus.ita Panor.in c. ij. de iure immu.Cur.*

rius erat mortuus vt in d.c. significauit. de rescri. facit l. ij. in fi. ff. quæ sen. sine appel.rescin. Item quòd non fuit facta mentio de iuramento interposito.vt extrà de rescr.in c. constitutus.Item cõtra rescripta ad beneficia ecclesiastica solet opponi quòd in literis executorijs nõ fuit facta de monitorijs mentio specialis. vt extrà de rescri. in c.ex insinuatione. Item quòd non fuit facta mentio de dispensatione. vt in c. ex tua. extra de fil.presby. Item si fuit falsitas expressa in conditione personæ supplicantis,quę exposuit se viduam vel pauperem, cùm esset nupta, vel diues. vt in c. venerabilis. extrà de offi. dele. vel si exposuit se clericum tempore beneficij impetrati, cùm non esset. vt extrà de transf.c. ex literis cum simi. Item solet opponi quòd aduersarius non est trahendus extra forum suum vltra spatium duorum dierum siue duarum dietarum. vt in c. nonnulli. extra de rescri.quod quidem spatium hodie restringitur ad vnam dietã. vt in c. statutum. §.cùm verò.& §. seq. extrà de rescri. li. vj. & si ambo actor & reus sint eiusdem ciuitatis, alter alterum trahere non potest extra illam nisi in certis casibus specialibus traditis in d. c. statutum. Item solet opponi contra rescripta ad beneficia,quòd ille qui impetrauit secundum beneficium tacuit de priori quod anteà obtinebat. vnde non valet ipso iure collatio secundi, vt habetur in c. ad aures. extrà de rescripti. & in c.non potest de preben. libro sexto . [redacted]

2 † Deinde quæritur. Pone, quòd imperator vel rex donauit plurima de rebus imperij vel regni prout sæpè accidit, vel multa priuilegia contulit, an successor in imperio vel regno poterit illa reuocare, videtur quòd non. vt in l. fi.de constitu. principum. & in c.decet. de re iudi. li.vj. Spe. tangit hanc quæst. in d.§ . nunc autem restat. circa fi. Et finaliter secundum aliquos sic distinguit.Aut ex his donationibus vel concessionibus imperium vel regnum est enormiter lęsum, & tũc poterit illa reuocare, quia more boni administratoris debuit se habere in imperio vel regno: vt probatur in c. intellecto.extra de iureiuran . de do. c. pastoralis. extra de re iu.c. abbate sanè. & in authen.de non alie.§.si minus.colla.ij. Aut leuiter & temperatè est læsum, & tunc non poterit reuocare, quia non debet esse sibi interdicta leuis donatio, maximè erga bene merentes, ad hoc faciunt l. data. C. de do. & l.j. C. si socius impe. largi. lib.x. & in l. bene à Zenone.C.de quadri.præscri.& l. sancimus. in princi.C. de dona.& l. digna
3 vox.C.de legi.cum simi. † Vltimò quæro si papa vel imperator in priuilegio abbati concesso suscipiat monasterium sub eius protectione. An ex hoc monasterium eximetur à iurisdictione episcopi diœcesani. Dic quòd non. vt in c. ex parte tua.extrà de priuile. & no.per glo.in c. fi. extra de confir. vtili vel inutili. & plenè per Bartol.in
4 l. j. de excusati. mu.lib. x. † Quid si caput monasterij per priuilegium est exemptum à iurisdictione tantùm diœcesani an capellæ eiusdem monasterij erunt exemptæ? Dic quòd non, nisi hoc fuerit specialiter expressum in priuilegio, vt habetur in c. ex orę. extra de priuilegi. nam exemptio respectu vnius ecclesiæ non extenditur ad aliam. vt in c. cùm capella. extra de priuilegi. nec data respectu vnius personæ non extenduntur ad aliam, vt in c. sanè. extrà eodem titulo. Si tamen verba priuilegij super exemptione vel remissione alterius iuris, essent indefinitè prolata debent intelligi generaliter. vt in c. quia circa.extra eo. Possunt autem ordinarij prælati compellere eos qui se prætendũt exemptos producere coram bonis viris priuilegia sua & probare præscriptionem quàm allegant. vt in c. cùm personæ. eodem tit. libro sexto.

ET MAXIME illi priuatæ scrip. Ad huius priuatæ scripturæ euidentiã scire debes qđ priuata scriptura facit plenam fidem per se cõtra scribẽtẽ, si cõstat eiꝰ manu ꝓpria fuisse descriptã, vel ꝑ cõfessionem eius propriam, vel per testium depositionem, vel per literarum comparationem. vt probatur in l. si ex cautione. C.de non nu. pe. & in c.si cautio.cum simi.ibi no.extrà de fi. instru.& insti.de literarũ obli.in prin.per totum & in l. exemplo & in l.instrumenta.C. de proba. & in l. publia. in fi.ff. depo. & l. cũ quis.§.iulia.& l. Titius. ff.de consti.pe.& l.j C.de contrahen.& cõm.sti. & in l.pe.in prin.& ibi per Cy.C.de fideicom.cum si. duntamen contineat in se causam iustam & legitimã.vt l.cùm de in debito.in fi.cũ ibi no.ff.de ꝓba. facit l. nõ nudis.C.de proba.& l.fi . C.de.fi.instru. Quæ quidem priuata scriptura vario modo est in iure baptizata.nam quandoquè appellatur cautio.vt in d.l.si ex cau.& d.c. si cau. quandoque appellatur cyrographũ.ff.de probat . l. cyrographũ. & l.si seruum filij.§.eum qui cyrographum. ff.de leg j.& l.comparationes.in prin.C. de fi.instrumẽ. Quandoque nominatur epistola.vt d.l.j.C.de cõtrahen.& com.stip.& l.Titius.& l.eum qui.§.iulia. de consti.pec. &in l.epistola.ff.de pac. Quandoq; appellatur liber rationum. vt in l. rationes. C. de probatio. & in l.nuda ratio.ff.de do. cum similibus &c.

EPITOME.

1 *Pœna negantis propriam scripturam est dupli.*
2 *Negans proprium sigillum tenetur de falso.*

3 *Priuatæ scripturæ an sit credendum?*
4 *Priuata scriptura concernens commodum & incommodum ipsius scribentis & alterius, an habeat fidem?*
5 *Priuata scriptura concernens commodum & incommodū alterius tantùm non scribentis an habeat fidem?*
6 *Instrumentum an reprobetur de falso, quia testes in eo descripti dicunt pecuniam numeratam non fuisse.*
7 *An reprobetur instrumentum in quo dicitur pecuniā numeratam fuisse in præsentia testium: qui testes dicunt pecuniam in sui præsentia numeratam non fuisse, sed positam in sacculo in sui præsentia?*
8 *Eodem modo an reprobetur instrumentum si testes in eo descripti dicant pecuniam numeratam non fuisse?*
9 *Priuata scriptura an debeat habere annum, diem, mensem, &c?*
10 *Subscriptio partis in instrumento quantum operetur?*

1 QVOD negatur †Hîc aduerte tu qui vis propriam scripturā negare. nam si probatū fuerit tuā esse scripturā incidis, in pœnā dupli, vt in authen. contra qui propriam. C. de non nu. pecu. & hoc si fuerit probatum contra te ꝑ testes, secus si per tuum iuramentum, vel per suū vt ibi.
2 † Qui vero negat propriū sigillum tenetur de falso. vt in l. eos. j. respon. ff. ad leg. cor. de fal. Reuoco
3 generaliter in dubium † an priuatæ scripturæ sit
a credendum. [a]Breuiter distingue. aut concernit talis scriptura propriam vtilitatem scribentis, & nullā fidem facit, aliter enim facile esset vnicuiq; se diuitem facere. vt probatur in d. l. exemplo. & l. rationes. & l. instrumenta. C. de prob. cum si. aut concernit eius incommodum proprium, vt puta eius obligationem, vel rei suę alienationem, & tūc aut ipse scriptor fatetur scripturam à se & ꝑ se scriptā simpliciter, & tunc probat plenè contra eū. vt d. l. si ex cautione. cum multis si. in precedēti gl. alle. aut negat ipsam scripturā, & tūc aut scriptura habet partis & testiū subscriptionē & tūc si testes recognoscūt subscriptiōes suas & deponāt illius esse scripturam, facit plenam fidem absq; alia cōparatione literarum. vt traditur in l. comparationes. C. de fi. instr. eodemque modo facit fidē si non habet partis subscriptionem, sed testium tantum. Si verò testes deponant ipsam esse illius propriā scripturā interueniēte etiam ad hoc literarum cōparatione. vt in authen. & si contract⁹. C. de fi. instr. & l. fi. C. si cer. pe. cū aut. signata ibidē, aut talis scriptura nō est ab aliquo suprascripta, nec à parte nec à testib⁹, sed probatur per testes tantum, vel per comparationem literarū quòd talis illā scripsit & tūc nō facit plenam fidē cōtra eū sed solūmodo semiplenā, vt in d. aut. & si cōtractus. de fid. instr. §. j. & ibi not. & per glo. & doc. in l. in bonę fidei. C de iureiu. & in l. admonēdi. ff. eodē. Ex quibus colligere potes quantum vigeat periculum in huiusmodi priuatis scripturis. & quàm sit graue eisdem fidem imponere, si negētur vel scribens mortu⁹ sit. Sis ergo cautus potius sumere obligationem debitorū per publicum instrumentum quàm per priuatam scri-
4 pturam. †Viso de priuata scriptura q̄ concernit simpliciter commodum vel incommodum scribentis tantùm, sciendum est quòd est quædam alia priuata quæ cōcernit alteri⁹ tantùm commodū scribētis. Siquidem concernat cōmodū scribētis & alteri⁹, vt patet in rationibus cōibus, & tūc aut illæ rationes solū cōtinent ꝓpriā vtilitatem ipsius scribētis, & tūc nullā fidē faciunt pro se & in eius fauorē aut cōtinent eius incōmodū tātū, & fidē faciūt cōtra eū, si scriptura sit ꝓbata vel per eius confessionē. vel ꝑ testes, vel per literarū cōparationē. arg. iuriū prædictorum. Si autē contineat vtrumq; videlicet cōmodū & incommodū scribētis, an fiet diuisio & separatio scripturę cōmodi, & incōmodi, vt si dicam⁹ quòd ī ea parte quę cōcernit incōmodū scribētis, fidē faciet cōtra eū, ꝑ illa autē ꝑte quę cōcernit cōmodū nullā fidē faciet. videtur q̄d sic, per ea quę statim suprà dicta sunt. In cōtrariū autē facit quod no. gl. in l. quędā. §. nūmularios. ff. de edē. Et tamē distingue, vt scripsi suprà in for. petendi copiam instrumētorum. in glo. ij. ver. quid autē si mercator.
5 †In scriptura verò quæ alterius tantùm & non scribentis commodū vel incōmodum cōcernit, sicut sunt libri proxenetarum & campsorum, & cæterorum officialiū, vt Ianuę, Venetijs Mediolani, & Florentiæ. Distingue aut ista scriptura est facta à persona quę habet officiū de publico suꝑ hoc, & tunc facit plenam fidem. vt in d. §. nūmularios. pro hoc etiam facit l. illa tæ. C. de fide instru. & l. Lucius. §. tutelæ. ff. de admi. tut. aut est facta scriptura à persona quę de publico officium non habet, vt sunt mercatores & campsores moderni temporis, & tunc non facit plenam fidem. vt not. gloss. in d. §. nummularios. & ibi per Bartol. secundum quem tales libri faciunt saltem semiplenam probationem inter extraneas personas, non autem ad ipsorum scribētium cōmodū, sic intelligitur gl. quæ est in d. l. in bonæ fi. C. de iureiu. & q̄d no ꝑ doc. in d. §. nūmularios Ex quibus patet ꝙ isti ꝓxenetæ seu maloserij qui in dictis ciuitatibus faciunt scripturas de omnibus mercatis & venditionibus mobilium rerum, quod eis stari debet. & plenam fidem faciunt, cùm sint per cōmunia hmōi ciuitatū approbati. Idēq; per oīa est dicendum in ratiocinatoribus ipsarum ciuitatum qui inscribunt omnes

a Vtrum priuatæ scripturæ sit credendum. vide Barto in l. nuda. ff. de dō. & in l. instrumēta. C. de probatio.

redditus ciuitatis & taleas & omnia q̃ veniunt in cõi.de q̃bus omnibus plenè & amplè traditur per Bar.in l.nuda ratio. ff.de do.& p̃ Cy.in d.l. non nudis.& in l.non epistolis.C.de proba.Habes ergo ex præmissis declaratum qualiter impugnentur instrũ publica & priuata,ac etiam rescripta & priuilegia.Vnum autem superest dicendũ q̃d contra illa instrumẽta facta de cõtractibus illis de q̃bus actum est,vt fierent in scriptis, de q̃bus loqtur l.contractib⁹.§.fi.C. de fi.instr.non potest probari liberatio vel extenuatio nisi per contrariam scripturam,non autem per testes vt in l.generaliter.C.de non nu.pe. Falsitas antem eorũ bene probari potest per testes.ar.l.de fide.& in l. sicut.C.ad l.cor de fal.

Postremo vide Bal.in §.quibus. C.de nouo Codice cõponendo.gl in c.secundo.de fide instru.

6 †Circa autẽ prædicta forma duas notabiles quæstiones.Ecce in instrumento continetur,prout quotidie de facto accidit,quòd Titius mutuauit Caio centum & contra instrumentum producuntur testes in eo descripti,qui deponunt quod tempore insttumenti nulla fuit pecunia numerata, an ex hoc reprobetur instrumentum de falso? Barto. determinat quòd non.in l.singularia.ff.si cer.pe.cir.fi. & Ia.Bu.idem in hac quæstione per eum disputata & per eundem in l.si ex pretio.C.si cer. peta.cuius ratio est.nam mutuum est triplex,videlicet naturale tantum,ciuile tantum, & ciuile cui cooperatur natura,vt inquit gl.in l.ij.§. fi.ff.si cer.pe.Illud ergo verbum,mutuauit,intelligitur de mutuo ciuili,cum ad illud cõmodè referi potest sine instrumenti vitiositate.ar.in l.quoties ff.de re.du.cum si.de quo ciuili mutuo loquitur l.si ex cautione & l.j.& l.in contractibus C.de non nu.pe.& fortius idem dicendum erit si in instrumento dicatur,quod Caius confessus est se habuisse mutuo centum à Titio.

7 †Sed quid si in instrumento dicatur videlicet quòd Titius mutuauit vel Caius habuit & recepit mutuo centum in presentia mei notarij, & testium infrascriptorum.deinde ipsi testes deponunt quod pecunia ibi erat in vno sacculo,vel extra in eorum præsentia,sed tamen non fuit numerata,nec viderũt Caium illã recipere.Queritur an ex hoc reprobetur instrumentum de falso?& dicit diem Bar.vbi suprà quod non.quia cùm præsens esset pecunia & parata solutioni,potest dici habita & recepta.vt l.j.§.si iusserim.ff.de acqui.pos.& in l.pecuniam.ff.de sol.multóque minus reprobarerur si esset numerata,sed non recepta.ar.in l. falsus.§.sed si is.ff.de fur .& l.si procurator.in prin.ff.de ver.ob.

8 †Qiud autem si instrumentum dicat quòd Titius numerauit Caio tantam pecuniam,& testes deponunt quòd non fuit numerata sed bene erat in quodam sacculo,an reprobetur instrumentum de falso?dicit Bar.vbi suprà quod sic, in casu isto quo expressum est quòd fuit numerata.quia actus ipse numerationis non verificatur nisi in casu vero & proprio,ar l.numerationis.ff.de sol.cum si.Sit ergo cautus,& auisatus notarius nevllo modo dicat pecuniam numeratam nisi ipsam viderit numerari.Secus autem esset si instrumentum diceret cõfessus est Caius se habuisse à Titio centum in pecunia numerata, quia numeratio ipsa,licet non fuerit tunc facta non ob.in strumento.vnde testes deponentes non fuisse numeratam, non reprobarent instrumẽtum de falso. q̃a talis numeratio trahitur retro & respicit actũ de præterito importatum per illa verba, habuisse & recepisse,&c.no.Bar. ff.so.ma.lege post dotem.& licet dicat quòd in dubio videatur facta numeratio parum ante instrumentum,vt per eum not.in.l.si stipulatus.in §.Crisogonus.ff.de verbor. oblig.& in l.certi condictio.§.si nummos.ff.si cer. peta.Et ego scripsi infrà in for.li.quo agitur hypothecaria in glo.super verbo fuit confessus.

9 †Postre
a mò[a] quæritur an talis priuata scriptura,vel cautio debeat habere annum,mensem & diem, sicut instrumenta pub.videtur quod sic. arg.l. scripturas. C qui pot.in pign.& hanc partem tenuit Iac.Butr. in j.constitu.C.circa fi.In oppositum tenet gloss. quæ est super verbo notarij. in d.l.scripturas.pro qua sẽtẽtia facit optimè text.in l.cum tabernam.

10 ff.de pig.&ibi not. † Deinde & illud not. quòd in priuata scriptura tãtũ operatur partis simplex subscriptio, dato quod alius scedulam scripserit, quãtum si vtrũq; scripsisset,vt probatur in d.l.scriptura.ibi,ipsorum tamẽ subscriptione &c.& in d.§. Crisogonus.ibi,corãm scribentis &c. & institu.de emptio.& vend .§.in his.& l.j.§. sed si secundum. ff.quod ius. Laus Deo &c.

Forma iuramenti quod præstatur à parte parti.

QVONIAM maximum remedium decidendarum litium est iuramentum,idcirco suprascriptus Simó, procurator & procuratorio nomine suprascript.cupiens ipsam quæstionẽ ad celerem finẽ perduci omni modo via & forma q̃bus melius põt, detulit ac defert in præsentia di. do. vicarij suprascripto Ioan. ibi præsenti iuramentum veritatis sub forma infrascripta, videlicet quod primò iuret & iurare debeat corporaliter tactis scripturis præfatus Ioan. si emit talem

lem petiam terræ, vel si dare debet suprascripto An. florenos c. Item si ipse habuit & percepit ex ipsa petia terræ tot fructus, super quibus idem Simo. dicto nomine dicit & protestatur velle stare iuramento dicti Io. cui Io. præfatus do. Vicarius terminum asignauit trium dierum respondēdi super dicta forma iuramenti.

EPITOME.

1 *Iuramentum veritatis in quot species diuiditur.*
2 *Iuramentum voluntarium quod est?*
3 *Iudiciale iuramentum quod sit?*
4 *Quæ sint iustæ causæ propter quas iuramentum recusari posit.*
5 *Iuramentum necessarium quod sit?*

QVONIAM maximum remedium.
1 † Ista verba sunt iurisconsulti l. j. ff. de iureiuran. pro cuius euidentia sciēdum est quòd multæ sunt species iuramenti. vt plenè scripsi suprà circa formam responsionis rei conuenti. in glo. super verbo iurisiurādi nu. 2. & 3. Quantū autem ad propositum pertinet præsens iuramentum appellatur, iuramentū veritatis. cuius tres sūt species. nam quoddam est iuramentū volūtarium, quoddā iudiciale, & quoddā necessariū, vt in gloss.
2 in l j. ff. de iureiuran. in rubr. C. eod. † Est autem iuramentum voluntarium illud quod defertur extra iudicium à parte parti, & potest recusari, vt l. iusiurandum, quod ex conuentione. in prin. ff. de iureiu. cū simi. ibi not. & de isto non loquitur hîc. Iudiciale autem iuramentum est illud quod defertur
3 in iudicio à parte parti, † iudice approbante, vt l. j. in fi. & l. iij. in prin. ff. de iureiur. & de isto loquitur hîc quod quidem iuramentum olim non poterat recusari per l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiuran. & in l. delata. C. de iurei. hodie autem potest recusari, si non fuerit acceptatū secundum cōmunem opin. per text. in l. generaliter. §. sinautem C. de iureiu. & in c. fina. extrà eod. & ibi per glo. licet Cyn. & Bart. dicant posse recusari ita demū si sub
4 sit iusta causa recusationis aliàs non. † Quæ autē sunt iustæ causæ not. idem Bart. in d. l. manifestæ. inter quas est illa quando is cui defertur habet eius intentionem fundatam per publicum instrumen-
5 tum, vt c. fin. & in c. ij. extra de proba. † Necessarium verò iuramentum est illud quod per iudicē defertur alteri parti in supplementum probationum, de quo loquitur l. admonendi. ff. de iureiurā. & l. bonæ fidei. C. eod. ti. quod quidē iuramentū nō potest nisi ex causa iusta recusari, vt in d. fi. & in d. §. sinautē. Sunt autē horū iuramentorum multiplices effectus, vt scripsi in d. gl. no. bene hos casus.

SIMONINVS procurator. Hîc quæro an
a procurator [a] posit hoc iuramentū deferre & subire. distingue aut est procurator ad lites tantum seu negotia tantùm. & talis non potest deferre iuramētum, nec sibi deferri, vt l. iusiurandū quod ex conuentione. §. fi. cū ll. seq. & l. iusiurandū & ad pecunias. §. procurator. cū simi. ff. de iureiu. Aut est procurator specialiter ad iurandum constitutus & ad iuramentum deferendum, vel est procurator in rem suam propriam & tūc poterit iuramentum deferre & subire & eodē mō si sit procurator generalis cū libera administratione, vt ꝑbatur in dictis iurib⁹ l. ꝑcurator tutorū & l. ꝑcurator cui libera. ff. de ꝑcu. & facit qđ habe ur in c. qui ad agēdum. in fi. extrà de procur. Et sic est vnus casus in quo requiritur speciale mandatum, sunt etiam quidam alij quos posui in forma responsionis factæ in actione hypothecariæ intentatæ in glos. super verbo sufficiens mandatum &c. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Iuramentum veritatis cur ita dicatur.*
2 *Iuramentum inductorium obligationis, & iuramentum confirmatorium contractus præcedentis sunt species iuramenti.*
3 *Qui absoluuntur à iuramento confirmatorio contractus efficiuntur periuri.*
4 *In absolutione à iuramento, an debeat pars citari.*
5 *Iurans se non impetraturum absolutionem à iuramento; an sit absolutus si impetrauerit.*

1 IVRAMENTVM veritatis.
† Ideo autē dicitur veritatis, quia præcisè iurādum est sic esse, vel non esse, vt dicit glo. in d. l. iusiurandum, & ad pecunias. ver. quid tamen in fin. nec sufficeret dicere se credere vel non credere, vel præsumere sic esse, vel non esse, nam illud appellatur iuramentum credulitatis de quo loquitur titu. C. & extrà de iuramen. calum. per totum. huiusmodi autem iuramentum veritatis est huius naturæ, quia si est voluntarium vel iudiciale postquàm præstitum est, siue benè siue malè non infringitur, nec aliqua via retractatur. vt in l. non erit. §. dato. ff. de iureiurand. & l. quod deferente. ff. de dolo. & l. seq. licet aliud sit in iuramento necessario qđ retractatur per instrumenta de nouo reperta, vt in l. admonendi.
2 ff. de iureiurand. † Aduertendum est insuper quod quedā alia species iuramenti appellatur iuramentum obligationis introductorium, de quo loquitur l. iurisiurandi. in princi. cum ibi not. ff. de oper. lib. Quoddam est insuper iuramentum quod appellatur contractus præcedentis vel alterius actus confirmatorium, de qua

a *No. an procurator posit iuramētū deferre Bal. in. l. generaliter. C. de iura. calum. in l. j. in. §. sed his. Bal. in l. j. in §. ne autē, de ca. tol. Bart. in l. qui bona. in §. si alieno. ff. de dā. infec. Bald. in c. j. §. si. per quos fiat inuesti. in vsibus feudorum.*

ſpecie iuramẽti loquitur aut.ſacramẽta pube.C.ſi
aduer.vẽ.& latè ſcripſi ſuper forma lib.quo agitur
cõtra venditorẽ.& hoc iuramẽtũ cuiuſcũq; ſpeciei
eſt ſeruandũ duntamẽ ſit honeſtũ & ex honeſta
cauſa interpoſitũ,vbi autem eſſet interpoſitum ex
cauſa turpi & inhoneſta tunc nõ eſſet ſeruandum.
vt in c.non eſt obligatorium.de re. iud.li.vj.& per
Dy.faciũt ad prædicta c.cùm contingat.& qđ ibi
no.extra de iureiu.& c.ij.& c.quãuis.de pac.lib.vj.
3 †Solent tamẽ iudices eccleſiaſtici ad quorũ iuriſdi
ctionem pertinent huiuſmodi iuramenta, [redacted],ſępè talia iuramenta maximè confirmato-
ria obligationũ & contractuũ relaxare;& iurantes
abſoluere, [redacted].iux.
no.in c.debitores.extrà de iureiu.& in c.tuas.extrà
4 de vſu.cum ſi.ibi not. †Vidi autem dubitari an in
tali abſolutione à iuramento ſit pars aduerſa ci-
tandũ,& fuerunt qui dixerunt quòd non ar.in c.
licet epiſcopus.de præben .lib.vj.& quod no.in l.
iij.§.pe.ff.depoſi. Tũ dic quòd debet citari.nam
iſta abſolutio aperit ipſi abſoluto viam agendi,quæ
erat ſibi præcluſa virtute iuramenti, ſicque per
talem abſolutionẽ exceptio aufertur niſi parti,&
per conſequens grauiter læditur,ergo citari debet
vt traditur in c. caueant.cum ſe.iij.q.ix,& proba-
tur in l.de vnoquoque.ff.de re iudi.& in l.nam
ita diuus.ff.de ado.& l.in cauſæ.§. cauſa cogni-
ta.ff.de min.Nec ob.alle.in contrarium,quia in il-
lis non vertitur tale præiudicium,cùm ſaluum re-
5 maneat aduerſario ius ſuum. †Quid ſi debitor
qui præſtitit iuramentum,vel quid ſi alius contra-
hens iurauit etiam quòd non petet abſolutionem,
nec impetrabit à priori iuramento,an erit excluſus
à tali abſolutione impetranda, videtur quòd ſic
cùm hoc iuramentum poſſit ſeruari ſine interitu
&c.vt d.c.cùm contingat.cum ſi.nec iudex auditũ
debet præſtare ad inducendum periurium.vt in
l.j.in fi.C.ſi aduer.vendi.

PRIMO iuret.Ecce prima pars formę iura-
menti quæ diuerſificari habet & ampliari iuxta
qualitates facti & negotij,de quo agitur.nam ſiue
ſit quæſtio de re mobili vel immobili ſiue de con-
tractũ vel quaſi,poteſt iuramentum deferri,vt ha-
betur in l.j.§.ſi pretio.ff.quarum rerum actio non
da.& in l.iij.§.quacunque aũt ac.ff.de iureiurando.

1 *Iuramentum quod defert actor reo,poſſet à reo actori referri.*

2 *Tutor pupilli & curator adulti poteſt iuramẽtum verita tis deferre & referre.*

3 *Is cui defertur iuramẽtũ,poteſt petere,vt ab aduerſario iu retur de calumnia.*

1 DICIT & proteſtatur.†Hîc notãdũ eſt
quòd ipſe Io.poſſet ſi vellet tale iuramẽtum
referre ipſi Simo.ſi habet mãdatũ ſup hoc
ſpeciale vel principali pſonæ, ſi nõ haberet mãda
tũ.vt traditur in l. iuſiurãdũ & ad pecunias.§.ait
prætor.& §.fi.& in d.l. manifeſtæ.& d.l. delata.C.
2 de iureiu. † Sed nunquid tutor pupili vel curator
adulti poteſt tale iuramẽtũ deferre & referre? dic
quòd ſic,quia habet pléniſſimã adminiſtrationẽ &
ſic æquiparãtur procuratori habẽti mãdatũ cum
libera vt probatur in l.tutor.& l.iuſiurãdũ quod ex
3 conuẽtione.§.j.ff.de iureiu. †Ad vnũ tamẽ aduer
te quòd ille cui defertur tale iuramẽtũ põt petere
vt ille qui defert prius iuret de calũnia , videlicet
quòd nõ animo calũniãdi defert iuramẽtũ,ꝑut in
forma huiuſmodi iuramẽti continetur.vt ꝓbatur
in d.l.iuſiurãdũ & ad pecunias.§.qui iuſiurãdum.
ff.de iureiur.cũ ſi.ibi nota. Sunt autẽ in aliquibus
ciuitatibus,vt Papiæ ſtatuta & capitula per quæ
ſunt approbatæ dictæ leges,manifeſtę.& d.l.dela-
ta.de iureiu.Ad tolendum illam dubitationem quę
eſt an hodie dictæ ll.ſint correctæ per d.l.genera
liter.§.ſinautem . C.de iureiu.& optima eſt pro-
uiſio,quia non eſt locus iniuſtę querelę,ſi quis effi
ciatur iudex & deciſor ſuæ cauſæ.vt inquit iuri-
ſconſultus in d.l.j.in prin.ff.quarum rerum actio
non datur.Vt autem præſens materia aliquid mo-
ralitatis ad ſe trahat,audi quid ille pater eloquen-
tiæ Tullius dixerit.Nullum vinculum ad reſtrin-
gendum fidem iureiurãdo maiores noſtri acrius
eſſe voluerunt &c.

TERMINVM aſſignauit trium dierum.
Iſta vel ſimilis dilatio dari debet per iudicem,ne
præcipitanter & indeliberatè iurando caderet in
periurium.vt habetur.in d.l.iuſiurandum & ad pe-
cunias.in prin.ver.quid tamen in fi.ff.de iureiu.ſi-
cut datur ad reſpondendum poſitionibus & inter-
rogationibus,vt in l.ſi defenſor.§.illud quæritur.&
l.qui interrogatur.ff.de interr.act.faciunt quæ no.
in c.ij.de confeſ.lib.vj.Alia quidem multa eſſent
dicenda circa huiuſmodi iuramenta quæ in tex.
& glo.ſunt annotata. Sed hæc ſufficiant quæ ſunt
quotidie in practica,ad quæ memoria eſt produ-
cenda.nam in iure ciuili multa ſunt ſubtilia & pa-
rum vtilia,quæ faciunt ipſam ſententiam magis
ornatam & decoram,ſed minus vtilem & magis
difficilem & laborioſam.exempla patent in tota
materia bonor.poſſeſ.& in materia ti.de coniũg.
cũ emãc.libe.& in tractatu de vtili. & dire.actio.
& in Spec.circa formas libellorũ,& in modis ꝓce
dendi in maleficijs ideoq; eſſet meliꝰ pro repu. ſi
hæ ſuperuacuæ & põpoſæ ſubtilitates de medio
tollerẽtur.Sed qa Imperatores circa talia nõ vigi
lant,optima etiã facta fuit prouiſio,cũ ciuitates ſe
cœperũt regere per ſtatuta , vnde mihi viſum eſt
ꝙ principes qui delectãtur tenere generalia ſtu-
dia in territorio ſuo,debeãt præcipuè oculos diri-
gere in doctores moralis philoſophiæ.nã q diſcũt
leges & decretales ſunt hoĩes cauilloſi : qui autẽ
diſcũt Tulliũ & Senecam ſunt homines virtuoſi.
Qui verò diſcunt medicinã ſunt homines gra-
tioſi,& qui diſcunt theologiam ſunt homines de-
uoti , vnus tamen omnium eſt idem interitus,
nec eſt qui vitæ ſuæ vnam diem poſſit adijcere,
& palmum vnum ſuæ ſtaturæ, propter qđ inquit
Salomon.Vidi & aliud ſub ſole mirabile , quia ita
morimur prudentes ſicut ſtulti. Agamus , gratias
itaq; de ſingulis omnipotenti Deo.

Forma

Forma sententiæ interlocutoriæ super incompetentia iudicis.

Nos Bernardinus vicarius domini potestatis Papiæ, visis certis exceptionib⁹ corã nobis factis & productis per supra scriptum Simo.d. procuratorio nomine in causa corã nobis vertente inter ipsum procuratorem dictõ nomine parte vna, & prædictũ Ant. parte alia, in quibus quidem exceptionibus & defensionibus inter alia opposuit nos esse iudicem incõpetentem, omni modo, iure, via & forma, quibus melius possumus interloquẽdo in his scriptis sedendo pro tribunali in loco iuris consueto, pronuntiamus & declaramus nos fuisse & esse iudicẽ competentem in causa & quæstione prædicta, & in ea procedendum esse ad vlteriora prout exigit ordo iuris, non obstãtib⁹ aliquibus exceptionibus in contrarium propositis. & idem præfatus vicarius præcepit per me notariũ fieri publicũ instrumentum &c.

EPITOME.

1 *Persona iudicis in proferenda sententia potest poni tam in numero plurali quam singulari.*
2 *Sententia lata super incompetentia, an sit interlocutoria vel diffinitiua.*
3 *Actitata in causa non obstãte exceptione incompetentiæ an valeant.*
4 *Si non potest appellari à quocunque articulo emergenti vel incidenti, quomodo sit prouisum.*
5 *Iudex contra quem opponitur exceptio incompetentiæ, an cognoscat de ea.*
6 *Interlocutoria competentiæ an possit reuocari.*
7 *Interlocutoria competentiæ, an possit quecunque tempore ante diffinitiuam reuocari.*
8 *Quicunque iudex an possit suam interlocutoriam reuocare.*
9 *Interlocutoria quæ habuit executionem an possit reuocari.*
10 *Iudex an possit inuitis partibus suam interlocutoriam reuocare.*
11 *Volentibus partibus an cogatur iudex interlocutoriam reuocare.*
12 *Quid sit sententia interlocutoria?*
13 *Præceptum impossibile de facto vel de iure est ipso iure nullum.*
14 *Grauamen ab interlocutoria à qua non est appellatum reparari potest in appellatione à diffinitiua.*
15 *Sententia lata ab obseruatione iudicij an sit interlocutoria, vel diffinitiua.*

1 Nos Bernardinus vicarius. † Quia exceptio incõpetentię iudicis quæ op. est in exordio litis impedire ꝓcessum & ligare manus iudicis, necesse est quòd super ea iudex interloquatur, declarando, an sit iudex cõpetens vel nõ. vt not. in l. except. C. de prob. & l. sed & si susceperit. in prin. ff. de iu. & l. fi. C. si à non compet. iudi. & licet cõmuniter soleant iudices in proferendis eorũ sentẽtijs loqui in plurali, idẽ tamẽ est in singulari, si de se ipso loquatur iudex dicendo ego B. &c. vt habetur in
2 cap. pe. de re iudi. lib. vj. † Consueuit aũt dubitari an talis sententia super hac exceptione lata, sit diffinitiua vel interlocutoria? Breuiter dic secũdũ doc. quòd aut iudex pronuntiat se iudicẽ cõpetentẽ vt hîc fuit, et tunc est interlocutoria. aut pronuntiat se iudicem incompetentem, & tunc est diffinitiua. & hoc casu procedit glo. posita in auth. habita. C. ne fil. pro pat. ratio est, quia hoc vlti. casu nulla speratur diffinitiua. Sicq; patet quòd in hac non habet locum regula illa qua dicitur quòd illa dicitur interlocutoria, postquã speratur sequi diffinitiua, q̃ hîc nõ speratur. iõ ipsa diffinitiua dicetur. nãlicet nõ diffinitur negotiũ principale diffinitur tñ ex toto iudiciũ. & vide qđ no. Bar.
3 in l. qđ iussit. ff. de re iud. † Quid aũt dices si iudex sup hoc nõ pronũtiat expresse, sed procedit vltra in causa nõ ob. excep. an valebũt actitata per eum in causa? videtur quòd non. per l. fi. C. de excep. cũ si. suprà allega. In contrarium dicũt doct. quia procedẽdo videtur tacitè se iudicẽ competẽtem pronuntiare. vt not. per Bart. in l. j. C. de ordi. iudi. & est text. cum gl. in c. si à iudice. de appella. libr. vj. & in c. ex parte M. extrà de appella. debet ergo pars quæ tali processu sentit se grauatam appellare. vt in iuri- a bus prædictis. & in c. cordi. extrà de
4 appel. † Sed quæret aliquis qualiter cõsuletur ei qui ꝓhibetur appellare ante diffinitiuã sententiã à quocũq; articulo incidenti vel emergenti per formam statutorũ vel decretorũ, si iudex in causa de facto procedat, vt dictũ est. respõdeo per viam supplicationis ad superiorem. arg. in auth. quę supplicatio. & l. si quis aduersus.
5 C. de preci. impe. offe. † Item quæritur an regulariter iudex coram quo op. excep. iudicis incompetentis possit ipse de hoc cognoscere, & pronũtiare? Dic breuiter aut opponitur exceptio suspitiõis, & tũc arbitri super hoc eliguntur, qui de hoc cognoscũt & non iudex. vt in l. apertissimi. & ibi not. C. de iudi. & in c. suspitionis. de offic. delega. cum ibi nota. aut opponi. exceptio iudicis incompetentis, & tunc distingue, vt plenè no. circa formã qua opp. contra iudicẽ incõpetẽ
a tem [a] per Bar. in l. quidam consule-
6 bat. ff. de re iudi. † Vlterius quęri-

a *Incompetentem. Cũ finitur ex toto officium iudicis, & nulla sentẽtia speretur interlocutoriam non poterit reuocari. alias, sic nisi ex toto finiat off. iu. vide Ang. no. in d. l. quod iussit qui ponit multa exẽpla.*

tur quia regulariter quęlibet interlocutoria potest per eundem iudicē reuocari,vt in l.quod iussit.ff.de re iudi. an hæc interlocutoria possit reuocari? & distingue secundum doćto. aut pronūtiauit se iudicē incōpetentem,& tunc cum per hoc desinat iudex esse,non poterit amplius illam reuocare,& eo modo si pronūtiauit non esse procedendum super libello vel ab instantia iudicij, secundum Bar.ar. in c.iudicis. in fi. extra de offi.dele.cum si.aut econtra pronuntiauit se iudicem competentem & tunc quia in officio remansit, poterit illam reuocare.ar.in l.dicere. ff. de ar. quod notat Bar.in d.l. quod iussit. & idem secundum eum si interloquatur tutorem dari vel decretum imponi ratione prædicta. In certis autem interlocutorijs voluerunt quidam dicere esse distinguendum an contineat aliquid dari vel fieri in decisionem alicuius articuli incidentis, vel emergentis, & non poterit reuocari, aliâs secus. Veritas est secundum omnes doctores tam canonistas quam legistas quòd potest reuocari omni casu si interueniat causæ cognitio,aliâs non. vt ibi no. ar. in l. j. in fi. ff. de præto. sti. & ibi no. & sic no. vnum singulare quòd etiam si ab interlocutoria fuerit appellatum, non sunt tamen ligatæ manus iudicis, quin possit causa cognita ipsam interlocutoriā reuocare.vt traditur in c.cūcessante. extra de app.& sequtur Inn.in c.ꝙ ad

7 cōsultationē.extra de re iu.† Sed an reuocari possit quocunque tempore ante diffinitiuam, opiniones sunt variæ: tamen secundum doctores & Bar.in d.l. quod iussit. distingue,aut iudex vult reuocare ad instantiam partis,& tunc infra x. dies potest,postea, non: ar.in authentica hodie. C. de ap. aut vult reuocare ex suo officio & tunc potest vsque ad sententiam diffinitiuam, posteà non. quia functus est officio suo vt iudex. ff.de re iu. quām opinionē sequuntur doctores in d. c. cum cessante. cum si.

8 † Sed an quilibet iudex suam possit interlocutoriam[a] reuocare? dic quòd sic.siue sit ordinarius,siue delegatus, siue arbiter quod maius est vt l. diem proferre.ff.de arbi.& no. per.glo.in d. l.quod iussit. & semel tantum & non sępius secundum Dy. & Bar.ar.C.ne lice. tertiò prouo. l.j.& l.fideicō. §. si

[a] *Interlocutoria lata prætextu iuramenti iudicialis nō potest reuocari vide Ange. in lege quod iussit ff.de re iu. vide Inno. aliter in c. si.ad fin.qđ met. cau. &c.* Et.ideo *si interlocutoria nō est plene executa poterit reuocari.ita Ang. in l. quod iussit.sed Ioā.An.clarius in c.querenti. de off. deleg. alias nō,vt ibi per eum & cætera.*

9 quis x.ff.de le.iij.& l.j.§.quis.ff.vt le.no.ca †Quid autem si interlocutoria habuit executionem, an poterit reuocari? dic quod non secundum Barto. & doctores nisi in duobus casibus.Primus si fiat cum plenissima causæ cognitione. Secundus si vtraque pars consentiat. vt habetur & no.per glo.

10 in l.j. in fi. de præto. sti. † Sed nunquid inuitis partibus possit iudex suam interlocutoriam reuocare. distingue breuiter quędam est interlecutória que respicit personam ipsius iudicis & eum grauat, & tunc potest eam reuocare. ar.d. l. quod iussit. quędam est interlocutoria que grauat ipsā solam partem, & tunc non potest reuocare.ar.d.l. j. in fi. & quod ibi no. ff. de pręto.sti. Illud autem no. quòd absentibus partibus & ignorantibus poterit iudex interlocutoriam reuocare, si in ea non requiritur causæ cognitio. aliâs secus, secundum Bar. in d.l.j .in fi.ff. de pręto.sti.iuncta l.sed si interpellatus.ff.de iu.&l.diem proferre.in prin.ff.de

11 arbi. †An autem volentibus partibus cogitur iudex eius interlocutoriam reuocare? dicendum est quod non,regulariter.vt l.non quicquid.ff.de iudi. & l.j.C.qūo & qn̄. iu. si tamē esset ab ea ꝑuocatū, posset iudex appellationis eam reuocare. vt d. c.

12 cordi .de ap .& in c. fi. de iureiu.li .vj. †Diceret aliquis , quæ appellatur sententia interlocutoria? respondetur quòd quilibet actus iudicis, qui fit in lite dici potest interlocutoria. vt est citatio partis, vel quodcunque præceptū iudicis, vt d.l.qđ iussit. & l.fi. C. de requirenis reis. Idem in assinatione termini,vt l.siue pars.C.de dilatio.& dicta l.diem. proferre. ff de arbitris.

13 † Scias tamen quòd præceptum impossibile de iure, vel de facto,vel turpe,nullum est ipso iure.vt l. finali .ff.quæ sententia sine appellatione fit

14 rescindenda. † Rursum quæritur, ecce quod iudex non reuocauit interlocutoriam, nec pars ab ea appellauit , deinde iudex tulit sententiam contra eandem partem deffinitiuam à qua appellauit: quæritur an iudex ipsius appellationis, sicut potest reuocare sententiam diffinitiuam,ita possit reformare interlocutoriam antedictam? Dic breuiter,quòd licet olim super hoc fuerint opiniones variæ inter doctores hodie tamen determinatum est quod possit, in c. finali. de appellationibus libro sexto . Si autem à dicta interlocutoria fuisset debitè prouocatū & succubuisset in ea,posset iudex prædictæ causæ principalis de iuribus dictæ interlocutoriæ vlterius cognoscere, vt hodie determinatum est in clementina pastoralis. extra de appellationibus. Et ex hoc habes tu procurator multum notare quod si ex forma statutorum non potest ab interlocutoria appellari , poterit hoc grauamen per appellationem à diffinitiua reparari quod tene menti.

15 † Vltimo quæritur quid de sententia lata ab obseruatione iudicij, an sit interlocutoria , vel diffinitiua? glossa in l. Titia .ff. de accusationibus dicit quòd sit interlocutoria& per hoc nō posset ab ea ppellari,sed Bar.ibi dicit qđ siue sit interlocutoria

toria,siue sit diffinitiua potest appellari. An autẽ sit potius diffinitiua quam interlocutoria, distingue an per eam imponitur finis soli instantiæ,& tũc est interlocutoria,an imponitur principali causę.v.g.absoluit ab ĩstãtia,quia nõ possidet,vel quia sine actione expertus est,& similia,& tunc est diffinitiua.vt instit. deoffi. iudi.in fine.

IN HIS scriptis. Quæritur an scriptura sit necessaria?docto.iuris ciui.tenent quòd licet acta per notarium debeant in scriptis redigi, vt nota. idem Bart.in d.l.Titia.& per glo.in c.quoniam cõtra falsam.extrà de proba. pro quo facit l.fi. C.de priuil.schola.lib.xj.Sed canonistæ tenent quòd ferenda est in scriptis,& appellandum in scriptis. vt extrà de appel.in c.vt debitus.& c.cordi eod. titu.

Forma interlocutoriæ super legitimatione personarum.

NOS Bernardinus vicarius antedictus prius per nos visis in instrumentis procuræ & tutelæ coram nobis pro parte dicti Simo.dicto nomine productis, & alio instrumẽto procurę per partem aduersam producto in causa & quęstione simul inter dictas partes vertente,visis denique ac diligenter inspectis certis exceptionibus contra dicta iura & instrumenta hinc inde factis propositis,volentes huiusmodi cauillationibus & exce.imponere finem, ne principalis causæ processus vlterius dilatetur ĩ his scriptis omni iure, modo, via & forma quibus melius possumus interloquendo pronuntiamus & declaramus præfatum Simo. fuisse & esse in dicta causa legitimum procuratorẽ ad præsentem causam prosequendã,& omnia alia & singula in dicto instrumento procuræ contenta. Et amplius declaramus præfatum Ioã.legitimũ procuratorem esse tutorem.P.& A.superius nominatorum,ac potuisse & posse causam dictorum minorum agere & defendere aliquibus in cõtrarium oppositis nõ ob.Ratificantes ex nunc omnia & singula per eos gesta & gerenda in præsenti causa &c.

EPITOME.

1 *Sententia super legitimatione personarum de necessitate est ferenda ne iudicium fiat elusorium.*

2 *Ab interlocutoria super legitimatione personarum an possit appellari.*

1 NOS Bernardinus vicarius. † Hæc est alia interlocutoria quæ ferenda est de necessitate super legitimatione personarum, ne iudicium fiat elusorium cũ eis substãtietur iudicium. sicque ante omnia de personis est quærendum.vt in l.si quæramus.ff.de testa.& cùm sint exceptiones incidẽtes quæ personas respiciunt, ideò super eis est pronuntiandũ.vt no.gl.in l.quòd iussit.ff. de re iudi.& l.fi. C.de ordi.iudi.& ibi per docto.Sed quãdo hæc exceptio debet opponi?dic ꝙ in exordio litis,vt l.licet.& l.ita demum.C.de procurato.

2 † Rursum quæritur an ab hac interlocutoria de iure ciuili possit appellari? vbi sic distingue, aut pronuntiatur per iudices negatiuè,videlicet illum non esse procuratorem vel tutorem aut pronũtiatur affirmatiuè videlicet illum esse procuratorem vel curatorem. Primo casu potest appellari, quia contra hunc vel pro eo nulla de cætero spectatur ferri diffinitiua sententia super principali causa & per consequens cũ hoc grauamẽ per quod repulsus est à prosecutione litis non sit reparabile per sententiam diffinitiuam,potest appellari,iuxta no. per gloss.& Barto.in l.ij.ff.de appell.reci.vel non. Secundo casu subdistingue,aut est pronuntiatum quem esse procuratorem vel sindicum.& tunc aduersarius eius potest appellare,quia si apparet veritate inspecta eum non esse procuratorem vel sindicum,talis interlocutoria non faceret ius contra dominum:quod est not. Vnde gesta & acta cum eo non præiudicarent communi vel domino per l.cũ iniustè.& ibi not.ff.de collu. detegen. & determinatur per Cyn. in l.falsus procurator. in vlti.q.C.de furt.& in l.licet.C. de procur. in iiij. quæstio.& sic grauamen non esset reparabile per diffinitiuam. & prędicta intellige nisi dominus sciuisset sententiam latam fuisse & non appellasse & causam suam agi per illum assertũ procuratorẽ quia tunc videtur tacitè approbare eius personã. & interlocutoriam super legitimationem personę eius latam.ar.l.ab eo iudicato.in fi.C.quomodò & quando iu.& l.sæpe.§.sed scientibus.de re iu. & l.si procuratori pręsænti.ff.de verbo.obli.cum si.ibi not.Secundo casu quando pronuntiatum est quem esse tutoren vel curatorem,& tũc aut iudex expressit se ratũ habiturum quicquid cũ eo gestũ sit,& tunc non poterit aduersarius appellare.ar. in l.j.§.idem scribit.ff quod cum fal.tu.aut iudex non expressit se ratũ habiturum,& tũc poterit appellari,quia talis sententia non noceret pupillo vel minori.vt l.si tutor.C.in quib.cau.in integr. restit. Et est ratio diuersitatis,quia iudex habet potestatem dandi tutoren vel curatoren. vt l.j.&per totum.ff.de tu.&.cur datis ab his.sed nõ sic dãdi pro cu.vel sindicos,meritò ergo priori casu sententia nõ facit ius,in secundo sic.de quo etiam nota. Bar.in d.l.ij.de appellatio.reci.&c.

EPITOME.

1 *Syndicus & procurator an differant.*

2 *In constitutione sindici an singulorum constituentium nomina sint inserenda?*

3 *In quo loco sindicus sit constituendus.*

LEGITIMVM procuratorẽ & sindicum.

1 † Dicet hic aliquis,quæ est differentia inter procuratorẽ & sindicũ?Dic breuiter ꝙ ꝓcurator propriè est ille qui à persona singulari cõstituitur,vt l.j.in prin.§.vsus.cũ si.ff.de procu.sindic⁹ aũt est ille qui est cõstitutus ab vniuersitate vel collegio:vt in d.l.j.§.quibus.ff.qđ cuiusq; vni.& in c.j.extrà de sindi.Sũt etiã aliæ differentiæ de quibus not glo.in dicto §.actor.ff.eod.titu.

2 † Sed circa hoc queritur in constitutione sindici an singu-

a lorum constituẽtium nomina [a] sint
in instrumento syndicatus inserẽda?
dicunt quòd sic:arg.l.iij. C.de vendi.
re.ci.li.xj.& C.de prædi.curi. sine de
cre.nõ alie. in fi.li.x.ff.de albo scrib.
l.ij. Alij dicunt non esse necesse hoc
facere, sed sufficere quod conuoce-
tur sono cãpanæ consilium villæ vel
ciuitatis,& inde notarius dicat quòd
consilium ciuitatis conuocatum cõ-
stituit talem syndicum , ar. in c.de
cãis. extra de elec. primã opi. vide-
tur sequi gl. in c.fi.extra de procu.&
Spe.in ti. de syndi.§.j.ver.itẽ oppo
nitur quòd nota. Bar.aũt in l. j.ff. de
albo scri.distinguit sic,aut fit seu cõ-
stituitur syndicus ad vendendum seu
alienandum,& tunc debent singulo-
rum nomina constituentium singu-
lariter describi.sic intelligatur l.fi.C.
de vendi.re ci. li.xj. & in authen.hoc
ius porrectum. C.de sa. san. ec. & in
corpore vnde sumitur. Quandoque
constituitur syndicus ad aliud nego
tiũ explicandũ,& tunc aut collegiũ
est magnũ,puta ciuitatis vel magnæ
terræ, & tunc non est necesse singu
lorũ nomina in instrumento descri-
bere,sed sufficit quòd notarius dicat
omnes de consilio vel maiorem par-
tem interfuisse & constituisse:ar. in
l.quod maior.ff.de mu.& sic stabitur
instrumento. ar.in l.j.& l. optimam.
in fi.C. de contrahen.& com.sti.& l.
cum res.& l.cum precibus.C.de ꝓb.
& l.sciendum.cũ ibi no. ff.de ver.ob.
aut collegium est paruum puta cano
nicorum vel monachorum, & tunc
scribenda sunt singulorum nomina.
ar.l.fi.C.de leg.li.x.quod no.tu nota-
3 rie.†Amplius queritur in quo loco [b]
b conuocandi sunt quando constituitur
syndicus?dic secundũ doct. quòd in
loco publico vbi ius redditur vel cõ
silia fieri consueuerunt.nõ aũt in do
mo alicuius priuati,nec invia,vel fur
no,vel sub vlmo,& simul collecti nõ
diuisum vel separatim,ac eodem tẽ-
pore non diuersis,& omnibus simul
præsentibus. vt habetur C.de decu.
& fil. eorum l.ij. li. x. & C.de leg. l.
antepe. li.xj. C.de prędi.curi.sine de-
cre.nõ alie.l.fin.& C.de vẽdi.re.ciui.
l.iij.& quod habetur in c.j. de syndi.

1 IN HIS SCRIPTIS
c †Licet [c] cõsultè faciat iudex, in scri
ptis pronũtiãdo, nõ est tamẽ de ne
cessitate vt in ꝓximo ti. dictũ est.

LEGITIMVM TVTOrem.&curatorem. Queruntiuuenes
& scolares quæ sit differentia inter tutorem &
curatorem:super quo sic potest responderi, quòd
tutor datur pupillo, vt insti.de tutel. in prin. & ff.
de tutel. l. j. cum si. Curator autem datur puberi.
vt insti.de cura.§. j.vbi aduertendum quòd cura-
tor constituitur à diuersis personis & diuersis de
causis. Quandoque enim constituitur curator
minor. xxv. annorum puberi. de quo loquitur
insti.de cura.in prin.Quandoque constituitur fu-
rioso & mentecapto & prodigo. de quo traditur
ff. & C. de curatore furio. per totum.& l.si is cui
bonis.ff.de verborum obligationibus. Quãdoque
constituitur liti, vel causæ tantum.vt insti.de cur.
§. item inuiti. & C. de in li.dan. tu.vel cu.l.j. per
totum. Quandoque datur curator bonis vacanti-
bus & indefensis, de quo habetur in l.j.& per totũ
ff.de cu.bo.dam. Quandoque datur curator ven-
tri .Interdum datur alijs ex causis. vt not. in rubr.
ff. de cura.bo.dam.&c.

RATIFICANTES EX NVNC. Ista verba cum ministerio apponuntur propter ea
quæ dicta sunt suprà.

NON OBSTANTIBVS. Per
hanc clausulam intelliguntur omnes reiectæ ex-
ceptiones, sicque super eis vlterius non daretur
auditus obstante excep. rei iu.ar. in l.si autem.§.
item quocunque modo. cum si. ibi no. per glo.ff.
de nego.gest.in & l.quod in diem.§.si rationem.
ff.de cõpẽsa.& idẽ no.in l.si. C.de cõpensa.& qđ
no.per Bar in extrauag.ad reprimendum.in glo.
super ver.non obstan.

a Nomina vtriũ in cõstitutione syndici nomina constituen. sunt ĩ instrumẽto scribẽda. Bal. in l.j.ff. de albo scribẽdo Bald.in addi. Spe. ti. de synd.ver in instrumẽtum. doc.in c.fi. de procu.& Old. consil. c.

b Quo loco. vide Spe. in ti. de sindi.§.j.ver.j.

c Licet. vide Bal. in l. fideicom.§.j.ff. de leg. iij. doc. in l.j. & ij.& ibi Barto. & Bal. C.de sen.ex peri.re.& in l.iij.e.titu. Bald. in lege prolatã. C.de sen & interlo. om. iudi. Bal.in l.iubemus. C. de te. Bar. & Pau.de cast. in l. hac consultissima. C. qui test.fa. pos.doc. in c.fi.de re iudi.lib.vj.

Forma appellationis ab interlocutoria.

CORAM VOBIS domino
vicario iudice,vt asseritur delegato
in causa & quæstione simul vertẽte
inter Io. de olearijs ex vna parte. &
An.&c.ex parte alia comparet & se
præsentat præfat[9] Io. caussã & occasione eiusdẽ
assertæ sentẽtiæ interlocutoriæ,per vos,vt dicitur
latæ in & super causa & quæstiõe corã vobis inter
ipsas partes pendẽte ac vertẽte, in qua quidẽ asser
ta sententia ꝓnuntiastis, vt dicitur,vos esse iudicẽ
competentem,prout latius in dicta asserta sentẽ-
tia contineri reperitur.ad quam habeatur relatio
dicens & proponens præfatus Io. ipsam assertam
interlocutoriã sententiam,et omnia singula in ea
contenta fuisse, & esse nulla, nulliusque valoris &
momenti. Et inquantum fuit vel appareat aliqua
quod non credit, dicit & proponit ipsam fuisse
& esse iniquam & iniustam maximè causis &
rationibus infra scriptis. Primo quia lata fuit
sine scriptis. Item quia lata fuit ipso Ioanne
absente & non citato.Item quia, lata fuit à iudice
incompetenti de cuius non apparet delegatio.
de qua etiam si appareret delegatio tamen nulla
fuit, cum ipse assertus delegatus non sit iudex
competens dictæ causæ & ipse qui delegatus di-
citur incapax,est talis iurisdictionis & delegatio-

nis.Item quia asserta delegatio fuit obtenta ex falsis & mendacibus ac dolosis suggestionibus partis aduersę Item quia ipsa asserta sentẽtia lata fuit die feriata &contra formã iuris & statutorum cõmunis ciuitatis Papiæ,& ex alijs rationibus & causis loco suo & tempore proponendis,& pro tanto ab ipsa tali interlocutoria sententia tanquam nulla,nulliusq; valoris,ac etiam tanquam iniqua & iniusta in his scriptis prouocat & appellat ad dominum potestatẽ Papiæ,& ad quemcunque iudicem cõpetentem,ad quem de iure præsens nullitas & appellatio deuoluatur,petens & iterum petens instanter instantissimeque apostolos & literas dimissorias sibi dari cum quibus se præsentare possit coram iudice competenti,protestans quòd per eũ non remanet nec remanebit quominus dictas literas & apostolos recipiat &c.

CORAM VOBIS. Aduertendũ circa hanc formam appellationis est,quæ differt ab alia quæ interponitur à sententia diffinitiua , vt infrà dicetur.

VT asseritur delegato.Debet enim constare de delegatione, aliàs non creditur alicui qui se dicit delegatum. vt traditur & not.per Inno.in c.cùm in iure peritus.extra de offici.de lega.& in c.quoniam contra falsam. extra de proba.&c.

SENTENTIAE interlocutoriæ. Quæ dicatur sententia interlocutoria,dictum est supra titulo secundo.

EPITOME

1 *Licet ab interlocutoria non possit appellari,an tamen possit dici nulla?*

1 FVISSE & esse nulla. †Hìc est notandum vnũ ad quod parũ aduertunt tam aduocati quã ꝓcuratores ꝙ licet regulariter de iure ciuili nõ possit ab interlocutoria appellari vt infrà dicetur,tamen regulariter põt huiusmodi interlocutoria nulla dici.nam lex prohibitoria appellationis non est trahenda seu extendenda ad causam nullitatis.vt l.si vero.§.de viro.ff.sol.ma.& in c.is qui in eccle.de sen.ex c.li.vj.nulla enĩ lege reperitur nullitas esse prohibita.ergo remanet concessa.ar.in l. nulla lege.C.de iu.do.& in l.cum prætor.ff.de iudi.& l.nec non.§.quod eis.ff.ex quib.cau. maio.cũ si.ibi no.Separata enim sunt nullitas & appellatio. vt l.si expressim.cũ sua materia.ff.de ap.nõ igitur de vno ad aliud erit recta illatio.vt l. Papinianus exuli.ff.de min.& l.fi.C.de sen.& interlo.om iud. licet Inn.videatur disputando aliter sentire.c.dilecto.extra de ap.cuius opi.non probatur ll.

EPITOME.

1 *In appellatione nullitatis debent exprimi causæ nullitatis.*
2 *Appellatio an possit iustificari ex alijs causis non expressis?*
3 *Pendente appellatione an iudex possit interlocutoriam reuocare.*
4 *An in scriptis vel sine scriptis possit ab interlocutoria appellari in casibus à iure expressis?*
5 *Qualis sit effectus appellationis ab interlocutoria.*
6 *Prosequens causam coram iudice à quo appellauit,an videatur renuntiasse appellationi?*

1 CAVSIS †&rationib9 infrascri
ptis.Notãter in hac appellatio
ne nullitatis exprimuntur causę
qa eis nõ expressis & specificatis, ap-
pellatio redderetur iutilis.vt habetur. a
in c.vt debit9.de ap.& in c.j.eo.tit.li.
vj. & no.per gl.in l.iij.in fin.cũ l.se-
quen.& ibi per Bart . ff.de appel.nec
sufficeret generaliter vel obscure il
las proponere sed expresse & specia
liter sunt nominandæ,vt in clem. ap
pellanti.de appel.& ibi docto.& tan
gitur per Bald.in l.minoribus. C.de
his quib.vt indi.& prędicta vera sunt
in appellatione interposita à graua-
mine iudiciali.in extraiudiciali verò
non est necessaria causæ expresio.
vt not.Inno.in c.consuluit . extrà de
appel.& dicam infra:in appellatione
autem quæ interponitur à sententia
diffinitiua non est necessarium cau-
sas exprimere.vt in d.l.iij.in fine . &
alijs iuribus prællega . Et quæ sit
ratio differentiæ potest dici quòd
ideo in appellatione ab interlocuto-
ria inferenda est causa, vt compesca
tur temeritas volentium causę prin-
cipalis impedire processum, vt d.ca.
vt debitus q̃ ratio cessat in appella-
2 tione à diffinitiua.† Sed an ex alijs
causis non expresis possit iustifica-
ri ipsa appellatio?dic quòd non.vt in
d.clemen.appellanti.& not.per Bar.
in l.intra vtile.in prin.& l.ait pretor.
§.permittitur.ff.de mino. Sed an in-
terposita & pendente ipsa appellatio
ne possit iudex ex suo officio suam
interlocutoriam reuocare?dic quòd
sic.vt in c.cum cessante.extrà de ap
pel.& ibi Philipp.& Cardi.Alexand.
& not.Innocen.in cap.quòd ad con-
4 sultationem.extrà de re iudica. †In-
a de quæritur a an in scriptis vel sine
scriptit possit ab interlocutoria ap-
pellari , in casibus à iure expresis?
dicunt docto.quòd de iure ciuili po-
test appellari quouis modo , quia eo
iure sententia interlocutoria po-
test ferri sine scriptis.vt no.per glos.
& Bartol.in dicta l.j. in fine.ff.de

a Inde quæritur. vide Pau.de ca. cons. xxv. Bar.et doc. in l.litigatoribus. & in l.eos.in §.si autem. C.de app. Ludo. Ro. in rubri.de ar. Ange.in disputatiõe hastẽsis miles .Ioan. An.in.c.fi. de appel.

appel.& in l.ij.ff. de appel. reci. sed de iure canonico solũ in scriptis est prouocãdum. vt in c. cordi. de appel. lib. vj. Pro qua opi. facit tex. in l. fi. C. de priuil. schola. li. xij. Sed in mon teferrato consuetudo est quòd ore ten⁹ sufficit appellare, quæ seruãda est quia cõformis iuri ciuili. vt in l. diuturna. & in l. de quib⁹. ff. de legi.

5 Rursũ quæritur, qualis sit effectus appellationis ab interlocutoria? dic quòd duplex. Primo quia si iudex sponte defert ipsi appellationi dando parti appostolos dimissorios, tunc videtur à se abdicare iurisdictionem, & per hoc ligatę sũt sibi man⁹ ne possit vltra procedere, vt d. l. intra vtile. & ibi no. per Bar. ff. de mino. & facit tex. in c. cum appellationib⁹. in fi. de ap. li. vj. & per Archi. in c. cum di lectus. §. præterea. extrà de ap. aut non defert appellationi, quia dat parti apostolos refutatorios, & tunc potest vltra in causa procedere. Attamen iudex appellationis si reperiret iustè appellatum, reuocabit omnia actitata medio tempore, vt in c. non solum, de ap. li. vj. d. c. in appellationibus. & nedum reuocabit acta sed etiam diffinitiuam sententiam si ad illam ferendam processisset, vt habetur in cle. j. de do. & contu. Sed in appellatione à diffinitiua nõ fit illa distinctio, sed disponitur simpliciter, quòd siue ei defferat siue non, vltra iudex non potest ꝓcedere. l. j. & no. per Barto. in l. eius qui. ff. de ap, quia functus est officio suo, vt in l. iustè. ff. de re iu. Secundus est effectus, quia si pronuntiatur bene appellatum ab interlocutoria, tota principalis causa deuoluitur ad superiorem, videlicet ad eum ad quem fuit pro grauamine appellatum. vt in c. vt debitus. in fi. extra de appe. in c. cordi. eodem li. vj. & no. per Cy. in l. per hanc. C. de temp. ap. & Barto. in d. l. eius qui. & huius potest esse ratio, quia iudicis principalis causæ detecta est iniquitas, & suspitio, cum semel fuerit malus iniustè aggrauando, ideoque præsumitur in futurum peior. vt l. cassius. ff. de sena. & in l. si cui. §. ijsdẽ. ff. de accu. & eodẽ modo deuoluitur, si iudex sponte deferat appellationi ab interlocutoria, vt dictũ est.

6 †Quid si appellans ab interlocutoria prosequitur causam coram ipso iudice à quo appellauit, an videatur appellationi renũtiare? distingue aut prosequitur simpliciter causã sui grauaminis, probando de suo grauamine, & tunc non videtur appellationi renuntiare. Aut prosequitur causam pricipalẽ, & tunc videtur appellationi renuntiare: Io. An. in c. si à iudice. de appellationibus. li. vj. facit c. relatum. extra de offi. delega. & in c. cũ venisset extra de testib. Sit ergo cautus appellans ne post appellationẽ coram iudice vlterius cõpareat &c.

PRIMO quia lata fuit ipso Io ãne absente. An autem sit causa sufficiens distingue, aut erat talis interlocutoria quæ non requirit causæ cognitionem, & tunc non est necessaria citatio. argu. l. in causæ. §. causa cognita. & quod ibi not. ff. de adop. aut est talis quæ requirit causæ cognitionem & tunc est necesseria citatio. l. de vnoquoq;. ff. de re iudicata. & in c. caueant. cum seq. iij. q. ix.

ITEM quod lata fuit sine sciptis. Ista causa de iure canonico est iusta, sed de iure ciuili vel cõsuetudinario fortasse non est insta. vt supradictũ est.

A IVDICE incompetente. Ista est causa iustissima. vt C. si à non compe. iudi. per totum. nec præsumitur iudex competens, nisi sit ordinarius partiũ vel de cõmissione seu delegatione cõstet per literas. vt probatur in c. cum in iure peritus, & ibi per Innocentium extra de officio iudicis delegati & in l. i. C. de mandatis principum.

CVM IPSE assertus. Ista causa est bona, quia nemo plus iuris in alium transfert &c. vt l. nemo plus. ff. de regu. iu. Quòd autem quis non possit delegare, potest contingere varijs modis. vel quia pars non est de iurisdictione sua. vt l. fin. ff. de iurisdi. omniũ iudicũ. & quod no. in l. si. quis ex aliena. ff. de iud. vel quia est priuata persona. l. priuatorum. C. de iurisdi. om. iud. vel quia excõmunicat⁹. vt not. per glo. & doctores in l. j. C. de iur. & fac. igno. vel alijs modis de quibus infra.

INCAPAX est. Sciendum est quòd iudex redditur incapax delegationis multipliciter. videlicet lege, natura, & moribus. lege quidem, vt infames. C. de digni. l. ij. libro. xij. & excommunicati. vt nota. per gl. in d. l. i. C. de iu. & fac igno. Natura verò, vt mutus, cæcus[a] furiosus, & impubes. moribus autẽ, vt fœminæ[b] & serui, & hæc omnia habentur in l. cum prætor. in fi. & l. cæc⁹. & ibi no. ff. de iudi.

EX FALSIS suggestionib⁹. Aduerte circa hoc, nam solet distingui aut delegatio vel commissio fuit obtenta dolo & malitia impetrantis, & nulla redditur delegatio ipso iure, & caret omni commodo literarum, aut est obtenta per imperitiam, vel ignorantiam, & tunc valet, delegatio, veruntamen iudex non secundum formam literarum, sed secundum veritatem debet de causa cognoscere vt hæc probantur in c. super literis. extra de rescriptis. & plenè not. in l. præscriptione. C. si contra iius vel vtilitatem publicam.

DIE feriata. Et hæc similiter est sufficiens causa nedum appellandi sed nullam dicendi. quia tpe feriarum debet quiescere iudicis officium, siue sint feriæ messium, vel vindemiarum, repentinæ, vel ob honorem Dei introductæ. vt habetur in

a Cæcus. an cæcus possit esse iudex, vide per Abbat. consilio lxvij.

b An Mulier possit iudicis officio fungi vide late p Dec. in l. ij. ff. de reg. iur.

in l.dies festos.& in l.omnes.C. de fer.& l.j.ff.eo. nisi esset talis causa in qua posit procedi sine figura iudicij.vt in cle.sæpè.extrà de ver.figni.& per Bar.in extrauagan ad reprimendum.

EPITOME.

1 *Sententia vbi deficit in forma, redditur nulla.*
2 *Sententia lata contra legis prohibitionem an valeat?*
3 *Si sit prohibitum quòd non appelletur ab aliquo grauamine ante sentētiam diffinitiuam, si inferatur grauamen per sententiam, an possit appellari.*

ET CONTRA formam iuris & stat. 1 †Hæc est etiam optima causa, quia vbi sentētia deficit in forma, redditur nulla.vt l.prolatam.C.de sen.& inter.om.iu.& l.j.& ij.C.de sen. ex peri.reci.quia forma dat esse rei:vt l.iul.§.sed 2 & si quis.ff.ad exhi. † Hîc autem insurgit dubiū quod plurimū occurit de facto.Ecce quòd statuto cauetur quòd ab interlocutoria vel alio incidenti grauamine non possit appellari & querelari. nec de nullitate agi ante sentētiam diffinitiuam. alio etiam statuto cauetur quòd lata duplici sententia diffinitiua super eadem causa, vlterius non liceat partibus appellare, nec nullam dicere, nec aliam querelam proponere. Contigit quòd de facto ab interlocutoria pars appellauit, vel post latam sententiam binam diffinitiuam altera pars appellauit, iudex autem appellationis visis exceptionibus propositis pronuntiauit appellationi esse deferendum. Quæritur an hæc sententia valeat.videtur quòd sic.quia iudex cùm iniquè decernit in partis præiudicium, ius facere dicitur, & sententia tenet.vt l.fi.ff.de iusti.& iur.& habetur & no.per gl.& tex.in l.j.§.in hoc interdicto.ff.de lib.exh.& l.j.in prin.ff.ad turp.& l.si seru⁹ pluriū. §.j.versic.si tamen.ff.de lega.j.Tu autem contrà dic.quia peccatum esset facere cōtra prohibitionē legis, ergo actus nullus.vt l.non dubiū.C.de legi. & l.cū lex ff.de fideius.& l.oratio ff.de spon.cum si.& quia cōmissio & rescriptū super tali appellatione prolatum obtētū & impetratum, nullius est momenti, sicque reperitur sententia non à suo iudice lata.argu.ei⁹ quod dicitur, cuius ꝓhibetur petitio, eius nō tenet facta cōcesio.vt l. fi.C.si nup. ex rescrip.pe. deinde quia reperitur lata contra priorē sentētiā, quę virtute statuti in rem trāsiuit iudicatā.ergo nulla.vt l.j.C.qn prouo.nō est ne.& l.post sentētiā.C.de sentē.& interlo.om.iudi.& l.j. C.sen.rescin.nō pos.& quia ampli⁹ adeò nulla redditur, quia si etiam de ambarum partium consensu fuerit lata, non teneret.vt est tex.in cle.si appellationis.extrà de appel.& ibi per glos.& no.etiā per gl.in l.fi. diuersa.C.de transf.Nec ob.contrarium superius allegatum quod procedit ante latam sententiam, quæ nondum transiuit in rem iu3 dicatā.quod no.†Sed quid si statuto cauetur quòd ante diffinitiuam sententiam non possit appellari ab aliquo grauamine, & post latā sententiam iudex grauet partem in aliquo, an poterit appellare?dic quòd sic, nam prohibitum vno tempore, videtur cōcesū alio tēpore.vt l.ita qs.ff.de vulg.& pup.& in l.hoc iudicio.§.si cōueniat. ff.cōmuni diui.facit l.cū lex.ff.de legi.nam & hoc fieri cōtingit in grauamine illato circa executionē sentētiæ & expensarum taxationē, vbi permissa est appellatio de iure ciuili, quæ prohibita est ante sententiā. vt plenè no.per Cy.in l.ab executione.C.quorū ap.non rec.& per Bar. in l.ab executione.ff.de ap.per Inn. in c.super eo.extrà quod met.causa.

EPITOME.

1 *Cautela quando appellatur ab interlocutoria quòd non solum appellatur quia est à iniqua sententia, sed etiam quia nulla.*
2 *Qualiter intelligatur illud quod de iur.cano. à quocunque grauamine potest appellari, secus de iure ciuili.*
3 *Cur non appelletur de iure ciuili ab interlocutoria?*
4 *A grauamine quamuis non appelletur de iure ciuili, iudicis tamen officium imploratur.*
5 *Sententia lata in possessorio, an sit diffinitiua vel interlocutoria?*
6 *An possit appellari à sententia lata in possessorio habente causam annexam proprietatis?*

IN his scriptis prouocat & appel1 lat.†An autem sit necessaria scri2 ptura ᵃ dixi suprà. Sed aduerte quia hîc appellatur, nedum quia sentētia sit iniqua, sed quia nulla.& in hoc est bona cautela, quia si fieret prouocatio simpliciter, vt est in communi stylo apud ignorātes, tūc si appellatio esset reprobata per aliquod statutum, expiraret nullitas quæ veniret ad eam incidenter.vt no.per gl.C.quando prouo.non est ne.l.j. quia sublato principali, tollitur accessorium.vt l.cùm principalis.ff.de re.iur.de quo dicam infrà in ti.de app.quę interponitur à diffinitiua. †Scie2 dum est autē pro pleniori doctrina quòd de iure cano.potest à quocunque grauamine ante sentētiā diffinitiuā illato, vel post diffinitiuā appellari.vt in c.cordi.& d.c.vt debitus.de ap.cū si.sed de iure ciuili regula est in contrarium, scilicet non posse appellari.vt in l.ij.ff.de app.reci.& l. ante sentētiæ tempus.C.quo appell. nō reci.& in l.apertissimi.C.de iudi. quæ regula procedit in actibus iudicialibus.In extraiudicialibus verò procedit eodē modo regula iuris canoni.vt liceat appellare. vt habetur, & no.in c.cū sit romana.§.si verò.& c.bonæ.extrà de ap.& in c.j.eod.tit.

ᵃ *Scriptura. vide Bal.in addi.Spe.titu. de ap. ver.dubiū fuit.el.iij. & Ange. in l.errore C.de test.*

li.vj.Sed de iure ciuili est dubiũ & vi
detur ꝙ posſit appellari. per l.ſi ad-
ſcribatur & l.ciues & incolæ :C. de
app.In contrarium dicitur per l.à ſen
tentia.§.idem reſcripſerunt.ff.de ap.
Sed pro concordia ſic diſtingue ſe-
cundum Bart.vt per eum no.in l.ſi.
de ap. reci.vel non.& in l.j.§.ſolent.
ff.quando ap.ſit.Quidam ſunt actus
extraiudiciales, qui fiũt per modum
cuiuſdam iuriſdictionis.vt electio-
nes ad officia.& in iſtis poteſt appel-
lari vt in d.§.ſolent. & d.l.ſi adſcri-
a batur.cum ſi.quidam ſunt actus[a] ex-
traiudiciales qui fiunt per modum
cuiuſdam iuriſdictionis à pluribus &
vniuerſis per modum etiam iuriſdi-
ctiõis.& idem dic quod ſuprà.vt d.l.
ciues.& l.ſi ad ſcribatum.& extra de
his quæ fiunt à ma.par.ca.c.j.& ibi
no.Quidam ſunt actus qui fiunt non
per modum iuriſdictionis,licet aliter
& ſpectant ad plures vel ſingulos
non vt vniuerſos,&, tunc aut actus
illi finem imponunt liti vel contro-
uerſiæ,vt tranſactio,iuſiurandum &
ſi.& tunc non poteſt appellari pro-
pter conſenſum partium in hac re
conſentientium.Sed alij qui ex his
actibus læderentur bene poſſent ap-
pellare.vt l.à ſententia.§.idem re-
ſcripſerunt.debet tamen in tali ap-
pellatione inſeri cauſa legitima &
probabilis,vt ibi probatur.&per hoc
dicit idem Bar.vnum ſingulare con-
tra communem omnium practicam
& opi.videlicet quòd cùm ſententia
arbitratoris aſſumpti ſit quędam trã
ſactio,& litem finiat,quòd ex ea gra
uatus & contra quem lata eſt ſenten
tia poterit ex iuſta cauſa ab ea appel-
lare. in qua appellatione obſeruari
debent tempora alterius appellatio-
nis:vt in cle.ſi appellanti.de app.licet
poſſet etiam petere reductionem ad
arbitrium boni viri,in qua reductio
ne non tenebitur obſeruare tem-
pora appellationis,ſed illa de quibus
no.per eum in l. ſi ſocietatem.in §.
arbitrorum.ff.pro ſo.Quidam ſunt
actus qui non imponunt finem liti:
& in his ſubdiſtinguitur.nam quan-
doque actus grauaminis eſt perfe-
ctus,quandoque ſolùm cœptus,quã-
doque nec cœptus nec perfectus ſed
cõminatus. Primo caſu non reperi-
tur iure ciui.cautum appellari poſſe
ſed alijs remedijs ſuccurritur graua-
to.puta interdicto vnde vi,vel quod
vi aut clàm,vel alia actione. Secun

a An ab actibus extraiudicialibus poßit appellari, doc.in c.fi. de ap. & Philip. in c.bonæ.eo. ti.

b Restat. vide Bart. in l .ª ait praetor. ff. de mino. Bal. in.l. minoribus. C. ad sil. cano. in c. quod ad cõsultationẽ. de app.

do caſu idem. vt l.j.in princip. ff.de oper.noui
nun. Tertio caſu dic ſcundum eum poſſe appella-
ri in omnibus caſibus in quibus iudicis officium
poſſet ſuper hoc implorari:quæ appellatio eſt ma
gis quædam inuocatio & ſubmiſsio protectioni iu
dicis,quàm propria appellatio.vt in d.c.bonę.& l.
de pupillo.§.ſi quis ipſi prętori.ff.de ope.no.nun.
exempla patẽt,ſi timeam ne offendar in perſona:
vt in l.denunciamus.C.de his qui ad ec.confu.vel
in rebus proprijs.vt l.iij.C.de his qui bo.ce.poſ.&
idem in ſi.dic vt ibi.An autem in caſibus in quibus
licitè appellatur ab extraiudiciali grauamine ſit
cauſa in appellatione inſerenda? videtur quòd ſic,
exemplo eius quæ interponitur à grauamine iudi-
ciali.Inn.dicit.quòd non.in c.conſuluit.extrà de
app.de qua appellatione extraiudiciali no.per gl.
3 & habetur in c.conſultationi.de app li.vj. †Re-
b ſtat[b] quærere quæ ſit ratio regulæ iuris ciuilis,
videlicet quòd non poſsit ab interlocutoria appel
lari?reſpondetur,vt ſupradictum eſt,vt compeſca-
tur temeritas litigantium ſatagentium impedire
proceſſum. Et ſupereſt alia ratio quia grauamen
tale eſt reparabile per ſententiam diffini.vt no.
per gl.in c.ſi.de app.li.vj.& eſt tex.in c.cum app.e.
ti.vnde ſuperfluum eſt talibꝰ deferre appellationi-
bus.& ex hoc infertur ſecundum doc.& Bar.vt
plenius per eum no.in d.l.ij.ff.de ap.re.quia ſi gra
uamen illatum non eſt reparabile per diffinitiuã
ſentẽtiam tunc poterit appellari.quod dictum ſe-
quitur Cy.in d.l.ante ſentẽtiæ tẽpus.Ex quo colli-
gunt quidã ꝙ ratio quare de iure ciui.à ſententia
lata ſuper poſſeſſorio nõ appellatur, eſt,quia tale
grauamen eſt reparabile per ſententiam ferẽdam
ſuper proprietate.vt plenè traditur in l.j.C.ſi de
mo.poſ.ideoque ſi in iudicio proprietatis non eſſet
ſuccurſum ipſi condẽnato,poſſet appellari. exem-
plum in l.q executionem.§.ſi pars.ff.de cond.ind.
& no.in d.l.j.C.ſi de mo.poſ.locum habet in quo-
cunque poſſeſſorio ſiue retinendæ, ſiue recupa-
rãdę,ſiue adipiſcẽdæ poſſeſsionis,vt plenè no. per
Cy.& Barto.in d.l.ij.de iure tamen cano.poteſtà
quocũque poſſeſſorio appellari,vt no.in c.cùm ad
ſedem.extrà de re.ſpo.& per gl.in c.j.extrà de cau
ſa poſſ.& proprie.& in c.ſi.extrà de iudi.Aduertẽ-
dum tamen quòd Barto.in d.l.ij.fuit in ſingulari
opi.dicens,quòd facta executione ſententiæ latæ
in poſſeſſorio admittitur appellatio,licet nõ ante
executionem admittatur.quod probatur per tex.
in d.l.j.cùm dicit,nihilominus ſententia ſortiatur
effectum. &c.quæ verba non excludunt appella-
tionem,ſed ſimpliciter diſponunt executionem nõ
impediri.Sed ſalua eius pace hæc opi.non eſt vera
per tex.d.l.j.ibi dũ dicit,vt integra omnis proprie-
tatis cauſa ſeruetur.&c. quę verba apertè demon-
ſtrant ſolùm reſeruatum eſſe ius agendi ſuper pro-
prietate, non autem dicit de poſſeſsione.aliâs, au-
tem dixiſſet vt integra omnis cauſa poſſeſsionis
ſeruetur.& hoc ſimiliter confirmat tex. eiuſdem
l.ibi,ſortiatur effectũ&c.nam effectꝰ ſententię eſt
qñ ſentẽtia tranſit in rem iud.arg.l.ordo.in ſi.& l.

executione.in fi. C. de exe.rei iu. & hanc opinio. tenēt omnes:quam etiam cōfirmat Archi.ij.q.vj. c.si de possessione. vbi dicit per plures rationes quòd de iure canoni.non licet appellare à possessorio,licet communis sit opinio quòd aliud sit de iure canoni.& aliud de iure ciuili seruabitur ergo ius canonicum in foro suo,& ius ciuile in foro Cæsaris. iuxta no. in c.j. extra de noui operis nuntia.
4 †Sed si de iure ciuili aliquo casu non possit de
a grauamine appellari, an poterit iudicis [a] officium implorari? videtur quòd sic,per l.arbitro.secundū primam lecturam.& per ea quæ ibi nota. per Bar. ff.qui satisdare cogantur.& facit in arg.l.si quis ad
5 uersarius.C.de precib.impe.offe. †Deinde quæritur an sententia lata in possessorio,sit diffinitiua vel interlocutoria? dic quòd est diffinitiua. vt determinat glo. in d.l.j.C.si de mom. pos.vbi tamen in casibus à iure permissis ab ea appellatur, sapit in hoc naturam interlocutoriæ, quia necesse est in appellatione causam exprimere.vt not.per Ioā. Andr. in c. pastoralis.extra de offic.dele.& no.per
6 doct.in d.l.j,de ap.reci.vel nō. †Amplius quæritur si possessoriū habet annexam causam proprietatis,vel simul vtrunque tam possessorium quàm petitorium fuit intentatum & iudex super possessorio tantùm pronuntiauit reseruato omni iure proprietatis vtrique parti in alio iudicio, an poterit à tali sententia appellari de iure communi? videtur quòd sic, quia per eam læditur ius proprietatis:de quo simul cum possessorio debuit pronuntiari. vt in c. cùm dilectus. extrà de causa pos.& proprie. Tu autem dic quòd non secundum Cyn. & alios.quia ex tali sententia ius integrum & illæsum remanet proprietatis. vt per eos not. in l.j. C.si de mo. pos.& l. incerti.ver. iuxta hæc quæro. C.de interdi.& l.si quis in tantam. cir. si. & l. momentaneæ .C.vnde vi. quòd etiam confirmat Inno.dicens quòd licitum est iudici, maximè si non liquet plenè sibi de petitorio, separare vnum ab alio super quo velit pronuntiare . vt per eum not. in d.c.cùm dilectus. & Cy.idem in d.l.incerti.pro quo facit textus in c. significauerunt.extra de test. Alia sequentia declara vt dicetur infrà in tit.de ap. quæ interponitur à sententia diffini.

Forma sententiæ diffinitiuæ.

NOs Bernardinus legum doctor cōmissarius & delegatus causæ & quęstionis iamdiu vertentis inter Io. ex parte vna,& An. ex parte alia: cuius quidem commissionis & delegationis tenor sequitur in hac forma &c. viso etiam libello coram nobis producto in quæstione antedicta, cuius libelli tenor sequitur,vt infrà, visaque li. conte. secuta, nec non & visis ac diligenter inspectis testibus, & attestationibus,iuribus & instrumētis,cæterisque actitatis, productis, gestis & factis in ipsa causa per partes antedictas, auditisque prætereà ipsarum partium allegationibus sæpè & sæpius & super his omnibus habita diligenti , & matura deliberatione, Christi nomine inuocato,& beatissimæ Catharinæ patronæ nostræ,in his scriptis,sedentes pro tribunali,loco &c. quem pro nostro eligimus tribunali ad hanc sententiam proferendam,dicimus pnūtiamus & declaramus in omnibus & per omnia put infrà, Primò quidem pronuntiamus & declaramus suprascriptam petiam terræ, de qua in prædicto libello fit mentio spectasse & pertinuisse ac spectare, & pertinere pleno iure præfato.An.& cōdemnamus dictum Ioan.& Symo. eius nomine versus ipsum Andream ad dimittendum ac relaxandum & restituen- a dum dicto An . suprascriptam petiam terræ. Item condemnamus dictum Ioannem & Symo. ad dandum & soluendum dicto Andreæ pro fructibus & occasione fructuū per ipsum Ioan. perceptorum ex dicta petia terræ lo.s infra xv . dies proximè futuros . Item absoluimus vtranque partē ab expensis præsentis litis propter causam litigandi.

a *Iudicis officium. vide Pau.de Ca. consi.xxiij. Lu.Ro. cō. si.xcix.*

EPITOME.

1 *Quotuplex sit sententia?*
2 *Quid sit sententia diffinitiua?*
3 *Quo ordine peruenitur ad sententiam diffinitiuam?*
4 *Quis possit facere sentētiam diffinitiuā?*
5 *Qui sit effectus sententiæ diffinitiuæ?*
6 *Qualiter sentētia diffinitiua impugnetur?*
7 *Qualiter impugnetur sententia per viam nullitatis?*
8 *Sententia confirmatoria primæ excedens deducta in prima, an teneat ex forma statuti ne à secunda sententia appelletur ante executionem mandati?*
9 *Statuto à lege tempore iudicandi , an si iudex post lapsum tēporis ferat sentētiam talis sententia valeat?*
10 *Falsa causa adiecta in vltima voluntat an vitiet dispositionem?*
11 *Falsa causa adiecta cōtractui án vitiets contractum?*
12 *Falsa causa in lege adiecta an impediat legis effectum?*
13 *Falsa causa opposita rescripto,an illud vitiet?*
14 *Falsa causa adiecta priuilegio,an illud vitiet?*
15 *Sententia nulla , an possit per consensum confirmari?*
16 *Sentētia lata ab arbitratore quæ est nulla, an possit à partibus approbari?*

a De nullitate sententiæ, Bar. in l. fi. de iusti. & iu. & Spec. in ti. de senten. in §. iuxta. & ibi Io. An. in ad di. Spe. in titu. de appe. in §. ij. ver. xviij.

b Lapsum instantiæ. Bal. ĩ marga. in verbo instantia, u ver. ij. p Abb. consil. lxvj. vide ĩ aposti. in l. properãdũ.

c Recusationem. vide latè p Lud. Ro. consil. cccxvij. vbi latè.

d Consiliũ. sed quid si nõ fuit petitum tamen est statutũ quod sententiæ debent ferri cum consilio sapientis. vide Ange. cõsil. cxl. & an à tali sẽtentia lata cũ consi. possit appellari, vide Roma. consil. ccxxviij.

NOS BENARDINVS legum doctor. Quã frequens sit sententiarum tractatus satis notum est omnibus, ideoque de pluribus videamus, & precipuè memorię cõmẽdate qđ quilibet iudex in pronuntiando semper veritati adhereat, ac pariter ęquitati: vt l. quòd si ephesi. ff. de eo quod certo loco. & l. placuit. C. de iudi. & l. j. cum ibi no. C. de leg. circũscriptis apicibus & iuris subtilitatibus: quæ licet in allegãdo sint tolerandæ, in iudicando tamen sunt reijciẽdæ, vt inquit legislator, & glo. in l. si fideiussor. §. quædam. ff. mã. & l. sicuti. §. si debitor. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol.
1 †Quæritur itaque primò quotuplex sit sententia? respondeo quòd est duplex, videlicet interlocutoria, de qua in titulo præcedenti dictum est: & alia diffinitiua de qua hîc sermo est.
2 † Secundò quęritur quid sit sententia diffinitiua? responde quod est quidam actus iudicialis per quem finis causæ principali imponitur. vt l. j. ff. de re iu.
3 †Tertiò quæritur quo ordine peruenitur ad hanc sententiam diffinitiuam? respondetur quòd libello præcedente & lite contest. & alijs seruatis de quibus authenti. offeratur. C. de lite contesta. & in l. edita. C. de eden. & in c. j. extra de li. ob. & in l. prolatam. C. de sen. & c. quoniam contra falsã. extrà de prob. debet etiam interuenire citatio peremptoria ad audiendam sententiã. vt in l. ad peremptorium. ff. de iudi. & l. j. §. item cùm ex edicto. ff. quæ sen. sine appel. rescin.
4 †Quartò quæritur quis possit ferre sententiam diffinitiuam? respondeo quilibet habẽs iurisdictionem ordinariam vel delegatam. vt ff. de re iudica. l. inter pares. l. duo iudices. & l. si pręses. & quasi per totum. C. de senten. ex peri. re. & extrà de offic. deleg. per totum. & C. de peda. iud. per totum. imò quilibet arbiter qui solam habet notionem non habet iurisdictionem. vt not. in l. notionem. in princip. ff. de verbo. signifi. & l. priuatorum. C. de iurisdict. omnium iudic. potest diffinitiuam sententiam proferre. vt l. j. C. de arbit. & l. j. & ij. ff. de arbitr. arbitrator autem non fert sententen tiã diffinitiuã, sed transigere dicitur. vt in auth. vt diffe. in §. sed interim. & not. per Innoc. in cap. quintauallis. extrà de iureiur. & no. per Bart. in
5 l. si societatẽ. §. arbitratorum. ff. pro socio. †Quintò quæritur quis sit effectus & qualis, sententiæ diffiniuę: die qđ est multiplex in iure. & inter alios effectus ille est videlicet quòd solutum authoritate rei iudicatę non repetitur tanquam indebitum: quia facit sententia de indebito debitum, vt habetur in l. j. cum ibi not. C. de condi. indebi. & l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mandati, & not. per glo. in l. debitor. §. si. ff. ad treb. & per Cy. & alios in l.
6 cùm quis. C. de iu. & facti igno. † Sextò quæritur qualiter diffinitiua sententia impugnetur? & dic quòd in duobus modis principaliter. primò ratione nullitatis: secundò ratione iniquitatis. & hoc tripliciter, vno modo per viam appellationis: de qua loquitur C. & ff. de app. per totum. alio modo per viam in integ. rest. de qua traditur. C. si aduer. rem iudi. per totum. cum si. ibi not. alio modo per viam supplicationis. de qua habetur in l. si quis aduersus. & in auth. quæ supplicatio. cum si. ibi not.
7 C. de preci. impe. offe. † Impugnatur autem per
a viam nullitatis [a] multiformiter. Primò ex defectu personę iudicantis, pronũtiantis quòd fuit iudex incompetens, quod potest contingere multis modis, vt C. si à non compe. iud. per totum. & l. j. C. de ar. & l. fi. de iuris. om. iu. & l. ij. in prin. & l. cùm prætor. ff. de iu. quo casu licet non possit hæc sentẽtia à partibus confirmari tanquam sentẽtia, vt l. si expressim ff. de app. si tamen confirmetur valebit vt pactum, vt traditur in l. ij. C. com. vtr. iud. redditur ergo hoc casu sententia nulla. Est etiam & alius
b casus videlicet si lata sit post lapsum [b] instantiæ. vt not. per gl. super ver. triẽnio. in l. properãdũ. in prin. C. de iu. & in l. j. in fi. C. de arb. & not. per Bal. in l. scire oportet. §. se. ff. de exc. tu. & habetur in c. de causis. extrà de offi. dele. & l. ij. §. si iudex. ff. de iud. & dixi in versi. hîc quæro. infrà eo. Item est
c nulla si lata sit post recusationẽ[c] iudicis suspecti, vt habetur in c. suspitionis. extrà de offi. deleg. & l. apertissimè. C. de iud. Item est nulla si lata fuerit ab eo qui habet potestatẽ ligatã, puta quia pe-
d titum fuerit consilium [d] sapientis iuxta formam statutorum terrę quo spreto tulit sententiam. vel fuerit per alium pręuentus in cognitione causæ: vt not. per Archi. & Ioã. And. in c. cum plures. de offi. dele. lib. vj. Item est nulla ex defectu potestatis personæ litigantis, vt quia est falsus procurator. vt l. licet. C. de procur. & extrà eodem titul. c. in nostra præsentia. & in l. licet. C. de iudic. vel est falsus tutor vel curator vel prælatus, vt in l. non dubium. C. de tuto. & cur. qui satisd. non de. & l. si tutor. & ibi per Cy. C. in qui. cau. in inte. resti. nõ est necess. & optimè facit tex. cũ gl. in l. ij. & ibi per Cy. C. de eo qui pro tuto. ne. ge. Item est nulla si lata sit super alio quã quod petitum est vt l. vt fundus. ff. cõmu. di. & l. si. in fi. C. de fideicõ. libe. facit l. quid tamen. in fi. & l. nõ distinguemus.
8 §. nunc de offi. cũ se. & §. fi. ff. de ar. † Sed circa hoc occurrit tale dubium. Ecce statuto cauetur ꝙ lata sententia in causa appellationis confirmatoria primæ, non possit pars quæ succubuerit vlterius

rius appellare, nec nullã dicere, sed ipsa sententia executioni mittatur &c. contingit quòd in principali causa reus succubuit, & condemnatus est in centum, deinde in causa appellationis iudex vltra centum, reum condemnauit in boue: quæritur an hæc sententia sit mittenda executioni in boue sicut in centum, omni appellatione & exceptione reiectis? videtur quòd statutum simpliciter loquitur & generaliter. ergo &c. vt l. j. §. generaliter. ff. de le. præstã. & l. de pretio. ff. de pub. cum si. ibi no. Sed tu dic contrà quia talis sententia quantum ad bouem est nulla ex defectu iurisdictionis, cùm iudex appellationis non habeat potestatem nec iurisdictionem nisi super deductis in principali causa. vt in authen. vt cùm de appella. cogno. post princip. & hoc sequitur Cyn. in l. per hanc. C. de tem. ap. in j. q. & Iaco. Bu. in l. ampliorem. in fi. C. de ap. sicque non transit in rem iudi. neque intelligitur per statutum nullitatis hîc esse remota. vt no. Ioan. An. in c. j. extrà de se. pos. & fru. & Bar. in l. j. ff. quod vi aut clam. Amplius quia per statutum remouetur nullitas & appellatio quatenus ex sententia secunda confirmatur quod iudicatum est in prima. arg. l. eos. C. de appella. cum simi. sed in hac quæstione nihil super boue fuit pronuntiatum in prima, ergo relinquitur quo ad hoc, secundam sententiam non esse confirmatoriam primæ, & per consequens in ea parte non habere locum d. statutum. Non obstat d. l. de pretio. cum si. quia procedit quando absurditas nulla contingeret, aliâs non. nec enim tolerandum est quicquam absurdum. l. fin. ff. ad exhi. l. filius. ver. absurdum. ff. de leg. j. Item est nulla ex defectu formæ processus, vel substantialium eius, vt quia libellus non fuit oblatus, nec lis contes. vel iuratũ de calum. & sim. vt l. prolatã. C. de sen. & interlo. om. iud. & l. j. C. de execut. rei iud. extra de prob. in c. qm̃ contra falsam. licet in aliquibus casibus hæc non habeant vitiare, quod est quando potest in causa ꝓcedi sine figura iudicij. vt in cle. sæpè. de ver. sig. Item est nulla, si iudex tulit sententiam in facto suo proprio,[a] vel vxoris, aut filiorum. vt l. qui iurisdictioni. ff. de iuris. om. iud. & l. j. C. ne quis in sua causa. Item est nulla, si lata sit die feriata inuitis litigatoribus. vt sunt feriæ messium, vel vindemiarum, vt l. j. & l. si feriatis. ff. de fer. Item si sunt feriæ in Dei, vel sanctorum reuerentiam introductæ vel principis ordinatione. vt l. j. & l. oẽs. & l. dies festos. C. de fer. Item est nulla, si pars non fuit legitimè & peremptoriè monita, & citata ad sententiam audiendam.[b] vt l. j. §. item cũ ex edicto. ff. quæ sen. sine ap. rescin. & l. ad peremptoriũ. cũ l. seq. ff. de iud. & l. ea quæ. C. quomodo & quando iud. nisi fortè, quod est multum singulare, pars ipsa fuit citata in litis exordio ad vniuersum processum, vel ad respondendum libello, & contumax fuerit in cõparendo, & iudex comminatus fuerit in ipso citatorio, vt fit cõmuniter, se processurum non obstante partis absentia. nam hoc casu erit necesse quòd vlterius specialiter citetur ad sententiam audiendam. vt dicit Inno. in c. finem litibus. extrà de dolo & contu. & Bart. in l. statuliberis. §. stichus omnia. ff. de sta. li. & in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. Item est nulla ratione loci in quo lata est sententia, & quia non fuit lata consueto iure, si erat ordinarius, vel quia lata est in loco honesto, vel ad quem pars citata non potest securè accedere. vt l. si cùm dies in §. si arbiter. ff. de arb. & in clemen. pastora. extra de re iudi. Item est nulla ratione personæ citatæ. verb. gratia si iudex scienter tulit sententiã cõtra absentem infirmitate grauatum. vt l. quæsitum. ff. de re iudi. vel contra iam defunctum. vt l. pe. ff. quæ sen. sine apel. rescin. vel contra pupillum, vel contra minorem indefensum, vt l. j. & ij. C. qui legitimas personas in iudicio standi habeant. & l. cùm & vos minores. C. si aduersus rem iudicatam in integrum restitutio petatur. & l. acta. in fin. & l. contra pupillum. ff. de re iudica. & per Barto. secus autem esset si foret lata in eorum fauorem, quia valeret. vt l. non eo minus. C. de procurato. ad quod facit l. si curatorem habens. C. de in integr. resti. mi. & l. clarum. C. de auctorita. præstanda. & sic patet quòd minor vigintiquinque annis non habet personam legitimam sine tutoris auctoritate in actis iudicialib[us]. vt d. l. ij. C. qui legitimas personas in iudicio standi habeant & instit. de curatoribus §. item inuiti. nisi in causa momentaneæ possessionis. vt l. fi. C. qui legitimas personas in iudicio standi habeant. & l. j. C. si per vim, vel alio modo. cum similibus ibi notatis. In contractibus autem & vltimis volũtatibus post quatuordecim annos habet personam legitimam minor, licet si lædatur in contractu possit petere se restitui, vt patet in titulo Codicis, & digestorum. de minoribus vigintiquinque annis. & C. si aduersus venditionem. & in pluribus alijs titulis. Sed diceret aliquis quæ sit ratio diuersitatis inter contractus, & iudicia, cùm vtrobique vertantur pericula. super hoc cogita. Item est nulla de iure ciuili. quando procurator fuit in causa, & contra dominum fuit lata sententia: vt l. j. C. de senten. & interlocu. omnium iud.

a Propriè. dic quòd valet laudum à famulo, cũ in ipsum est factum compromissum de lite inter ipsum & vxorem, vt voluit Ro. cons. lxviij. itẽ vniuersitas potest de causa ꝓpria cognoscere, vt voluit Oldra. consi. cxxxvj.

b Audiẽdã. sed quid si fuit citatus ad audiendam voluntatem iudicis, dic quod non valet secundum Ludo. Ro. sin. suis folio. xiij.

Sed de iure canonico est aliqua. vt not. in cap. suscitata. in j. gloss. extrà de in integr. restitutio. & plenius per gloss. & Ioan. Andr. in ca. querelam. extrà de electione. Item est nulla si de maiori summa, quàm esset eius potestas iudicauit. vt l. si idem cum eo. §. fina. ff. de iurisdictio. om. iudi. & in l. de qua re. ff. de iudi. & l. j. C. si à non compet. iudi. fallit in casu l. fina. in fin. C. de appellation.

Item est nulla si lata sit post terminum delegationibus præfixum. quod est not. quia quotidie in rescriptis additur aliquod tempus ad cognoscendum, & pronuntiandum de causa. vt hæc habetur in l. cùm nõ eo die. C. quando prouo. nõ est necess. & in l. ij. §. si iudex. ff. de iudi. & in cap. de causis. extrà de officio delegati. & quod not. in l. j. C. de arb. quod quidem tempus non currit iudici, nisi post repræsentationem rescripti, vt in cap. super eadem. §. fina. extrà de appellatio. & not.
Quæritur qua ratione sit reperta appellatio? dic quòd duplici de causa. Prima, vt defectus probationis interueniens in principali lite possit suppleri, & restaurari in appellatione, secunda est, ne iudicantis iniquitas, vel imperitia remaneat in partis p̄ræiudicium occultata: vt hæc habentur in l. j. in princip. ff. de appellatio. & in l. ab eo. C. eod. & l. per hanc. C. de tempo. appel. Si tamen à sententia quantumcunq; iniqua non appelletur fit ius ex ea, & de iniusto fit iustum: vt l. fin. ff. de iusti. & iur. & l. j. §. in hoc interdicto. ff. de lib. exhi. cū si. superius allega. in proximo præcedenti titu. & est præcisè mittenda executioni: vt dicit Inno. in c. quoniam contra falsam. extrà de proba. in gloss. fin.

2 † Quæritur quot modis confirmetur sententia? Respondeo multis modis. Primò per expressam partis approbationē. vt l. si expressim. ff. de appel. & l. ab eo. in fi. C. quomodo & quan. iudex. Item si non appellatur à sententia, vel appelletur post terminum x. dierum à iure limitatum. vt d. l. ab eo & in d. l. eos. §. j. & l. j. §. biduū. ff. quādo appel. fit. & in auth. hodie. C. de appel. cū si. Item si cōdēnatus petat terminū ad soluendum. vt l. ad solutionem. C. de re iudi. † Inde quæritur

3 qualiter & quot modis sentētia impugnetur? dic vt suprà dixi in ti. præceden. quatuor modis, videlicet per appellationem, per in integrū resti. per supplicationem, & per nullitatē.

4 † Quæritur quis possit appellare? dic ꝙ condēnatus, & quilibet [a] grauatus. vt l. & in maioribus. & in l. eos. C. de appel. & in d. l. j. ff. eod. ac etiam quilibet, cuius interest sententiam non esse sic latam. vt l. sententia. & l. ab executione. §. alio condemnato. ff. de appellatio. & ibi not. & in cap. cùm super. extra de re iudi. & quæ sit forma appellandi, quando tertia persona appellat pro suo interesse. not. Inn. in c. cùm super.

5 † Item quæritur an omni tēpore liceat appellare, tam feriato, quā non feriato? dic ꝙ

6 sic. vt in l. j & ibi no. C. de fer. † Sed an appellatio extinguat pronuntiatum, vel suspendat? text. videntur contrarij, nam in l. j. in fin. & ibi not. ff. ad Turpillia. dicit quòd extinguitur, alibi dicit quòd suspenditur, [b] & hæc verior, vt habetur in l. præcipimus: versi. hunc. & versicu. sequen. C. de appella. & in l. ab execu. in princip. C. quo. appel. non rec. & in l. fin. C. de fid. instru. & optimè l. fin. C. si re. vel act. mori. fuerit.

7 † Sed pone, quòd is qui appellauit, renuntiauit ipsi appellationi, quod facere [c] potest: vt l. si quis libellos. C. de appellatio. an ipse qui obtinuerit poterit prosequi illam appellationem? distingue breuiter

a *Grauatus. adde an de appellatione sit fiendum instrumentum. vide Io. An. in c. cordi. & in c. appellatio. de appell. in vj.*

b *Suspenditur. adde Io. de Ana. consi. xxxvj.*

c *Facere potest. adde Fely. in c. ex parte. el. ij. de rescrip. Francum, & Præpositum mediolanen. in c. interposita. §. illa denique. de app. Ab. in cōsi. j. in j. volu. & Alexan. in consi. xxxvj. in iij. volu. Cur.*

aut reus q̃ ſuccubuit appellauit ſimpliciter nõ diſtinctis, neque determinatis capitulis in genere, vel ĩ ſpecie, à quibus appellauit, & tunc licebit actori proſequi ad ſuum commodum talem appellationẽ: vt in l. ampliorẽ. & ibi per Iaco. C. de tẽp. appe. aut diſtinguit capitula, à quibus appellauit ſaltem in genere, vt patet in hac forma, & tunc in ipſis tantum capitulis, à quibus appellauit, vel ad quę appellatio ſe refert, poterit appellationẽ proſequi non obſtante renuntiatione, vt notatur per Barto. in d. l. ampliorẽ. & per hoc patet quòd differt cauſa principalis ab appellatiõe. Nam in principali oblato libello, poteſt actor liti renuntiare reo inuito. vt l. poſtquã liti. C. de pac. & no. per doc. in authe. qui ſemel. C. quomõ & quando iu. ſed interpoſita appellatione non licet parte inuita appellationi renuntiare, vt dictum eſt. quæ aũt ſit ratio cogita. Ad vnũ tamẽ aduerte ꝙ qui obtinuit ſententiam, põt petere à ſuperiore ipſam ſentẽtiã confirmari, etiam ſi ab ea non fuerit prouocatum. vt in c. j. & ij. extrà de confir. vti. vel inuti. quam petitionẽ cõfirmationis puto fiendam intra tempora ad appellandũ præfixa. vt ibi no.

a In quibus caſibus nõ licet appellare. Spe. in ti. de app. ĩ §. in quib⁹ doct. in c. paſtoralis. in §. præterea. de offi. dele. ĩ c. nõ ſolũ. de ap. li. vj. gloſſ. ſumme. ij. q vj. doc. in c. qua frõte. de apella.

8 †Quæritur vltra in quibus litibus, vel cauſis liceat appellare?[a] Reſpondeo quòd in omnibus generaliter: tã ciuilibus quàm criminalibus. de ciuilibus patet in l. j. & l. in maioribus. & quaſi per totum. C. de app. & ff. de app. & c. de ap. & quaſi per totum. extrà de app. Fallit hæc regula, quę de ciuilibus traditur, in ſubiectis caſib⁹. Priõ qñ renuntiauit beneficio appellandi. vt l. ſi. in fi. C. de tempo. appell. & l. j. §. ſi quis. ff. à qui. app. non licet. Item ſi princeps cauſam commiſerit appellatione remota. vt d. l. j. in fine. Itẽ ſi fuit appellatũ à ſentẽtia interlocutoria. vt l. ij. ff. de app. rec. & l. pe. C. quo. app. nõ reci. & plenè dixi; vbi vide ſuprà in tit. ij. Item fallit in vero contumace, qui non appellat: vt l. j. C. quorum appellatio. non reci. & l. j. §. item cùm ex edicto. ff. quæ ſententię ſine appellat. reſcindun. & ibi not. & clarius in l. contumacia. ff. de re iudicata. Item in cauſa momentaneæ poſſeſſionis: quia nemo appellat: vt dixi ſuprà in titulo ij. probatur in l. j. C. ſi de momen. poſſeſ. licet poſſet in inte. reſti. peti. maximè ſi fuerit ſententia lata ex falſo teſtimonio, vel inſtrumentis: vt dicit Iac. But. in l. fal. C. ſi ex fal. inſtr. Idẽ ſi lata eſſet contra minorẽ vel abſentem ex cauſa iuſta. C. ſi aduer. rem iudi l. j. cum l. ſequenti. Item in executione à qua non appellatur, niſi modus excedatur in exequẽdo. vt l. ab executione. C. quo. appe. non reci. de quo plenius nota infrà ſub titulo de executione. ſententiæ. Item fallit in ſententia lata[b] ſub reductione ad arbitrium boni viri, à qua non poteſt appellari. vt dicit Innocen. in c. præſenti. extrà de reſcri. quam opinionem Barto. ſecutus eſt in l. j. ff. de lega. ij. & ibi idem tenuit Bal. & per eundem Barto. in l. nemo poteſt. ff. de lega. j. licet poſteà mutato propoſito idem Bal. in l. j. C. ne lic. tertiò prouo. tenuerit quòd poſſit appellari. nec tamen aliquid boni alleg. pro eo. tamen facit regula l. & in maioribus. C. de app. & quod no. per glo. in c. ſuper his. extrà de accuſa. in gloſſa quę incipit hoc generale. de quo vide plenè quod ſcripſi infrà ſub titulo de forma libelli, quo agitur ad pœnam ſecundum formam compromiſſi.

b A ſententia lata ſuper reductione ad arbitrium boni viri non poteſt appellari. doc. in l. j. in fi. ff. de in deli. doc. in l. antep. ff. de verb. ſig. doc. ĩ c. de cauſis. de offi. delega.

Item fallit in debitore fiſci condemnato. vt in l. abſtinendum. & l. fina. C. quo appel. non reci. Item fallit cùm agitur de teſtamento aperiendo vel vt hæres in poſſ. mit. vt l. quiſquis. C. quo. app. non reci. & l. ſi. ff. de appellat. reci. De criminalibus patet in l. litigatoribus. C. de appel. & l. non tantùm. ff. de appel. & l. addictos. C. de epiſ. aud. Fallit hæc regula in infràſcriptis caſibus, in homicida, venefico, adultero, incantatore ſeu mago, & in publico violatore. vt traditur in l. ij. C. quo, app. non reci. Item fallit in officiali delinquente in officio ab eius ſuperiore condemnato. vt in l. nulli.
6 C. quor. appella. non reci. † Inde quæritur ad quem debeat appellari? vbi diſtingue, aut appellatur à ſententia lata per delegatum, aut appellatur ab ea quæ lata eſt per ordinarium. Primo caſu ita diſtingue, aut erat ſubdelegat⁹ ad totã cauſam ab alio delegato in caſu conceſſo, & tũc appellatur ad ordinarium, non autem ad ipſum delegatũ: vt habetur & not. per Bart. in l. j. ff. quis & à quo app. aut erat ſimplex delegatus, & tunc aut erat delegatus ad totam cauſam, & tunc appellatur ad ipſum ordinarium delegantem, vt dictum eſt. Idem ſi erat delegatus ad certam partem, & tulit per ſe ſententiã, ſi autem alij ſubdelegauit, tunc aut ſubdelegauit cauſam in totum, & appellabitur ad ordinarium, vt dictum eſt, aut reſeruauit in ſe ſententiam, & medium vel principium ſubdelegauit, & tunc appellatur ad delegantem. vt hæc probantur in c. ſuper. in §. porro. extra de off. dele. & in d. l. j. Sicque patet ex prædictis, quòd ſi ſubdelegatus ferat ſententiam diffinitiuam ſuper tota cauſa quòd appellandum eſt ad ordinarium, ſi verò ferat ſentẽtiam interlocutoriam ſuper parte aliqua ipſius cauſæ, & tunc appellandum eſt ad delegatum. patet etiam quòd quantum ad appellationem interponendam à diffinitiua ſententia non differt delegatus à ſubdelegato, quia vtroque caſu ad ordinarium appellatur. verùm conſultè agendo,

10 do, dic in appellatione semper te appellare ad iudicem competētē, vt habetur & no. in l. qui romæ. §. seya. ff. de verborum obligationibus. †Quintò quæritur coram quo interponi debeat appellatio? dic coram illo qui sententiam tulit. vt d. l. j. quis. & à quo app. & si plures pronuntiauerunt, debet coram singulis communiter, vel separatim appellatio interponi. vt in clemen. j. de appellatio. Et si fortè iudicium non habetur copia, quia vel fugerunt, vel latitant, vt plerunque faciunt meticulosi iudices, aut alterius eorum non potest copia haberi, tunc sufficit adire iudicem superiorem ad quem deuoluitur de iure app. infra tempus limitatum ad appellandum, & libellum appellationis porrigere. ij. q. vj. c. biduum. §. si quis ipsius. ad quod facit quod habetur in l. j. & ij. C. de his qui per me. iudi. non ap. Sunt tamen aliqui qui practicant hoc modo, vadunt enim ad domum solitæ habitationis ipsius iudicis, si erat delegatus, vel ad solitum tribunal, si erat ordinarius, & ibi protestātur de absentia iudicis, & per notarium faciunt scribi eorum appellationem, & deinde vadunt cū ipsa appellatione ad iudicem superiorem, & prosequuntur causam coram eo, tamen talis practica non iuratur iure, nisi quo ad ostendendum de diligentia ipsius partis, & absentia iudicis. ar. l. si quis appellandum. C. de app. & l. vt perfectius. C. de ann. exce. & in d. §. si quis d. l. j. C. quan. app. fit. vnde consil. est quòd reiteretur appellatio coram ipso iudice superiore ad quod etiā facit quod notat Barto. in l. non solùm. §. morte. ff. de ope. no. nū. versi. circa tertium. Et si fortasse, nec superioris iudicis posset haberi copia, tuuc debet appellās coram honestis personis de sua appellatione protestari, & sic excusabitur. vt habetur in c. fina.
11 extra de appellatio. & nota. per glo. in clemen. j. extra de app. cum simi. ibi notatis. † Amplius etiam est notandum quòd etiam viua voce, si pars præsens sit sententiæ ab ea posset appellare, dummodo incontinenti appellet. vt in l. ij. ff. de appellationibus. vbi autem ex interuallo interponitur tunc requiritur appellatio in scriptis, & quod infra decem dies interponatur iure nouo. vt in authen. hodie. C. de appel. licet olim deberet interponi infra biduum. vt l. j. §. biduum. ff. quando appel. fit. & in l. eos. §. ne temerè. C. de appellationibus. Istud autē tēpus app. nō currit, nisi à tēpore sciētię nō autē à tēpore sentētiæ. vt probatur in d. l. j. §. fi. quando appel. fit & in d. §. biduum. & l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. & pro tanto quando condemnatus non fuit præsens sententiæ, solent prudentes sibi notificare, sententiam debito modo videlicet in forma publica. vt in clemen. causam extra de ele. & no. per Barto. in d. §. morte. vt per hoc currat sibi tempus appellandi. † Quid an poterit super vtraque procedere? vide quod infrà dicam. in glossa. super verbo in his scriptis,

E P I T O M E.

1 *Semper exprimi debet qualitas grauaminis à quo appellatio interponitur.*

2 *Verbum assertum quid importet?*

1 O C C A S I O N E cuiusdam sententiæ assertæ. †Meritò fit mentio de sententia, à qua appellatur, quia semper exprimi debet qualitas grauaminis à quo appellatio interponitur, vt dictum est suprà: & habetur in d. l. j. §. j. ff. de appellatio. in qua appel. quæ interponitur à diffinitina sententia, nō est necesse causas exprimere, sed in interlocutoria, secus est, vt dictum est. & habet in l. Icio. ff. de appella. & in c. cordi. & in c. vt debitus. extra de appel. de qua forma appellandi traditur in c. post appellationem. in fine ij. q. vj.

2 † Sed quæritur quare dicatur assertæ? So. dicunt quidam quòd ideo ne videatur simpliciter loquendo sententiam approbare, quam nititur impugnare, sed ego credo nihil referre quo sermone quis loquatur, nam per sequentia verba declaratur qualis fuerit intentio circa præcēdētia. vt l. si seruus plurium, in fine. ff. de legatis primo. & l. hæredes palā. §. sed si notā. ff. de testa. vnde cùm in sequentibus dicat ipsam sententiam nullam, & iniquam, patet manifestè quòd per præcedentia verba nō est propositi ipsam confirmare tanquā aliquam, & mens proferentis potius quàm verba attenti debet maximè in iudicijs. vt l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. & in l. labeo. ff. de sup. leg. facit quod alibi dicitur de testamento, quod licet de se nullū fit, tamen appellatur testamentum. Vnde rectè dicimus quod istud testamentum est nullum. insti. quibus modis testamen. infir. §. j. & ff. de iniust. rup. test. l. j. licet impropriè, & abusiuè appelletur testamentum. vt dicit textus in l. ij. §. j. ff. quemadmodum testa. aper.

a I N I L L I S passibus [a] punctis. Hæc practica sumitur ex c. raynal. extra de test. & quod not. per glo. fi. de ap. li. vj. nam tot sunt sententiæ quot sunt eius capitula. ar. in l. etiam. & ibi no. ff. de min. sicut tot sunt stipulationes quot sunt summæ, vel res. vt l. scire debemus. in prin. ff. de verbo. obli. Ideoque potest condemnatus, vel priuatus ab vno capitulo appellare, & in alio consentire. vt in d. c. raynal. nec talis appellatio fic di-

a *In illis passibus. de huiusmodi clausula, vide per Panor. in c. cū Io. hera. de fi. instru. & ibi dicta per ipsum, intellige vt per Phil. de peru. in c. duobus. de app. & prapos. medio. in c. interposita. §. ille deniq; e. ti. co. iiij. circa fi. Fran. cu r.*

uisim interposita proderit aduersario, quò ad capitula non contenta, sed in connexis ei proderit, vt illam prosequi possit, vt suprà dixi, & probatur in d. l. etiam in §. ex causa. ff. de mi. cum simi. ibi no. & tangitur per Barto. & Bu. in l. ampliorem. C. de appel. & in l. appellanti. ff. de ap. Prodesset etiam plenius aduersario ipsa appellatio si fuisset simpliciter, & absolutè interposita, adeò quòd non posset appellans renuntiare appellationi in præiudicium sui aduersarij. vt habetur & not. in d. l. ampliorem. & l. omnem honorem. eo. titu. & ibi nota. per Cy. in l. per hanc. C. de tempo. appellatio. & suprà tetigi.

a *Iu. officio. intellige si deliquit circa officium alias secus per ea quæ voluit Ro. sing. suis. fol. xiiij.*

EPITOME.

1 *Querela nullitatis quot modis proponatur?*
2 *Simpliciter appellans, nec aliquid exprimēs de nullitate an in processu causæ posit dicere ipsam nullam?*
3 *Quot modis posit de nullitate disputari?*
4 *An iure actionis, vel officio iudicis petatur sententia principaliter pronuntiari nulla?*
5 *Officium iudicis quanto tempore duret*
6 *Per appellationem an iure actionis vel officio iudicis petatur sententia iniqua pronunciari?*
7 *De nullitate sententiæ, coram quo iudice agatur?*
8 *Iudex nullitatis sententiæ an posit cognoscere de causa principali cognito quod sententia sit nulla?*
9 *Iudex nullitatis an pronuntiabit super eisdem actis de causa principali.*

1 Fuisse et esse nullam. † Potest condemnatus de nullitate querelam proponere dupliciter: vel in modum agendi vt hîc, vel in modum excipiendi. vt in l. iiij. in §. condemnatum. & in l. si cum nulla. ff. de re iudi. & ad partem pertinet allegare, non ad eius aduocatum, cū exceptio nullitatis sit peremptoria. vt ibi. & per hoc apud acta per partem proponenda. vt in ca. quoniam contra falsam. extra de probatio.
2 † Quot autem modis posit dici nulla, plenè dictum est suprà in titu. precedenti. Sed quid dices si simpliciter appellauit, nec de nullitate quicquam expresit, an in processu causæ poterit dicere ipsā nullā? videtur qđ nō. qa appellando ꝓsupponit sententiam esse aliquam. argu. in l. iij. §. falsus. ff. rem. ra. ha. distingue tamen sic, aut sententia est nulla ex defectu formæ, vel solennitatis debitæ, tunc appellando simpliciter non videtur illam approbare tacitè, quia nec expresè illam confimare potest tanquam sententiam. vt habetur in l. si expresim. ff. de app. vnde poterit dici nulla in processu causæ, aut est nulla ex defectu consensus ipsius partis, quæ non fuit in iudicio, & tunc simpliciter appellando videtur ipsam confirmare, tanquam ritè & solenniter latam, sed non tanquam æqué, & iustè latam. vt in d. §. falsus. sicqué posteà nullam dicere poterit. de quo latius tetigit Inno. in c. cùm contingat. extra de offi. dele. idemque dic in integr. restit. aduersus sententiam petita. nā poterit iudex super nullitate cognoscere. vt no. per
3 eundem Inno. † Vlterius reuoco in dubium, vt plenius cognoscatur quod suprà tactum est, videlicet quot modis posit de nullitate disputari? Dic duobus modis principaliter, vno modo in vim excipiendi, & agendò quæri potest dupliciter, vno modo incidenter, vt in hac forma, in qua secundū communem opi. dicimus quòd nullitas venit incidēter ad appellationem. not. per gl. & doct. in l. j. C. quando prouo. non est neces. licet idem Ia. Bu. tenuerit contrarium. alio modo quæritur principaliter videlicet quando nullitas sola allegatur petendo sententiam pronunciari nullam: vt no. per gl. in l. j. ff. quæ sententiæ sine app. rescin. Excipiēdo verò de nullitate queritur quando executio sententiæ postulatur & per partem contra quam est lata fore nullam allegatur. vt in d. l. si cum nulla. ff. de re iudi. in l. j. in prin. ff. quæ sen. sine app. rescin. & in l. si prætor. in §. marcellus. ff. de iudi. & plenius dicetur infra ti. de executione sententiæ.
4 † Circa tamen prædicta dubium occurit, an iure actionis vel officio iudicis petatur sententia principaliter pronuntiari nulla? dic breuiter quòd so-
a lùm iudicis officio, [a] cùm non sit materia habilis ad producendum in hoc actionem. vt notatur per Inno. in c. si. extra de offic. iud. & in c. G. perpetuus. extra de fi. instru. Idem etiam sequitur Barto. in l. quidam in suo. ff. de condi. insti. & plenius in d. l. si expresim. ff. de app. ad quod facit l. si pater tuus
5 C. quando ꝓuo. non est neces. † Et no. quòd hoc officium iudicis durat tanto tempore, quāto actio personalis. s. xxx. vt l. omnes. & l. sicut. C. de præscri. xxx. anno. & insti. de perpe. & temp. in prin.
6 † Sed quid dices in appellatione, an iure actionis, vel officio iudicis petatur ꝓnūtiari sētētia iniqua vel iniusta? super quo Bar. in d. l. j. in prin. ff. de app. dicit quòd appellatio nō est actio, nec officiū iudicis, sed ius quoddā ex his separatū, per tex. in d. l. j. dū dicit qđ appellatio est ius &c. vnde virtute huius propositi iudex ex suo officio mouetur ad seruiendū huic iuri, & sic erit officiū mercenariū.
7 vt l. iiij. C. depositi. † Deinde quęritur corā quo iudice agēdū est de huiusmodi nullitate sētētiæ? breuiter sic dicēdū est, aut quæritur de ea incidenter, & tūc corā illo iudice ventilabitur, coram quo pēdet

pendet cauſa,ſiue ſit principalis,ſiue appellationis,
ſiue executionis.Si verò de nullitate principaliter
ſit agẽdum,vel quærendum,tunc erit in electione
ipſius agentis vel cauſam proponere coram iudice
ſuperiore eius qui pronuntiauit, vel coram illo iu-
dice,qui pronuntiauit,ſi eſt ordinarius.vt probatur
in l. iij. C. de accu. & ibi per Iacob. Bu. & in l.car
melia pia. ff. de iure pa. & ibi per Bar. in l. ſi ex-
preſsim. ſuprà alle. & per Cy. & Ia.de Are.in l.
8 ſi vt proponis. C. quomodo & quando iud. † Sed
nunquid iudex cauſæ nullitatis dictæ ſententiæ
poterit de cauſa principali cognoſcere, cognito
quòd ſentẽtia ſit nulla. dicit Bartol. in d. l. ſi ex-
preſsim.quòd ſic,quia ſecundum eum ſicut cauſa
appellationis deuoluit ad ſuperiorem cauſam nul
litatis,vt dictũ eſt,ſic cauſa nullitatis deuoluit cau
ſam iniquitatis, quod etiam ſequitur Innocen.in
c.cùm contingat.extrà de off.deleg.quod multum
not. Non ergo gaudeant cauilloſi aduocati,&
procuratores qui frequenter conantur per talem
nullitatis effectum totum ſubuertere cauſæ pro-
ceſſum magnis ſumptibus, & laboribus obtentũ,
& cauſam reducere ad priſtinum ſtatum, vt ha-
beant nouum ſalarium,quorum malitijs per hanc
viam eſt ſuccurſum,quia poſito quòd iudex videat
ſententiã nullam,non tamẽ differre debet, neque
abſtinere reum condemnare,ſi viderit condẽnan-
dum,& ipſum abſoluere ſi viderit abſoluendum.
9 † Supereſt autẽ diſcutere an ſuper eiſdem actis
pronunciabit de cauſa principali,vel repeti faciat
nouum proceſſum ſuper ea.Circa quod ſic diſtin-
gue,aut cauſa nullitatis reſpicit vniformiter acta,
& ſententiam,vt puta ſi litigatum eſt cum mino-
re indefenſo,vel coram iudice incompetẽti,& tũc
quia oĩa ſunt nulla,repetentur acta de nouo,& ſu-
per ipſis pronuntiabitur.vt l.cùm & vos minores.
C.ſi aduer.rem iudi.& l.contra pupillũ.ff.de re iu.
aut cauſa nullitatis reſpicit ſolã ſententiã, & non
acta,vt quia ſententia fuit lata die feriata,vel par-
te non citata,& ſi.& tunc procedet gl.in l.ſi expreſ
ſim.ff.de appel.& in l.ſi vt proponis. C. quomodo
& quando iud.& ibi per Cy. aut cauſa nullitatis re
ſpicit partẽ actorũ tantũ,ac ſentẽtiam. verb. grã.
ſi proceſſum fuit cõtra eum tam in eius vita, quã
poſt eius mortem,& tunc acta in vita firma mane
bunt,& remittentur alia quæ ſunt poſt mortem.
ſecundum Barto.vt per eum not.in l.cùm quære-
batur.ff.de re iudica,

EPITOME.

1 *Cauſa nullitatis in cauſa appellationis,an ſit principalis.*
2 *Appellatione deſerta,an dicatur nullitas ſublata,ita quòd intentari non poßit.*
Quando dicitur dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello:an procedat eius libellus.
4 *Iudex appella.ſi pronunciet malè appellatũ & nihil exprimat de nullitate an videatur ſuper nullitate pronuntiaſſe.*
5 *Obtinens ſententiam poteſt petere eam per ſuperiorem confirmari.*
6 *Quis debeat probare in cauſa appellationis,an appellans bene appellatum an appellatus bene iudicatum.*
7 *Appellans ſi non potuit habere ſententiam in forma publica an excuſatur à productione inſtrumenti ipſum ſententiæ in forma publica.*

1 ET IN QVANTVM ſit aliqua. † Not.
per hęc verba quòd cauſa iniquitatis ſenten-
tiæ proponitur conditionaliter, videlicet ſi
ſententia ſit aliqua,vnde dubitari conſueuit,an
iſto caſu ipſa cauſa nullitatis ſit principalis ad ap-
pella.ſuper quo dubio contrariæ ſunt opi.nam Ia.
Bu.in l.j.C.quando prouo. non eſt neceſ. tenuit
quòd cauſa nullitatis ſit cauſa principalis.gl. verò
ibidem, quam communiter ſequuntur Cy.& alij.
tenet quòd veniat incidenter ad appellationem,
2 cuius rei diſputatio non eſt ſine effectu. †Ideo-
que quæritur ſi appellatio eſt deſerta,vel per ſta
tutum,vel aliter ſubmota,an conſequenter,& nul
litas dicatur ſublata, nec poſsit intentari. Super
quo ſic breuiter conſidera,quandò cauſa propter
quam remota eſt appellatio,reſpicit pariformiter
tam appellationem, quã nullitatem. v.g. datur ex
forma ſtatuti tempus quatuor dierum ad appellan
dũ,& nullam dicendũ ſententiã.Certè remota ap-
pellatione per fluxum temporis,remota eſt etiam
& ipſa nullitas.Aliquando cauſa non eſt pariformis
circa vtrunque,vt patet de iure communi quo ap-
pellatur infra x. dies. vt no. auth. hodie.C.de ap-
pel. & nulla dicitur infra xxx.ann.vt no.Bartol.
in l. quidam in ſuo.ff. de condi. inſti. & inſtit. de
perp.& tẽp.actio.in prin.& in l.licet.C.de iur.deli.
& tũc aut nullitas venit incidẽter ad appellationẽ,
& tũc ſublata appel.tollitur nullitas.ar.in l.cũ prin
cipalis.ff.de reg.iu.cũ ſi.ibi no.aut ecõtra nullitas
venit prĩcipaliter,& appellatio acceſſoriè vel vtrũ
q̃ deducitur ad principale,vt in hac p̃ſenti forma
& tunc ſublata appellatione firma remanet cauſa
nullitatis.vt habetur,& no.in d.l.ſi expreſsim.ff.de
app.per Bar.qa ex ſeparatis nõ infertur:vt l. Papi-
nian⁹ exuli.ff.de mino. †Inſuper apud ſcholaſticos
3 dubitatur an talis libellus ꝓcedat, dico ſentẽtiam
nullã,& ſi eſt aliqua appello.Et quidã voluerũt di-
cere ꝙ non,quia nullitas,& appellatio ſunt cõtra-
ria ergo &c.vt in l.j.C.de fur.& l. cõtra maiores.
C.de inoff.teſt.in cõtrariũ deter.Dy.& Bar.& alij
cõiter,vt plenè diſputauit idẽ Bar.in d.l.ſi expreſ-
ſim.cui⁹ potiſsima rõ eſt,qa nõ purè,ſed cõditio-
naliter ꝓponũtur,ſicq; ſcd̃m tẽpus nõ reperiũtur
cõtraria:cũ vnũ ꝓponatur in defectũ alteri⁹.ar.in
c.cõſtitut⁹.ext.de in inte.re.& l.q. de inofficioſo.&
qd̃ no.ff.de ĩof.te.& ei⁹ qd̃ no.p gl.& Cy.ĩ l.ſi qdẽ.
C.de ẽp.& ĩ l.nõ abs te.C.vñvi.& l.ſi q̃s ĩ ſuo. C.
de ĩof.te.& Spe.in ti.de accu.ſeu pet.§.ſeqtur.ver.
ſed nũqd.& hãc partẽ ſeqtur Inn.ĩ c.cũ dilecto.ex
tra de ap.& Cy.in d.l.j.C.quãdo ꝓuo.nõ eſt nec.
4 †Item quæro,pone ꝙ interpoſita appel.in forma
de qua ſuprà iudex ꝓnuntiauit malè appellatũ,de
nullitate verò nihil expreſsit:an videatur ſup nul-
litate ꝓnũtiaſſe.& q̃dã gl.in d.l.ſi exp̃ſsim.tenet ꝙ
nõ.vñ de nullitate poterit adhuc agitari, qã ſñia
nulla nõ vr̃ in dubio firmari,imò ſcd̃m aliquos nõ
põt.ar.l.eũ q.C.de inof.te.& l.in iure noſtro. ff.de

testa.tut. Alia glo. in d.l.j. distinguit, aut ipsa sententia est ipso iure nulla propter errorem expressum in ea, & tunc iudex appellationis taliter pronuntiando, non videtur eam confirmare, imò quod fortius est non posset expresè, nec tacitè, ideoque de ipsius nullitate agi poterit quandocunque, quia idem error esset in vtraque. vt l.j. in princip. ff. quę senten. sine appella. rescind. & hoc modo procedit glo. quæ est in d.l. si expresim. aut sententia erat nulla ex alia causa, & tunc considerãdum est, qua forma iudex appellationis pronuntiat simpliciter malè appellatum: nam siquidem pronũtiat in quęstione præsupponitur, & tunc aut in forma appellationis, vel in processu causæ fuit facta mentio nullitatis, vt hîc: & tunc videtur in totum sententiam confirmare, quia videtur sententia in dubio referri ad contenta in ipsa appellatione & processu. argu. in l.ij. C. si ex fal. instru. & l. fi. C. de fi. instr. aut in forma appellationis, & in processu causæ nõ fuit facta mentio nullitatis, & tunc prima sententia si nulla est, non infirmatur, quia verba hoc non exprimunt, nec patiuntur, & cùm sententia sit stricti iuris, debent eius verba potius restringi, quàm ampliari. arg. in l.j. C. si plu. vna sententia fue. condem. & l. si à te. ff. de exce. rei iud. aut vltra procedit in sententia dicendo bene iudicatum, vt fit cõmuniter in sententijs, in quibus consueuit dici bene iudicatum, & malè appellatum, vel econtra, malè iudicatum, & bene appellatum, & tunc videtur in totum ipsam sententiam confirmare, sic quòd vlterius agi non poterit de nullitate, & sic intelligitur glo. in d.l.j. propter illa verba bene iudicatũ, quæ referri possunt ad vtrunque casum, tam nullitatis, quàm iniquitatis.

5 † Amplius quæritur, an is qui obtinuit sententiam posit petere eam per superiorem confirmari? dic breuiter quòd sic. in c. j. cum seq. extrà de confir. vti. vel inuti. facit l. fina. C. quando prouo. non est necess. & in auth. de his qui ingre. ad appella. §. volumus. & l. fin. C. vt li. pen den. licet si reperit sententiam nullam posit declarare nullam esse. vt tenet Bart. in d.l. si expresim.

6 † Proinde quæritur quis debeat probare in causa appellationis, an appellans bene appellatum, an appellatus bene iudicatum de qua quæstione tangitur per Cyn. in l.j. C. si aduersus cred. & in l. hi qui ad ciuilia. C. de appella. & per Barto. in l.j. ff. si tuto. vel curat. appella. & per gloss. & alios in c. in præsentia. extrà de renuntia. & per Innocen. in ca. bonæ memoriæ maguntinæ. extrà de elect. per Iacob. Butrig. in authen. de his qui ingre. ad appella. colum. v. & per gloss. in ca. olim. extrà de except. & in ca. ex parte. extra de testib. Pro conclusione omnium sic distingue, aut fuit appellatum ab interlocutoria, aut à diffinitiua. Primo casu tenetur appellans probare se ex iustis causis appellasse, quæ exprimendæ sunt in appellatione, vt dictum est suprà titu. ij. In meritis autem negotijs principalis appellatus probare debet quòd iudex iste pronuntiauit. vt nota. in d. cap. olim. Secundo casu principali considera quòd quædam sunt acta concernentia processum, quædam concernentia merita negotij principalis.

Primo casu aut vnus solus prosequitur causam appellationis, & tunc siue sit appellans, siue appellatus, tenetur acta, & formalia processus producere & probare simul cum ipsa sententia à qua appellatio est interposita, aliter faciliter iudex ignoraret quid, & qualiter confirmari, vel infirmari deberet. argum. l. præcipimus. C. de app. cætera verò acta, quæ merita negotij concernunt, non habet necesse producere. Si verò ambo prosequuntur ipsam causam, tunc appellans debet producere sententiam, & acta causæ quæ processum concernunt, cætera verò acta concernentia merita causæ debet producere appellatus, sicut facere habuit in principali causa. & sic loquitur gloss. in d.l. hi qui ad ciuilia. licet aliqui quoad hunc casum contradicant, per regulam qua dicitur præsumendum esse pro sententia, vt traditur in c. in præsentia. extra de renun. per quod videtur fundata intentio appellantis si contrarium non probetur, sed huic respondetur quòd illa regula procedit quando sententia transiuit in rem iudic. secus autem cum esset suspẽsa per appellationem vt not. in d. c. cum bonæ. & Ioan. Andr. in d. cap. in præsentia. Quæ autem dicta sunt, procedunt quando appellantis mentio non est fundata, de iure communi, aliàs autem si esset de iure communi fundata, appellans tenetur omnia probare in causa appellationis secundum Iacob. Butri. vt per eum nota. in d.l. hi qui ad ciuilia.

7 † Sed circa prædicta dubitatur, ecce quòd appellans volens euitare expẽsas habens à notario sententiam in forma publica, vel fortasse non habens copiam notarij, quia se absentauit, facit positiones aduersario: quomodo talis iudex tulit talem sententiam inter ipsas partes in tali anno, mense, & die, & quòd de ea fuit rogatum instrumentum per talem notarium & similia, nunquid excusatur appellans à productione instrumẽti in publica forma ipsius sentẽtię? dicit Inn. quòd sic. in cap. perpetuus. extra de fid. instru. tali ratione, quia ea quæ sunt pbabilia sunt ponibilia. vt not. in cap. ij. de confess. lib. vj. & dixi in forma positionum, aut ergo confitebitur aduersarius sententiam latam, & tunc eius confesio habetur pro veritate, & ipse pro iudicato, vt l. proinde. ff. ad leg. Aquil. & l.j. C. de confess. aut tacebit, nec respondebit, & habetur pro confesso. vt d. ca. ij. & l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. action. aut negabit latam sententiam, & tunc iudex pronuntiabit bene appellatum seu superfluè appellatum, & imponet aduersario super ipsa sententia perpetuum silentium, imò plus, cogetur aduersarius renuntiare ipsi sententiæ, & dabitur talis confesio in publica forma ipsi appellanti, vt ex eo perpetuò valeat se tueri. vt C. de libe. cau. in l. iubemus. & ij. q. j. multi. &c.

Et ab ipsa sententia tanquam nulla. Ista verba ex forma differunt à stylo communi, sed multum sunt notanda per ea quæ dixi

supra

supra.nam si prouocatur respectu nullitatis venit nullitas principaliter sicut appellatio iniquitatis, & per hoc sequitur quòd vno sublato non tollitur aliud. Ideoqué deciditur illud dubium, quod aliquando oritur in statutis communis Papiæ,quibus cauetur,quòd non possit appellari, vel quòd appel latio finiatur infra viginti dies. nam si ipsa appellatio reperiatur nulla, vel ex cursu temporis deserta remanebit causa nullitatis modo quo suprà proposita, valida, & firma, & super ea iudex poterit cognoscere, & pronuntiare, vt superius tactum est &c.

EPITOME.

1 *In appellatione ex interuallo interposita à diffinitiua necessaria est scriptura.*

2 *Reus appellans viua voce, & in scriptis an possit prosequi vtranque?*

1 IN HIS scriptis. † Meritò sic dicitur, quia in appellatione ex interuallo interposita à sententia diffinitiua,necessaria est scriptura, secus si interponeretur incontinenti quia tunc sufficit viua voce appellare.vt habetur,& notatur in l.j.in fi. cum l. sequen. ff. de appella. Et aduerte quòd non est necesse legere scripturam appellationis ipsi iudici, sed sufficit,quòd ostendatur sibi dicendo,prout hic inscribitur,vt est tex.in ca.appellatio.

2 de appella. li.vj. † Sed pone quòd reus appellauit dupliciter.s.viua voce,& in scriptis diuersis die bus, an poterit prosequi vtranque appellationem, & si prosequitur,an & cui alteri renuntiasse videatur?super quã quæstione Bar.in l.cùm procurator. §.si dominus.ff.de noui. oper. nun. distinguit, aut vtraque appellatio fuit interposita à sententia interlocutoria, aut à sententia diffinitiua. Primo casu procedendum solùm erit super appellatione interposita in scriptis tanquam valida, & solenni: circunscripta appellatione viua voce interposita quæ nulla fuit. vt in c. cordi. extra de appellatio. Ideoqué prosecutio huius appellationis viua voce,induceret tacitam renuntiationem alterius in scriptis interpositæ. Secundo autem casu principali dic quòd per secundam appellationem nihil agitur secundùm Barto. sicqué fienda est prosecutio primæ appellationis. per textum dict. §.dominus. in fin.& per rationem. qui prima appellatio cõsummauit suum effectum quia extinguere habuit ,pnũtiatũ.vt l.j. in fi. ff.ad Tur.vnde secunda non reperit quid agat amplius. & per hoc creditur frustratoria.sed salua eius pace Inn. dicit quòd si vtraque appellatio est interposita debito tempore quòd sit in electione appellantis prosequi quam velit. vt not. per eum in c. dilecta.ext: de appella. Ioã. And. in nouell. in c. bonæ. extra de appella.sequitur hanc opinionem & idem tenet Bal.in l.appellatione. C.de appella.& in l.sancimus. in tit.quo tempo.mil. & Albe.in l.pacta nouissima C. de pactis. & in d. l. absolutionem . C. de regu.iuris.

EPITOME

1 *Non omnis iudex est competens appellationis.*

2 *Ad imperatorem an appelletur omisso medio?*

1 ET AD quemcunque iudicẽ compe. † Hoc ideo dicitur, quia non omnis iudex est competens appellationis,sed de iure ciuili ordine debito interponenda est appellatio, scilicet de minori ad maiorem iudicem, non autem ad parem vel minorem.si tamen per errorem appellauerit ad superiorem dum ad minorem appellare deberet,error ei non nocebit, secus autem est contrà, vt habetur in l.j.§.si quis appellatione.ff. de ap.licet de iure canonico etiã ex certa scientia possit quis quo cunque omisso medio ad papam appellare.vt in c.si duobus.extra de ap. & 1j.q.vj.si metropo. [redacted]

2 [redacted] † [redacted].sed vt errari nõ possit fiet appellatio in forma ista de qua hîc,& sufficeret si dicatur apello ad iudicẽ cõpetẽtẽ,nullo specialiter nominato.vt traditur in l.qui romę.§.seya.ff.de ver. ob. & ibi per Bar.& in l.j. §. si verò miles.in fi. C. de fal.mo.

a APOSTOLOS.Isti apostoli[a] sunt quædã literæ dimissoriæ,quas iudex

a *Isti apostoli.Iste terminus xxx. dierum ad apostolos accipiẽdos arctat iudicem ad dandũ literas dimissorias vel refutatorias ita vult gl.q̃ incipit etiã ipsum iudicẽ arctare. in cle .quã uis.extra de app.ex qua infert ibi Inno. quòd iudex etiã nõ requisitus tenetur ipsos tradere infra xxx. dies nõ tamẽ tenetur in sindicatu nisi fuerit requisitus. Cũ ergo malitiose tradere distulit,aut negligenter pcessus factus per eũ postea est ipso iure nullus.c.ab eo. de ap.li.vj. facit regula .indultũ. de reg. iur. li.vj. quia beneficium datũ à iure nõ debet alicui auferri. indulgetur enim à iure appellanti, vt iudex arctetur intra xxx. dies dare apostolos secũdũ glo. in d. cle.*

quamuis. & probat text. iunct. glo. in d. c. ab eo. & ita expressè tenent Dy. & Io. And. in d. regula indultũ dicẽtes qđ vbi terminus datur à iure siue hominis ministerio, vt in casu nostro quod iudex vlterius nõ põt nec augere nec abbreuiare.

a *Committere. vide Bart. post gl. in l. j. ff. nil no. app. pen. & generaliter. corã cõsultore nõ producũtur instrumenta nec testes nec petitur dilatio. vide Bar. & Bal. in l. cũ à nobis. C. de di. & qualiter cõsultori sit fiẽda cõmissio per Bal. in c. j. ad fi. de appel. extra de lit. contesta.*

à quo appellatur tradit appellanti deferendas iudici ad quem est appellatum, & in quibus continetur qualiter talis persona ab eius sententia appellauit &c. vt latius dicetur infrà sub forma apostolorum. & habetur in l. j. ff. de lit. dimiss.

EPITOME.

1 *Apostoli cur sæpius petantur?*
2 *Quis sit effectus appellationi.?*
3 *Quid faciendum si iudex à quo non obstante appellatione processit?*
4 *Attentata quot modis reuocentur?*
5 *Commissa causa consulenda si iudex procedat quid agendum?*

PETENS SEMEL BIS Et ter. 1 †Isti apostoli debent sepius peti per interualla dierum. vt probatur in d. l. j. & no. glo. in c. ab eo. de appel. li. vj. quod fortasse ideo fuit inductum, quia iudices diuersis negocijs occupati non possunt omnia retinere in memoria, & facit ij. q. vj. in c. [redacted]
2 [redacted]

3 † Sed quid si iudex ipse non ob. appellatione de facto in causa processit. Dic quòd superior ad quem est appellatum omnia attetata reuocabit. vt in d. c. non solùm. & in l. cyrographis. ff. de admi. tuto. §. j.

4 † Sed quando reuocabit distingui consueuit. aut ista fuerunt attentata post inhibitionem sibi expressè factam per superiorem ad quem appellatũ est & tunc statim ipse superior alio nõ expectato illa reuocabit. aut sunt attẽtata ante eius inhibitionẽ, & tunc demum lata sententia & sequuta victoria, illa reuocabit. vt not. in d. c. non solùm. & per Inno. in c. dilectus extra de exc. & per Barto. in d. l. j. nil no. ap. pen.

5 † Quid autem dices si iudex causam commisit alteri consulendam, prout sæpe fit, & ante consilium datum procedat ad aliqua in ipsa causa, an valeãt talia attitata. ad quod breuiter sic dicã, aut iste consultor fuit assumptus ex iuris necessitate quia lex municipalis dicat quòd ad partis requisitionem iudex teneatur causam commitere [a] consulendam, vt est in pluribus ciuitatibus, & tunc acta valent mero iure, sed ope appellationis reuocabuntur. argu. in l. j. C. de rela. iuncto d. c. non solùm. sed secundum Barto. vt per eum not. in l. j. §. si plures. ff. de exercito. Tu autem dic quòd acta mero iure non valent tanquam gesta per eũ qui manus habet ligatas statim petito consilio. vt no. Arc. in c. cùm plures. de offici. leg. li. vj. aut fuit assumptus ex sola partium voluntate vel ipsius iudicis tantùm & tunc valent acta per eum, quia non est iudex astrictus sequi illius consilium: ergo non tenetur iudex illud expectare. vt not. per Dy. in d. l. Titium & meuium. in princi. de admini. tu. & per Barto. in d. §. si plures.

PROTESTANS Et quod per ipsum Symonem. Aduerte qđ talis protestatio vires nõ habet nisi compareat in termino sibi præfixo ad ipsos apostolos recipiendos, vt dicetur in titu. proximo.

Forma responsionis iudicis à quo appellatur.

SVPRASCRIPTVS dominus Vicarius visa, & audita suprascripta appellatione & nullitate coram eo interposita per suprasciptum Symo. d. nomine à quadam sententia per ipsum dominum vicarium lata ex parte vna, & Io. de olea, ex parte alia, prout in d. appellatione exprimitur, statuit, & assignauit d. Symo. ibidem præsenti, audienti, & intelligenti terminũ ad diẽ primam mensis septembris ad accipiendum apostolos quos sibi dare voluerit: & literas responsiuas & visurus alia facere & audire quæ ipse dominus vicarius duxerit ordinanda & facienda.

SVPRASCRIPTVS dominus Vicarius. Ista respõsio est ponẽda per notariũ, apud ipsam appellationẽ in fine.

EPITOME.

1 *Ad officium iudicis pertinet certum terminum præfigere appellanti ad recipiendos apostolos.*
2 *Quot sint tempora causæ appellationis.*
3 *Appellãs differẽs psequi appellationẽ vsq; ad vltimũ mẽse primi ãni, & petẽs de causa cognosci, an habeat biẽniũ.*
4 *Appellans si non comparet in termino assignato ad accipiendos apostolos, an excusetur.*
5 *Comparens in termino ad petendos apostolos quos iudex dare recusat, an excusetur.*

1 STATVIT & assignauit. †Ad officium quidem iudicis à quo appellatur pertinet terminũ pfigere certũ ipsi appellãti ad apostolos recipiẽdos, vt ĩ c. ab eo. de ap. li. vj. & ĩ l. iudicibus. C. de ap. & quò ad hoc durat adhuc eius potestas lata sñia. vt in

2 vt in l.iudex.& l.paul⁹.ff.de re iu.†Sed vt circa hoc amplius instruaris,sciēdum est quod quoddam est tēpus appellationis interponēdæ,& hoc est hodie x.dierum.vt in auth.hodie.C.de ap.Quoddam est tempus petendi apostolos,quod datur parti ad eos excipiendum,& diei ad eos tradendum & hoc est dierum xxx.vt in l.iudicibus.præalle.& in d.c.ob eo. potest tamen iudex hunc terminū adbreuiare. ar in l.ij.& quod ibi no.ff.de re iu.& sic seruat generalis consuetudo. quoddam est tempus quod datur parti ad se præsentandum coram iudice ad quē & hoc est arbitrarium,& sic est bonū in hoc habere iudicem gratiosum .vt in l.præses.C.de ap.& in c.personas.cū seq.& in c.abbate.extrà de ap.Quoddā est tempus quod datur parti ad iter arripiendū causa præsentādi apostolos.& hoc similiter est arbitrariū.vt in c.cùm sit Romana.& in c. peruenit. extrà de app. Quoddā est tēpus à lege præfixū ad prosequendum & fundandū ipsam appellationem, & istud est annus,vel ex causa bienniū.vt in auth. ei qui ap.C.de temp.app.& in d.c.cum sit Romana.qd quidem tēpus pōt per iudicē abbreuiari.vt in d.c.cum sit Romana.Aliquādo tamē ipso iure non currit hoc tempus,sed stat in suspenso,puta
a quando partes faciunt compromissum pendenre[a] appellatione,vt in auth. si tamen in medio.C de temp. app. vel si lis pendet in consistorio principis.vt in auth si lis.& in auth item si appellatione.C.eo.ti.
3 †Sed quid si appellans distulit prosequi appellationem vsque ad vltimum mensem primi anni,& petat de causa sua cognoscit an habebit biennium.Inn.& Io.an.in c.ex ratiōe.de ap.
b dicit quòd sic,[b]nec poterit sibi imputari quominus lis finem accipiat.vt in d.auth.item si appellatione, quam opi.sequitur Bar.in d.l.j.&.de ap.dimis.& ibi per eum.
4 †Deinde quæritur si ille Sy.non cōpareat in termino ad accipiendum apostolos asignatos an excusetur?breuiter distingue,aut fuit in culpa & negligētia.& tūc appellatio sua est deserta,quasi nō veniendo videatur tacitè appellatoni renūtiare.vt l.præses.& l.quoniā nonnulli . C. de ap.& in c.sæpè.& c.personas.& in c.ad aures.extrà de app.& in hoc est magna pœna contumaciæ , vt quis in totum iure suo priuetur,simile est in eo qui nō iurat de calumnia, vt l.ij.§.sed si actor.C.de iura.calum.& in c.fi.extra eo.ti.& idem in eo qui nō respondet positionibus.in c.ij.de confes.li.vj.& in l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interro.act.Et idem in certis alijs casibus dispersis in corpore iuris quos enumerare longum esset potius quàm subtile,aut non fuit in culpa veniendi,sed vel casu fortuito,vel alia iusta causa impeditus venire non potuit &tunc excusatur.vt in d.l.præses.& in d.c.ab eo.cum si.ibi.no.
5 †Quid ergo si cōparuit in termino,sed iudex apostolos tradere recusauit? dic ꝙ aut nō tradidit, qa nō potuit & vterq; excusatur , aut quia noluit,& tūc ipse Sy.excusatur,sed iudex cōdēnatur.vt in l. qm̄ iudices.C.de ap.Quo casu debet appellās statim adire superiorē ad quē appellauit & ei appellationē & qrelā ꝓducere.vt l.si appellationē.C.de ap.verūtamē Ia . Bu. in d.l.qm̄ sic distinguit in hoc aliqn̄ in-
c dex à quo nō vult audire[c]appellantē super eius appellatione,vt plerūque faciunt maleuoli qui se abscondunt & tunc debet appellans coram superiore,vel vicinis protestari infra tēpus x.dierum,quod datur ad appellandum.vt in l.ij.C.de his qui ꝑ me. iud.aliquando iudex simpliciter denegat dare apostolos,& tunc sufficit protestari infra xxx.dies qui dantur a ad ipsos.apostolos.vt in d.c.iudicibus Et quia superius dixi de meticulosis & malitiosis iudicibus.Attende quid dixit pater eloquentię Tullius,profecte non est iustus iudex,qui mortē qui exilium.qui egestatem timet.

a Pendentē. in hoc vide quod not. voluit Anch. consil. cclxxxvj.

b Sic.dic vt per Ang.cō si.viij. per Oldra. con si.lx.

c Audir. sed quid si tacet,nec respondet ,an videatur denegare, vel consiteri,vide per Anch.cons.cxxv.

Forma apostolorum.

SPECTABILIS & generose domine miles nouerit vestra nobil.tas. ꝙ i causa & qstionē corā me tius agitata inter Sy.proc.nomine ex parte vna.& An.ex parte alia,tuli sententiā diffini.in fauorē d. An.à qua quidē sententia præfatus Sy.in scriptis ad vestrā audientiā appellaiut, cui appellationi quātū de iure fuerit deferendū,detuli, & admisi, hasque literas in locum apostolorum sibi tradidi vestræ reuerētię præsentāda infra x.dies proxime subse.data papiæ die vlti.Ang.ann.curso.1412.

Quot sunt præeminentiæ iuris?

1 SPECTABILIS & generose &c. †Aduerte quòd quatuor sunt in iure præeminentes ti.dignitatum,videlicet superillustris. & hic ti.congruit soli principi.Secūdus illustris.Tertius spectabilis.Quartus clarissimus.& hi conueniūt cōstitutis in magnis officijs,vel honoribus vt no. per glo.in l.præcipimus.C.de appel.de hac autem forma apostolorū habetur iij.q.iiij.c.post appellationē.in fi.& per Spec.titu.de appel.

1 *Non defertur appellationi simpliciter.*
2 *Ex quib⁹ rōibus iudex defert appellationi.*
3 *In apostolis an sit per iudicē causa īserēda?*
4 *Iudex tenetur appellanti copiam facere vniuersa acta causæ.*

1 DETVLI & eā admisi. †Vide hic ꝙ nō simpliciter defert appellatiōi,sed cōditionaliter quouis tn̄ mō deferat nil refert, quia funct⁹ est officio suo.vt in l.iudex.ff.de re iud.
2 †Sciēdū tamē est quod aliquādo iudex defert appellationi ob reueren-

a Inſerenda.no.quod debet inſeri cauſa quando iudex non recipit app.vide Bar.in l. chyrographis.ff.de admi.tut.in fi.no.quod appellatione deſerta ſi appellans coram iudice appellationis infra terminũ ſibi ſtatutũ ſe nõ præſentauerit,vt l.præſes.C.de app.adde quia,vt ſuprà dictũ fuit,iudex poteſt ſtatuere tẽpus, infra quod ſe p̃ſentet corã iudice ad quẽ aliàs appellatio deſerta. Pone quòd p̃fixerit iudex terminũ duorum mẽſium ad præſentãdũ coram ſede apoſtolica. & alios ad faciendũ fidem de præſentatione, an p lapſum vltimi termini ſit deſerta appellatio Bald. quòd nõ. in l.præſes. C. de ap.ſedan pro illo ſecũdo termino aliquis reſultet effectus,Fed.de ſe.cõſi.xxij dicit ſingulariter qđ regulæ. præfixio habet effectũ, qđ elapſo termino poterit iudex à quo ſtatim ſentẽtiã mãdare executioni etiã pẽdente appellatiõe, adeo vt non poßit executã irritare & hoc fuit mirabile dictũ d.An.in c.ex inſinua.de appel.Dictum eſt nota.à nomine plus dictũ & ſcriben.literis aureis ſecundum Ludoui.Roma.ſuo ſingula.clxij.

tiam ſuperioris.Aliquãdo defert ex neceſ.iuris.vt in l.,iudicibus.C.de ap. Aliquando defert ex vrbanitate ſua. vt in l.intra vtile.ff.de minor.
3 †Sed an in apoſtolis ſit per iudicem
cauſa inſerendaª diſtingue,aut ſimpliciter defert appellationi , & tunc
cauſa eſt inſerenda, vt hæc probantur in l.j.ff.de libel.dimi.& in l.ſcien-
4 dum.ff.de app.reci.† Et no.quòd tenetur iudex appellanti dari facere vniuerſa acta cauſæ.vt l. à proconſulibus. in l.nec cauſas.C.de app.

EPITOME.

1 Tempus præſentandi apoſtolos qualiter detur.
2 Non præſentans ſe infra terminum iudici danti apoſtolos,quam pœnam incurrat.
3 Præſentans in termino apoſtolos & proſequens cauſam coram iudice incompetenti per lapſum biennij, an poßit poſtea proſequi coram iudice competenti.
4 Vnde eſt quod præfigitur tempus à iudice à quo cauſæ appellationis.

INFRA DECEM dies.†Iſtud tempus dari & moderari conſueuit ſecundum diſtantiam locorum, &perſonarum qualitatem ad arbitrium iudicis.vt l.præſes.C.de app.& in c.perſonas.extra de app.facit leg. continuus. §. cùm ita. ff. de verbor.
2 ob. † Quid autem ſi infra terminum
ſe non præſentauerit,dic quòd appellatio reputabitur pro deſerta niſi iuſta cauſa eum excuſet, vt ſuprà dictum eſt ti.proximo. & probatur in.
3 d.l.præſes. & c.perſonas. † Sed pone
quòd præſentatis apoſtolis proſecutus eſt ſuam appellationem coram eo q repertus eſt iudex incõpetens, & coram eo tempus anni,vel biennij inſtantiæ appellationis tranſiuit , an poterit de nouo proſequi appellationem coram iudice competente. dicunt quod non per tex.in l.ſi pater. C. ne de ſtatu defunc. & l.accuſaturus. ff. de adul. & l. ſi falſo. ff.
4 quod cum fal.tuto.aut. † Diceret aliquis,ſi lata ſententia iudex functus eſt ſuo offic. quomodo poteſt talem terminum aßignare? ad quod ſic reſpondetur , quòd licet officium eius ſit finitum quo ad cognitionem cauſæ, non tñ quo ad alia quæ reſpiciunt appellationis proſecutionem ne res iudicata ſemper ſtet in ſuſpenſo.artic.in cap. abbate.extra de appel.

Forma libelli appellationis.

CORAM vobis Spectabili ac egregio milite Manfredo de beccaria de plebe dicit,ſignificat,& exponit Sy.proc.& procuratorio nomine Ioan.de olea.contra & aduerſus An. & quancunque aliam perſonam pro eo , vel eius nomine in iudicio legitimè comparentem, quod verſa,& agitata olim q.inter ipſum Sy. d.nomine ex parte vna & d.An.ex parte altera coram do. cauſa, & occaſione cuiuſdam petiæ terræ cui cohæret &c. idem do.B.per eius aſſertam diffinitiuam ſententiam condemnauit dictum Sy. dicto nomine ad dimittendũ, & relaxãdũ dicto An.prædictam petiã & ad dandum & ſoluendum eidem nomine & occaſione fructuum perceptorũ flore.c.prout plenius & latius, & ſic, vel aliter in dicta aſſerta ſententia contineri reperitur ad quam relatio habeatur,quam quidem aſſertam ſentẽtiã, & omnia & ſingula in ea contenta ipſe Sy. dicto nomine dixit & propoſuit , ac etiam nunc dicit & proponit fuiſſe, & eſſe nullam nulliuſqué valoris, &momenti in illis paſsibus,punctis,& articulis tantum , in quibus lata ſit, vel eſſe reperiatur contra ipſum Sy.dicto nomine , & eius iura,& inquantum eſſet aliqua,ſeu eſſe reperiatur,dixit, & p̄poſuit,ac iteratò dicit,& proponit ipſam fuiſſe& eſſe iniquã , & iniuſtam,ac inique,& iniuſtè latam,& pronunciatam in paſsibus,punctis , & arti.de quibus ſuprà & ab ipſa tanquam nulla , & iniquè appellauit ad ſpectabilitatem veſtram, & ad quencunque iudicẽ competentem , prout & ſicut in dictis nullitate, & appellatione interpoſitis latius exprimitur &c. Quare cùm prædicta vera ſint,petit & requirit idem Sy. dicto nomine à vobis do. Manfredo antedicto quatenus per veſtram diffini.ſententiam pronuncietis, ſententietis , & declaretis dictam aſſertã ſententiã in paſsibus & capitulis cõtra eũ faciẽtibus,de quibus ſupra fuiſſe, & eſſe nullã nulliuſq; valoris,& momenti,& inquãtũ ſit,vel eſſe reperiatur aliqua fuiſſe,& eſſe iniq̃,& iniuſtã in partibꝰ,& capitulis antedictis.& ab ea tanquam iniqua, & iniuſta fuiſſe,& eſſe bene appellatũ,& malè iudicatum Et p̃dicta petit,& req̃rit per vos fieri,& executioni mãdari omni via,iure, cauſa,& forma ſeu modo quibus melius fieri pñt. Deducens in præſenti iudicio &c.Non aſtringens ſe &c.Saluo iure &c.

EPITOME.

1 Libellus in cauſa appellationis , an ſit neceſſarius.
2 In cauſa appellationis,an ſit neceſſaria litis conteſta.

1 CORAM vobis.†Dubitari cõſueuit apud plurimos an de neceſsitate, hic talis libellus ſit offerẽdus corã iudice appellatio.an ſufficiat

coram

corã eo porrigere simpliciter appellationem?& videtur quòd libellus iste sit necessarius,quia sententia fundari debet super libello. l.vt fundus. ff.cõmuni diui. quã sẽtẽtiã sequitur Spe.in ti.de ap.in §.dicendum restat.alij dicũt, quòd sufficit præsentare appellationem.vt in auth.de his q ingre.ad ap.in §.volumus.quorum opi.sequitur Inno.in c.cùm cõtingat.extrà de off.dele.& Bart.in l.j.in fi.ff.de ap.licet scdm eum opi.Spe.per consuetudinem sit approbata, ideoqué minimè est
2 mutanda. vt in l.minimè.ff.de legi. † Quæritur an in causa appellationis sit necessaria litis contest. gl. videtur dicere quòd non. in l.fi.§.illud.C.de temp.ap.In contrarium facit tex.in l.j. C.ne li.in vna eadéque causa tertiò prouo. Tu autem pro cõcordia sic distingue,aut vtraque pars est præsens,& tunc debet lis contestari:aut altera est absens,& tunc non.& sic intelligantur prædicta.pro quo facit quod habetur in c.per tuas. extrà de app.

IN ILLIS PASSIBVS. Quid autem operentur ista verba dixi suprà circa formam appellationis. & no.per Bal.in l.ampliorem.C.de tempo.ap.& in l.appellanti.ff.de.app.

EPITOME.

1 *Iniquitas primæ sententiæ potest detegi tam factis àm agendis.*

2 *In appellatiõe an admittãtur testes super eisdẽ capitulis?*

1 INIQVAM ET INIVSTAM. †Circa hoc queritur, an hæc iniquitas possit detegi,tã ex prioribus agitatis.quã ex nouiter agitandis?dic quòd sic,licet aliud sit in appellatione ab interlocutoria, quia in hac appellatione à diffinitiua locum habet regula non probatum probabo.vt in l.eos.C.de app.& in l.per hanc. C.de tem.app.quæ regula cessat in interlocutoria,vt in cle.appellanti. extrà de appel.& nota. per Barto.in l.eius qui.ff. de ap.reci.vel non.

2 Vlterius quæritur an in hac appellatione admittantur testes super eisdem articulis?dic quòd non de iure canonico.vt in cle.testibus.de testi.sed de iure ciuili sic.vt no.per Cy.&alios in d.l.per hãc.

QVARE CVM PRAEDICTA. Hæc est libelli conclusio ad quam semper attende,vt aliâs dixi &c.

ET INQVANTVM SIT ALIQVA. Mirum est de ista practica.nam si iudex appellationis videat sententiam nullam,potest super iniquitate eius pronuntiare,etiam si nullitas sola est proposita vt dictum est suprà circa formam appellationis, ergo sequitur quòd super causa iniquitatis proponitur contra l. fi.§. in refutatorijs.C. de app.Sed potest responderi, & practica dupliciter sustineri. Primò, quia iudex nullitatis tantùm, licet possit de iniquitate cognoscere, non tamen necesse habet, sed in casu nostro compellitur de iniquitate sententiæ expresse pronuntiare,necessitas imponitur ipsi iudici de ipsa pronuntiare. arg. in l. de qua re.ff.de iudi. Secundò potest dici quòd hoc ponitur ad abundantem cautelam. vt in l.testamenta.C.de testa.

BENE APPELLATVM & malè iucatũ. Sufficit quo ad iudicẽ appellationis vti hac forma in eius sententia, cùm vult impugnare priorem sententiam.vt no.in præalle.l.eos. veruntamen tenetur causam exprimere, quare priorem sententiam redarguit de iniquitate,vt suprà dixi circa formam sententiæ diffinitiuæ. in gloss.super verbo relaxandum. & no.in c.sicut nobis.extrà de re iud.Si autem confirmaret priorem sententiam,tunc diceret econtra bene iudicatum, & malè appellatum, nec esse necesse causam exprimere.

DEDVCENDO. Hæc clausula cum sequentibus debet extendi,prout suprà not.in forma primi libelli.

Forma sententiæ in causa appellationis.

NOS Mãfredus de beccaria de plebe,miles& commissarius causæ nullitatis & appellationis interpositę per Sy.procu.nomine.Io.à quadam sententia contra eum lata per d.B. vicariũ in & sup lite,causa & q̃stione inter ipsum Sy. dicto nomine tunc vertente ex parte vna, & An.ex parte alia. Visa prius per nos dicta appellatione cuius tenor talis est,viso etiam libello appellatorio coram nobis ꝓducto cõtinẽte sub sequen. visa denique dicta sententia,& cæteris actis,& agitatis iuribus,& instrumentis,& allegationibus iuris diligenter inspectis, super quibus omnibus habita deliberatione matura,Christi eiusque Virginis gloriosæ beatique Iaco.de galitia nominibus inuocatis, dicimus pronuntiamus declaramus,& sententiamus prout inferius particularirer annotatur.Et primò quidem dicimus & pronuntiamus bene & iustè fuisse, & esse à dicta sententia appellatnm & prouocatum per.d.Sy.dicto nomine & malè, ac iniustè fore, & esse iudicatum per præfatum do.vicarium causis,& rationibus maximè infrà scriptis. item absoluimus dictum An. ab expen. litis præsentis propter iustam causam litigandi.

NOS Mãfredus.Cõmunis stylus se habet, quòd quilibet iusdicens in proferenda sententia vtitur in propria persona plurali numero.attamen sic loqui posset in singulari,nec vitiaretur sẽtẽtia,vt habetur in c.pe.de re iud.li.vj.

VISA prius per nos dicta appellatione. Laudabile est de his, & si.mentionem facere,& qualis sit huius effectus plenè dictum est suprà circa formã sẽtẽtiæ diffinitiuæ.in verb.viso etiã.&seq.

BENE & iustè fuisse appellatum. Hæc est sufficiens forma pronuntiandi in causa appellationis,vt proximè dictum est. eodem modo pronuntiandum esset econtra si appareret,quòd iustè fuisset iudicatum.

EPITOME.

1 *Exprimendæ sunt causæ quare fiat reuocatio prioris sententiæ.*

2 *Lata secunda sententia confirmatoria primæ, quæ illarum executioni mandetur.*

3 *Sententia confirmatoria primæ, per quem iudicem mandetur executioni*

4 *Iudex appellationis si velit in aliquibus partibus sententiam reprobare, in alijs approbare, qualiter faciet.*

5 *Iudex reperiens sententiam, qualiter pronuntiabit.*

6 *Quoties liceat appellare.*

7 *Quoties liceat supplicare principi.*

8 *Lata sententia condemnatoria in qua iudex voluit infra certum tempus sub pœna aliquid dari, si pendente appellatione non dederit nunquid incurrat pœnam, & hoc in casu quãdo cõdemnatus appellauit.*

9 *Quid iuris sit retento priori casu quando obtinens appellat.*

a *Agendum. vide Lud. Ro. consili. ccclviij.*

b *Pronuntiatũ. Addevt per Ludou. Rom. cõsi. cclxxxj. sed an deserta app. iudex poßit dicere male. vel bene pronũtiatum per Ancha. cõs. ccclvij.*

c *Dies. Vide per Philip. in c. pastoralis & ibi per Alex. de appellat.*

d *Ecõtra. dicit Lud. ro. quod ille qui appellauit à sententia pendente appellatione nõ potest illam allegare in suum fauorem consi. ccclvij.*

CAVSIS & rõnibus maximè. ij. scrip. †Merito sunt causæ exprimendæ quare fiat reuocatio prioris sententiæ, quia per hoc consulitur honori, & famæ ipsius pronuntiantis, aut prioris iudicis, vt est tex. in c. cum bertoldus. de re iu. & not. per glo. & alios in c. sicut nobis. extra eod. tit. Quæri autem consueuit postquam lata est secũda sententia confirmatoria primæ ex qua erit a agendum [a], vel cuius petenda erit executio. super quo doc. & gl. sic distingunt, aut prima sententia fuit expresse confirmata per secundam, & tunc sc̃da est executioni mitenda aut fuit tacitè cõfirmata per lapsum instantiæ, vel per aliam solennitatẽ omissam, & tunc prima erit executioni mittenda, & ex ea agetur. vt plenè no. in l. furti. §. j. ff. de his qui no. infra. & in præal. l. eos. †Sed per quẽ
3 iudicem erit sententia executioni mittenda? dic quod aut sententia secunda fuit expresse confirmatoria primæ, & tunc secunda mittitur executioni per iudicem appellationis, si est ordinarius ille qui pronuntiauit. vt in l. præcipimus. §. in his. ibi, exequentibus iudica. C. de ap. aut. fuit confirmatoria primæ sententiæ tacitè modo quo suprà, & tunc primus iudex ipsam primam sententia executioni mãdabit. vt in auth. ei qui. C. de tem. ap. Et hanc distin. sequitur Cy. in d. l. eos. & in auth. si quis litigantium. circa fi. C. de epi. au. & no. per Bart. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff.
4 de pac. † Sed quid si iudex appellationis velit in aliquibus partibus sententiam confirmare. & in alijs reprobare qualiter formabit suã sententiam? dic quod seperabit singula capitula, dicendo super tali capitulo sententiæ dicimus be-
b ne iudicatum & super tali malè pronuntiatũ [b] &c. & erunt tunc tot sententiæ quot fuerunt eius capitula. vt in l. etiam. ff. de min. & quod no. per Bar. in l. ampliorem. & in c. raynaldus. extra de test. vnũ autem & idem capitulum sibi connexum non posset pro parte approbare & reprobare, quia sententia est res indiuidua. vt in l. in hoc iudicio. ff. famil.
5 hær. †Quid autem si iudex reperiat sententiam esse nullam, quæ erit forma pronũtiandi? dic scd̃m gl. & doct. vt no. in d. l. eos. quòd pronuntiabit sententiam esse nullam, & superuacuè appellatum vt probatur in d. l. quædam mulier. ff. fa. herc. & l. fi. ff. de iure patr. & in l. nominationis. C. de ap. facit l. j. C. qui pro sua iuris. Vlterius quæritur de effectu appellationis, vt suprà dixi in forma libe. ap-
6 pellationis. †Posteà quæritur quoties liceat partibus appellare? dic breuiter quòd bis, tertiò autem nemini licet. vt C. ne li. in vna eademque causa ter.
7 prouoca. l. j. † Sed supplicare principi licitum est quinquies, & decies. vt C. de preci. impe. off. per totum. & in auth. quæ supplicatio. ibi, signata. Est tamen alia differentia inter supplicationem & appellationem, quia pendente appellatione retardatur executio sententiæ. vt l. j. nil no. ap. pen. cum si. sed pendente supplicatione executio nõ differtur. vt in d. authentic. quæ supplicatio. Sunt etiam aliæ differentiæ inter appellationem & supplicationem de quibus no. per Cy. & Iac. bu. in d. auth. & per glo. in c. ex literis. extra de in interest. & per Arch. j. q. vj. cap. anterioris. † Amplius quærit r ecce quod iudex primus condemnauit hunc Sy. ad aliquid
c dandum infra certos dies [c] sub certa pœna, qui appellatione per eum à sententia interposita, ea pendente soluere recusat postquam per iudicem prior sententia confirmata fuit, quæritur an in pœnã inciderit non soluendo in termino? videtur quòd sic per regulam traditam in l. celsus. ff. de arb. & in l. in diem. ff. de ver. oblig. & l. magnam. C. de contrahen. & commit stipu. & in l. debitoribus. ff. de re iu. cum si In contrarium est veritas, quia appellatione pendente suspeditur, vel extinguitur effectus sententiæ, vt ff. nil no. appellat. pen. l. j. pro hoc facit text. in cap. præterea requisisti. extra de ap. & quod no. in l. furti. in princ. ff. de his qui no. infa. & in l. sciendum. §. pe. ff. qui satisda. cog. & l. si quis exheredato. §. hi autem. ff. de iniuf rup. & irri. testa. cum multis simi. super quo vide gl. in c. pastoralis.
9 extra de ap. super verbo executione. † Quid aũt
d econtra [d] si aduersarius Sy. appellauit à dicta sententia, & tempus soluendi fluxerit. an in pœnam ceciderit si iudex appellationis priorem sententiam confirmauerit. dic quòd non fortiori ratione quam in proxima. q. quia facto & culpa sui aduersarij appellantis non potuit conditionem sententię adimplere, ergo excusatus est. ar. in l. iure ciuili. & in l. in testamento. ibi no. ff. de condit. & demonst

reqi

requiritur ergo quòd tempus soluendi labatur post sententiã in appellatione latam.vt in d.c.prçtereà.nec ob.quòd effectus sententiæ confirmatoriæ retrotrahatur ad tempus primæ sententiæ, vt in d. l. furti.in princ. quia respondetur quòd illud locum habet quoad rem principalem de qua questio mota est, sed quoad moram contrahendam inspicitur solùm tempus quo fuit lata in appellatione à sententia.

ITEM absoluimus.Ista absolutio ab expensis ex rõnabili causa ipse An. iustam habuit causam se defendendi in causa appellationis,cum obtinuerit victoriam pro se in causa principali, de quibus expensis plenè vide quæ scripta sunt supra in primo libello,in gl. super ver.expen.& specialiter per Cy. & alios in l. generaliter. C. de iureiurando.

Forma executionis sententiæ diffinitiuæ.

SAPIENS ET EGREGIVS legum doctor dominus Franc. Visa prius quadam sententia coram eo producta in forma publica non vitiata,non cancellata,nec in aliqua sui parte suspecta, lata & promulgata in fauorem Sy. nomine Io.de olea.& ad instantiam & requisitionem ipsius Io. seu dicti Sy.eius nomine,&pro executione dictæ sententiæ omni iure, via,modo,& forma, quibus melius potest imposuit commisit,& in mandatis dedit &dat. P.publico nuncio & seruitori communis Papiæ quatenus ex ipsius. d.Fran. parte, & mandato vadat,ponat,& inducat suprascriptum.Io.in corporalem possessionem cuiusdã petiæ terre cui cohæret &c.de qua in dicta sententia fit mentio dãdo& tradendo eidem Io.de terra, & frondibus arborum ipsius terræ in manibus eius, & faciendo ipsum per dictam terram ire, & redire,aliaque facere, quæ in talibus consueuerunt in signum adeptæ & apprehensæ possessionis: de quibus omnibus præcipit tam domino Francisco, quàm domino Ioan. fieri publicum instrumentum.

EPITOME.

1 *Executio aliquando est laboriosa.*
2 *Quis sit iudex competens executionis.*
3 *In executione an procedatur per viam præcepti.*
4 *In executione aduersarius est citandus.*
5 *Quæ exceptionnes impediant litis executionem.*
6 *Nullitas sententiæ opposita cõtra executionem quando dicatur requirere altiorẽ indaginẽ,ad hoc vt probetur?*
7 *Quod sit tempus executionis sententiæ?*
8 *Stante statuto quòd lata secunda sententia confirmatoria mandentur executioni, an poßit opponi nullitas.*
9 *Retento præcedenti casu, si tamen statutum disponat non posse appellari,an valeat opponi nullitas?*
10 *Sublata nullitate per statutũ, an grauato subueniatur per officium iudicis?*
11 *Præfixo tempore à statuto quod infra decem dies sententia dicatur nulla an contra executionem post lapsum temporis prefi: i poßit excipi de nullitat:?*
12 *Statuto existente quòd de omni lite fiat compromissum an poßit opponi statutum à condemnato contra executionem?*
13 *Re existente in alieno territorio super qua lata est sententi ,qualiter fiet executio?*
14 *Iudex cuius auxilium requiritur in executione sententiæ an poßit cognoscere de nullitate sententiæ?*
15 *Iudices implorati in auxilium pro executione sententiæ si sint plures an inuicẽ teneantur auxilium præstare?*
16 *Tertia persona opponens se executioni an causa impediatur?*
17 *Ad quem pertineat probatio,an actori petenti executionem,an contradictori obsistenti executioni?*
18 *Impediens executionem si probet tempore executionis poßidere, & actor eum probet dolosè poßidere, an impediatur executio?*
19 *Apparente contradictore si fuit lata sententia super exceptione an in nouo iudicio poßit contradicens de iure suo docere per modum agendi?*
20 *Lata sententia condemnatoria ex vi confeßionis debiti, & petente actore eius executionẽ si opponatur à reo quod est lata sententia in fraudem vsurarum & est simulata an retardetur executio?*
21 *An quis poßit pro debito carcerari.*
22 *Excußio bonorum an sit necessaria antequàm perueniatur ad incarcerationem.*
23 *An cogatur creditor in excußione bonorum quæcunque mobilia primò accipere.*
24 *Qua forma capiatur nomen debitoris mei debitorum*
25 *An sententia lata in actione personali sit semper insolidũ mittenda executioni contra damnatum.*
26 *Sententia lata contra principalem, an poßit mitti executioni sine alio processu contra eius successorem.*
27 *Sententia lata contra debitorem, an poßit mitti executioni contra fideiussorem debitoris sine nouo proceßu.*
28 *Instantia contra debitorem ante latam sententiam, antranseat in successorem?*
29 *Sententia an sit mittenda executioni contra procuratorem litis vel eius bona?*

1 SAPIENS & egregius.† Attende circa hanc materiam executionis,quia labor est obtinere ipsam sententiam,& grauius ipsam executioni mandare,nam per cauillosas personas multa opponuntur contra executionem, & dum creditur, quòd lis finita sit, adhuc durat eius restauratio praua contra l.terminato. C. de fruc.& lit.expen. & l.fratris.C.de transactionib.† Quæritur quis sit iudex conpetens executionis?dic breuiter, vt dixi in tit.præced. aut sententia fuit confirmata expressè per iudicem appellationis & tunc iudex appellationis si est ordinarius,dicitur iudex competens executionis, aut ipsa sententia tacitè,&tũc iudex competens erit primus iudex qui ipsam sententiã tulit. vt plenè nota. ꝑ dict.Cy.in l.eos.C. de app. & in auth. si quis litigantium. C. de episc.audien.
2 † Deinde queritur an inexecutione procedatur

a *Per viam præcepti. Adde & vide de hoc per Ange. in l. iij. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. & ibi Alexand. in l. ij. ff. de iureiurand.*

b *Nullitatis. vltra remis. huius articuli. an exceptio nullitatis, quia solet allegari tex. in l. si feriatis. ff. de fer. pro concor. §. condẽnatũ. & in l. si cũ nulla. In no. ponit in c. cũ iure. de off. dele. alij in c. de cætero. de re iud. Spe. tit. de li. conte. §. quãdo aũt. versic. quid de causa nullitatis. & in tit. de lib. cõce. §. quid dicendum. ver. quid si sententia. circa fi. & in titu. de exc. sent. §. vltim. ver. xvj. Bal. in authẽt. quæ supplicatio. C. de precib. impe. off. & in l. fi. C. de or. co. & in l. ab exec. C. quorum app. non re. & in c. fi. C. si ex fal. instr. & in l. iiij. §. ibidẽ. ad exhi. post tres sententias non potest opponi exceptio nullitatis. cle. j. de regu. iur.*

a per viam præcepti,[a] de quo hîc, aut
per viã libelli sicut in cæteris actio
nibus? ad qđ sic breuiter respondeo,
aut agitur actiõe descẽdente ex sñia
de qua loquitur l. miles. §. fin. de
re iu. l. actori. C. de iureiu. & tũc of-
ferendus est libellus, sicut in alijs
actionibus. vt in l. j. in princip. ff. de
eden. & auth. offeratur. C. de lit. cõ-
te. aut iudicis officium simpliciter im
ploratur, & tunc per hanc viã præce
pti proceditur, nec libellus offertur
vt dicit Spe. in titul. de exe. senten. §.
qualiter. & Bar. in l. intra dies. ff. de
re iudic. & Cy. in l. ab executione. C.
quorum app. non reci. & sic practi-
4 catur. † Tertiò queritur an in hac
executione prius sit citandus aduer-
sarius, dicunt doct. quòd sic. quia læ-
di potest, ergo citandus est, vt l. nam
ita diuus. ff. de adop. & l. de vno quoq;
& Bar. in l. à diuo pio. §. in vẽditione.
ff. de re iu. maximè quia post sentẽtiã
possunt superuenisse ipsi reo multæ
defensiones, quæ possunt hanc execu
tionem impedire, vt puta pactum de
non petendo, transactionis, & si. vt
traditur in l. j. C. de iur. & fac. igno.
& in l. eleganter. §. si post. ff. de con-
di. inde. & l. post rem iudicatam. ff. de
transa. & qa põt reus solutionem of-
ferre, & per hoc ipsam executio-
nem impedire, vt in l. fideiussor. ff.
de do. excep. ad qđ facit l. si reus
paratus. ff. de proc. & inst. de of. iu. §.
5 fina. † Sunt etiam & aliæ exceptiones impe-
dientes executionem. verbi gratia, exceptio
litis pendentis. vt ff. nil no. app. l. j. & C. vt lite pen
dent. l. j. C. de in inte. re. po. l. j. & eodem modo
si pendet adhuc tempus appellandi, vt in cap. non
solùm. de app. lib. vj. & l. si causa cognita. C. de
transactionib. Item impedit executionem exce-
b ptio nullitatis [b] sententiæ, qua exceptione vt plu
rimum vtuntur cauillosi procuratores & aduoca-
ti, de qua traditur per gloss. & Barto. in l. iij. §.
condemnatum. ff. de re iudica. & l. si cùm nulla.
eodem titulo. & per eundem Barto. in l. j. circa
finem. ff. nil. no. appel. pen. & leg. à diuo pio. §. pri
mo. ff. de re iudica. & per Ioan. Andre. in c. quia
guil. extra de re iudica. & hoc procedit quando
c nullitas [c] sententiæ potest incontinenti probari,
vbi autem requireret altiorem indaginem, tunc
differtur post factam executionem secundum
d Barto. [d] vbi suprà. † Quando autem dicatur re
6 quirere altiorem indaginem, secundum eum, di-
cendum quòd eo casu quando de ipsa non possit
cognosci infra illud tempus infra quod debet exe
7 cutio determinari. † Quid autem si illud tẽpus
non reperio expressum in iure ciuili, vel dic hoc
stare in arbitrio iudicis, vel dic quòd tempus sit
duorum mensium, sicut no. in l. fi. C. de compen.
Sed hæc exceptio nullitatis non impedit executio
nem, quando reus bina sententia succubuit in cau
sa quæ transiuit in rem iudicatam: quia tunc nõn
auditur vlterius nullitatem sententiæ obijciens,
e quòd valde notabile est: vt est terminatum[e] hodie
in clemen. vt calumnijs. de sententia, & re iudica.
Item impedit executionem exceptio falsitatis. vt
l. fina. C. si ex falsis instrumentis. & l. si docueris.
C. ad l. cor. de fal. & no. in l. ij. C. eod. titul. & ibi
per Cy. & l. si ex falsis. C. de transa. & facit l.
qui agnitis. ff. de exce. & quod ibi nota. alij etiam
sunt particulares casus quibus sententiæ impugnan
tur vitio nullitatis. quos vide supra in forma sen-
8 tentiæ diffinitiuę. † Sed pone quòd statuto caue-
tur, quòd postquam lata fuerit secunda sententia
confirmatoria primæ vlterius non liceat appel-
lare, vel nullam dicere, sed prout lata fuerit exe-
cutioni mittatur. Quæritur an hoc non obstant.
possit de nullitate opponi in executione? ad quod
sic breuiter respondeo, aut allegatur sententia
nulla ex defectu iurisdictionis, & tunc in hac nul-
litate poterit opponi, nec per tale statutum, talis
nullitas remota intelligitur. vt dicit Io. An. in clẽ.
extrà de seq. pos. & fru. aut allegatur nullitas ex dẽ-
fectu solẽnitatis vel formę, & tũc aut allegatur de
fect⁹ formę iuris cõis, & tũc nõ auditur opponens
hãc nullitatẽ, cũ sit hæc à statuto reiecta, imò etiã
hodie de iure cõmuni per d. clemen. fi. si fuerit bis
appellatio interposita non auditur vlterius de nul
litate, vt suprà dictum est, nisi fortè iudex appella
tionis super alio iudicasset, de quo nõ fuerit quæsi
tum, nec iudicatum in primo principali iudicio, vt
not. suprà in forma sententiæ diffinitiuę. versi. sed
circa hoc occurrit &c. aut allegatur defectus for-
mæ

c *Nullitas. Istud probat tex. in d. l. si feriatis. & in l. si prætor. §. marcellus. secundum vnam lect. ff. de iud. & in l. iudicati. quæ est l. fi. C. si ex fal. instru.*

d *Barto. istud probatur in l. j. C. de or. cog. l. satis apertè. C. ad legẽ Cornel. de fal. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhi. & sententia excommunicationis semper impedit execu. c. pia. de exceptio. libr. vj. & vbi nullitas reducitur principaliter per viam, per illã nunquam impedit executionem sententiæ. Innoc. in d. c. cùm in iure. do. de rot. deci. dclxx. vbi dicit istud dictum seruari, licet sit dubium quando opponitur per viam exceptionis.*

e *Terminatum. quæ loquitur de tribus sententijs, & idem esset si virtute statuti sufficerent duæ quia statutum subrogatur loco d. cle. vt calumnijs. vide Bald. in l. vna. C. ne li. in vna eadẽq; cau. ter. proue. vel melius in l. fi. C. de interlo. om. iudi. prout est in statuto Papiensi.*

mæ ipsiusmet statuti, & tunc auditur opponens talem nullitatem, quia hæc non videtur à statuto remota. vt per Barto. in l. j. ff. quod vi aut clam. & in l. ij. §. prætor ait. ff. qui satisda. cogan. & per Cyn. in l. ita pudor. C. de adulerijs.

9 †Quid autem si in statuto solùm dicatur, quòd à sententia prædicta non possit appellari, querelari, nec supplicari, de nullitate autem nihil disponitur, an poterit dici nulla, & videtur quòd non, propter illud verbum querelari, quod videtur importare omnem casum per quem quis de aliquo conqueritur. argumen. in l. querelam. C. de fal. & si ab arbitro. cum ibi not. ff. qui satisda. cogan. In oppositum credo, quia verbum querelari est remedium

a rescissoriū a ꝓprio sumpto vocabulo. vt l. si ꝑtor. §. marcellus. ff. de iud. & l. præfecti. ff. de mino. ideoq; ad id qđ nullū, est nō refertur. ar. in l. nam & si sub cōditione. §. rūpendo. de iniu. rup. test. nec de separatis de alio ad aliud debet lex extendi. vt in l. si ve

10 rò. §. de viro. ff. sol. ma. †Sed posito ꝙ per statutum sit sublata nullitas de qua suprà an subueniatur grauato per officium iudicis, allegãdo vitium nullitatis. videtur quòd sic quãdo de officio iudicis nihil est prohibitū in statuto, vnde aliâs videmus, ꝙ licet per statutū sit sublata exceptio, nō ideo tamen ꝓhibetur implorari officiū iudicis loco exceptionis. vt not. idem Bar. in d. l. j. ff. qđ vi aut clam. & in l. planè. & l. fi. ff. de pe. hæ. & in l. ab arbitro. ff. qui satis. cog. In cōtrariū credo esse verū, quia in appellatiōe includitur officiū iudicis, quia appellatio nō est actio. vt no. Bar. in l. j. in prin. ff. de app. & in l. eos. C. de app. vnde sublata appellatiōe tollitur officiū iudicis in eo inclusum, & maximè, quia vna via prohibitū nō debet alia via intelligi permissū vt l. oratio. ff. de sponsa. & l. cū lex. ff. de fideius. nec obst. cōtrariū, quia exceptio est ius residens in parte: sed nobile officiū residet in iudice remoto, ergo iure reuocato in parte non intelligitur reuoca-

11 tum ius cōsistens in iudice. †Quid si statuto caueatur ꝙ sentētia debeat dici nulla infra decē dies numerandos à die sentētię latæ, deinde elapso forte mēse, vel anno, petitur executio sentētię, & velit reus cōtra executionē opponere de nullitate sententię, an sit audiendus? & videtur ꝙ sic, quia quæ annua sunt ad agendū, perpetua sunt ad excipiēdū. vt in l. purè. in fi. ff. de do. exce. Tu aūt dic ipsum repellendū, & imputetur ei si infra limitatū tēpus x. dierum nō dixit ipsam nullã. nã ius qđ debet ꝓponi in modū agēdi infrà certū tēpus non poterit eo transito ꝓponi in modū excipiēdi, vt traditur in l. quęsitū. §. in dolo. ff. de pecu. & l. intra. C. de nō nu. pe. facit l. Papinianus. §. si filius. ff. de inoff. test. l. nec non. §. exēplo. ff. ex qui. cau. ma. aliter enim circunueniretur dispositio statuti, qđ esse nō debet. vt in l. fi. ff. ad exhi. & ꝓhibitū vna via altera cōcederetur cōtra l. cū lex. ff. de fideic. & l. oratio. ff. de spō. cū fi. & ita practicatur, faciat qđ no. Dy. in regula cū quid vna via. de re. iur. lib. vj. Ad l. purè. in fi. res-

12 ponde, & ibi no. per gl. & Dy. & An. de pis. † Amplius queritur statuto ciuitatis cauetur, ꝙ de omni lite, & quęstione fieri debeat à partibus cōpromissum, an pars cōdemnata poterit in executione sententiæ petere quòd fiat compromissum? dic quòd non, dicit Bart. in l. post rē iudicatam. ff. de transac. & in l. elegãter in prin. ff. de condi. inde. vt sit litium finis. vt in l. fratris. C. de transac. & l. terminato. C. de fru. & lit. expen. d

13 †Quinto quæritur pone quòd ista res super qua lata est sententia sita sit in alieno territorio, qualiter fiet executio? dic quòd iudex inuocabit auxilium ipsius iudicis in cuius territorio sita est scribendo eidem literas, quòd talem sentētiam velit mittere executioni, & sic ad eius literas fiet missio & executio. vt no. per Guil. & Bar. in l. à diuo pio. §. fin. ff. de re iud. & plenius in l. fin. C. vbi in rem ac. & in c. j. extrà de off. ord. sine quibus literis ipsam executioni non mitteret, vt probatur in c. romana. §. contrahentes. de fo. compe. li. vj. & in l. properandum. §. sin autē reus. C. de iudi. & in Spe. de exce. sen. §. breuiter. vers. qd si iudex. & per Cy. in l. j. x. q. C. de confes. Et prædicta locum habent quando iudicis officio petitur executio sententiæ, secus autem si iure actionis, quia actio ipsa ex re iudicata potest sine literis proponi coram quocunque iudice competenti ipsius rei condemnati. ar. l. fi. C. de lon. temp. præscri. nec similiter sunt necessariæ literæ vbi petitur executio sententiæ arbitralis. vt l. cū antea. §. j. C. de arbi. quia unlla fit priori iudici iniuria secundum Bart. vt suprà cum ipse arbiter non possit exequi eius sententiam. vt l. j. C. de arbitris. quod quidem secundum eum etiam locum habet in præceptis quæ ex forma statutorum habent vim sentētiarum de quibus præceptis tangitur per eum in l. post rē iudi. ff. de transa. & per Cynum in l. certum. C. fa. her.

14 Quid autem dices si ille iudex cuius inuocatur auxilium dixerit se velle cognoscere de nullitate sententiæ, an poterit hoc facere? respondeo breuiter quòd non, quia simplicis & nudi executoris officio fungitur. vt habetur in c. pastoralis. §. quia verò. extra de offi. deleg. & in l. j. C. de iudi. vid. tol. & no. per Inn. & Io. An. & Host. in c. de cætero. extra de re iu. & per alios doc. in l. si non cognito. C. si cōtra ius vel vtili. pub. & in l. si prætor. in §. marcellus. ff. de iudi. & per Bar.

Recessorium. & qđ sit remediū recessoriū. Adde etiã Alexandr. de Imol. in l. qui Roma. §. duo fratres. colū. vigesima sexta. ff. de verb. obli. Cur.

in d.l.à diuo pio.in prin.& per Cyn.
in l.properandũ.§.cũ autẽ.C.de iud.
15 †Sed pone ꝙ ſunt plures iudices
in eodẽ territorio,puta poteſtas, ca-
pitane⁹ ,vel epiſcopus,& ſi an ſibiin
uicem teneantur in talibus executio
nibus auxiliũ præſtare.dic ꝙ ſic . vt
in l.epiſcopale.C.de epiſ.au.& in d.
c.j.de off.or.& ibi per Inn.& de hoc
Spec.in tit.de ſen.excõ.§.nũc dicen-
dum.ver.quid de ſententia doct.& ſi
fortè rebellis eſſet,poſſet à ſuo ſupe
riore mulctari,vel excõmunicari. vt
16 in auth.vt dif.iud.§.j.† Septimò quę
ritur pone quod citatis aduerſarijs
cõparet aliquis dicens,hæc terra eſt
mea,nunquid impediet executionẽ
ſentẽtiæ. Vel pone ꝙ nũtio exequẽ
ti dicit aliquis,nolo ꝙ huc ingrediã
ris,quæritur an impediatur executio
dic ꝙ ſic,diſtinguendo . aut ille qui
cõtradicit , eſt illa perſona quæ fuit
condẽnata,& tunc eius contradictio
eſt nulla,nec põt impedire executio
nem.vt l.j.& l.ij.C.de exec.rei iud.&
in l.à diuo pio.aut ille qui cõtradi-
cit eſt extraneus,qui nũquam fuit in
iudicio,& tunc ſubdiſtingue,aut fit
executio ſentẽtię latę in actione rea
li,vt hîc fuit,aut in actione perſona
li. Primo caſu adhuc ſubdiſtingui-
tur,aut illa res in qua fieri debet exe
cutio à nemine poſsidetur,ſed eſt va
cans,vt puta hæreditas,vel præbẽda,
vel qd ſimile,& tũc qlibet cõtradi-
cens impedit executionẽ , & de eius
iuribus cognoſcitur.vt l.ſi.in ſi.C.de
edi.di.Adri.tol.& in c.veniens.& ibi
per Inn.extra de teſti.aut res ipſa nõ
eſt vacans, ſed ab pſõ damnato poſ-
ſeſſa, & tunc contradictio huiuſmo-
di non impedit executionem, cogi-
tur tamen cautionem præſtare actor
ipſi condemnato de conſeruando ip
ſum indemnem contra ipſum ter-
tium ſic opponẽtem,ſecundum for-
mam l. ſi is quo . cũ ibi notatis.ff.de rei ven. aut
erat poſſeſſa ab ipſo tertio, qui nõ fuit in iudicio,
nec ſciuit cauſam ſuam agi,& tũc executio impe-
ditur, & cognoſcitur de iure ſuo , vt traditur in l.
ob maritorum. C. ne vxo.pro ma . & in l. ſæpè.§.
ſcientibus.& in l.à diuo pio.§.ſi ſuper rebus.& ibi
per Bar.ff.de re iudica.Secundo caſu principali cũ
ſit executio in actione perſonali puta mutuo, vel
locato,& tunc quilibet contradictor impedit exe-
cutionem,& audiendus eſt de iure ſuo ante ipſam
executionẽ ſummariè & de plano.vt in d.§.ſi ſup
rebus.nec tamen ſententia in tali ſummario iudi-
cio lata plenum præiudicium faciet in plenario.vt
in d.§.ſi ſuper rebus.Differentiæ autẽ ratio inter
prædictos caſus eſt ſecũdum Inn.in c. veniẽs.quia
quando poſſeſsio vacat, ille qui opponit facilius
poteſt ad ſibi debitum peruenire,quã ſi ſit per a-
lium occupata,ſicque ſua multum intereſt prius
de iure ſuo diſputari,& executionem differri,non
ſic autẽ quando ab illo poſsidetur,quia tantũ im-
portat ab vno petere quantum ab alio , ideoque
non tardatur executio,quia contra eum qui inci-
pit poſsidere,poterit ius ſuum intentare ſicut con
tra iſtum,ſed vbi fit executio in perſonali actione,
tunc ſemper ſua intereſt audiri antequàm res in
alium transferatur,quia perſonalis actio,vel obli-
gatio non ſequitur rem ſeu rei poſſeſſorem. vt l.
ſi fideicommiſſum.§.tractatum.ff.de iud.& l.j.§.ſi
hæresfundo.ff.ad Tre.& ſuper hoc vide quæ no. In
nocen. in c.ſuper controuerſia.extrà de re iu.Et
prædicta locum habent,ſiue de poſſeſsione tantũ
ſiue de proprietate quæſtio moueatur,vt no.per
glo.in d.§.ſi ſuper rebus.ad quod facit l.memine-
17 rint.C.vnde vi. † Denuò quæri ſolet ſi appa-
reat contradictor allegans rei dominium,vel poſ
ſeſsionem,ad quem pertineat onus probandi, an
actori & cõtradictori,diſtingue,aut tempore quo
fit executio reperitur debitor condemnatus in
poſſeſsione rei,& tunc fundata eſt intentio agen-
tis ,& fieri debet executio ſaluo iure opponendi
in alio iudicio,aut reperitur contradicens tunc eſ-
ſe in poſ.& tũc erit fundata eius intẽtio,& per hoc
retardabitur executio & cognoſcet de iurib⁹ oppo
nẽtis.vt hęc no.gl.& Cy.in l.ob maritorũ.C.ne vx.
ꝓ ma.& per Bar. in d.§.ſi ſuper rebus.& per Spe.
in ti.de j.& ij.decr.§.reſtat.ver.ſed quid.licet quæ
dã gl.in l.j.C.de priui.ſi.dixerit abſolutè,ꝙ oppo-
18 nenti incũbit onus probandi & malè. † Sed quid
dices ſi ſe opponẽs probat ſe poſsidere tẽpore exe
cutionis,actor verò probat eum doloſè poſsidere,
quid fieri debet?dic quod nõ impeditur cõtra illũ
executio,quia dol⁹ nõ debet illi prodeſſe,ſed obeſ
ſe.vt l.ne ex dolo.facit l. ſi litigator.ff.vt leg.nom.
ca.& l.certa forma.C.vt in poſ.leg.& ita dicit Cy.
in l.j.C.de alie.iu.mu.cauſa facta.quod eſt nota.&
a contra illos qui pendente lite [a] vel lata ſentẽtia cõ
tra eos,vt deludãt aduerſariũ,trãsferũt rem ad ex
traneũ.nã talis malitia nõ ꝓdeſt eis,nec acquirẽti
bus.Alibi tamẽ Bar.in d.l.ſi ſuper reb⁹.videtur ſen
tire qđ poſsit fieri iſta executio contra hunc niſi
prius intentata contra eum actione reuocabilia.

a *Lite.Vide quando pendente lite fit alienatio vtrum ſine nouo proceſſu fiat executio cõtra eũ cui eſt alienata.Cy. in l.j.hic all.quod ſic per l.ſi legatorũ.& per l.certa.hic all.Bar.in l.creditores.C.de pig.& in l.à diuo.§.ſi ſuper. de re iudi.tenet contrà per l.j.§.retia.& l.fina.ff. ſi mul.ven.no.in poſ.mit.& per tot.tit.ff.& C.de his quæ in frau.cre.& §.ſi quis in fraudẽ.inſti.de ac.quia agen.eſt,primò via reuocatoria ordinario iure contra detinentem. Bal.verò aliter diſtinguit & ſunt aurea eius verba recitãdo.d.opi.in l.ob maritorum .C.ne vxor ꝓ mari.aut iſte dolus cõmittitur ĩ fraudẽ vel paratæ executionis vel miſſionis,& eodẽ modo fiet executio vel miſſio cõtra poſſeſſorem vt l.cyrographis.§.ſi.ff.de ad mi.tu.aut in fraudem creditoris diminuẽdo bona vt minus ſit in bonis,& tunc eſt agẽdum ordinariè.vt dicto §.ſi quis in fraudem.cogita.ſed Barto.in l.j.§.fina.ff.de liti.dicit quòd contractus initus ſuper re litigioſa eſt ipſo iure nullus adeo quòd contractus talis non tenet, adeo quòd ſententia lata contra primum debet mandari executioni contra iſtum in quem facta eſt translatio.ibi vide,& remitit ad ea quæ dicit in d.l.creditores.*

ar.

ar.eorũ quæ habentur,& no.in §.si q̃s in fraudẽ. insti.de act.& l.j.§.si mulier.ff.si mul. ven.no in pos.mi.sit.& in toto tit.de his quæ in frau.cre.& idem tenuit in l.creditores.C.de pig.puto quòd opi.Cy.sit verior,& æquior,vt fraudibus obuietur.vt l.in fundo.ff.de rei ven.nec ob all.per Bar. quia loquuntur q̃n alienatio interuenit ante litẽ
19 inchoatam,vel sententiã latã.†Sed pone q̃d apparente contradictore fuit super exce.lata sententia an in nouo iudi.poterit ipse contradicens de iure suo docere p̃ modũ agendi?videtur quòd sic p̃ ea quæ habentur in d.§.si super rebus.Sed distingue tu melius,aut super exceptiõib⁹ fuit plenè cognitũ,aut summatim tm̃.Primo casu nõ auditur vlterius in modũ agendi sup̃ iure deciso & p̃posito in modum excipiẽdi.iuxta no.in c.sup̃ spoliatione. extrà de or.co.& per do.in l.si nautẽ.in fi.ff.de nege.& l.quod in diẽ.§.si rõne.ff.de cõpẽ Secundo
20 casu audiẽdus est.vt in d.§.si super reb⁹. †Rursum q̃ritur de quadã q.quæ sepius de facto cõtingit.Ecce q̃d aliq̃s corã iudice spõte cõfessus est se debitorem esse de cẽtũ,& iudex visa cõfessiõe condẽnauit ipsum.vt habetur in l.j.C.de confess. deinde creditor sñiæ executionem req̃rit,contra quã se opponit cõdẽnatus dicens sentẽtiã fore simulatã,& in fraudem vsurarũ latã,ac confessionẽ remissam.Quæritur an p̃ hoc sit retardãda executio & si debitor offerat se stare velle iuro creditoris super p̃dictis,an sit audiẽd⁹ ante executionem,& q̃a duo sunt dubia,r̃ndeo quoad primũ talem exce.non impedire ipsam executionem,quia exceptio simulationis est peremptoria.l.j.C.plus va.q̃d agitur.ideoq; post sentẽtiã nõ admittẽda, vt l.p̃emptorias.C.sen.resc.nõ pos cum si.ibi no. sentẽtia em̃ habetur p̃ veritate.vt l.res iud.ff.de re.iu.& l.ingenuũ.ff.de sta.ho.& imputet sibi qui nõ ab ea appellauit.vt l.ab eo.C.q̃ñ & quãdo iu. & l.j.C.si sẽpi.in inte.rest fue.postu.dicere enim sentẽtiã simulatã est allegare illã iniquã,q̃d nõ licet si non fuerit p̃uocatum.vt in d.iuribus.& in l. post rem iudicatam.ff.de re iu.& l.iiij.C.de re iu. facit l.fi.C.de exe.rei iu.sup̃ sc̃do sic distingue p̃ eius pleniori cognitione aut exceptio perẽptoria q̃ opponitur contra sentẽtiam,traxit originẽ ante sentẽtiã,& tũc nõ p̃t regularit̃ opponi post sñiam. vt in d.l.perẽptorias.cũ si.ideoq; nõ tenetur cre-
a ditor subire tale iurm̃,q̃d iurm̃ᵃ succedit in locum p̃bationis testiũ vel instr̃orum.vt dicit tex.in l.in cõt ractibus.§.illo.C.de non nu.pe.& ibi per Cy. & no.glo.in l.generaliter.in prin.C.de iureiu. aut traxit originẽ t̃pe ipsius sẽtẽtiæ.vt ĩ q.p̃nti.& tunc idem.quia sibi imputet si non appellauerit vt dictum est,aut traxit originem post sententiam vt quia creditor transegit,vel pactum fecit vel si.& tunc tenetur iurare, quia etiam aliter de hac exce.posset probare.vt l.& post rem iudi.in prin. ff.de transa.& in l.eleganter.§.si post.ff.de condi.inde.& l.iiij.§.si ex conuentione.ff.de re iu. Amplius quæritur, postulata executione sententiæ latæ in actione personali,quid facit iudex de pignoribus captis?& dic breuiter q̃ altero de quatuor modis p̃uidebitur ipsi creditori.Primò poterit ipsa pignora sibi dare in solutum pro taxata quantitate valoris eorũ,sic quod pro resto debiti sit ius saluũ creditori.vt l.si ex maiore.C.de exce.& l.fi. in fi.C.de iu.do.impe.vbi autem creditor accipit simpliciter pignora in solutum non determinata quantitate tunc videtur pro toto debito accepisse,nec vlterius audiretur pro aliqua parte dicti debiti.ideo sit cautus vt semper declaretur quantitas pro qua in solutum recipiunt.vt habetur & no.per Bar.in l.à diuo pio. §.si pignora.ff.de re iu.& per Cy. in l.ordo.C.de exce.rei iu. Secundo mõ prouidetur si iudex exponi faciat ipsa bona venalia,& plus offerenti dare,& pretium tradere creditori.vt l.fi.§.j.C.de iur.do.impe.& l.pe.C.si ven.pig.ag.& l.j.C.si in causa iu.Tertio modo prouidetur quòd nullo reperto emptore ipse creditor tanquam quilibet alius extraneus ipsa pignora emat pro quãtitate iusta, & si quid restauerit pro solutione habeat ius saluum ad id consequendũ.vt l.ij.& fi.C.si in causa iu.Quartum est remedium, videlicet quòd ipse creditor pignus possideat, & fructus ex eo colligat,sed non est vtile creditori,quia fructus debent cum debito compensari.vt l.j.C.de dist. pig.& l.j.in fi.ff.de pi.act.de his remedijs no.in d.§.si pig.& in d.l.ordo. Adde & quintum videlicet quòd ipse debitor detrudatur in carcerem.

21 † Pro cuius latiori doctrina reuoco in dubiũ,an quis possit pro debito carcerari?in quo dubio sic distingue secundum Bartol. vt per eum not. in l.sacrilegij.§.cũ eo.ff.ad legem Iul.pecu.aliquando quis est debitor fisci, aliquando priuati. Primo casu potest capi, & arrestari in aliquo loco, puta ne exeat de platea, vel palatio communis, non tamen sic citò in carceribus includi, nisi eo perseuerante in contumacia. vt not.in l.nemo carcerem. C. de exactio.tribut.lib.x.& d.§.cum eo.licet exactores moderni temporis in talibus diuersimodè se habeant pro libito voluntatis. Secundo casu subdistingue,aut debitor est condemnatus, & tunc potest incarcerari.vt l.prima. & ibi not. per

a Iuramentum. adde Alexan.de Imo. l. conerit.§.dato ff.de iureiur.& in l. eleganter. §. j. ff. de condi.inde. & Pau.de Cast.in consilio xcvj. Cur.

Cy.C.qui bo.ce.poſ.item ſi nondum eſt condem-
natus, ſed promiſit ſiſtere in iudicio,& cõtumax
fuit,vt in auth.de exhi.reo.§. ſi verò .C .quomõ &
quãdo iu.in l. cõſentaneum.& ibi no.aliter nõ po-
teſt incarcerari niſi per pactum ſe aſtrinxerit,vt
no.doc. in l.ob ęs.C.de ac.& ob.verùm in caſi-
bus in quibus poteſt carcerari,ſi ceſſerit bonis
ſuis relaxabitur.vt d.l.j.C.q bo.ce.poſ.quocunque
tempore fiat bon.ceſſio.vt no.per Azo.in ſum.
eiuſdem ti.& probatur in l.pe.ff.eo.ti. & l.ij.C.
eo.ti.quod ſequitur Cy.in d.l.j.niſi fortè ſecundũ
aliquorum opi.debitor renuntiaſſet beneficio ceſ-
ſionis,quod fieri poteſt ſecundum aliquos,licet ali-
qui contrà teneant,vt plenè diſputat Cy.in d.
l.j.& Ia.de But.in auth.de fideiuſ.§.quod autem.&
22 Bar.in l.alia.§.eleganter.ff.ſo.ma. † Sed an ſit
neceſſaria exec.bonorum ante quam perueniatur
ad incarcerationem.Bar.dicit quòd ſic. in l.iij.§.
tutores.ff.de ſuſpe.tu.nam ſicut fit excuſsio rerum
mobi. antequam perueniatur ad immobilia,& re-
rum mob.antequàm perueniatur ad nomina de-
bitorum , ſuperius & inferius . dictum eſt,mul-
tomagis fienda eſt antequam perueniatur ad hãc
incarcera.quæ durius aggrauat ipſum debitorem
licet aliquando vel ex conſuetudine , vel ſta-
tutum non ſeruetur hęc practice.Eſt ergo in exe-
cu.ſententiæ latæ in actione perſonali ſuper ca-
piendis pignoribus talis ordo tenendus,videli-
cet vt primo accipiatur pecunia ſi extat. ſecundo
res mob.exceptis deputatis ad agriculturam ,
vel pro vſu quotidiano veſtium vxoris& filiorum.
vt habetur , & not.in auth. agricultores.quæ res
pi.ob.po.& l.executor . C.eo.ti. Tertiò his de-
ficientibus recurritur ad res immob . Quar-
tò ad nomina debitorum, vt hæc traduntur in
d.l. à diuo pio.§.in venditione . & §.fi.& facit
l.etiam.C.de exe.rei iu . Quintò ad incarcera-
23 tionem. † Sed quid dices de eo quod facere
nituntur plerunque miſeri litigantes , & eorum
ſubdoli procuratores,qui ne perueniantur ad im-
mobi. & vt maius vituperium faciant creditori
exponunt, & producunt rem ſua mobilia,quàm
aliena , & quæcunque viliſsima , & quandoque
ea latenter emunt à vicinis vſque ad inciſoria,&
bocalia lapidea.& ſtagnea , nunquid ſit cogen-
dus creditor talia recipere in ſolutum,puto quod
non,quia res mob.debent eſſe tales quæ de facili
reperiant emptorum,& non ſint inutiles,vel ſu-
perfluæ,aut dãnoſæ ipſi creditori.ar. eorum quę
habentur, & nota.in auth.hoc niſi debitor.C.de
ſol.& in corpore vnde ſumitur. Sed conſilium
eſt melius pro creditore,quòd talia bona imbolia
faciat exponi per iudicem venalia,& plus offe-
renti dentur , & ipſi creditori earum pretium
exoluatur,vt ſuprà dictum eſt & hoc modo ob-
24 uiabitur fraudibus talium malignantium. † Vl-
terius quæritur qua forma capietur nomen de-
bitoris mei debitorum ? dic quòd iudex facit ad
ſe auocari ipſum debitorem , & interrogabit
eum,an ſit debitor talis,& ſi quidem confitebi-
tur ſe illius debitorem,& tunc ſtatuet,& aſſignā-
bit eum pignore mihi creditori & compellet eum
per iuris remedia mihi ſoluere .vt not.per gl.in d.
l.à diuo pio,in fi.& in l.j.C.de præto.pi.vbi autem
negauerit ſe eſſe debitorem,tunc relaxabitur.vt
ibi no.& per gl.in l.ij.C .quando fiſ.vel priua.Sed
quid ſi res mobilis fuerit data in ſolutum & po-
ſtea res ipſa appareat aliena, & ſibi euincatur ,
qualiter ſuccuretur ipſi creditori? dic quòd po-
terit adhuc agere prima actione quia non eſt
ſublata per talem inutilem dationem in ſolutum.
nam creditor videtur ſub hac condi.data in ſolu-
tum,à priori iure recedere, ſi res fiat ſua irreuo-
cabiliter.vt probatur in l.ex ſextante.§.latinus.ff.
de exec.rei iu.vt habetur & no.in l.libera quidem
theodora.C.de ſen.& inter.om.iu.& in l.eleganter
in prin.ff.de pig.& l.reſcriptum.in fi.ff.de diſ.pig.
25 † Poſt hoc quæritur an ſententia lata in actio
ne perſonali ſit ſemper inſolidum mitenda execu
tioni contra damnatum?dic breuiter quòd ſic re-
gulariter,ſed à regula certi ſpãles ſunt à iure exce
pti caſus,in quibus fit executio ſolùm inquãtum fa
cere poteſt condemnatus deducto ne egeat,vel
ne mendicare cogatur.ver.g.in parte condemnato
vel patrono,filio marito,vxore,milite donatore &
ſocio omnium bonorum vt traditur & habetur
in l.ſunt.qui.cum l.ſequen.& in l.condemnationẽ.
ff.de re iu.hoc tamen priuilegium ad ipſorum hę
redes non extenditur.vt l.ſciendum.ff.de re iu.
& ipſę principales perſonæ hoc priuilegio pri-
uarentur ſi fraudulentur bona ſua alienaſſent,
vt ibi no.& habetur in l.j.§.illo proculdub . C.
26 de rei vx.act.& in l.ſi vnus.§.fi.ff.pro ſo. † Quę
ro an ſententia lata contra principalem , poſsit
mitti execurioni ſine alio proceſſu contra eius
ſucceſſorem? dic ſic concluſiuè, aut eſt ſucceſſor
vtilis,vt hęres,& tunc fieri debet executio contra
eum ſicut contra principalem ſi viueret.vt l.mi-
les.§. iudicati.ff.de re iu.quia hęres fingitur ea-
dem pſona cũ defũcto,vt in aut.de iureiur.à mor.
præſt.in prin.aut eſt ſucceſſor ſing.vt emptor vel
legatarius,& tunc aut eſt ſucceſſor in re ipſa ſup
qua eſt lata ſententia,& tunc videtur idẽ.ar.in l.ex
contractu.ff.de re iu.& l. ſi mater in fi.& l.ex-
ceptio.ff.de exce.rei iud.latius tamen in hoc ſe-
cundum Bar.diſtingue,vt per eum no.in l.credito
res. C.de pign . aut iſtud ius exequendi erat in
eſſe productũ antequã res trãſiſſet.in hũc ſucceſ-
ſorem,quia lata erat ſentãtia,& tunc in eum cõpe
tit ius exeq.hãc ſententiam.vt d.l.ſi mr.in fi.& l.iu
dicante.in fi.& l.ſi à te.in fi.ff.de exe.rei iu.& fa-
cit l.ſi ſupatus.in fi.ff.de pig.aut ipſum ius non erat
ineſſe productum, ſed in actu producendi,vt qa
lis pendebat,& tunc aut per hoc res facta erat in-
alienabilis,quia litigioſa,cùm eſſet quęſtio de ip
ſius rei dominio,& tunc tale ius exequẽdi trãſit
contra ipſum ſucceſſorem.vt l.ij.in fi.C.de lit.
aut poterat alienari,quia ſolùm erat quęſtio de
iure pignoris.& tunc ius conſequendi non trãſit
contra talẽ ſucceſſorẽ:ſed requiritur nouus pro-
ceſſus.

ceſſus contra eum. vt in authen. de liti. §. ad hæc.
poſita iu authen. hoc ita. C. de pig. aut ipſum ius
exequendi non fuerat in eſſe, nec in actu produ-
ctum,& ſic lis nondum fuerat inchoata, & tunc
non tranſit in hunc ſucceſſorem tale ius exequẽdi
ſine nouo proceſſu, vt probatur in d.l.ſi mater. §.
fi.& l.iudicare. §. fi. ad quod facit l.j.§.neceſſariò.
ff. ſi, mu.ven.no.de quo iure executionis.vide qđ
no. plenè Cyn. in l. j. C.de alie.iud.mu.cauſa fac.
27 † Vlterius quæritur an talis ſententia poterit
mitti executioni contra fideiuſſorem debitoris
condemnati ſine alio nouo proceſſu? dic ſecun-
dum doct.aut eſt fideiuſſor cõtractus, vel iudicij
vel litis. Primo caſu non poteſt fieri executio
p̃cedente nouo ꝓceſſu In ſecũdo caſu põt,vt de
terminatur & not. per Cy. in l.fi. C.de vſu.rei.iu-
di. & per Bar. in l.j.ff.iud. ſol.Et quæ ſit ratio dif-
ferentiæ ibi vide,quia intendo breuis eſſe.
28 † Sed an talis inſtantia ante latam ſententiam
tranſeat in ſucceſſorem,diſtingue ſecundum Bar.
vt per eum not.in l.ſi eum hominem.ff. de fideiu.
aut eſt ſucceſſor vniuerſalis, & tunc tranſit. vt in
d. l. ſi eum hominem. & ad hoc facit l. is qui Ro
mæ. ff. de iud. in l. ſi familiæ. ff. fa. her. cum ſi-
mi. aut eſt ſucceſſor ſingularis & tunc tranſit. vt
l. ij. C. de hæredi. vel act. vendita. & not. per Io.
29 Andr. in c. quia Guil. extra de iudic. † Sed an
ſententia ſit mittenda executioni contra procura
torem litis, vel eius bona? dic quòd non, imò nec
contra tutorem, vel curatorem, vel ſimi. in l.iiij.
§. tutor. ff. de re iudica. & l. plautius. & l. ſi pro-
curator.ff.de procurato.niſi contra eum qui ſpon-
te ſe obtulit liti ſine mandato pro alterius defen-
ſione. vt d.l. iiij. in princi. & facit l. is qui ſe ob-
tulit ff. de rei vendi.

VISA PRIVS per eum quadam ſententia. Ad hoc autem vt iudex ad executionem procedat debet ſibi conſtare ex productione de ipſa tali ſententia quam exequi intendit. vt l. ordo. quaſi per totũ.C.de exe.rei iud.& c.j.extra de offi.ord. &c.

SVI PARTE Suſpecta. Hoc meritò dicitur, quia ſi eſſet ſuſpecta ex aliquo vitio viſibili, tunc retardaretur eius executio.argumen. eorum quæ notantur in l.iij. C. de edic.diui Adria.tol.

EPITOME.

1 *Quot modis nuntius appelletur?*
2 *Executio ſententiæ an poßit committi parti?*
3 *Licentia data parti in contractibus ingrediendi ſine violentia,ita quod exequatur,an habeat locum in contractibus?*
4 *Quando iudex dicatur facere ſententiam interlocutoriã, actum interlocutorium, & ſententiam diffinitiuam quò ad executionem?*
5 *Exceptione oppoſita contra nunium exequentem ipſe poteſt executionem tardare.*
6 *Executor ꝓponens pignora venalia an hẽat fidẽ de p̃tio?*
7 *Procurator conſtitutus ad vendendum,an habeat fidem de pretio?*
8 *Executione excedente debitum modum exequendi,qualiter ſuccurratur?*
principes,& barones,in quibus promittũr quòd eo
rũ ſubditi,vel vaſſalli,& alij adherẽtes,& ſequaces
nõ offẽdẽt &c.fallit etiã ipſa regula,quãdo ipſi ꝓ-
miſsioni facti alieni pœna ſubijcitur, vel apponi-
tur ſi cõtrafiat,vel intereſſe ꝓmittitur qđ loco pœ
næ reputatur.vt d.l.ſtipulatio.& l. inter ſtipulãtẽ.
4 ĩ prin.†Idõq; cõſiliũ eſt ĩ talib9 ſemꝑ pœnã adijce
re& ſic cõiter practicatur,aliquãdo quis promittit
non vocare in ius,& tunc per ſolã citationẽ pœ-
na cõmittitur.vt l.quamuis.ff.de in ius voc.aliquã
do ꝓmittitur rem ra.ha. & hîc attende ſecundum

Bar.vt per eum no., in l.quo enim & l.procurator ad exhi. ff. rem ra.habe. Aut geritur aliquis actus absente eo qui debet habere ratum pertinens ad sui commodum,&tunc statim atq; cognouit,&nõ improbauit, videtur approbasse.vt in l. si absente. C.si cer.pe.& ibi no. per gl. & doc.& sic debet intelligi opi. Ros. no.in d l.quo enim.aut geritur actus pertinens ad ipsius damnum, seu præiudiciũ, & tunc aut in eo superuenit simplex sententia, & tunc si expressè non approbat,videtur reprobare, vt in d.l. procurator. in fi. & d.l. quo enim. §.j.aut superuenit sententia mediante aliquo facto certificatorio ipsius actus puta præsentatio literarum, vel instrumenti sibi facta, & tunc non reprobando videtur approbare.vt in l.filius. ff.ad mace.& in c. j.extra de pb.& in l.j .in fi.nau.cau.sta.fallit in casu l.fi.ff.qui & à quib.& l. sponsalib9.in fi.ff.de spons.

TVNC VERTENTIS. Quid autem si fiat compromissum super litibus futuris,an valeat.videtur quòd non.vt l.non quéad.ff.de iu.in contrarium tenet Spec.& bene in præall. tit. §. sequitur. ver. quid ergo.ad quod facit c. quia circa. extra de priuile.& qđ no.in l.de his.ff.de arb.

EPITOME.

1 *Quid sit arbiter?*
2 *Cur à iudicijs ad arbitria declinetur?*
3 *Arbitrator quid sit.*

TANQVAM In arbitros eorum, & ar-
1 bitratores. †Hîc videndum est quæ sit differentia
2 inter arbitrum & arbitratorem.[a] Ad quod respondendum,vt plenè prosequitur Spe.in d.tit.in princi.& Inn. in c.quintauallis. extra de iureiur. & sic arbiter est ille qui à partibus eligitur tanquam iudex,inspecta forma procedendi,vt l.j.& l.qualem. ff.de arb.licet ab eius sententia appellari non possit,vt l. diem proferre. ff. eo.tit.quæ appellatio in iudicialibus causis admittitur, vt in l.& in maioribus.C.de ap.& hæc est vna ratio, quare partes re-
2 cedunt à cognitione iudicum. †Est etiam alia ratio,quia habent ab arbitris habiliorem audientiã &minores faciũt expensas. Arbitrator verò est ille
3 qui †eligitur, vt omni prætermisso ordine iuris disponat inter partes,prout sibi æquum videtur,de quo loquitur tex. in l.si societatem. §. arbitro. ff. pro soc.& in l.si quis arbitratu.ff.de ver.obl.& insti.de emp.&vend.in§.item pretiũ.& in d.c.quintauallis. & ab eius declaratione non appellatur, sed tantùm reductio petitur coram iudice ordinario, vt infrà dicetur, quæ effectum appellationis sortitur. ex quo alia differentia inter eos,colligitur. Tertia differentia subinfertur,nam declaratio arbitratoris quæ laudum apud aliquos nuncupatur, confirmatur taciturnitate decem dierum,secundum Inn.sed solo expresso partium consensu, sicut transactio. vt in d,l.cum mota.in l.si pro fundo. C.de transa.cum si.aliæ etiam sunt differentiæ,quæ ex dicendis infra apparebunt.

EPITOME.

1 *Potest opponi exceptio doli contra agentem ex sententia arbitri si dolus interuenit ipsa re, quamuis non appelletur.*
2 *Cur in arbitramento petatur auxilium per viã reductionis, nõ autem in arbitrio?*
3 *An hodie appelletur à sententia arbitri?*

LICERET appellare. Hoc
1 apponitur ex abũdanti.†quia de iure non potest à declaratione arbitri vel arbitratoris appellari,vt suprà dictũ est,veruntamen si dolus re ipsa, vel [a] ex proposito interuenit in sententia arbitri,poterit contra agentẽ ex hac sententia opponi exceptio doli. vt probatur per tex.in l. non distinguemus.§.cum quidam. in fi.ibi,per hãc
2 ergo exceptionẽ &c.ff.de arbi. †Sed hîc quæritur de ratione diuersitatis qñ contra sententiã arbitratoris per viã reductionis inuocari põt auxiliũ superioris, & contra sñiam arbitri nõ succuritur,nec per viam reductionis. Fortè dici potest ꝙ ratio sit, qa maius vertitur periculum in declaratione arbitratoris, propter latiorem potestatem quam habet, quàm in sẽtẽtia arbitria,qui iuxta iuris ordinem pronuntiare debuit, ideo cautius fuit prouidendum. argumen.in
3 l.j. §. sed & si quis.ff.ad carb. †Sed aduerte, quia superius dixi ꝙ à sententia arbitri non põt appellari,ꝑ dictũ §.stari.quod procedit inspecto iure antiquo. Ideo quæritur,quid de iure nouo,an hodie possit appellari.glo. tenet ꝙ non.Bar.verò tenet contrariũ in l.arbitro.ff.qui satisd.cog.

[a] *Differẽtia est inter arbitriũ. & arbitratorem.Bal.in l. si sup.C. de transac. Bal. in l. si diuersa. de temp. app. Bal.in l.fi. §.necessitatem. C. de bon.quælibet.& per Ant.de bu. in c. bonæ el.j.de postu.præla.*

EPITOME.

1 *Coram quo petatur reductio?*
2 *Infra quantũ tempus petatur reductio.*
3 *Non obstante renuntiatione petitionis reductionis ad arbitrium boni viri, an talis petitio reductionis habeat locum?*
4 *Quæ sit magna læsio propter quam petitur reductio?*
5 *Coram quo iudice petatur reductio.*
6 *Cùm iudex inquirit magnam læsionem, ex quibus actitatis veteribus, an nouis, debeat eam detegere.*
7 *Quãto tempore duret instãtiã reductionis.*
8 *Cui incumbat onus probandi causam reductionis?*
9 *An possit applari à sententia iudicis reductionis, confirmantis, vel infirmantis laudum?*
10 *A quibus arbitris appelletur?*

NEC reductio Peti ad arbitrium
1 boni viri.†Aduerte [b] ꝙ iste vir bonus
b appellatur iudex ordinarius.vt l.vir bonus.ff.iu.sol. & l.continu9.§.cùm ita.ff.de ver.ob.& l.quod si ephesi. ff.de eo quod cer.lo.Coram ipso er-

[b] *Aduerte. vide tex.in l. cõtrari9. ff.de verb. obl.Spe.tit. de arb.in c. j. ver. si quis. glo.in ca. statutũ. de rescri. lib.vj. glo. in ca.si clericus. de præbẽ. lib. j.ibi,sed dubium, vide Bal.in l.fi. C.de iudic. & doct. in c. exposita. de arbitr.*

go iudice peti debet reductio vt plenè habetur, & no. in d.§.arbi
a trorum.[a] & d.c.quintauallis.vt infra dicam in ver. vltra quæritur.
2 †Sed dubitatur infra quãtum tempus peti debeat, dicunt quidam infra x. dies exemplo appellationis, de quo tempore habetur in auth. hodie. C. de app. alij, quos refert Spe. in d.c.sequitur. ver. sed infra quantum tempus &c. dicunt quòd potest peti infra xxx. ann. alij verò dicunt quòd infra quatuor menses tantum. Concludit ergo ipse Spe. consultius fore quòd petatur infra x. dies. dic vt ibi, sed Bar. in d.§.arbitror. dicit quòd infra annum debet peti, quo elapso præcluditur via petendi. ar. in l. qui se grauatos. C. de censi. li. xj. & facta tali petitione vel contradictione in iudicio, vel extrà, perpetuatur ius petendi ipsam reductionem, tãto tempore quanto solet actio vel exceptio perpetuari vel forte, secundum eũ peti infra quadrienniũ, vt dicitur de alijs remedijs rescissorijs in l. in honorarijs. §. sed cùm rescissa. ff. de ac. & ob. Vel melius dic, secundum Iac. de Bel. vt traditur per eum in auth. vt diff. iu. Aut sententia, vel laudum arbitratoris est nulla vel nullum, quod potest contingere multis modis, & tunc perpetuò potest dici nullum, vt no. in l. si expreßim. ff. de ap. nedum in modum agendi, sed etiam in modum excipiendi, vt l. purè. in fi. ff. de do. exc. aut est aliquod, tunc prætenditur dolosè prolatum, seu per dolum obtẽtum, & tunc poterit dici iniquum, & reductio peti etiã post x. dies. ar. in l. sub prætextu C. de transa. & quod no. in l. in contractibus. C. ex qui. cau. ma. aut prætenditur lata simpliciter, iniquè, & iniustè & tunc debet peti reductio infra x. dies. ar. eius quod dicitur de ap. in d. auth. hodie. & in supplicatione. vt in d. auth. quæ supplicatio. C. de preci. impe. offe. & in sententia arbitri. vt in l. cùm anteà. C. de arb. aliàs ipsis x. diebus elapsis rata manet ipsa sententia arbitratoris, sicut sententia arbitri, quæ etiam per lapsum x dierum approbatur. in d. l. cùm anteà. Dicere t aliquis si non potest ab ea appellare, vt in d. §. stari. superfluè dicitur. ipsam x. dierum taciturnitate firmari. potest responderi quod licet non poßit appellari, potest tamen contra illam exceptio doli opponi, vt s. dictũ est, vel fortasse iudicis officium implorari, iuxta no. per Bar. ĩ l. planè. ff. de pe. hęr.

3 †Modò quærendum est in casu præsenti, quando renuntiatum est petitioni reductionis ad arbitrium boni viri, nunquid renuntiatione non obstante admittatur hæc petitio? videtur quòd nõ, exemplo eius qui renuntiauit appellationi. vt l. fi. C. de temp. app. in fi. In contrarium facit in c. quam ad. & in c. ad nostram. extrà de iureiur. Breuiter ista q.
b est diffusè [b] tractata tam ab antiquis, quàm à modernis. vt plenè Spe. recitat in d. §. sequitur. ver. item quid si compromissum &c. & tangitur per Cy. in l. cùm anteà. in j. q. C. de arb. & Dy. in c. scienti. extrà de reg. iu. li. vj. & per Bar. in d. §. arbitrorum. secundum quem pro concordia omnium sic est conclusiuè dicendum. aut arbitrator tulit sententiam per dolum, & tunc renuntiatio non habet impedire petitionem reductionis, quia ad dolum de futuro renuntiatio non extenditur. vt l. si vnus. §. illud. ff. de pac. & l. conuenitur. ff. de pac. do. & hoc casu intelligatur disputatio Cy. in d. c. scienti. aut tulit sentẽtiã ꝑ imperitiã, & bona fide. & tũc aut ꝑ hãc sẽtẽtiã infertur læsio ĩ magna quãtitate tũc renũtiatio etiam si sit iuramẽto vallata nõ nocet. quia habet in se tacitam conditionẽ, si ex ea nõ inferatur lęsio magna. ar. in l. si libertus. in prin. ff. de ope. lib. & in l. si. C. de non nu. pec. & est tex. in c. ij. extrà de arb. facit l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loc. & l. quidã cũ filius. ff. de ver. ob. licet prius debeat peti absolutio à iuramẽto. vt d. c. ij. in fin. ad quod facit qđ habetur in c. debitores. extrà de iureiur. de qua tacita cõditione subintellecta plenè no. per gl. in d. c. quintauallis. nec immeritò dicitur quòd læsio in magna quantitate locum facit huic reductiõi cũ ex ea inducitur pręsumptio doli ar. in l. omnes. §. lucius. ff. quę in frau. cre. & no. in l. qui testamẽtũ. & in l. patronus. ff. de prob. ideoque non venit in generali remißione. ar. in l. creditor. §. lucius. ff. mã. & d. l. si vnus. §. illud. cum si. aut infertur læsio in parua quantitate, & tunc valet renuntia. nec põt peti reductio. ar. in l. ait prætor. §. quæsitum. & l. si ex causa. in prin. ff. de min. Sed vt efficax in omni casu maneat renuntiatio, est consil. secundum Host. in c. quintauallis. quòd in compromisso dicatur quòd ipsis arbitratoribus liceat auferre de iure vnius partis, & alteri conferre in parua & magna, ac maxima quãtitate, prout eis placuerit. ar. in l. j. §. si cõuenerit. ff. depo. & sic procedit gl. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arb. Ioan. autẽ An. in dicto capitulo quintauallis. sequitur idẽ & subiungit causam quare prædictis adijciatur hæc clausula etiam si per sententiam ferẽdam sequatur maxima lęsio re ipsa, vel ex proposito &c. †Quæ autẽ sit magna læsio, quia pro
4 modica non competit reductio etiam in casu pręmisso. vt l. scio. ff. de in inte. rest. Respondẽt quidã ꝙ magna læsio est pars sexta, alij autẽ ꝑ dimidia. ar. in l. ij. C. de rescin. vẽ. qđ est veri⁹, de quo latius

[a] Et not. in d. §. arbitrorum. Tenet Bal. in l. fi. in iij. q. C. de contrahen. emp. doctores in l. si quis. ff. de verbo. obli. Bart. in l. j. do leg. ij. §. sed & si quis. C. cõ. de leg. vide Alexan. de Imol. in d. §. arbitrorum. in apostil. in l. de pupillo. §. si coliũ. iiij. ff. de no. oper. nuntia. & Lãfran. de Brixia in tractat. de ar. q. xx. Curt.

[b] Diffusè ad de Federi. cãsi. cxlvij. Pau. de ca. consil. xxiiij. & vide in apostil. ad Bar. in d. §. arbitrorum.

tius vide quod tangit Barto. in dicto. §. arbitro-
5 rum. †Vltra quæritur in casibus præmissis
a coram quo [a] iudice petatur hæc reductio ad arbitrium boni viri. distingue secundum Bart. & Baldum, vt per eos nota. in lege prima. C. vbi & apud quos. aut sententia arbitratoris assumit vim sententiæ diffinitiuæ, & formam alicuius statuti seu legis municipalis, vt est Papiæ, & in pluribus locis. & tunc ille erit iudex reductionis, qui esset iudex app. si appellari posset, aut remanet eius vis in iure communi tantùm, & tunc erit iudex competens, ipse iudex rei, seu conuenti, qui aliàs erat iudex causæ principalis, hoc etiam no. idem Barto. in dicto. §. arbitrorum. & per hoc dicunt quòd modus practicādi & ꝓcedēdi in hac reductiōe, differt à mō ꝓcedēdi in mera appellatione, quia in hac reductione non est necesse quòd ipsa interponatur coram arbitratoribus qui tulerunt sententiam, sed rectà via decurrēdum est ad ipsum iudicem, & coram eo porrigendus libellus super reductione, cuius contrarium est in mera appellatione, quæ prius interponitur coram eo qui tulit sententiā, posteaquē decurritur ad superiorem. vt plenè not. in l. ij. ff. qui & à qui. app. in cle. j. extrà de ap. Tamen communis practica se habet apud plurimos ad tollendū omne dubiū, quòd interponatur tam coram arbitratoribus, quā corā iudice superiore ad instar appellationis. ar. l. non distingue-
6 mus. §. cùm quidam. ff. de arbi. †Nunc autem quæritur petita reductione, iudex inquirit de læsione, an sit parua, vel magna, ex quibus actitatis, an veteribus, vel nouis detegetur læsio, vel iniquitas arbitratoris. dicit Bar. vbi suprà quòd solùm ex veteribus, vnde distinguēdum est an arbitrator fuerit assumptus super contractu, & tūc eius iniquitas detegetur ex his quę habentur in l. quid em. in fi. ff. pro soc. aut fuit assumptus super lite, & tunc quia huiusmodi laudū est quædā trāsactio vt dictum est, debet inspici, & attendi ipsa veritas non tanquam ad merā, & strictam rationem, & iustitiam, sed secundū dubium euentū ipsius litis. Sicquē articuli probatorij non debēt reformari, quia secundū iustitiā debuerat sic ꝓnuntiari, sed quòd inspecto euentu dubio ipsius litis debuit aliter arbitrari, & hoc idem no. idem Bart. in l. si quis cùm aliter. ff. de verb. ob. ad quod facit. §. cum hi. l. modus. ff. de transactio. & in l.
7 lucius. §. penul. ff. ad trebel. †Circa prædicta quæritur quanto tempore durat instantia huiusmodi reductionis? puto quòd anno, vel biennio, exemplo appellationis, cuius naturam in pluribus imitatur vt dictum est, de quo tempore habetur in authen. ei qui appellat. C. de tempo. appella. Alij dicunt quòd durat tanto tem-
b pore, quanto durabat compromissum. [b] †Vl-
8 tra quæritur cui incumbat onus probandi causam reductionis, puto esse dicendum, prout dicitur in causa appellationis, vt scripsi suprà super forma appellationis à diffinitiua in gloss. super versicu. & inquantum sit aliqua, producatur ergo compromissum, & sententia, & prorogatio compromissi, ac iura, testes, & instrumenta, quę fuerunt in principali causa producta, &
9 si quę alia sunt. †Sed pone quòd iudex reductionis confirmauit, vel infirmauit laudum arbitratoris, an ab eius sententia poterit appellari? dicunt quidam quòd sic. per reg. l. & in maiorib⁹. C. de appellatio. & per text. in c. ab arbitris. de offic. deleg. lib. vj. & in l. fina. C. de iudic. & l. fina. ff. à qui. app. non licet Inno. in capitulo præsenti. extrà de rescri. tenet contrarium, quia nō reperitur lege cautum. ergo &c. quam opini. secutus est Barto. in l. nemo potest. ff. de le. j. & Bal. in l. j. ff. de lega. secun. postea idem Bal. mutauit propositum. vt no. in l. j. C. ne lic. tertiò prouo. & sequitur ibi primam opi. dicens quòd sententia lata in causa reductionis trāsit in vim sententiæ propriæ, quæ ante fuerat quædam transactio, ideoquē ab eadem poterit semel, & bis appellari per d. reg. l. & in maioribus. & eodem modo si sententia arbitratoris transit in vim sententiæ iudicialis ex forma statutorum, vt suprà dictum est debebit ab ea appellari, non autem reductio peti, vt determinat Bar. in l. j. ff. à qui. appella. nō licet. adeo quòd si in compromisso esset renūtiatum iuri appellandi, non audiretur vlterius aliqua via, vt lege fi. in fi. C. de tempo. appella. Mihi autem plus placet opinio Inno. cuius ratio est, quia quando via reductionis recurritur ad iudicem, non ad eum recurritur simpliciter vt iudicem, sed vt bonum virum, sic enim lex ipsum signanter appellat in hoc casu, vnde eius potestas resoluitur de iudice in arbitrum, & sic tanquam arbiter à iure constituitur. vt d. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de ver. ob. & probatur in l. proinde. & d. §. arbitrorum. in fine. ff. ꝓ so. vnde meritò ab eius sententia nō appellatur. vt d. §. stari. Prætereà absonum, & cōtra mentem transigentium, & cōpromittentium videtur quòd in longius ꝓtrahi posit hæc causa, quàm si esset iudicialiter agitata, quod quidem accideret, si bis ab hac sentētia appellari posset, & reductio peti, sic enim inducta ad diminuendum parerent augmētū cōtra l. cū tale. §. falsā. ff. de cōdi. & de. nec ob. c. ab arbitris. cū si. cuius gratia distingue tres casus

a *Corā quo. Quid si iudex est ex vno loco, actor ex alio reus coram quo iudice petetur reductio, vide per Fed. cons. cclxxxv.*

b *Durabat cōpromißum. dicit Old. consi. clvj. quòd illo tēpore quo præscribitur officiū iudicis illo tēpore præscribitur reductio ad arbitriū iudicis.*

quidam ſunt arbitri qui eliguntur á partibus voluntariè ſine iuris neceſsitate & ab iſtis non appellatur, vt in d.§.ſtari.& l.j.C. de arbi.

1 †Quidam ſunt arbitri,qui ex iuris neceſsitate eliguntur,& ab iſtis appellatur,& ita loquitur c.ab arbitris.& lex fina.ff.à qui.ap.non licet.& lex fin. C.de iud.cum ſi.Quidam arbitri ſunt à iure deputati ſine aliqua partium voluntate, vel electione, & ab iſtis non appellatur,& ita loquitur hic,& opi. Inno.

EPITOME.

1 *Per verba compromiſſi colligitur qualis ſit poteſtas collata.*

2 *Arbitrator an poſſit declarare,ſi factum ſit in eo compromiſſum ſuper fundo,quod vna pars teneatur alteri facere cõfeſſionem generalem de toto eo,quod petere poſſet?*

3 *An ſit arbiter,vel arbitrator, in quem eſt compromiſſum procedendi de facto,& iudicandi de iure?*

4 *Qualiter cognoſcatur in forma compromiſſi antedicta quòd ſit ita proceſſum,& ita iudicatum?*

5 *Non obſtante iuramento minoris de non contraueniendo ſententiæ arbitri,an poſſit peti reductio?*

TERMINANDI DE IVRE & de facto. 1 †Per hæc verba comprehenditur qualis ſit ptãs collata,nam per hoc qđ dicit, de iure,videtur electus tanquam arbiter,ſic ergo ex forma compromiſsi cognoſcitur qualitas officij,& poteſtatis.vt l.nõ diſtinguemus.§.de offic. præal.& eodem mõ ſi dicatur,vt fieri aſſolet,qđ cognoſcant iuris ordine ſeruato,vel non ſeruato vel omiſſa omni iuris ſolennitate,& ſi.nam per hæc verba videtur electus,vt arbitrator,etiam ſi notarius dicat quòd,cõpromiſerũt in talẽ,tanquã in eorũ arbitrũ ſcđm Inn.in d.c.quintauallis.quia magis attẽditur forma bayliæ,ac ptãtis attributæ quã denominatio nominis ipſius electæ pſonæ.ar. in l.qro.in prin.& l.ſi vno.in prin.ff.lo. Arbiter ergo eſt ille qui cognoſcit & pnũtiat de iure tãtũ, arbitrator verò eſt ille qui de facto etiã determinat,& cognoſcit,vnde ſcđm Inn.vbi ſuprà &ᵃ alios doct.& ita ipſe verum puto ꝙ talis arbitrator poterit teſtes recipere ſine citatione,vel ea omiſſa ad audiendũ ſentẽtiã,vel declaratione,& generaliter credo qđ habeat ampliorem ptãtẽ,quã iudex delegatus cũ ptãte procedẽdi ſine figura iudicij,de quo tractatur p Bar.in extrauagã.ad repri.& p Io.An.in c.ſæpè de verb.ſign.facit ad pdicta quod no.Spec.in d.ti.de arb.§.ſequitur.ver. 2 quid ſi cõpromiſſũ. †Sed nũquid talis arbitrator poterit declarare,ſi factum fuerit in eũ compromiſſum ſup fũdo,quòd vna pars teneatur alteri facere cõfeſsionẽ generalẽ de toto eo,quod petere poſſet,Bart.determinat quòd nõ. in l.aquiliana.& l.cũ aquil.ff.de tranſ.& eodẽ modo ſecũdũ eũ nõ poterit declarare,vt altera pars det alteri aliquã rẽ,de qua nõ fuerit queſtio. vel cõteſtio,ar.d.l.cũ aquil.in fi.& l.nõ diſtinguemus,§.de off.& l.ſi cũ dies.§.plenũ.ff.de arb.& l.arbor.§.de veſtibulo.ff.cõ.diui.licet loco rei,de qua eſſet queſtio,poſſet iubere pecuniã dari,quia nõ videtur alia res,qa pecunia omnes res æſtimãtur.ar.ad hoc in l.cũ in fũdo.§.ſi fũdus.ff.de iu.do. iũcta l.ſi ita.ff.de fide. 3 †Deinde quæritur pone quòd factũ eſt cõpromiſſũ in aliquẽ cũ ptãte pcedẽdi de facto,& iudicãdi de iure,an talis erit ſimplex arbiter,vel arbitrator,& quidẽ Bar.in d.§.arbitrorũ dicit quòd ſi fuerit arbiter tãtũ,poterit ſcđm eũ ab eius ſẽtẽtia appellari,vt p eũ determinatur in d.§.ſtari.licet in d.§.arbitrorũ.in hoc dubitauerit, vbi vide. 4 †Vlterius quæirtur quomodo cognoſcetur ĩ cauſa huiuſmodi formę cõpromiſsi,qđ pceſſerit,vel iudicauerit vt arbiter,vel arbitrator? dic ex forma pcedẽdi,ad quã reſpectus haberi debet,hoc dignoſcetur,ſi enim ſeruauit formalia vel ſubſtãtialia iudicij,vt quia fecit libellũ pduce.lit. cõteſt.& ſi tũc videtur elegiſſe viã arbitri,& per hoc nõ poterit ab eius ſententia ap.nec reductio peti,& quod vltra eſt,nõ poterit poſteà ad viã arbitratoris redire,vt determinat Spe.in d.ti.§.differ re.ver.qđ ſit cõpromiſſũ.& eodẽ mõ Bar.in d.§. arbitrorũ.vnde laudabile eſt cõſiliũ,quòd potius fiat cõpromiſſũ tãquã in arbitratorẽ tãtũ,quã in hac forma,de qua hic,vel ſi fit ſub hac forma,tũc fiat pteſtatio per ipm arbitrũ in exordio cauſæ quòd per aliquem pceſſũ vel actũ nõ intendit viã ſimplicis arbitri eligere,ſed tanquã arbitratoris procedere,& eſſet vtile hanc clauſulam apponere in cõpromiſſo.p quo facit quod in ſi.no.Archi. in c.ſi delegatus. in ſi.de offi. dele.li.vj. & adde quod no in d.§.ſequitur.ver.ſed pone quòd ſicut 5 quotidie fit &c. †Sed qđ dicemus in minore,qui taliter cõpromiſit,& iurauit nõ contrauenire ſentẽtiæ,an iuramẽto nõ obſtante poterit cõtra ſentẽtiã reductionẽ poſtulare?dicũt quidam quòd ſic quia iuramentum ſolùm excludit eum à beneficio priuilegij.ſ.reſtitu.in inte. non autem ab iſto cõi,vt plenè tangitur per Cy.in auth ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven.arg.in l.ſi.C.de nõ nu. pec.& in c.ij.cum ſi.alibi gl.in §.item ſacramenta. de pac.iur.firmã.vnde extrahitur dicta auth.tenet contrarium ,& malè.prima ergo opinio verior. De hac autem poteſtate arbitrorum. not.per Cynum in l. ex conſenſu. C.de epiſcopis & cleri.

EPITOME.

1 *Quid operetur tempus pronuntiandi propoſitum in compromiſſo?*

2 *Data à partibus ipſis arbitris poteſtas prorogandi,quot vicibus poſſint prorogare?*

3 *Facta prorogatione arbitrij per alteram partem præſentem tantum , altera abſente,ſed poſteà præſente tempore ſententiæ,an dicta pars quæ non conſenſit prorogationi poſſit dicere ſententiam nullam.*

4 *Compromiſſum factum ſine termino temporis,quanto tempore valeat?*

INFRA DVOS MENSES. 1 † Hoc tempus habet coarctare poteſtatẽ pronuntiandi,datam arbitris electis,in tantùm,vt ipſo termino elapſo finita ſit ſtatim poteſtas , & an

authoritas iudicandi,& per, conſequens ſententia poſtea lata nulla ſit ipſo iure, niſi fortaſſe hoc tẽpus de partium voluntate præcedente, vel ſequente fuerit prorogatum, vt traditur in l. non diſtinguemus.§.dies.&§.fi.cum l.ſeq.&l.ſi de meis.
2 §.fi.ff. de arbit.& C. eodem tit.l.j.& l.ij. † Quid autem ſi data ſit à partibus ipſis arbitris in compromiſſo poteſtas prorogandi diẽ conpromiſsi, an poterunt ſemel tantũ vel pluries prorogare? diſtingue aut dictum eſt ꝙ poſsit ſemel tantũ, aut pluries aut ſimpliciter. In primo & ſecũdo caſu obſeruabitur, prout dictũ eſt. In vltimo caſu, dic quòd niſi ſemel tantum poterunt prorogare. ar.l.boues.§. hoc ſermone. ff. de ver.ſig.& l.fideicommiſſa. §.ſi quis ex his ff. de leg.iij.& ita in pręmiſsis omnibus ſentit Spe.in d.tit.de ar.§.accipitur.ver.item quòd
3 elapſo die. †Deinde circa hoc quæritur de eo quod de facto vidi, ecce quòd partes fecerunt compromiſſum hoc pacto quòd arbiter non poſsit prorogare terminum, niſi de voluntate partium. Contingit quòd altera pars per ſe conſenſit prorogationi, alia pars, quia tunc abſens erat, non potuit conſentire, ſed altera, & eius nomine prorogauit, & prorogationi conſenſit, promittens de rato habendo, poſteaque arbiter tulit ſententiam præſentibus ambabus partibus emologãtibus, & expreſsé confirmantibus ipſam ſententiam, quàm ſententiam dicta pars abſens tempore prorogationis, & præſens tempore ſententiæ, illam nititur impugnare tanquàm nullam ex defectu ptãtis, & conſenſus per eam non præſtiti in dicta prorogatione, quæritur quid iuris? & videtur ex prædictis quòd ipſa ſententia nulla ſit, quia non fuit lata in termino, & quia ipſius termini prorogationi non conſenſit, neque ratũ habuit. In contrariũ puto, qa ratificando ſententiam videtur ratificaſſe prorogationem, quia qui vult cõſequens, videtur velle antecedens vt l.illud. & l. nec his.ff.de acqui. hær. facit l. idem vlpianus. ff. de excu.tut.& ſemel approbatum reprobari non poteſt.l. pomponius ſcribit.ff.de neg. geſt.& quod no.per Dy.in regu.qđ ſemel placuit. de reg.iur.lib.vj. & in c.ratihabitionem. eo. tit. & per Bar.in l. quo enim. §.j. ff. rem ra. ha.ad quod etiam optimè facit quod no. per gl.in l.ij.C.com. vtri. iud.imò puto quòd lata poſt terminum poſsit tanquam tranſactio approbari.per d.l.ij. Aduerte quòd iſtud tempus non currit niſi à die acceptationis factæ per arbitros electos, vt probatur in l.iij. §.tam & ſi.& l.ſi cùm dies.§.recepiſſe.ff.de arb. ſicut dicitur in tempore præfixo iudici delegato. vt no.gl. in d.c.de cauſis.extra de offi.dele.ad tollendum tamen omne dubium bonum eſſet hoc exprimere in forma compromiſsi.
4 †Sed quid dicendũ ſi compromiſſum factum eſt ſimpliciter ſine die, & termino, an valet, & quanto tempore duret poteſtas arbitrandi, dic breuiter quòd valet & durat triennio, ſi eſt ſimplex arbiter, vt not. Spe. plenè in tit.de arbitro.§.differt. ver. vt infra triennium. Si verò ſit arbitrator, tunc puto quòd duret per totum tempus vitæ ipſius arbitratoris. argu. l. fi.& quod ibi no. per Cyn. C. de contrahẽ.emp.& l.fi.§.ſed& ſi quis.C.com. dele. vnde bene faciunt notarij ſemper apponere certum terminum. Sed Bar.in l.ſi quis arbitratu.ff.de ver.ob. dicit ꝙ poteſtas arbitratoris durat quandiu voluerit. Pręſumitur autem ſecundum eum non velle arbitrari,
a ſi intra annum [a] non pronuntiauit, ar.d.§.ſed & ſi quis.de qua quæſtione etiam not.per eum in l.ſi de meis. §. ſi ex cõpromiſſo.in fi.ff.de arb.& per Cyn. in l. properãdum.§. ſinautem. in medio.C.de iudic. Bal.verò in c. j. §.j. de leg. Cor. diſtinguit, aut eſt arbitrator ſuper lite, & tũc durat triẽnio ſicut in arbitro, aut ſuper negotio, & tunc anno, niſi per iudicem fuerit alius terminus aſsignatus.&c.no. bene.

EPITOME.

1 *An hodie ſit neceſſaria pœnæ appoſitio, tam in arbitro quam in arbitratore?*

IN POENA ET ſub pœna. Communis eſt practica quòd in compromiſsis adijciatur pœna, quia olim ſententia ſimplicis arbitri nullam de ſe merebatur executionẽ nec producebat actionem. l. j. C.de arbit. cum ibi no. ideo erat neceſſe pœnam adijcere, vt metu pœnæ quę per ſtipulationem promittebatur pareretur ſententiæ, aliter nõ cogebatur arbiter ſententiam ferre. vt in l.non diſtinguemus. §. in ſumma. & l. litigatores. §. j. cum ſim. ff. de arbit. hodie autem, ſiue ſit appoſita pœna, ſiue non, datur actio, & ſic ſententiæ executio duobus ca-
b ſibus, videlicet ſi ſit emologata [b] à partibus expreſsè vel tacitè per

a *Annum. hanc opi.Bar.quòd poteſtas arbitratoris tacentis expiret anno, quando tertio eſt commiſſa, ſequitur idem Bar.in l.multa ff.de cond.& demõ.& Ang.in d.l.ſi quis arbitratu.Bal.recitando opi.Bar.in l.fi.ff.de contrahen. emp.tenet quòd etiã poſt annũ poteſt arbitrari, quia ips non eſt modus finiendi compromiſſum tamen laudo cautelam quòd proteſtari faciat pars ab arbitratore intra ann. quòd etiã poſt an intendit arbitrari &c.*

b *Emologata nõ expedit vltra quære quando ſentẽtia eſt emologata.l.ad ſolut.C.de re iudi.& amplius non poſſunt contradicere ipſæ partes.l.ab eo.C. quo & quan. iud.c. concertationi. de ap.li.vj. & emologatio ſentẽtiæ implementum habet vim taciti pacti de nouo facti ad non petendum, vnde licet non eſſet aliunde roborata, habet ſaltem vires, ſi opponatur per viam exceptionis propter tacitum conſenſum. vel expreſſum partium. ita gl. in l.ij.C.commu.vtri.iu.facit quod no gl.in l.pen.eodem titulo vbi dicit gloſſ. quòd ſi partes ſteterant diuiſæ per multum tempus præſumitur diuiſio bonorum & ſi aliter non appareat, ex quo tanto tempore ſeparatim, & diuiſim manſerunt, & vbi ſententia eſt lata præſentibus, & non contradicentibus, & multò fortius conſentientibus, vel emologantibus non poteſt contradici ſententiæ.& vide Alexandr.in l.licet.§.ſi ſeruus.ff.de pœnis.*

lapsum x. dierum. vt in l. cùm antea. C. de arbit. vel si sit iurarum in compromisso. vt l. ne in arbitris. C. de arbit. Sed in compromissis quæ fiunt in arbitratores & amicos, non est necessaria, nec olim, nec hodie pœnæ appositio, quia ipsorum sententia, & olim, & hodie producit actionem his modis, quibus producitur per transactionem, vt suprà dictum est.

APPLICANDORVM PRO Medietate cameræ illustr. domini nostri &c. Hîc quæritur nunquid fiscus, seu camera agere potest ad hanc pœnam? dic breuiter quòd non. per text. l. arbiter infra certum diem. & ibi per Bar. ff. de arbi. facit regula generalis tradita in l. stipulatio ista §. alteri. ff. de verb. obli. vt ergo cameræ quæratur act. & obliga. est necesse quòd notarius tanquam persona publica stipuletur nomine cameræ, secundum Bart. & no. in d. l. arbiter. & in l. j. ff. de iur. fisc.

a Pœna Ad de vidēdū latè Lud. Ro. consil. cccc. Pe. de Anch. cōs. lxxxiiij.

b Pœna rata. vide de clausula rato manente pacto, per Raph. cu. consi. cxij. & con. cxlv. per Aret. consi. lxvij.

EPITOME

1 *Cui parti competat pœnæ petitio adiecta in compromisso, & qualiter in eius petitione procedatur.*

2 *An admittatur petitio pœnæ apposita in aliquo contractu?*

3 *Pœna, & executio simul, an peti possit?*

4 *Pœna, an pluries committi possi?*

5 *Si contrafiat an vno capitulo, an pœna comittatur in totum?*

6 *Pœna cōmissa, si nihilominus pars quæ contrauenit, & incidit in pœnam dicat quòd sententia firma permaneat, & alia pars contradicat quòd sententia sit nulla quid iuris sit?*

7 *Si altera pars compromittentium decedat pluribus relictis hæredibus, quorum vnus contrafacit sententiæ, an pœna comittatur contra omnes?*

8 *Si sit appellatum, vel supplicatum contra sententiam arbitri, & nihilominus appellans, vel supplicans nihil obtineat, an intelligatur ita contrafactum sententiæ quòd pœna sit commissa?*

9 *Coram quo petatur pœna commissa ex compromisso?*

10 *Petita reductione sententiæ arbitri, si pars contrafaciat reductioni, an incidat in pœnam.*

PARTI ATTENDENTI.

1 † Aduertendum quòd petitio pœnæ competit illi qui obseruat sententiam, & hoc cum bona conscientia tam de iure canonico, quàm ciuili. vt in c. dilect. & ca. per tuas. extra de arbitr. & l. cùm pœna. & l. si. cum simili. ff. de arb. Et in petitione huiusmodi pœnæ offerendus est libellus, & via ordinaria procedēdū. vt probatur in dictis iurib. & in l. non distinguemus. §. cum quidam. versiculo, & idem. ff. de arbitris. nam vel in factum, vel ex stipulatu petitur, vt nota. suprà & disputabitur in ipso iudicio, an aliqua iusta causa habeat ipsam excusare à pœna, vt l. ij. cum sequenti. ff. si quis cau.
2 cum similib. ibi no. per gloss. † Quid si hæc
a pœna[a] apponatur in aliquo cōtractu, an eius admittatur petitio? videtur quòd sic, vt patet ex prædictis. Tu autem in hoc distingue, vt nota. per doctor. in l. cùm allegas. C. de vsur. & per Bartol. in l. cùm seruus ita. ff. de conditio. & demonstrati. & ego scripsi super titu. de actio. hypo. † Sed nun-
3 quid possit peti pœna, & executio simul. Dic quòd non regulariter. Fallit si expresè actum, & conuentum est quòd vtrunque peti possit, vt habetur in l. qui fidem. ff. de transactioni. & l. cùm proponas. C. de transactioni. & pro tanto dicunt notarij in forma compromissi quòd peti possit pœ-
b na, rata[b] manente sententia. Sed an pluries possit pœna exigi, & committi? dic quòd non, imò semel pœna commissa expirat compromissum arbitri, nisi specialiter sit actum quòd toties committatur, quoties contrafiet rato manente compromisso, & sententia. vt hęc habentur in textu l. si quo. §. fin. ff. de arbitr. & ita communiter apponitur per notarios in compromissis, vt not gloss. in capit. dilecti. extra de arbit. & per Speculatorem in §. sequitur. versiculo quid ergo. & versiculo se-
5 quenti. † An autem si contrafiat in vno capitulo pœna committatur in totum, vel pro parte dubitari consueuit, vnde notarij apponunt in instrumento quæ pœna toties insolidum committatur, quoties contrafiet &c. de quo plenè disputat Specula. in dicto titulo de arbitr. §. sequitur. versicu. quid si plura capitula. & in §. sequitur. versiculo, item pœna in compromisso apposita & cætera. & per Bartol. in l. eadem. §. cato. ff. de ver. ob. facit l.
6 si seruus. §. si plurium. ff. si quis cautio. † Vltra quæritur, ecce pœna est commissa, nihilominus pars quæ contrauenit, & incidit in pœnam vult quòd sententia firma permaneat, alia pars quæ contradicit, vult quòd sententia nulla sit: quæritur quid iuris? dicit glossa & Bartolus & Iacobus Bu. in d. l. qui fidem. determinant quòd etiam si dictum est rato manente pacto, quòd ille qui contrafacit, non debet audiri inuito aduersario eius, cui pœna commissa; licebit non stare sententiæ, quod nota. ideo si vis consultè agere maximè in transactione, treugis, & conuentionibus istorum principum, facias apponi per notarium hanc clausulam, videlicet hoy acto inter dictas partes, quòd per aliqua quę fiant, vel committantur per ipsas partes vel aliquam ipsarum, nihilominus quantum ad ipsas partes, & quālibet earum cōtra facien. prædicta

& infra scripta omnia, & singula in sui roboris firmitate perdurent, acsi non esset in aliquo con-
7 trafactum. † Item quæro, pone quòd altera pars decesit pluribus derelictis hæredibus, quorum vnus contrafecit sententiæ, an pœna committatur contra omnes cohæredes? videtur distinguendum, aut sententia continebat aliquid fieri, aut dari. Primo casu dic plenè, vt traditur in l.ij.& l.eadem.§.Cato.ff.de verbo.obli. Secundo casu videtur insolidum committi contra omnes per text. in l.hæredes.§.an ea.versi.idem iuris. ff. famil. herc. & l. stipulationum aliæ. §.fi. ff. de
8 ver.ob.cum similib. † Quid autem dices si fit cõtrafactum, vel appellando, vel supplicando, vel aliter, & tamen ipsum posteà pœnituit, vel non habuit aliquem effectum eius contrafactio: an poterit nihilominus peti pœna? videtur quòd non per l.pe.&fi.C.si mã. ita fue.alie.distingue melius.vt no. per gl. & doc. in d. l.qui fidem.
9 † Vlterius quæritur corã quo debeat peti ista pœna? dic quòd coram iudice ordinario illius qui in pœnam incidit. vt probatur in d. l. cùm pœnę.cum simi.non autem posset peti coram arbitro, quia super pœna non est ei potestas collata, vt habetur in l.quid tamen §. fina.ff.de arb. & no. Specula. in dicto titulo §. postremo.versiculo, sed an de pœna. imò si pœna fuit in compromisso
a apposita centum floren. non poterit augere [a] pœnam in plus præcipiendo sententiam obseruari sub pœna ducentum, vel sub pœna amissionis bonorum, vel domus. secundum Bar. vt ibi no. quia potestas arbitri vltra formam compromissi non potest extendi.vt ibi. & l. non distinguemus.§. de offi.,& §. fi. ff. de arb. & eodem modo secundum aliquos non poterit pronuntiare super fructibus interesse, & expen. nisi de his fuerit specialiter actum, & compromissum: per iura prædicta, de quo tangit Spe.in d.§.postremo.ver.sed quia.suprà in forma compromissi &c.& per Azo.in d.l. quid tñ.§.fi. patet ergo ex premissis quòd ille qui contrafacit sententiæ, vel præcepto arbitri vel arbitratoris electi incidit in pœnam compromisso appo-
10 sitam † Quid ergo si ab eius sententia petita fuerit reductio ad arbitrium boniviri,& pars contrafaciat sententiæ, vel præcepto ipsius iudicis reductionis, an incidat in pœnam? Bartolus determinat quòd non. vt nota. in l. multa. ff. de conditionibus & demonstrationibus. quia à persona non receditur, argumen.in l. cùm apud semproniũ. ff. iudi. sol. de quo per eum plenè nota.in si quis arbitratu. ff. de verborum obligationibus.

EPITOME.

1 *Quot modis fiat compromissum super modo procedendi, & iudicandi?*
2 *Si nihil est actum in compromisso super modo iudicandi & iudicetur discorditer, quid agendum?*
3 *Arbitri si sint pares & discorditer ferant sententiam an valeat?*
4 *Si ex tribus arbitris vnusquisque ferat sententiam de per se minorando summam condemnationis, quæ sententia valeat?*
5 *An valeat sententia in minori summa si iudices qui tulerunt in maiori expresserunt se non consentire in minori?*
6 *Ex tribus arbitris, si duo pronuntiant in concordia absente tertio, an sententia valeat?*
7 *Ex tribus arbitris, tertius absens semper est citandus.*
8 *Ex tribus arbitris, discrepante tertio tantum in ferenda sententia, & alio discedente, an reliqui duo poterunt ferre sententiam?*
9 *Tertio discedente, vt suprà & dicente quòd ferant sententiam, illi duo quòd ipse est contentus, an valebit eorum sententia?*
10 *Tertius assumptus ab arbitris discordibus, an sit verus arbiter, vel simplex consultor?*
11 *An valeat pactum, quòd tertius non assumatur?*
12 *Tertius assũptus si pronũtiet cũ altero arbitratorum tantum, an valebit sententia?*
13 *Testes, & acceptationes receptæ coram arbitris nihil pronuntiantibus, an faciat fidem coram ordinario?*

[a] Augere, adde vt per Pe. de Ancha. consi. 50.

1 CONCORDITER Condemnauerunt. † Sciendum est quòd quando fit compromissum in plures, quòd diuersimode agitur inter partes in compromisso super modo procedendi, & iudicandi. Quandoque enim agitur vt omnes simul, & concorditer pronuntient, & aliter non valeat sententia. quandoque agitur, vt quod duo ex his, vel quod maior pars fecerit, vires obtineat, quandoque simpliciter compromittitur. vt l. item si vnus. §. principaliter. cum l. sequen. ff. de arbi.
5 cum simili. † Quid ergo si nihil est actum, & sint discordes? dic quòd aut sunt arbitri pares numero puta duo, & tunc compellendi sunt per iudicem eligere tertiam personam. vt in d. §. principaliter. Si verò sunt dispares puta tres, tunc statur sententiæ plurium, vt in dictis iuribus &c. Quid si fuerunt electi duo arbitratores tantùm & sunt discordes, an debeant compelli eligere tertiam personam vel ipse iudex eligere possit? dicit Bal. quòd non.

quia arbitratores sunt ad instar proxenetarum, quos nullo iure cautum est cogendos tertiam personam eligere, licet cautum hoc reperiatur in meris arbitris, & ita refert iudicatum esse per sapientes. vt per eum not. in d. c. de inue. in mari. fac. in vsib. feud. decima collumna. quæsti. pen.

3 † Sed nunquid si pares erant, & discorditer tulerunt sententiam an valebit? dic quòd non, puta si vnus absoluit, alter condemnauit. vt l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitris. facit argumen. l. duo iudices. ff. de re iudicata. & in c. finali. extra de re iudi.

4 † Sed pone quòd erant tres arbitri, & vnus condemnauit in decem, [a] alius in quindecim, alius in viginti. quæ sententia præualebit? dic quòd illa quę in decem cōdemnauit, nam in illa summa omnes sententiæ concordant & conueniunt. vt in d. §. si plures.

5 † Item quæritur quid si illi qui condemnauerunt in quindecim & viginti in eorum sententia expresserunt, vt plerunque faciunt malitiosi, an in minori summa eorum sententia non valeat? doctores dicunt quòd hoc casu non valebit illa de decem, quia in hoc omnes nō consentiunt. vt no. Spe. in d. §. sequitur. in princi. vbi verò duo ex tribus condemnant in quindecim & alius in decem, præualet sententia duorū in quindecim. vt est textus hodie in c. j. de arbitris. lib. vj. Et est ratio differentiæ quia in casu isto omnes duo concordant in quindecim: vnde sententia plurium debet præualere. In præcedenti autem quæstione duo non sunt in expressa summa concordes, licet in conclusa conuenire videantur, de quo vide in d. §. sequitur. ver. j. cum sequenti. & idem dicitur in testibus super, & diuersis quantitatibus deponentibus. vt ibi no. & Inno. in c. quid per nouale. de ver. sig. & per Specu. ti. de probati. §. ꝓbare. ver. quid si testes.

6 † Vlteriꝰ q̄ritur quid si ex tribꝰ arbitris, duo ꝓnuntiant in concordia absente tertio an valeat sententia? dic quòd non, vt l. si in tres. allc. & in l. item si vnꝰ. §. finali. ff. de arbitris. nisi fuerit dictum in compromisso, prout faciūt notarij communiter quòd altero ex his absente, alij possunt pronuntiare. vt in l. non distinguemus. §. cùm in plures. l. sicuti. ff. de arbitris. & habetur in c. raynal. de testa. & Spe. in §. sequitur. versiculo postremo.

7 † Quid autem fiet si ille tertius non veniat? dic quòd est citandus ab illis duobus, aliter eorum sententia non valeret, nisi expressum sit in compromisso quòd duo absente tertio, & non citato possint pronuntiare, nam tunc valebit sententia eorum, vt hæc habentur, & notantur in c. finali. de arbitris lib. vj. quanquam secundum aliquos d. c. fin. solùm locum habeat in terris ecclesiæ. vt ibi no. per glo. & Bar. in l. duo ex tribus. ff. de re iudicata. De iure autem ciuili sententia lata tertio absente etiam citato non valet nisi sit personaliter præsens. vt refert Barto. in l. si in tres & l. item si vnus. §. item si plures ff. de arbitris & l. duo ex tribus ff. de iud. vel nisi actum sit in compromisso specialiter quòd duo absente tertio, & non citato possunt pronuntiare, vt suprà dixi, vnde hanc materiam sic colligere potes. Quandoque à principio fit compromissum in duos tantùm, & tunc vnius solius sententia non valet sine socio præsente, vel eo absente citato, vt dictum est suprà in principio istius glosæ. Quandoque cōpromissū fit in tres, vel in plures, & tunc aut simpliciter, & valet sententia plurium, si omnes sunt præsentes, vbi autem aliquis eorum fuerit absens, tunc secundum ius canonicum si non fuerit citatus ab alijs non valebit sententia illorum. vt in d. c. fina. secundum ius ciuile valet, & hoc casu obseruabitur ius canonicum in terris ecclesiæ, & ius ciuile in terris Imperij, vt dictum est. Si autem fuerit compromissum cum clausula quòd duo tertio præsente, vel absente citato, vel non, possunt pronuntiare, tunc vtroque iure valebit sententia duorum, seu plurium illo absente etiam nō citato virtute clausulæ. & conuentionis in compromisso appositæ, vt d. §. de offi. cum simi. suprà alle. quod no. tu notarie. Et prædicta dico fortius procedere in pluribus arbitratoribus cum d. clausula.

8 † Sed circa prædicta occurrit tale dubiū quòd plerunque de facto contingit, Ecce quòd facto compromisso in tres, & processu habito, & tandē simul conuenientes in vno loco pro conclusione, & decisiōe, q. examinatoque ꝑ eos negotio vnus ex eis decessit in discordia reliquis ibi firmis stātibus, & perseuerātibus, quęritur an ipsi duo poterūt ferre sentētiā illo tertio absente & nō citato? dicit Inn. quòd sic, in d. c. Ray. quasi hoc casu cesset ratio, si tres. quę est q̄d eius pręsentia potuit alios trahere in suam sentētiā, & opi. Sed Spe. in d. §. seqtur. ver. q̄d si fraude se absentet. & in ver. itē ex eo q̄d dicet, distinguit aut ille tertiꝰ se absentat simpliciter, nulla tamē discordia interueniēte, sed sola examinatiōe, & tūc debet citari. aut interuenit discordia, & tunc non debet vltrà citari, nec secundum eum placet distin. quorundam qui voluerunt facere differentiam inter personam ipsorum arbitratorum, an illi duo sint doctores, & alter non, vel si. vel an ille tertius se abſtauit dolosè, vel non. vt ibi no. Verùm Barto. in d. l. duo ex tribus

[a] In diem. ad de Pau. de cas. consili. xxiiij. Raph. cu. cōsi. cxlv.

[b] Absente tertio. vide Ioā. deana. consil. 50

tribus

tribus. tenet indistinctè per eum citari, aliàs non valebit sententia, quia secundum eum nõ est illa sola ratio, de qua suprà, sed etiam alia, videlicet quia omnes iudicare iussi sunt. vt probatur in
9 d.l. si in tres. in fin. † Quid si ille tertius in eius recessu dixerit alijs duobus, pronuntietis vos, quia sum contentus de eo quod pronuntiabitis, nunquid eo casu valebit eorum sententia? dic quòd nõ nisi de voluntate partium lata fuerit. arg. d.l. si in tres. determinat Spec. in d.§. sequitur. versi. quid si tertio absente. Ex hoc sequitur decisio ad aliud, quòd si per duos fuerit lata sententia tertio absente, & non citato, posteaque venerit ipse tertius, & confirmauerit ipsam sententiam, quòd nihilominus erit nulla. arg. l. quòd ab initio. ff. de regu. iur. & not. Spec. in §. sequitur. versi. sed pone quòd lata est sententia. secus est in iudice ordinario, vel delegato. vt not. in l. licet. ff. de iudi. & in cap. cùm vos. extrà de his quæ fi. à præla. sine con. cap. & d. l. duo ex tribus. Sed pone quòd actum est in compromisso, vt arbitri pronuntient, secũdum cõsi. An dusię an valeat compromissum, dicunt quidã quod non, per text. in l. item si vnus. §. idem Pompo. ff. de arbi. & ibi not. alij distingunt, aut Andusię consil. assumitur tanquam arbitratoris, & valet, aut tanquam arbitri. & non valet, vt not. Barto. in d.§. idem Pompo. & Spec. in d.§. sequitur. ver. sed quid
10 si dicat. † Rursum quæritur an ille tertius qui assumitur ab arbitris discordibus sit verus arbiter, vel simplex cõsultor? distingue aut eligitur ab ipsis arbitris tantùm, & tunc est consultor, & mediator, licet in aliquo naturam sapiat arbitri, secundũ Bar. aut eligitur cõmuniter ab arbitris, & partibus & tunc erit arbiter, vt alij. vt not. Spec. in d.§. sequitur. ver. sed nunquid iste tertius, & Bart. in d.§.
11 principaliter. & ibi glo. † Sed quid si vt plurimum fieri solet actum est specialiter in cõpromisso quòd tertius non assumatur, an valet tale pactum? dicunt quidam quòd sic. arg. l. j. §. si conuenerit. ff. depo. & l. pædius. §. fi. ff. de arbitr. alij dicũt contrà, quia tale pactum est cõtra substantiam cõpromisi, ergo non valet. vt l. cùm precario. ff. de preca. communiter practicatur quòd valet. ar. in l. non distinguemus. §. de off. cum ibi not. ff. de arbi. de quo vide Spec. in d.§. seruitus. versi. sed quid si
12 duo sunt electi &c. † Sed quid si iste tertius ab arbitris solis electus pronũtiet cum vno ex eis, an valebit sententia? dicunt quidam quòd sic, tanquam à maiori parte lata. vt d.l. si in tres. alij dicunt contrà: quia iste tertius non habet potestatẽ pronuntiãdi, sed solũ consulẽdi, vt dictũ est. primã opi. approbat Bar. non per dictã rationẽ, sed quia eius opin. & sententiæ standum est. vt dicit tex. in d.§. simpliciter. & not. Spec. in d.§. sequitur. ver. qd
13 si vnus ex arbi. † Quid si isti arbitri nihil pronũtiauerunt, an testes & attestationes receptæ corã eis faciãt fidem corã iudice ordinario? dic quòd si testes sunt mortui faciunt plenã fidem, si verò sunt viuentes tunc est in electione eius contra quem sunt producti, an velit eis stare, vel non. vt l. fina. C. de testib. & in capi. præsentata. extrà de testi. nisi specialiter expressè actum esset in compromisso, quòd eis daretur plena fides coram iudice ordinario. vt dicta l. fina. in princip. in quo erant omnes in forma compromissi, vbi autem essent recepti coram arbitratore. vt fit quotidie, tunc nullam fidem facerent. vt determinat Inno. in c. cùm in tua. extra de testib. & per Iacob. Butr. in d.l. fina. &c.

EPITOME.

1 *An teneat sententia arbitrorum pronuntiantium super vna re solà cùm quæstio sit de pluribus.*
2 *Arbiter si in pronuntiando errauerit, an posteà possit errorem suum corrigere?*

DIMITTENDVM domum antedictam. Erat igitur quæstio de vna re tantum.
1 † Quid igitur si quæstio erat de pluribus & de vna sola pronuntiauerunt, an tenebit sententia? videtur quòd non. vt l. qualem. aliàs incipit, dicere §. & si pluribus. ff. de arbi. Tu verò plenius distingue, aut est actum in compromisso, quòd possit arbiter super singulis separatim pronuntiare, aut est actum, quòd de omnibus simul debet pronuntiare, aut est dubium. Primo casu valet sententia. Secundo autem casu non valet. vt probatur in l. quid tamen. in prin. ff. de arbi. Tertio casu dicit ibi glo. quòd præsumitur actum, vt separatim possent pronũtiare. Bar. autem ibidem dicit fore considerandum, aut sunt plures quæstiones super pluribus rebus quæ inferuntur solùm ab vna & eadẽ parte, & tunc est vera opi. glo. aut plures causę inferuntur vicissim per vtranque partem vna contra aliam, & econtra, & tunc præsumitur actum ꝙ semel super omnibus sententia feratur propter naturam conuentionis, & reconuentionis. ar. in l. j. in fi. ff. quæ sen. sine app. rescin. & in l. si prętor. ff. de iudi. Vel dic, aut causæ sunt simul connexæ, & videtur actum. vt de omnibus pronuntietur, aut sunt separatæ, & tunc separatim poterit pronuntiari, & hoc sequitur Spe. in d.§. sequitur. ver. sed quid econuerso. Et hoc & alia plura de quibus suprà procedunt in simplici arbitro, sed in arbitratore, qui potestatem habet largissimam, vt suprà dictũ est, puto esse pronuntiandã super vna tantũ, vel super vno capitulo cæteris omissis. ar. eorũ quæ superius
2 allegata sunt in præc. glo. † Quid autẽ si arbiter in ꝓnuntiãdo errauerit, an poterit posteà corrigere suum errorẽ? dic quòd nõ, quia per sententiam expirat cõpromissum. vt probatur in l. qui arbiter. & ibi no. ff. de arbi. & idẽ credendũ in arbitratore putarem, tamen parti succurrendum esse per doli exceptionem. ar. in l. ij. in prin. & quod ibi not. ff. de condi. inde. super quibus vide quod not. Spec. in d. §. sequitur. ver. sed pone actum esse ꝙ possit pronuntiari. & ver. seq. &c.

EPITOME.

1 *Terminus solutionis si non sit expressus in senten-*

tia an cadat in pœnam, ſi non offerat?

1 INFRA certum terminum † Quid autem ſi terminus ſit expreſſus in ſententia, an cadat in pœnam ſi non offerat. videtur quòd non, ſed eſt neceſſe quòd interpelletur. argum. in l. quod te. ff. ſi cert. petatur. & l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obligatio. Tu dic quòd dies omiſſa per arbitrium ſuppletur per legem, per quam datur condemnato tempus quatuor menſium ad ſoluendum. vt in l. debitoribus. ff. de re iudi. & l. fina. C. de vſu. rei iudica. & eſt text. cum gloſſ. in l. ſi de meis. §. fin. ff. de arbit. vnde poſt lapſum huius temporis cadit in pœnam. Et cùm dies hæc interpellet pro homine. vt l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtipul. non requiritur alia interpellatio, nec poſt diem admitteretur purgatio moræ. per d. l. magnam. & l. Celſus. in princip. & ibi not. ff. de arbitr. ſecus autem ſi pœna non eſſet appoſita, quia tunc poſt diem poſſet moram purgare incontinenti. iuxta doctrinam l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. & l. ſi inſulam, ff. de verbo. obliga. & l. ſed & ſi alia. ff. de conſt. pecu. & l. ſi. ff. de arb. cum ſimilibus.

a *Paratus. vide ibi in apoſti. ad Alexã. per me factis.*

EPITOME.

1 *Quis ſit ſenſus iſtorum ablatiuorum poſitorum in ſententia, dante, & ſoluente &c.*

2 *Negligens in implendo conditionem adiectam per arbitrum in ſententia, an ipſo iure incidat in pœnam.*

1 DANTE & ſoluente. † Iſti ablatiui abſoluti faciunt conditionem, & eſt ſenſus ſi dederit & ſoluerit. in l. euictione. ff. de vſu. ſicque non prius tenetur relaxare domum quàm fuerit conditio impleta. vt in l. qui hæredi. in principio. ff. de condi. & demonſtra. & l. j. §. ſin autẽ aliquod. C. de caduc. tollen. & l. ei qui. ff. de condi. inſti. debebit ergo offerre iſtam pecuniam & deponere. vt l. obſignatione. C. de ſolu. & l. acceptam. C. de vſu. quam ſi non acceperit, pro impleta conditione reputabitur. vt l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. cum ibi not. & tunc cadit in pœnam. Dubium autem occurrit, an hæc ſentẽtia valeat, ſuper quo diſtinguit Spe. in d. §. excipitur. verſi. ſed pone ꝙ litigantes. aut fuit arbiter tantùm qui tulit hanc ſententiam, & non valet, aut fuit arbitrator, & valet. ad quod faciunt quæ ſuperius dixi in glo. ſuper verb. de iure & facto. 2 † Sed nunquid ſi iſte Ioan. fuerit cõtumax, vel negligens in implendo iſtam conditionem incidit ipſo iure in pœnam? dic quòd non: quia quòd ſoluat florenos xxv. non eſt de neceſſitate præciſa, ſed in ſola eius poteſtate, nam ea in conditione non in obligatione, vt l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta. & l. obligationum ferè. §. ff. ſi ita ſtipulatus. ff. de actio. & oblig.

EPITOME.

1 *Oblatio & diſpoſitio, tantùm operatur quantum ſolutio.*

2 *Conſignatio pecuniæ, an debet fieri in burſa ſine numeratione?*

1 LEGITIME obtulit & conſignauit. † Talis enim oblatio & depoſitio tantum operatur, quantum ſolutio. vt in d. l. acceptã. & d. l. obſignatione. duntamen quantitas integra, & non pars offeratur, & fiat congruo loco, & tempore. vt d. l. obſignatiõe. & d. l. ſolutur. ff. de ſolut. & l. mora. in princ. ff. de vſu. quia ſolutio particularis nõ admittitur vbi debitum eſt liquidum, & certum. vt in l. tutor. §. Lucius. ff. de vſu. aliâs autem ſi non eſſet liquidum, nec certum, tunc antè admitteretur ſolutio partis. vt habetur in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cer. peta. nec debet expectare quòd ipſe ſuper hac ſolutione interpelletur. vt ſuprà dictum eſt, imò debet eſſe curioſus & ſollicitus in offerendo modo quo ſuprà: nec ſufficeret ei ad excuſationẽ nuda oblatio, niſi interueniret conſignatio. vt prædicta probantur ex iuribus præallega. & optimè ad hoc adduco text. in l. fundum. §. ſi incerta. & l. ſi. ff. de leg. commiſſ. Idem confirmat Bart. 2 in l. prætor ait. §. ſi quis paratus. [a] ff. de no. oper. nunt. per text. in l. ſeruus ſi hæredi. in fi. ff. de ſtatu lib. & l. qui decem. §. idem reſpondit. ff. de ſol. licet contrafaciat l. penul. ff. de reſcin. vend. & gloſſ. not. in l. ſi reſiduum. C. de diſtra. pign. † Et not. quòd ſi conſignatio pecuniæ fieret in burſa, nec videretur ipſa pecunia ad oculum, non ſufficeret, ſed debet ipſa pecunia exburſari & offerri, & inde in burſam recondi, vt videatur à teſtibus qualis & quãta ſit, ſecundum Bart. vt per eũ no. in l. cùm ſeruus ita. ff. de condi. & demon. &c.

ET AMPLIVS dictam domum reſti. Per hoc ergo quòd facta oblatione, & depoſitione pecuniæ contumax fuit in reſtitutione domus pœna commiſſa fuit. vt in d. l. acceptam. cum ſimili. Quid autem ſi pœna commiſſa poſteà offeratur an purgetur mora? dic vt ſuprà dixi, aut ille acceptauit, aut recipere recuſauit, ſi ſponte acceptauit, aut ſimpliciter ſine proteſtatione, & tunc pœna purgatur, aut cum proteſtatione ſaluo iure pœnæ, & tunc non purgatur. vt hæc habentur

in l. Celsus. in principio. ff de arbitris. & l. post diem. ff. de leg. cõmis. & l. debitor. §. j. ff. qui mo. pign. vel hypo. sol. quod sequitur Specu. in d. §. sequitur. versi. sciendum.

QVARE CVM prædicta vera sint. Hæc est conclusio petitionis ad quam semper est aduertendum. vt dixi aliâs.

ET AD IPSAM pœnam soluendam. Notandum est quòd arbiter non potest de pœna cognoscere [a] post latam sententiam. vt suprà dixi. imò quod fortius est etiam ante latam sententiam nisi specialiter in compromisso actum sit, quòd de pœna possit cognoscere, & terminare. secundum Inno. & alios in d. l. quid tamen. in fine. ff. de arbitris. & in c. cùm dilectus. extra de arbitris. Similiter nec posset cognoscere de damnis, & interesse quæ veniunt iure actionis, nisi expressè sit actum argu. d. §. de offi. & d. l. quid tamen. in fine. secus si officio iudicis. argu. l. ædiles. §. sciẽdũ. ff. de ędil. ędic. & l. iiij. C. depo. qđ sequitur Speculator in d. §. sequitur versiculo, sed quia. Est ergo consilium quòd in forma compromissi apponatur, quòd arbiter possit cognoscere, & pronuntiare tam super pœna damni & interesse quàm super omnibus emergentibus.

EPITOME.

1 *An sententia generalis lata super compromisso generali noceat in omnibus?*

2 *Quantuncunque petitio, prosecutio, & sententia, seu transactio fuerint generales, tamen aliquando non præiudicat in omnibus.*

3 *Quietatio facta à pubere, & tutore generaliter, si tamen tutor super vna re tantùm reddiderit rationem, an præiudicat in omnibus?*

4 *Sententia arbitratorum lata die feriata, an valeat?*

5 *Quæ persona possit esse arbiter, vel arbitrator?*

6 *De qua re possit fieri compromissum?*

7 *An compromittatur de his de quibus compromitti non potest, si statuto caueatur, qđ de omnibus cõpromittatur?*

8 *Compromissum qualiter finiatur?*

PONI FACIATIS ipsum Io. in corporalem possessionem. † Hîc verò reuoco in dubium id de quo frequenter fit disputatio videlicet, an sententia generalis lata super compromisso generali, noceat in omnibus? pro cuius plena doctrina sic distingue, ꝑut not. ꝑ Bar. in l. de reb⁹. ff. arbitris. & per glo. & Cyn. in l. si prætextu. C. de transac. & l. ij. C. de iudi. aut enim agitur à iudice, vel arbitro, seu à partibus, quòd sententia, vel transactio præiudicet in omnibus, & tunc in omnibus præiudicabit, quia remittentibus actiones, & iura sua. &c. vt l. quæritur. §. si venditor. ff. de ędi. edi. & quia actus iudicis, vel arbitri operatur secundum eius intentum, sed non contra eius propositum. vt in l. si cùm argentum. in princi. ff de excep. rei iudi. & l. non omnis. ff. si certum petatur. aut agitur quòd in vna re, vel certis rebus tantùm præiudicet. & tunc in alijs non nocebit? argu. in l. item si vnus. §. in summa. ff. de pactis. & l. si de certa. C. de transac. aut dubitatur quid actum sit. & tunc subdistingue, aut petitio, prosecutio, & sententia, seu transactio fuerunt generales, & sic totus processus fuit generalis, & tũc præiudicat in omnibus. vt in l. sub
2 prætextu. † Fallit in duobus casibus qui habentur, & notantur in l. tres fratres. ff. de pactis. & l. de his. ff. de transactio. Aut petitio fuit generalis, prosecutio autem specialis, & sententia, seu transactio generalis, & tunc inspicitur magis medium, scilicet prosecutio quàm eius extrema, & dicemus quòd in effectu non præiudicat nisi in prosecutione. vt d. l. ij. & ibi notatur per Cynum. C. de iud. Aut vtrumque est speciale, & tunc in cæteris præiudicat. argumen. d. §. in summa. aut petitio est generalis, sed transactio vel sententia specialis, & tunc in ea specie tantùm non in ceteris præiudicat. vt C. de transactionibus. l. age. aut econtra petitio fuit specialis, & transactio seu sententia generalis, & tunc subdistingue aut virtus & ratio recti sermonis non patitur extendi ad alias species, nisi ad petita tantùm, & tunc non præiudicat in alijs. vt d. l. si certa. C. de transactio. aut ratio & virt⁹ recti sermonis patitur ad omnia extendi, & tunc non omnibus præiudicat, aliâs autem seruanda esset propria verbi significatio. vt l. non aliter ff. de legatis
3 tertio. † Et ex his decidi consueuit talis quæstio, Ecce quòd tutor, vel curator, vel alius in computatione suæ administrationis calculauit solùm rationem super administratione salis, vel grani, seu vini, Deinde apparet ei facta per puberem, seu dominum quietatio, seu deliberatio generalis, an talis deliberatio producatur ad omnia, an solùm ad illud capitulum, vel negotia de quo reddita fuit ratio? Quidam dicunt quòd debet restringi solùm ad illud capitulum. Cynus autem in dicta l. sub prætextu. tenet contrarium, per textum in l. emptor. §. lucius. ff. de pactis. & ibi no. Non obstant quæ superius dicta sunt, quia illa loquuntur in transactione, hîc autem in pacto. Ratio differentię est quia transactio est de

[a] *cognoscere. adde Bal. in addi ad Spe. de arb. ver. potest cognoscere.*

re dubia, eadéque ad ꝓsecuta restringitur, pactum verò est gratuitum, & de re certa, vnde ad omnia refertur, de quo latius vide quod notatur in l. aurelia. §. cayo. per Barto. ff. de libe. leg. & in d. §. lucius. & per gl. in d. c. cùm venerabilis. extra de censi.

4 † Amplius quæri solet an valeat arbitrorum sententia lata die feriata? Circa quod distingue, aut est lata per arbitrum tantum, aut per arbitratorem. Primo casu subdistinguitur, aut hoc est actum in compromisso, prout fit communiter in instrumentis, & tunc aut fertur sententia die feriata ob necessitatem hominum, vt tempore messiũ, vel vindemiarum, & valet. aut die feriata ob honorem Dei, & tunc non valet. vt l. si de meis. §. finali. l. si feriatis. & l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbitris. aut non fuit actum de hoc, & tunc non valet aliquo casu, quia arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta. vt ff. de arbitris. l. j. vbi autem lata fuit ab arbitratore, tunc valet quocunque tempore feriato, etiam si in Dei honorem lata sit, cùm hæc sententia ab eo lata, sit quædam transactio. vt superius dictum est. sicque omni tempore ferri potest vt l. non minorem. C. de transactionibus. & l. fi. C. de fer. & hoc tenet Speculator in d. §. sequitur. circa finem. versic. in forma autem compromissi. An autem cogatur die feriata pronuntiare, tangitur in d. §. sequitur, circa finem in versiculo forma compromissi. Inde quæritur quo in loco, sit ferenda sententia per arbitros? dic quòd aut est actum de certo loco, & tunc in eo est ferenda, vbi autem locus non est designatus, tunc ferenda est in loco in quo traditum est compromissum. vt habetur in l. si cùm dies. §. arbiter. ff. de arbitris. & ibi per Bartolum. & intelligo de loco largè videlicet ciuitatis, vel castri non autem de loco strictè sumpto, puta domo, vel porticu. vt notat Speculator in titulo de arbitris. §. finali. versiculo de loco autem. & prædicta procedunt in simplici arbitro, secus autem esset in arbitratore, nam in dubio credo quòd in quocunque loco suam sententiam ferre posit. argumen. C. de fer. l. fina. & l. non minorem. C. de transactionibus. & extra eodem titulo. c. finali. & eorum quæ no. Spe. in d. ti. §. fi. ver. in forma autē. Bonum est igitur in forma compromissi adijcere, quòd arbitri possunt pronuntiare in quocunque loco alio vltra locum compromissi.

5 † Postremò pro pleniori declaratione materiæ potest quæri quæ persona posit esse arbiter, vel arbitrator. Et quidem sciẽdum est quòd quilibet regulariter potest esse arbiter nisi lege communi vel municipali prohibeatur. Prohibetur autem mulier,[b] seruus, mutus, furiosus, surdus, pupillus, minor annis vigintiquinque. vt traditur in l. cum lege & l. pedius. & d. l. sed si in seruum. cum similibus ibi notatis. ff. de arbitris. C. eodem titu. l. finali. & extra eodem titulo. c. dilecti. Posset tamen mulier arbitrari, & amicabiliter componere. vt in d. c. dilecti. super quo vide quod notat Speculator in d. titulo. §. j. Item prohibetur secundum aliquos esse arbiter abbas, prior, vel præpositus regularis, licet tales posint esse arbitratores. argumen. l. fin. C. de fer. alij autem dicunt quòd nunquam esse possunt, vt plenè disputat Speculator in d. §. sequitur. versiculo sed quæro diligenter. & eodem modo dicunt quidam distinguendum in monacho[c] simplici, vel fratre minore, & quocunque alio mendicante. vt ibi no. versiculo, sed quid in simplici. sed in episcopo non est dubium quòd potest esse arbiter. vt l. si ex consensu. C. de epi. audi. & extra de arbitris. cum similibus ibi notatis per Speculatorem. Prohibetur etiam esse arbiter quilibet laycus in causa spirituali, nisi habeat secum clericum socium. vt in c. contingit. & c. per tuas. extra de arbitris. cum simili. ibi no. fortasse nec arbitrator. quia de istis spiritualibus laycus nullã debet habere communionem. vt extra de iudi. in c. ij. Item prohibetur ordinarius secundum iura ciuilia esse arbiter, fortè ideo qa superfluum videtur & absonum ipsum abuti sua iurisdictione. vt d. l. sed si seruum. §. si quis potest tamen esse arbitrator. vt in authen. vt diffe. iudi. §. si verò contigerit. C. de iudi. l. apertissimi. cum authentica ibi posita. Sed secundum canones potest esse arbiter, & arbitrator tam ordinarius, vt extra de arbitris. cum tempore. & extra de elec. cum causam. & de iureiurando. & in c. veniens. quã etiam delegatus. vt extra de arbi. c. olim. Prohibetur etiam esse arbiter quilibet in re propria. ff. de arbitris. l. penultima, cum similibus. Sed bene potest esse arbitrator etiam super iniuria ꝓpria. vt in c. quintauallis. de iureiurando. facit l. lege. in principio. ff. loca & conduc.

6 † Item quæri potest de quibus, & super quibus potest compromitti? & dic quòd regulariter de omnibus ciuilibus causis. vt extra de arbitris. c. j. de criminalibus autem non sic criminaliter agitur, nec de matrimoniali, nec de causa libertatis. vt extra de transactionibus. c. finali. & de in integrum restitutione. c. j. & l. non distinguemus. §. de liberali causa. & d. c. cum tempore. & d. l. non distinguemus. §. si per errorem nedum tanquam in arbitrium, sed vt puto, neç tanquam in arbitratorem, licet aliqui contrà. vt refert

[a] Amplius. vi de Bald. in l. si vt propo nas. la. j. C. quomodo & quando iu. Bar. & doct. in l. si feriatis. ff. de arb. Bal in l. fin. in iij. q. de. cõ trahen. em. Lanfrã. in trac. de arbi. in vij. parte. in vj. q.

[b] Mulier. docto. in l. cũ longe. ff. de arb. & in l. fi. C. de ar. Spe. titu. de arb. §. ij. ver. prohibetur. doc. in c. quintauallis. Spe. ti. de iudi. dele. §. vij. ver. reci. qđ est mulier.

[c] Monacho. vide Anch. cons. vlt. in prin.

refert Speculator in d. §. restat videre. sed nec de causa monachationis potest compromitti, nec de publica, vel populari, actione, nec de aliquo iure speciali, vt ibi plenè
a notatur Vasallus autem [a] in sui tantùm preiudicium,& non domini potest de re feudali facere compromissum.vt in c.j.§.j.de lege corra. Sed nec de rebus ecclesiæ potest fieri compromissum quoad perpetuum ecclesiæ preiudicium: sed ipsius rectoris tantùm sic.vt in c.iij.& c.per
7 tuas.& c.cum tempore . extrà de arbit. †Sed quid erit si statuto ciuitatis caueatur quòd de qualibet lite & quæstione partes cogantur compromittere,an in prædictis spiritualibus casibus,& alijs à iure prohibitis erunt partes cogendæ facere compromissum.videtur quòd sic,quia statutum cùm sit generale,non debet restringi. vt l.constitutum.ff.de testa.mil.& l. constitutionibus.ff.ad muni.imò debet sic intelligi,vt vltra ius cõe aliquid operetur.vt l.si quãdo.ff.de leg. j.In contrarium determinat Bar.sub hac distinctione.aut enim est lis,vel quæstio de aliquo per-
b tinente ad merum vel mixtum [b] imperiũ, &tunc in dubio statutum non porrigitur ad hunc casum,aliâs secus.vbi autem verba statuti essent adeò clara & certa,quòd talem causam comprehẽderent,tunc tenerentur partes facere compromissum.sed hoc casu arbitri non pronuntiarent sed solùm consulerent per iudicem ordinarium sic esse pronuntiandum.vt ipse no.in l.non distinguemus. §. quæsitum.& §.fi. ff. de arb.nec ob. quod in contrarium dicitur,nam verba statuti in dubio multum operãtur si ad solos casus permissos referantur: in quibus partes non cogebantur facere compromissum de iure cõi.vt l.iij.§.tã & fi.ff.de arb.quæ partes nunc per statutum compelluutur,sed nec post latam sententiã quæ transiuit in rem iudi.compellitur quis facere compromissum secundum Bar.vt no.circa formã executionis
8 sententiæ. †Posteà quærendum est qualiter
c finiatur [c] compromissum & potestas arbitorum vel arbitratorum. Et quidem finitur lata sententia,vt dictum est,& probatur in l.quid tamen. & l.diem proferre.ff.de arbit.Item per lapsum temporis appositi in compromisso . vt l.si cùm dies.& l.arbiter ex compromisso.ff.eo.ti. Item morte vnius arbitri, vel alterius partis,nisi sit dictum,quòd ad hæredem transeat.vt in d.l.non distinguemus .§. sacerdotio .l. diem .§.j.& l. sed si interpellatur.in fi.& l.si compromissum.ff.de arb.& in c.præsentata.extrà de testi.etiam si sit prælatus qui compromiserit , nam eius morte compromissum soluitur,vt deter.idem Specula.in d.§.finitur.Item finitur si tempus non sit appositum in ipso compromisso per lapsum triennij,vt plenè disputat idem Spe.in d.ti.§.differt . vers. item infra triennium finitur etiam alijs quibusdam modis de quibus tangitur in d.§.finitur.& l.non distinguemus . §.conpromisso . & §.sacerdotio.cum si. ibi no. ff. de. arbi. Ex quibus patet quot, & quãta obijci possunt contra sentẽtiã,& cõpromissum,quæ latius prosequere vt per eum notatur . in d.ti. §. excipitur contra arbitrum &c.

QVAE OMNIA & singula . Ista clausula cum sequentibus debet extendi , prout traditur suprà in prĩo libel.Ad vnum tamen attende tu qui cupis leges addiscere, quòd in multis mundi prouincijs , & in varijs ciuitatibus , locis , & terris,homines in eorum quæstionibus,& discordijs recursum habent ad istos arbitratores, vel sponte,vel legis necessitate. Sũt enim in d.locis, vel prouincijs aliquando statuta,aliquando consuetudines quibus disponitur , quòd partes cogantur ad compromittendum in amicos com-
munes.quo fit,vt in talibus partibus malè, & pessimè fit pro iudicibus Vnde ars hæc periculosa est in fructu,quia non conuenit omni loco, prout conuenit medicina quæ non tollitur , nec minuitur per statuta,& etiam ars ipsa in ipsius quærenda peritia,& doctrina valde laboriosa est & difficilis,atq; sumptuosa.vita autẽ tua,incerta,breuis, dubia, &infirma est.ideo in hoc cogita,& inter alias eliges facere illam artem quæ operari possit cum minori peccato,& tui maiori libertate.

Forma super solutione pedagiorum

CORAM vobis domino vicario Papię,dicit,narrat, significat & ꝓponit Ia.de ferrarijs agẽdo,& agere volendo& hanc petitionẽ dirigẽdo cõtra,& aduersus Marc. de piscarijs. & cõtra quancunq; aliam personam pro eo,& eius nomine in iudicio legitimè comparẽtem,quòd cùm ipse Ia.veniret de Monteferrato ad ciuitatem Papiæ,& secum deferret super eius equo brachia sex panni borsolini pro eius vsu,volens de eo sibi fieri facere vnam pellandram,& intrasset in ipsam ciuitatem sine solutione alicuius pedagij dicti panni. Ecce quòd suprascriptus Marcus publicanus , & datiarius dicti pedagij dictum drapum simul cum dicto equo super quo portabatur

a *Vasallus autem.vide Specu.ti.de arbit.§.ij. vers.sed nũquid vasallus . & ibi Bal.in addi.ver.vasallus.Bal. in c.j.de in ue.in va.facta. Lanfrã.in trac. de arb.in ij ij.parte.*

b *Ad merum vel mixtũ. adde vt per Lud.Rom. cons.c xxij. & cxv.*

c *Finiatur. vide Pau.de cast.consil. xxxij.Io.de ana.cons.l.*

a *Vsu proprio. Quid si portat p proprio, & alterius. vide per Alex cõsi. lxxxiij iij. lib. & vide quod voluit Ancha. cõsi. cclxv.*

b *Quis poßit pedagia. In hoc vide Bal. cons. ccxxxj. & cccci xxiij & ibi qualiter acquiratur ius imponendi pedagia.*

eius propria auctoritate accepit, & attrectauit contra voluntatem ipsius Ia. dicendo, quòd equus cum panno prædicto ceciderant in commissum propter vectigal, seu datium non solutum, quod minimè fieri potuit, nec debuit de iure, quoniam iuxta legitimas sanctiones res quæ portantur, seu deferuntur pro vsu proprio non subiacent solutioni alicuius pedagij, seu datij, vnde indebitè, ac iniustè præscriptus Marcus ipsum drapum cum equo abstulit ipsi Ia. & ablatum detinet occupatum, & sepius super ipsius drapi, & equi restitutione admonitus, & requisitus ipsam facere indebitè recusauit. Quare cùm prædicta vera sint, petit, & requirit prænominatus Iaco. quatenus per vestram diffinitiuã sententiam & omnia alio iure, via, modo, & forma quibus melius fieri potest, condemnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis Marcum antedictum ad restituendum, & relaxandum liberè, & absque alicuius solutione pedagij suprascriptum equum, & drapum, simul cum omnibus damnis, & interesse, & expensis per eum factis, & passis occasione prædicta, quę ascendere possunt ad flore. x. & de faciendis & patiendis in futurum protestando & deducendo in præsenti iudicio &c. saluo iure addendi &c. non astringens se &c.

CORAM Vobis. Iste tractatus vectigalium, quæ in vulgari datia, & pedagia nuncupantur, frequẽs est, & quotidianus, quia vniuersus orbis est hodie submissus vectigalibus, & tributis, nã vt inquit scritura, exiuit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. fuerunt autem inducta vectigalia ad sustentationem reipu. licet hodie propter mala regimina reducta sint ad consumptionem reip. super quibus exigendis non seruatur eadem forma, nec idem modus vbique locorum, sed quot sunt prouinciæ, ciuitates, & loca, tot esse reperiuntur differentię in modo exigendi, nec attẽditur vt plurium ordo iuris communis, sed seruantur in hoc sicut & in alijs casibus eorum capitula, & statuta super his edita. vt in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure.

IACOBVS de ferrarijs. Iste fuit, & est scriptor, & cancellarius & affinis meus qui anno præsenti currente 1414. mensis octobris agebat ætatem annorum xxx. dum simul mecum habitaret in Monteferrato, vbi tunc eram pro generali Vicario, & consiliario Illust. do. Theodori Marchio. montisferra. & habitabam in loco Pontisturę, & ego ipse tunc agebam ætatem an. 50.

MARCVS de piscarijs. Iste est bonus ciuis in ciuitate Papiæ, & semper vsus est ista arte, & plurimi alij ciues cum eo, qui aliquando reperti sunt esse consumpti propter quod sæpè dixi, quòd reipu. status ciuitatis malè successit, quando ciues cœperunt tempus suum occupare in illa arte datiorum, & pedagiorum, cùm longè melius foret quòd tempus occuparent in mercantijs, & alijs honestis artibus, nam ex hac maledicta arte multa generantur odia, & cumulantur inimicitiæ, & infinita committuntur peccata. vnde tales sunt in continuo periculo perdendi substantiam, corpus & animam.

EPITOME

1 *De quibus rebus datium solui debeat?*
2 *Quæ dicantur res pro vsu proprio?*
3 *Quis poßit imponere datia, seu pedagia?*
4 *Qualiter ius pedagij acquiratur?*

PANNI BORSOLINI pro
1 eius vsu &c. †Hîc multùm aduertendũ est, vnde pro declaratione materiæ, quæritur de quibus solui debeat, vel non, datium, seu pedagium? vnde breuiter respondetur, quòd de omnibus rebus quæ causa negotiationis conducuntur: de quibus exprimitur, & habetur per tex. in l. interdum. §. species. ff. de pub. de illis autem rebus quæ
a pro vsu proprio[a] deferuntur uon debet solui pedagium, vt habetur in l. vniuersi. C. de vecti. & co. & in l. censoria. in prin. ff. de verbo. signi. super quo stari debet iuramento deferentis, vt determinat gl. in cle. si. extrà de censi. attamen tenetur ille qui defert huiusmodi res pro vsu suo proprio consignare, & notificare illa officiali super datio deputato, vt colligitur in l. si publicanus. §. j. in fi. & l. interdum. §. quoties. in prin.
2 & §. si quis professus. in prin. ff. de publi. † Et not. quòd illæ dicuntur res pro vsu proprio quę sunt pro cultu, atque pro quotidiano vsu ipsius personæ, & familiæ suæ, vt in d. l. censoria. sed licet ita sit de communi iure, tamen in multis partibus malè obseruatur: maximè in ciuitatibus Lombardię. Sunt etiam & alij casus de iure communi quibus non soluitur pedagium, quos
3 enumerat gl. in d. l. si publicanus. §. j. † Deinde
b quæro quis possit[b] imponere pedagia, siue datia? Dic quòd solus Imperator, vel Papa in terris suis, alius

alius autem inferior non.vt l.vectigalia. in princ. de public.l.j.& ij.C.no.vectigal. imponi non poſſ. imò nec pedagia antiqua inuſitata licet cuiquam augere,vel ampliare.vt l. & ij.Sicque patet quòd iſti plurimi caſtellanoti,qui contra ſolitum,& à ſuo capite augent eorum pedagia peſsimè faciunt cō tra ius,vnde non valet,nec ius aliquod eis acquiritur,quia quæ contra ius fiunt pro infectis habenda ſunt.vt in l.non dubium.in fine.C.de legi. & in regula.quæ contra ius.de regu.iur.lib.vj.& ibi per
4 Dyn. †Sed circa prædicta de alio quæritur, videlicet qualiter ius pedagij acquiratur?Dic breuiter quòd duobus modis.Primò principis conceſsione. vt d.l. vectigalia.ff.de public & l.j.& ij.C. no. vecti.impo.non poſſ.Secundò antiqua conſuetudi-
a ne [a] tanti temporis cuius non extet principij memoria.vt in ca.quibuſdam.in §.præterea. de verb. ſignifica. & l.ſi publicanus.§.fin.ff.de publi. & ibi not.per Barto.facit etiam l.fina. C.no.vectig. vbi exequitur vterque caſus, & adde quod not.in forma actionis confeſſoriæ quæ competit pro ſeruitute.

EPITOME.

1 *Vectigal ſiue gabella an in introitu vel exitu ciuitatis vel in vtroque ſolui debeat?*

INTRASSET in ipſam. Quæritur an pro eadem re ſolui debeat gabella, vel pedagium ad introitum tantùm,vel ad exitum ciuitatis tantùm,vel ad vtrūque?Super qua quæſtione diuerſimodè ſecundum diuerſitatem regionum obſeruatur:vnde in hoc eſt ſtandum conſuetudini. argum.in l.ſi publicanus.§.fina.de public.cum ſimilib.ibi not.vbi autem de conſuetudine non appareat,putarem de iure communi ſolùm ſolui debere ad introitum,quia de introitu iura videntur loqui, vt probatur in l.interdum.§.diui.ff.de pub. nec amplius quàm ſemel pro eadem re in eodem loco erit aliquis ſoluere aggrauandus, quia ſufficit, quòd ſemel factum eſt.vt l.in diem. cum ibi not.ff. de aqua plu.arcen.l.j. §.prodeſt. quorum leg.facit l.fideicommiſ.§.ſi quis.ff.de leg.iij. cum ſimilibus.

MARCHVS publicanus. Scire debes quòd iura ciuilia appellant publicanos quos vulgus appellat datiarios, qui ideo publicani ſunt appelti, quaſi canes publici, cùm eorum temeritas, & audacia ſit immenſa.vt l. quantæ audaciæ. in princip.ff.de public.

EIVS propria authoritate accepit. Sed nunquid liceat publicano manus inijcere propria authoritate in rem commiſſam, ſeu pro qua datium non eſt ſolutum. Et certè quantum ad conſuetudinem vbique locorum obtentam dicendum eſt, quòd ſic,ſed de iure communi fortaſſe dicendum eſſet, quòd non.vt C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat.per totum titu.& l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſdict.om. iudi. quia iſte caſus non reperitur inter exceptos à reſigula niſi fortè quis diceret ea ratione poſſe ſuſtinere, vt etiam de iure cōmuni hoc fieri liceret, quia rei quæ cadit in commiſſum ipſo iure abſq; alia diſputatione perditur dominium ſtatim, & transfertur in fiſcum vel habentem cauſam à fiſco, quod nota. ergo &c.vt traditur & habetur in d.l. commiſſa. ff. de vectiga.& commiſſa.& not. per gloſſ.in d.l.ſi publicanus.

EPITOME.

1 *Quæ ſit pœna non ſoluentis datium,ſiue pedagium?*

2 *Deferens res ſubiectas pedagio,an debeat expectare quòd officialis interroget,an habeat res pedagio ſubiectas?*

3 *Qui agit contra datiarium qui pro datio rem capit non ſubiectam datio, an excuſetur ſi dicat ſe ignoraſſe,quòd erat res non ſubiecta datio.*

4 *Pœna datij an tranſeat in hæredem fraudantis datium.*

5 *An res licitæ repertæ cum illicitis pro datio publicari poſſint?*

6 *Equus alienus, vel nauis aliena ſuper qua portatur res illicita,an publicetur ſimul cum dicta re?*

7 *Immunitas de non ſoluendo pedagio an tranſeat de perſona venditoris in perſonam emptoris?*

8 *Exigens vectigal indebitè,qua pœna teneatur.*

9 *Deferens res,ſi dicat ſe minorem ſummam habere quàm habeat,an dicatur defraudare pedagium.*

CECIDERVNT in commiſſum. †Quæritur quę ſit pœna nō ſoluentis datium, vel vectigal? Dic breuiter quòd de iure & conſuetudine eſt pœna amiſsionis, & confiſcationis ipſius rei, vt in dict.l. ſi publicanus. §.fina.in fine.& dict.l. in cenſoria. & ad hoc facit lex,vniuer
2 ſi.C.de vectigal.cum simili. †Quęro vlterius an deferens res debeat expectare, quòd officialis pedagij ipſum interroget,an habeat res de quibus ſoluere debet pedagium? Dic quòd non, imò ipſe deferens debet ſe offerre, & profiteri officiali, quòd tales res defert. vt eſt textus in l. interdum. §. diui. ff. de publicanis. non ergo excuſat

[a] *Antiqua cōſuetudine. Adde & vide Pano. in c.ij.de iure immi& in.c. nouamus. de cenſi.*

deferentem si dicat, quòd non fuit sibi denuntiatum per officialem: & hoc habet locum, siue deferat res pro vsu proprio, siue pro alieno, vt suprà dixi. quanquam vbi sunt res pro quibus non solebat datium, seu vectigal exolui, consuetudo in plurib[9] ciuitatibus, & locis admittat non astringi quenquam, quòd defert, officiali consignare.

3 † Quid si iste Iacob. dicat se ignorasse, an soluere deberet pro eius drapo pedagium, an excusabitur? dic breuiter quòd sic in casu isto quo tutus erat de iure communi, quo iure inspecto ipse non tenebatur soluere de re portata pro vsu suo. vt suprà dictum est. secus autem si detulisset rem quæ secundum ius commune erat obnoxia solutioni datij, quia tunc ignorantia non excusaret: cuius ratio est, quia quando non soluit pro re quæ secundum ius commune soluere debet, est in lata culpa. vt l. latæ culpæ. ff. de verbo. significa. & sic debet intelligi l. interdum. §. licet quis. ff. de publi. in alio casu quando est res exempta à solutione vectigalis de iure communi, sed est subiecta ex forma legis municipalis, tunc excusatur, quia tolerabilis est ignorantia talis iuris. vt in cap. j. de cõsti. lib. vj. Excusatur ergo ignorantia facti, dummodo non sit supina, nec crassa. vt not. in dict. §. licet. in l. interdũ. §. diui fratres. & §. serui. In ignorantia aũt iuris distinguitur, an sit iuris communis, vel municipalis, vt suprà. † Sed nunquid hæc pœna transeat in hæredes fraudantis pedagium? Dic quòd sic. vt habetur in l. fraudanti. & l. commissa. & l. cotem ferro. §. illicitum. ff. de publ. licet de quadam consuetudine apud plurimas ciuitates, ita demum teneatur defraudator si deprehendatur in crimine. Pupillus tamen ab hac pœna excusatur si infra xxx. dies se à mora, & delicto purgauerit soluendo pedagium. vt traditur in l. imperatores. in fi. ff. de publi.

5 † Rursum quæritur quid si cum rebus licitis pro quibus solui non debet pedagium ducantur illicitæ, an non soluendo datia publicari debeant omnia? Videtur quòd sic. per l. cotem ferro. §. diuus. ff. de publ. In contrarium determinat Barto. in d. §. diuus. per l. si publicanus. §. j. ibi, vt aliquid amplius. ff. de publi. Nec obst. prædictus §. diuus. quia ibi in tali publicatione rerum, de qua ibi loquitur, non fit in consequentiam fraudandi vectigalis, sed alterius criminis aliunde commissi per ipsum deferentem, prout etiam intelligit Cy. in l. cùm proponas. C. de naut. fœ. Et ex hoc potes colligere decisionem illius quæstionis persæpè occurrentis. Ecce quòd aliquis super equo alicuius, aut naui vel curru ducit aliquid sine solutione debita pedagij, propter quod res ducta simul cum equo naui vel curru debet cadere in commis-

a sum [a], iuxta formam consuetudinis, vel statuti quibus disponitur quòd omnia confiscantur,

6 † Quæritur an equus alienus, vel nauis aliena super quibus res ipsa est ducta debet confiscari? Et videtur quòd non, quia statutum, & consuetudo debet in dubio intelligi de equo proprio ducentis cũ non conueniat rationi rem alienam ex culpa aliena debere confiscari. argum. in l. quia non debet. de iureiuran. & in regula. non debet. de regu. iur. lib. vj. cum simi. ibi not per Dyn. Tu autem distingue secundum Bart. & alios. vt per eum not. in d. l. cotem ferro. §. de public. aut ille qui equum, aut nauim commodauit, sciebat quòd super eis rem ipsam ducturus erat, vt quia ad hunc vsum commodauerat, & tunc confiscabitur, & imputet sibi si non præuidit, quod euenire poterat, aut non commodauit ad talem vsum, & erat ignorans huius ductionis, & tunc non confiscabitur, vt in d. §. diuus. qui sic est intelligendus. vidi tamen in practica indistinctè confiscari equum, & dominus eius habuit inde regressum ad emendam contra illum qui recepit. Amplius quæritur quanto tempore durabit huiusmodi actio pro vectigali consequendo? Dic breuiter, quòd solùm durat quinquennio, & non vltra. vt est text. nota. in l. ij. C. de vectig. & commis. & per hoc patet quòd siue dicatur hanc actionem esse personalem, siue realem exorbitat regula aliarum actionum quæ vel xxx. vel xl. annis durare solent. vt in l. omnes. & in l. sicut. C. de præscript. xxx. anno. Exorbitat etiam à regula fiscalium actionum quæ regulariter durant spacio xx. ann. tantùm. vt l. in omnibus. & ibi not. ff. de diuer. & tempo. præscrip. Et sic est vnus casus quo excluditur fiscus, & publicanus ab actione pedagij. Alius est etiam casus, videlicet si nauis super qua res prohibitæ ducebantur cũ ipsis rebus perierit. vt d. l. ij. Terti[9] casus est, quo inducens excusatur, & publicanus excluditur ab exactione vectigalis, videlicet si impellente necessitate ducens cũ

b rebus ipsis coactus fuit transitum facere [b] per locum ad quem ire non destinauerat, vt faciunt sæpè naues maritimæ & aliquando hostium impulsione, vt habetur in l. Cęsar. & l. fina. §. si propter necessitatem. ff. de public. quod sequitur Archidiaco. in dicto cap. quanquàm. de sentent. excommunicatio. libr. vj.

7 † Quid autem dicendum in eo qui [c] habet im-

c munitatem ne de suis rebus teneatur soluere pedagium, vel vectigal, an talis immunitas transi-

bit

a In commissum. Add de vt per Rapha. Cu consil. v. & b consil. xxj. Transitum facere. Add vt per Alex consil. lxxxvj. iiij. vol. Qui sunt immunes. vide in d. c quanquam. & in cle. præsenti. eo. ti. & in c. super quibusdã. de verb sig. Abb. & docto. in c innouam[9]. de censi. Et vide Panor. distinguentē in c. ex parte. de deci. vbi an concedatur rei, aut personis. C.

bit in emptorem ipsarum rerum? Dic quòd non secundum Dy.& Bar.vt per eum not.in l.licitatio. §.fi.ff.de publi.pro hoc facit,quia mutatione personæ mutatur conditio ipsius rei.vt l.per procuratorem.in fine.ff.de acquir.hæred.& ibi per Dyn. & Bart.facit l.fin.C.de inoffi.testamen. & per hoc determinatur, quòd illi qui emunt fructus à clericis teneãtur pro eis soluere pedagium,licet clerici ab ipsa solutione sint exempti, vt not. per Ar-
8 chid.in d.ca.quamquam. † Nunc autem reuoco in dubium quid econtra ad præcedentia, videlicet qua pœna teneatur qui exigit vectigal in-
a debitè? a Dic quòd aut quis exigit nouum vectigal nunquam hactenus impositum,& tunc punitur pœna legis Cor.de vi pub.vt l.fi.C.ad leg.Iul.de vi pub.aut exigit amplius quã consuetum fuerat exigi ab antiquo.v.g.consueuerat antiquitus exigere pro balla drapi vnum flo.& nunc exigit vnum cũ dimidio,& tunc aliquando punitur in duplũ, aliquando in triplum,aliquando etiam extraordinariè corporaliter,prout iudici videbitur, delinquentis circũstantijs ponderatis.vt hæc probantur in l. ij.in princ.& §.j.& l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publi.& non solùm ipse principalis publicanus de his tenetur,sed etiam eius familia si in hoc deliquerit.vt dictis ll.& in l.quantæ audaciæ.in princ.
9 & in §.j.ff.de pub.cum sim. † Vltimò quæro si pro rebus pro quibus tam de iure communi,quàm de consuetudine solui debet vectigal,oriatur quæstio inter publicanum,& deferentem circa ipsarũ summam,vel quantitatem,siue in pondere,vel mẽsura,& tandem ille deferens decipiat publicanum in pondere,vel summa,dicendo solo verbo quantitatem minorem quàm sit,an ex hoc solo antequã
b res duxerit extra locum dicatur fraudasse b pedagium?& videtur quòd sic.nam si ex toto dixerit se nihil habere de quo solui debeat datium, dicitur fraudassepedagium,vt dictum est,eodem modo & si dixerit se minus habere quàm habeat, dicitur fraudasse pedagium,& res cadit in commissum,vt sit eadem ratio,& iuris dispositio de toto ad partem.vt l.quæ de tota.ff.de rei ven.cum sim.ibi no. Sit ergo sapiens ille qui defert,vt dicat publicano si ab eo interrogetur de quantitate pondere, vel mensura rerum, frater,credo quòd res omnes sunt tanti ponderis,vel tantæ quantitatis:Sed quia possem errare facias illas ponderari, vel mensurari, quia protestor quòd non intendo in aliquo datium fraudare &c.

28 Forma libelli in actione confessoria pro seruitutibus.

Coram vobis Agit & in iure proponit Anton.de Ferarijs de loco Sartiranæ districtus Papiæ, contra & aduersus Richardum de canibus de eodem loco, & quancunque aliam personam pro ipso Richardo & eius nomine legitimè cõparentẽ,dicens & proponens idem Ant.quòd iam longissimo tempore retro acto habuit, tenuit, & possedit, hodie tenet & possidet pro sua,& tanquam suam, & domum vnam positam, & iacentem in dicto loco cui cohæret ab vna parte &c. & ad ipsum Anto.pleno iure spectantem & pertinentem,cui quidem domui, fuit & est debita & hodie debetur à domo ibi contigua præfati Richard.seruitus tigni immittendi, ac stillicidij recipiendi à domo ipsius Anto. in domum; & per domum ipsius Richar. Rursumque dicit,& proponit idem Ant. quòd iam longissimo tempore tenuit,& posse- a
dit,& hodie etiam tenet, & possidet quoddam molendinum in villa dicti loci situatum in & super fundo, & terreno proprio dicti Anto. cui cohæret &c. & ad quod molendinum ipse Anto.longo tempore elapso duxit quandam rugiam aquæ,per quã dam petiam prati dicti Richar. positam, & iacentem super territorio dicti loci, cui cohæret &c.sciente & patiente dicto Richar.& prædecessoribus eius:per quam petiam prati debetur,& debita fuit, & est seruitus aquæductus ipsi molendino, & ad ipsum molendinum ex causis le- b
gitimis: Amplius dicit, & proponit præfatus Anto.quòd ex causis legitimis,& maximè ex concessionibus, & priuilegijs imperialibus habuit,& habet, & habere consueuit plenam & omnimodam iurisdictionem in dicto loco Sartiranæ,& in ipsius iurisdictione,ac prædictarum seruitutum possessione:& quasi fuit & stetit ipse Ant.tam per se,quàm per eius prædecessores,spatio anno.x.xx.xxx. xl. & c. anno. & pluribus, sic quòd in contrarium memoria initij eius aliqualiter non existit, sciente & patiente d. Rich. & eius antecessoribus.Deinde dicit & proponit præfatus Ant.quòd suprascriptus Rich.ipsum An.à certo tempore circa maximè ab anno proximè præterito, & præsenti,& per totum ipsum tempus turbauit, & inquietauit,& molestauit,ac turbat inquietat, & molestat eundem Anto. in dicta sua possessione iurisdictionis & seruitutum & iurium prædictorum, indebitè, & iniustè, non patiendo, nec si-

a *Qui exigit indebitè vectigal. Vide per Bertachi. in tract. de gabellis. & per Archi. in c. quanquam.de cẽsi.lib.vj.& Lud.de Li. in cle.præsenti.de cẽsib.*

b *Fraudasse. Adde Raph. Cu. consi.proximè alle.quanto. & ibi an noceat domino talis assertio.*

nendo ipsum Au. vti & frui modo debito, prædictis seruitutibus, iurisdictione, & iuribus ad ipsum pleno iure spectantibus, & pertinentibus, ac spectare, & pertinere solitis & consuetis. Quare cùm prædicta vera sint, petit, & requirit præfatus Anton. quatenus per vestram diffinitiuam sententiam, & omni alio iure, via modo, & forma, quibus melius poteritis, pronuntietis & declaretis seruitutem aquæductus, seu rugiæ ducendæ ad ipsum molendinum, necnon seruitutem dicti tigni immittēdi, & stillicidij recipiendi, iurisdictionemq; in di. loco Sartiranę spectasse & ptinuisse ac spectare, & pertinere, deberi, & debita esse prædi. molē. ac domui, & etiam singula singulis congruè referendo licuisse, ac licere d. Ant. ex sua domo in domum d. Ri. immittere tigna, & stillicidia quæcunque, & exercere omnimodam iurisdictionem in dicta terra Sartiranæ inter homines in ea habitantes liberè, & absque contradictione alicuius personæ. Insuper & condemnetis per eandem sententiam, & condemnatum iuris remedijs compellatis præfatum Ric. ad non turbandũ nec molestandum de præsenti, & in futurum d. Ant. in iure facultatis pos. vel quasi, ab exercitio prædictorum iurium suorum, iurisdictionis & seruitutum, & ad præstan. eidem Anto. super huiusmodi debitam cautionem & amplius in omnibus eius damnis, & expensis tam præteritis, quàm pręsentibus, & futuris passis factis & fiēdis, ac patiendis in futurum, de quibus liquidabitur in processu, & veritas apparebit, & prædicta petit fieri &c. deducendo in præsenti iudicio omne ius suum &c. saluo iure addendi &c. non astringens se &c. no. bene hanc clausulam.

a *Confessoria. de hac actione vide per Ol. cōsi. clxxj. & per Paulũ de Cast. cōsil. lxvij.*

EPITOME.

1 *Possunt cumulari plures clausulæ ad diuersa competentes in vno libello.*
2 *Actio confessoria est realis.*

1 Coram vobis. † Hîc attende plures causas ad diuersa competen. in præsenti libello cumulatas, quod de iure fieri potest. vt not. Dyn. in regula, nullus pluribus. de regu. iur. lib. vj. & ego scripsi supra in primo libello. in gloss. super verbo, saluo iure addendi &c. ratio est in præsenti casu, quia huiusmodi cumulationis nulla est regula impeditiua, maximè, quia sententia lata in vna causa non facit præiudicium in alia, dic vt ibi nota.

2 † Rursum est sciendum, quòd vt euidenter liqueat forma, & tenor præsentis libelli in eo deducitur actio confessoria, [a] quæ realis est, & rem insequitur. vt traditur & habetur institu. de actio. §. æquè si agat. & ibi not. per gloss. & Dyn. & Iaco. Butr. & de tali actione, & eius natura etiam plenè tangitur per Cyn. & alios in l. ij. C. de seruitu. de qua mentio habetur in l. ij. in princip. & l. loci corpus. §. in confessoria. & §. competit. ff. si seru. vend. & not. Barto. in l. si prius. ff. de noui operis nun. & Innocen. in capi. abbate sancti Siluani. extrà de verbo. significa. & in capi. inter quatuor. extrà de maior. & obedien. & in capit. conquerente. extrà de offic. ordin. Competit etiam hæc actio pro vsufructu, & pro iure vectigali consequendo. vt l. vti frui. in princip. ff. si vsufruct. pet. & l. ij. ff. si seru. vendic. & not Barto. in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de public. & not. per Innocen. in cap. certificari. extrà de sepul. & in c. cum venerabilis. extrà de relig. domi. cum sequent. Et quare appellatur confessoria not. per gloss. in d. l. ij. in princip. ff. si seruit. vend. vel dic quòd sic placuit legislatori, nec de hoc est disputandum, sed pertinacibus relinquendum. vt C. de consti. pecu. lib. ij.

EPITOME.

1 *Quid sit prædium vrbanum & rusticum.*

Domum. Tu iuuenis debes scire quòd iure ciuili omne ædificium vbique situatum siue in ciuitate, siue in rure appellatur prædium vrbanum, terra autem vinea, pratum, & similia, vbique situata appellatur prædium rusticũ,
1 † quia prædium rusticum ab vrbano non loco, sed qualitate discernitur, vt inquit legislator in l. vrbana prædia. ff. de verbo. significa. & l. j. in princip. ff. communia prædio. & institu. de seruitu. vrba. prædio. &c.

EPITOME.

1 *Hoc verbum, pleno iure denotat plenitudinē dominij, vel illius iuris quod in libello deducitur.*
2 *Agens confessoria pro iure seruitutis, an teneatur probare se dominum predij dominantis & eius aduersarium prædij seruientis.*
3 *Si quis possidet ius incorporale, vt est seruitus, non est præsumptio aliqua quòd seruitus sit constituta.*
4 *Cur magis præsumatur, quòd persona sit serua, quàm quòd à re debeatur seruitus.*

1 Pleno iure spectantem. † Hęc verba, pleno iure denotant plenitudinem dominij vel illi⁹ iuris quod in libello deducitur, vt not. per Innocen. in c. cùm inter. extra de regu. iur. ad quod facit l. Titia. ff. de annu. leg. & l. Titia. ff. de vsufruc.

vsufru.leg.l.pater.ff.de serui.lega.& in c.querelã. extra de electio.in proposito autem intelligenda & deferenda sunt ad ius dominij directi, vel vtilis. nam confessoria non datur nisi illi qui dominus est prædij dominantis, nec seruitus constituitur, nec debetur nisi ab eo, qui est dominus prædij seruientis. vt traditur & habetur in l.j.in fi.& in l.si cùm duas.& l.proprium.& l.si quis duas.in prin. ff.commu.prædio.rei nempe alienæ seruitus per alium non acquiritur, vt d.l.si cùm duas.& l.si quis duas.imò non acquiritur rei communi.vt d.l. proprium.facit l.si vnus ex socijs.in princip.ff.de serui tu.rustico.prædio. † Vt autem hoc plenius in-
2 telligatur reuoco in dubium an agens confessoria pro iure seruitutis rusticæ, vel vrbanæ, teneatur se dominum probare prædij dominantis, & eius aduersarium esse dominum prædij seruientis. in qua quæst.glo.videtur sentire in l.sicut.§.si quæratur.ff.si serui.vendi.quòd aut ille qui agit confessoria est in possessione ipsius seruitutis, & tunc non tenetur probare de suo dominio, nec alterius: & in hoc vertitur vna commoditas possidendi, vt in § commodum.institu.de interdict. aut non est in possessione seruitutis, & tunc tenetur de dominio probare.vt hæc probantur in l.ij.§.hæc autem in rem actio.ff.si seru.vendi.quam opinio. videtur tenere Innocen.in c.abbate.de verbo.sign. Sed Barto.in d.l. si prius.ff.de noui operis nuntia. aliter voluit sentire, dicẽs quòd de dominio vtriusque est probandum saltem præsumptiuè hoc modo.nam probabitur quòd ipse actor possidet fundum dominantem, & eius aduersarius fundum seruientem, qua possessione probata, erit per consequentiam probatum præsumptiuè de dominio vtriusque. nam cùm isto casu de dominio quæratur quasi incidenter, & principaliter de alio, scilicet de iure seruitutis, sequitur quòd poterit præsumptiuè de dominio probari ex sola possessione. iuxta not.per eundem Bar.& gloss.in l.quidam in suo. ff.de condi.insti.& per Cyn.in l.ij.in iiij.q.C. quæ sit long.consu.& in l.ij.C.de proba.& ita credo ꝙ Innoc.& glo.etiam intellexerit. Vides ergo conclusiuè ex præmissis primam commoditatem quę insurgit ex possessione. Secunda commoditas est vt traditur per gloss.in l.j.§. hoc interdicto. ff.de iti.actuq; priua.& in d.§.si quæratur. quòd possessor seruitutis non habet necesse probare seu prouocare aduersarium ad iudicium, sed simpliciter vti debet sua possessione: quod verum intelligo nisi per eum turbetur, vt in casu isto de quo infrà dicam. Tertia insurgit commoditas, quia possessor si conueniatur ab aduersario, habet prolixiores inducias.vt l.fin.ff.de seruit. Quarta est vtilitas, quia aduersarius prius iurabit de calumnia quàm possessor. vt l.ij.in princip.C. de iuram. calum. Quinta subinfertur vtilitas, quia secundum Pla.præsumitur in dubio quòd ipsi possessori competat ipsum ius seruitutis, nisi eius aduersarius probet nullum ius seruitutis ei competere: quæ
a quidẽ negatiua [a] potest probari per vicinos circunstantes qui deponant se nunquã vidisse ipsum tanquam actorem vti seruitute, & qđ non potuisset ea vti quin ipsi testes vidissent. aduerte quia ista opinio Pla.est ab omnibus reprobata.nam pro possessore non præsumitur quòd ei seruitus debeatur nisi aliunde probet seruitutem sibi seu prædio suo quæsitam modis legitimis, de quibus dicetur infrà, vt clarè dicitur per text.l.si quis diutur no.ibi, vt ostendat&c.& in d.§.si quęratur.& l.ij.in princip.& in fi.ff.si ser ui.vendic.& ex hoc colligitur vna differentia inter possessorem rerum corporalium.nam pro eo qui possidet rem corporalem præsumitur de eius dominio, vt suprà dictum est.
3 † Sed in eo qui possidet ius incorporale, vt est seruitus, non est præsumptio aliqua quòd seruitus sit cõstituta: ratio huius est manifesta secundum docto. quoniã quælibet res corporalis à natura sui præsumitur esse libera.vt l.altius.C. de serui.& l. cũ.ff.de ser.vrb.p̃di.ideo necesse est cõtra hãc iuris pręsumptionẽ induce rẽ cõtrariã probationẽ.ar.in fin.in l. super seruis.C.qui mili. non pos.lib. x.quæ ratio cessat in possessione rerum corporaliũ, quæ natura sui subiacẽt possessioni nominis, iuxta illud quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit.& quod scribitur in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur. Et hanc sententiam sequitur gloss. & doct.in d.§.si quæratur.& in l.j.§.hoc autem.ff.de iti.actuque priua.& Bar.in l.naturaliter.in §.nihil cõmune.ff.de acquir. pos.& in d.l.si prius.de no.ope.nun. & l.ij.& l.cũ res.C.de proba. Sed diceret aliquis nõne ex possessiõe seruitutis in seruo pręsumitur quis esse seruus, nisi probet se liberum, vt l.circa.ff.de prob.& l.liberis.in fi.de lib. causa.cum si.Cur ergo nõ sic in possessione seruitutis aliarũ rerum. Sol. dicunt doct.ꝙ ratio differentiæ est, quia persona potest nasci serua, & ꝑ cõsequens quis de natura potest produci seruus.vt insti de iure perso.§. j.& l.manumissiones.ff.de iust.& iu. sed res à natura producuntur liberę. vt in d.l.altius.& d.l.cum eo. ideo in primo casu præsumitur talis esse, qualis possessio eius demõstrat.quia sic nasci potuit, & sic eum natum verisimile est, postquàm de contrario non apparuit, sed in secundo casu natura possessioni repugnat.ideo ex so

a *An talis probatio sit sufficiens, & faciat fidem vide per Bal. & Alex. in l. non nudis C. de prob. & repetent. in l. quĩ accusare. C de edend. per scribentem in §. nihil cõmune. l. naturaliter. ff. de acquiren. possess.*

la possessione non arguitur eã rem talem esse: imò hoc est probare necesse.nec præmissis haberet obstare l.seruitutes.§.fi.ff.de serui.vrba.præ. quia secundũ Dy.ibi certũ erat de seruitute iam imposita.prædicta ve-
4 rò loquuntur in casu dubio. † Sed hîc posset quæri quæ est ratio rationis quare magis sic esse præsuma tur in personis quã in alijs rebus.respondeo quia Dy.non declarat quòd ratio põt esse, quia persona in qua seruitus esse præsumitur,habuit potestatem reclamandi, & contradicẽdi.vt̃ C.quibus ad lib.procla.nõ licet. l.j.cũ seq. ideoque eius taciturnitas operatur consensum.ar.eorum quæ not.per glo.in l.labeo.ff.de aqua pluuia.arcen.sicque sequitur ex tali pro fessione seruitutis præsumi ipsam seruitutem subesse:quæ ratio cessat in cæteris rebus inanimatis, in quibus cùm cesset talis voluntas & potestas, cessare debet præsũptio antedicta.Sexta vertitur vtilitas possidẽdi, quia si possessor turbetur super iure seruitutis extra iudicium, potest de facto resistere,quod est valde notabile pro conseruatione iurisdictionũ temporalium, & ecclesiasticarum: in quibus etiam procedit illa vulgaris regula,vim vi repellere licet. vt dicit Bart.in d.l.j.ff.de itin. actuque. priua. Septima subinfertur vtilitas,quia reus contra quem agitur cõfessoria cõpellẽdus est præstare idòneam cautionem de non impediendò possessorem vti frui ipsa seruitute vel iurisdictione lite pendente vsque ad sententiam, vt habetur in l.pe.ff.de aqua quotidia. & æstiua.

Octaua & vltima est vtilitas possessoris, quia eius aduersario non probante,fundata actoris intentione absoluendus est.vt in l.vti frui.§.j.ff. si vsufruct.peta.&c.

Cvi quidem domui fuit, & est debita. Vides quòd verba seruitutis sunt referenda ad rem,non aũt ad personã cuiusest res,quia talis seruitus debetur à prædio prędio, non autem à prædio personæ.vt l.j. in fi. & l.cùm fundus.ff.cõmunia prædio. ideoque sentẽtia prædio præfertur. vt inquit text.in l.qui aliena.in fin.ff. de nego.gest.&c.

a Deinde de ista materia vide diffuse per Barto. Cep. de verona in tractatu de serui.vrba. prædio.

EPITOME.

1 *Seruitus quot modis constituatur?*
2 *Quot sint species seruitutum?*
3 *Vrbanæ reales quot sint?*
4 *Is qui habet seruitutem an possit in aliquo aggrauare eum à quo habet seruitutem?*

1 Servitvs tigni. † Istæ sunt duæ seruitutes vrbanæ,de quibus mẽtio habetur in l.qui binas ædes.& l.sed & si inter me.& l.hęc autem iura.in fi.ff.de ser. vrb. præ. de stillicidio autem loquitur specialiter l.si stillicidij.ff.queadm.ser.amit. & in l.seruitutes.§.sublatũ. & §.seruitus.& l.si domus.ff.de ser.vrb.pręd.Quę quidẽ seruitutes & cęterę tam rusticę quam vrbanę cõstituũtur tam inter viuos quã in vltima voluntate.vt insti.de seru. §.pe.& fi.& l.via.cum ibi not.ff.de ser.lega.per totum.verũtamen si quis habeat duas ædes habẽtes tigna ab vna in aliam posita,vel ab vtraq; hincinde,& vnã ex eis vel ambas alienet,præsumitur tacitè seruitus imposita tigni immittendi ab vna in aliam.vt est tex.no.in l.j.ff.de ser.le.ibi,seruitutem impositam videri &c.& l.si quis duas.C.eod. titul. & habetur in l.binas quis ędes.ff.de ser.vrb.præd. & hoc ideo quia est seruitus quę habet causam cõtinuam,& permanentem,secus in alijs quę habent causam discontinuam.vt no.per Bar.in d.l.j.in quibus regulariter non præsumitur seruitus,sed libertas.vt l.Lucius.C.de serui.& l.cũ eo.C. de serui.& & l.cũ eo.ff.de ser.vrb.prędi.Acquiritur etiam huiusmodi seruitus legitima præscriptione. vt infrà dicetur & habetur in l.si quis diuturno.ff. si serui.
2 ven. †Deinde[a] sciendũ est pro pleniori doctri-
a na seruitutum,de quibus in iure scriptum est,quòd quędam sunt seruitutes quę debentur à re rei,de quibus hîc fit sermo.& traditur per totum tit.ff.de seru.cum alijs tit.seq.& C.de ser.per totũ.quę seruitutes reales dicuntur,quia rebus ipsis adhęrent, & cum rebus transeunt, vt prędixi, & earum genera sunt duo.nam alię sunt vrbanę,de quibus loquitur specialis tit.ff.de serui.vrb.pręd. alię sunt rusticę de quibus loquitur specialis tit.ff.de serui. rusti.prędio.quę genera seruitutũ plures in se species continent, de quibus duæ hîc ponuntur,& extensius ponuntur in dictis tit.& instit.de serui.vrb. prædi.& insti.de seruitu.rustic.prædio.Aliæ etiam sunt species vrbanæ seruitutis vltra has duas, quæ inferius exprimentur. Quædam autem sunt seruitutes quæ debẽtur à re personæ,vt est vsusfructus, & habitatio,de quibus loquitur tit.ff.& C.de vsufruct.& ff.de vsu & habit.per totum.& insti.eod. titu.Quædam sunt seruitutes quæ debentur à persona personæ,vt est seruitus hominis,de qua loquitur institu.de iure person.§.j.ff.de operis seruo.& de stipu.seruo.per totum.cum simi.Quædam sunt seruitutes,licet impropriè,quæ debentur à persona ipsi rei,de quibus loquitur l.Titio cẽtum.§.Titio.ff.de condi.& dem.& l.Meuia.ff.de manu.test. quæ omnia not.per glo.in l.j.ff.de ser.& instit. de serui.in prin. †Redeo ad seruitutes vrbanas rea-
3 les,quarũ aliæ sunt diuersę species.nam quedã est seruitus luminũ,id est,ne luminib⁹ officiatur, alia est seruitus ꝓspectus,quasi similis,sed nõ per oĩa ꝓcedẽtibus,vt sequitur.nã ille qui habet seruitutẽ

lum-

luminum debet recipere claritudinem cœli ex area vicini per fenestram parietis proprij vel communis. vt l.luminum.& l.qui luminibus. ff. de ser.vrb.præd.adeò quod non licet vicino parietem vel domum altius extollere, nec arborem plantare,nec aliud facere per quod obscurentur in aliquo ipsa lumina, nec fenestræ.vt l.arborem. & in d.l.qui luminibus. ff. de ser. vrbano. prædio. Ille verò qui habet seruitutem prospectus tantum,non est necesse quòd habeat aspectum cæli,sufficit enim recipere aërem sine cæli inspectione, vt in fenestra alicuius.canepæ subterraneæ, non tamen potest vicinus viridarium vel arborem ponere,vt offuscetur talis prospectus.vt l.ædificia.& l.inter seruitutes.& l. lumen.ff.de seruitu. vrbano. prædiorum. Alia est enim seruitus vrbana quæ appellatur seruitus altius non tollendi,hoc est non ædificandi altius: cuius seruitutis natura eadem ferè est cum illa,ne luminibus officiatur,contra quam seruitutem fit etiam si viridarium vel arbores contraponantur. vt l.ædificia.& l.si domus.& l.si ædes meæ.ff.de
4 ser.vr.præ. †Demum illud volo te scire quòd ille cui competit aliqua ex dictis seruitutibus,non potest aliquid facere vel innouare per quod vsus seruitutis & cōditio eius habeat aggrauare locum seruitutis vltra solitum.vt est tex.no.inl.seruitutes. § si seruitus stillicidij.& §.seq.ff.de seru.vrb.præ. cum simi.ibi no. facit l.is qui duo.ff.de ser.ru.præ. ideoque non licebit domino habenti seruitutem stillicidij inducere aliam aquam quàm cælitus profluentem in domum vicini,vt ibi.& clarius habetur in l.j.§.item quæritur.cum seq.ff.de aqua quo.& æsti.& l.is qui duo.ff.de ser.rust.præ. Hæc autem seruitus tigni immittendi,de qua hîc est sermo, impeditur constitui, si locus publicus seu via publica interueniat inter vnam domum & aliam.vt l. fi. ff. de ser. vrb. præ. licet locus talis publicus nō impediat constitui seruitutem tineris vel viæ.vt habetur iu l.seruitutes.§.publico.ff.de seruitutibus.

EPITOME.

1 *Seruitus aqueductus est rustica.*
2 *Seruitus aquæ quotuplex sit.*
3 *Seruitus aquæ qualiter acquiratur?*
4 *Flumen qualiter fieri possit alicuius priuati?*
5 *Concedens aquam pro certo loco an teneatur concedere pro maiori loco.*
6 *Præoccupans aquam fluminis non nauigabilis, an faciat præiudicium cæteris idem facere volentibus.*
7 *In loco superiori fluminis quàm vbi sit molendinum, an possit construi molendinum intercipiens aquam molendini inferioris.*
8 *Econuerso an possit intercipi aqua proueniens ex superiori molendino.*
9 *Habens molendinum in superiori parte fluminis,an possit restagnare aquam tempore siccitatis in præiudicium molendini inferioris.*
10 *Reformans molendinum dirutum, an possit quoad a quā præiudicare molendino constructo post ruinam primi molendini.*
11 *Reformatio molendini ad quem spectat,an ad locatorem vel conductorem,qui illud conduxerat ante ruinam, seu destructionem.*
12 *Flumen deriuans ad aliquam ciuitatem à lacu alicuius ciuitatis,an possit auerti à ciuitate seu territorio dominanti illi lacui.*
13 *Flumine mutante alueum suum,an ius istius qui habebat aquæductum ex illo flumine sit extinctum?*
14 *Molendinum impetu aquarum descendens super territorium alterius,an possit à domino vendicari sine aliqua pecuniæ solutione?*
15 *Ex qua materia possit fieri canale per quod adducatur aqua.*
19 *Si sit contentio de loco inter concedentem & acquirentē aquæductum,qualiter diffiniatur?*
17 *Habens aquæductum,an possit partem ipsius alij concedere?*
18 *Vendito molendino an transeat in emptorem etiam ius seruitutis?*
19 *Locus quot modis possit pati seruitutem.*
20 *Seruitus aquæductus,an sit continua vel discontinua*
21 *Probatio tituli vltra tempus,an sit necessaria ad demonstrandam præscriptionem seruitutum?*
22 *Præscriptio incorporalium qualiter interrumpatur?*
23 *Bona fides quoad iura incorporalia qualiter probatur.*
24 *Quòd quis sit vsus re aliqua iure seruitutis non dominij vel quasi,qualiter probetur,*
25 *Scientia & patientia domini rei à qua debetur seruitus,qualiter probetur.*
26 *Seruitutes quæsitæ,qualiter perdantur.*
27 *Tempus requisitum ad præscribendas liberationes à seruitute,quantum sit.*
28 *Cur non requiritur tempus in seruitute perdenda,sicui in seruitute acquirenda.*
29 *Omnia requisita in præscribenda seruitute, an sint necessaria etiam in liberatione præscribenda.*

SERVITVS aquæductus ipsi molendino
1 &c. †Hîc quæso iuuenis diligenter aduerte,quia quotidiana& practicabilis est materia huius seruitutis aquæductus,quæ non est seruitus vrbana,sed rustica,de qua est tit.ff.de aqua quoti. & æsti.per totū.& maximè in l.hoc iure.§.ductus aquæ.& de ea loquitur tex.l.imperatores.ff.de serui.rusti.præd.& not.per glo.in l.foramen.de serui. vrba.præd.& plenè traditur per Cyn.& alios in l.
2 j.& ij.C.de ser. Ad cuius seruitutis pleniorem notitiam sciendum est quòd seruitus aquæ est duplex,vna quæ appellatur haustus aquę, vt verbi gratia si habes puteum in domo tua,vel fontem in prædio tuo, & mihi constituis seruitutem,vt possim ex tuo fonte vel puteo aquam haurire, & de tali seruitute non est hîc ad præsens sermo,sed de ea loquitir l.iij.§.qui habet.ff.de serui. rustico.præd.& l.de aqua.ff.communia prędio.& l. j.ff.de fonte.cum similib.alia est seruitus aquæductus ex flumine publico, vel priuato .& de
3 ista loquitur iste libellus. † Vbi aduertendum

primo & principaliter , qualiter hæc seruitus
acquiratur . Et breuiter dicendum est quòd
dupliciter: videlicet hominis constitutione inter
viuos, vel in vltima voluntate:& tẽpore legitimæ
præscriptionis.Circa modum quærẽdi in vltima
voluntate hanc seruitutem & cæteras habes, titu.
specialem.ff.de ser.leg.In modo autem quærendi
inter viuos,sic considera,Aut aqua ducitur ex flu-
mine priuato puta Titij,& tunc acquiritur ex-
concessione illius Titij:sicut acquiruntur cæteræ
res.vt probatur in l.lucio.ff.de aqua quoti.& æsti.
&l.in concedendo .ff. de aqua plu.arcen. & in l.
aquã. C. de serui.facit etiam l.ex meo.& l.via.§.si
lacus.ff.de seru.rusti. prædi.& in d.l. si prius.ff.
de noui oper.nun. † Et si quæratur qualiter
4 flumen effici posset alicuius priuati: Responde
quòd tribus modis.Primo modo ratione originis
ipsius fluminis,quod ortum habet infundo priuato.
vt in dictis.ll. comprobatur.& in l.præsens.C. de
ser.Secundò ex principis concessione. Tertiò ex
longissima prescriptione,vt infrà declarabitur.
5 †Sed circa hoc queritur,pone quòd Titius habebat
vnũ pratum,pro quo adaquando seu irrigando eidẽ
concessit Cayus, vt ex suo lacu vel fonte posset
ad ipsum pratum aquam ducere , postque ipse
Titius aliud pratum proximum superiori prato
emit,propter quod eget ampliori aqua ad irrigan-
dum vtrunque:quæritur an Cayus teneatur ad di-
mittendum eidem ducere maiorem aquam solito
pro vtroque prato?Dic quòd non,per text.in l.
non modus.C.de serui.& ibi per Cy.& per hoc
quòd concessio seruitutis solùm porrigitur ad res
de præsenti,non futuras.facit l.damni.§.fratris qui vi
cinas.ff.de dam. infect. Aut aqua ducitur ex flumi
ne publico,quod quidem dicitur publicum duobus
modis. vno modo omne flumen nauigabile, vt
Padus & Ticinus.alio modo dicitur flumen non
nauigabile quod tamen trahitur ex flumine naui-
gabili,vt est cadrona,vernabula,& nauigium,vt
hæc probantur ff.de flumi.per totum & ff.ne quid
in flumi.pub.per totum.In quib⁹ casibus distingui-
tur,aut aquæductus deriuatur ex flumine nauiga-
bili per se,sicut Padus & Ticinus,aut ex flumine
non nauigabili per se,sed faciendo aliud flumen
per quandam mixtionem nauigabile,& istis duo-
bus casibus quæritur aquæductus dupliciter tan-
tùm,videlicet concessione principis, cuius sunt
omnia talia flumina, & longissima prescriptione
tanti temporis cuius initij memoria non existit.vt
plenè habetur in text.& per Bar.in l.quominus.ff.
de flumi.& d.l.hoc iure.§.ductus aquæ.& d.l.si.ff.
de aqua plu.arcenda .facit l.j.§.permittitur.ff.
de aqua quoti.& æsti .& l.si autem. § .finali. ff .de
aqua pluuia arcenda.& notatur per glossam in d.l.
imperatores.ff.de serui. rusti.prędio. Aliquando
deriuatur aquæductus ex flumine publico non
nauigabili,nec faciendo aliud nauigabile,puta ex
quodam paruo riuo & fonte,& tunc acquiritur
per occupationem,sicut cætera quæ in nullius bo-
nis sunt,& ille qui primò occupauit, præfertur
omnibus alijs,vt in d.l.quominus.in princip.& d.l.
imperatores.& l.si mihi.§.si fundo.ff.de seruitu.
rusti.prædio.duntamen eius aquæductus fiat sine
iniuria vicinorum circuncolentium, nam si ad
eorum iniuriam & læsionem grauamen tenderet,
non acquireretur per occupationem huiusmodi
aquæductus.vt probatur in l.imperatores.& l.j.§.
sunt qui putant.in fi.ff.ne quid in flumi.pu. †Sed
6 hîc quoddam insurgit notabile dubium & quoti-
dianum Ecce quòd Titius ex tali flumine non
nauigabili cœpit aquam ducere ad eius molendi-
num,vel ad eius pratum,alij verò circunuicini
hoc videntes cœperunt facere prata noua vel
molendina , cuius rei causa volunt & ipsi etiam
ducere de hoc flumine aquam ad eorum prata
noua seu molendina ,quibus contradicit Titius,
dicens, se ius aquæductus preoccupasse.Quæritur
quid iuris?In qua questione Bar.in d.l.quominus.
plenè disputando,arguit pro & contra.& fina-
liter sic concludendo distinguit:Aut aqua est suf-
ficiens & abundans pro omnibus.& tunc non erit
locus preoccupationi, sed omnes coĩter poterunt
aquam ducere ad eorum prata & molendina,facta
inter eos ipsius aquæ congrua diuisione. vt pro-
batur in l.lucio .ff. de aqua quot.& æsti.& l.in
concedendo.ff.de aqua plu.ar.& d.l. imperatores.
cum si.pro quo facit l.ij.§.pe.& fi.ff.de ser.ru.prę.
Aut aqua non est sufficiens ad prata seu molen-
dina omnium irriganda,& sufficiens est ipsi Titio
qui preoccupãuit,& tunc alij superpeniẽtes non
debent audiri,sed locus est præoccupationi,quia
sine ipsius Titij præoccupantis iniuria non posset
per aliquos conuicinos duci ista aqua.& sic debet
intelligi d.l.imperatores.& ad hoc facit l.ij.§.j.cũ
ibi not.per gl.ff.ne quid in flu.pu.secũdum tertiam
lec.coniuncta l.j . §. j.ff.ne quid in flu.pu.secun-
dum Bar.pro cuius opi.ego allego tibi no.tex.in l.
hoc iure . § .ex flumine. ff .de aqua quoti.& æsti.
pro quo facit illa regula quæ traditur in l.intan-
7 tum.in prin.ff.de re.diui. †Vlterius ad abundan-
tiorem tractatum molendinorum & aquæductus
quæritur,Ponè quòd in parte superioris fluminis
& molendini dicti Titij quidam Sempronius fa-
cere vult vnum aliud molendinum de nouo:an
possit iustè impediri à Titio ne faciat ipsum mo-
lendinum,& aquam ducat ad eum ex flumine prę-
dicto?Et hîc aduertendum quia quotidie questio
occurrit de facto quam formauit gl.in l.si manife-
stè.C.de ser.& ibi per Cy.& l.si quis ex argenta-
rijs.§.si initium.ff.de edend. & latius per Bartol.
in d.l.quominus.& breuiter omnia colligendo di-
stingue secundum communem opi. docto . Aut
illud flumen super quo,& in quo est ædificatum
ipsius Titij molendinum ,est priuatum amborum
aut est simpliciter publicum: Si quidem est priua-
tum ipsorum Titij & Sempronij,tunc aut iste Sem
pronius vult de nouo ædificare suum molendinum
vt principaliter sibi prosit , & tunc potest licitè
ipsum facere sine impedimento Titij & eo inui-
to.vt probatur in l.fluminum.§ fi.& l.Proculus.ff.

de

de damn. infect. aut ipsum facere, vt principaliter noceat ipsi Titio qui in ædificando pręuenit, & tunc non potest nec audiendus est. vt in l. j. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. & ita debet intelligi glo. in d. l. si manifestè. cum simi. Secundo principali casu quando flumen est publicum. tunc aut iste Titius habet eius molendinum licitè ædificatum: quod qualiter sit superius est declaratum & tunc ipse Sempronius superueniens in volendo facere suum. non est audiendus. imò Titius qui lucrum & emolumentum ipsius aquæductus præoccupauit, potest licitè ipsum Sēproniū impedire in vsu dicti noui molēdini, ne auferatur vel sibi diminuatur hoc lucrum. vt l. ij. §. meritò. ff. ne quid in lo. pub. quod verum intelligo eo casu, quo aqua non sufficiat vtrique molendino. vbi autem læditur vtilitas molendini Titij ex constructione secundi molendini dicti Sempronij, non puto consonum iuri nec æquitati quòd ipse Sempronius debeat impediri. ar. d. l. lucio. ff. de aqua quot. & æsti. & l. concedendo. ff. de aqua plu. arcen. aut iste Titius habet eius molendinum illicitè ædificatū, & tunc non poterit impedire ipsum Sempronium. vt l. ij. §. idem ait si in publico. ff. ne qnid in lo. pub.

8 †Sed quid econtra erit. ver. g. si Titius habet à superiori parte fluminis molendinum ædificatū, modo vult iste sempronius à parte superiori fluminis & ipsius molēdini postquàm egressa est ab vsu dicti molēdini deriuari & trahere ipsam aquā ad eius prata vel ad nouū molendinum, quæritur an possit. In qua quæstione idem Bart. in d l. quomin⁹. sic distinguit. Aut ipsa aqua postquàm egressa est molendinum vel prata dicti Titij prius redijt ad flumen publicum, & abinde ad ipsius Sempronij prata descendit: & tunc poterit illa vti inuito dicto Titio, cum distinctione de qua suprà dictum est. Aut nondum redijt ad ipsum flumen, & tunc nō poterit illa vti inuito ipso Titio. Ratio est quia cum talis aqua per iustum titu. facta sit ipsius Titij non potest ipse Sempronius, nec alius eo inuito illa vti, donec ipsius dominium perdiderit, quod fiet tunc cùm publicum flumen ingressa fuerit. vt in d. l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcen. secundum eum. & pro hac sententia facit l. ex meo. ff. de ser. ru. præd. & l. j. §. illud Labeo. ff. de aqua quotidi. & ęsti. & per glo. in fine sui positā in l. cùm essent. §. fina. ff. de serui. rusti. prædi. & in d. l. ex meo.

9 †Vlterius quæro quid si duo habent & possident licitè duo molendina[a] in eodem flumine. vnus habet suum in superiori parte ipsius fluminis, alius verò suum in parte inferiori, & habens in superiori perte velit tempore siccitatis æstiuæ aquam fluminis colligere & restagnare, vt collecta aqua faciat sic quòd eius molendinum fortius molat, quæritur an possit alio inuito qui molendinum habet in inferiori parte? Distingue secundum Bartolum vbi suprà Aut inter superiorem & inferiorem sunt aliqua pacta & illa sunt seruanda. argumen. in l. j. §. si quis hoc cesserit. ff. de aqua quotidiana & æstiu. & eodem modo seruanda esset consuetudo regionis, quæ hoc casu & similibus casibus seruari consueuit. vt l. j. §. fina. ff. de aqua plu. arcend. vbi autem ista cessarent, tunc considerandum est, qui prius occupauit, aut superior prius molendinum construxit quàm inferior, & tunc aut vult continere seu restringere ipsam aquam principaliter ob suam vtilitatem, & tunc potest sine impedimē to secundi argumen. l. Proculus. ff. de damno infecto. & l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loco publico. aut vult aquam restringere principaliter, vt noceat inferiori, & tunc non potest. vt l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arc. qualiter autem hoc dignoscetur facti euidentia demonstrabit. nam in re penitus dubia ea foret potius interpretatio assumenda, quæ vitio caret argumen. l. meritò. ff. pro so. & l. quoties. de rebus dubijs. cum similibus. Aut inferior prius eius molendinum construxit, & tunc nō licet superiori ipsam aquam restringere quasi præoccupatus. argumen. d. §. meritò. cum simi. In dubio autē vbi de proprietate non apparet fortasse proprer æquitatem temporis, subdistingue. Aut restrictionem ipsam facit, vt sibi tantùm prosit, aut vt vicino noceat. vt suprà dixi: cùm enim reperiatur in pari causa, debet esse melior conditio occupantis: seu possidentis, quando nō facit principaliter in alterius iniuriam. argu. l. si qui seruum. §. sequitur. ff. de ver. obl. & in c. in pari. de regu. iur. lib. vj.

a Duo molendina. De his q. & multis alijs vide per do. Ias. in repe. l. quominus quæ facit post repetita per do. Christophorum alberi cum.

10 †Quid autem dices de quotidiana quæstione, Ecce quòd molen. ei⁹ qui prius illud construxit fuit diruptū, vel propter antiquitatem vel ꝓpter hostilitatem fractum remansit, & est aliud molē. inferius qđ posteà fuerat ædificatum, & sic stetit per lōgum tempus prius molēdinum diruptū sine alia reformatiōe, posteà vult prior dn̄s ipsum molendinū reficere & ad priorē statū reducere: & aquā labi facere ad eū, & alia facere in præiudicium inferioris molendini, quæritur an possit? Dic clarius quā dicat Bar. vbi suprà. Aut superi⁹ molendinum fuit particulariter destructum & nō in totū: & tūc quia rōne partis superexistētis dicti molendini habuit retinere possessionē aquæ debitæ ipsi molendino, nec fuit ei difficilis ipsius aquæ prosecutio siue

vſus eius argumē.l.naturalem. in princi. ff.de acq. rer. domi. ideoque omnia quæ ſuprà dicta ſunt remanente integro molendino, vendicarent ſibi locum ex particulariter dirupto. Aut ſuperius molendinum fuit funditus & in totum diruptum. & tunc diſtingue, aut iſta reformatio ſeu reſtauratio fit infra annum, & idem quod dictum eſt in proximo caſu, nam lex dicit quòd prætor tuetur illum qui hoc anno vel priori ætate vſus eſt. vt habetur in l. j. in principio. & in §. denique. ff. de aqua quotid. & æſti. Aut iſta reſtauratio fit poſt annum. & tunc potior & melior erit conditio inferioris molendini, nec in eius læſionem poterit aqua duci ad dictum molendinum, nec aliquid fieri quod habeat nocere ipſi molendino inferiori. cuius ratio eſt ſecundum eum, quia ius aquæ ducendæ ſibi quæſitum per occupationem fuit extinctum per annum tranſcurſum. vt colligitur ex l. fina. ſecundo reſponſo. ff. de vſufruct. coniuncta l. ſi quiſquam. ff. de diuer. tempo. præſcriptio. vnde alia præſcriptio non eſt neceſſaria quoad inferiorem contra ſuperiorem. vt l. fina. in principio. ff. de vſucap. vt ſuprà patet. & ſic prędicta ſunt intelligenda quòd aliud eſſet ſi ſuperiorem aquæ ductum ſibi quæſiuiſſet ex principis conceſsione, vel longiſsima temporis præſcriptione quia tunc tale ius quæſitum ſuperiori non extingueretur per tranſcurſum anni, ſed opus eſſet quòd inferior contra ſuperiorem legitimè pręſcriberet ſpatio temporis limitati. de quo infrà dicetur. debent etiam præmiſſa intelligi quando aqua ducebatur ex flumine publico, ſecus autem ſi ex flumine priuato, & conceſsione priuati. quia nec tale ius extingueretur anno, vt ſuprà dixi, quod
11 tene menti. † Amplius quæritur, quod ſi iſtud molēdinū qđ eſt deſtructum, fuerit per dominū eius cuidam ad certum tempus locatum, ante eius diruptionē, ad quē pertinebit eius reformatio, an ad dominum, an verò ad conductorem? Dic breuiter vt no. Bar. in l. cotem ferro. ff. de pub. pro cuius deciſione facit l. cùm plures. in princi. ff. lo. l. hactenus. & l. ſi eius. §. idem quæſium. ff. de vſufruct. & l. quamuis. & ibi no. C. de vſufruct. & l. ſi
12 proprietarius. ff. de dam. infec. †Sed pone qđ duo ad eorum molendina trahunt aquam ex flumine publico vel habent eorum molendina in flumine publico puta in Pado vel Ticino. quod flumē Ticini tranſit penes portas ciuitatis Papiæ, & deſcendit ex lacu maiori per territorium Medio. hic quæritur nunquid commune Mediolani poterit euertere ipſum flumē Ticini ne amplius decurrat more ſolito ad ciuitatem Papiæ. Dic breuiter quòd non & pro hoc allego ibi text. ſing. in l. j. in princi. C. de allu. & palu. licet in hac quæſtione ſuper euerſione cuiuſdam ſimilis fluminis facta, & per olim ducem Mediolani, aduocati vtriuſque partis in ciuitate Florentiæ multas leges allegauerint, & omnes illum textum ignorauerint, pro qua deciſione facit. quia ciuitas Papiæ ius ducendi ipſum flumen ex ipſo lacu ad dictam ciuitatem præſcripſit ſpatio pluſquam duorum milium annorum, ſciēte & patiente communi Mediolani ideo iure etiam longiſsimæ præſcriptionis, cuius initij memoria non exiſtit, ius dicti fluminis adducendi quæſitum eſt ipſi communi Papiæ pleniſsimum. vt dicta l. quominus. & dicta l. hoc iure. §.
13 ductus aquæ. † Vltra quæritur pone quòd flumen ex qua aqua ad molendinum, vel prata deriuatur licitè in caſibus præmiſsis mutauerit alueum ſuum. vt plerumque accidit, an per hoc ius aquæ ducendæ ſit extinctum? Et breuiter ſic diſtingue. Aut flumen hanc mutationem fecit ſubitò, & vno impetu. & tunc perditur & extinguitur ius aquæductus, aut alueum mutauit paulatim temporis interpellationis ad modum alluuionis. & tunc non extinguitur, ſed durat ius ipſius aquæductus. vt in l. hoc iure. §. ductus aquæ. & §. ſi aquam. ff. de
14 aqua quotidi. & æſti. †Pone quæſtionem in qua ſemel conſului, Quæſitum fuit à me ſi molendinum exiſtens in pado impetu aquarum, vel alio caſu deſcendat inferius ſuper alieno territorio, an poſsit à domino vendicari ſine aliqua pecuniæ ſolutione, vel teneatur dominus ipſum redimere ab illis perſonis ſuper quarum territorio ſedere habuit, & ſe affigere? Et breuiter reſponde quòd ſufficit domino cauere de damno infec. tam præterito quam futuro. vnde tenetur dominus ad emēdam ipſius ſolius damni, ſi quod in illo prædio, vel territorio illatum eſt, vel inferri ſperatur. vt hæc probantur in l. hoc amplius. §. ſi ratis. ff. de damno infecto. & l. ratis. ff de incend. ruin. nau. & l. celſus. §. ſed ſi ratis. ff. ad exhi. & l. j. & ij. C. de nau. libro vndecimo. Sic eſt in cruſta terræ, & in arbore quæ deſcendit in alienum territorium vel in alienum fundū. vt in d. l. hoc amplius §. Alphenus. cum ſimili. ibi nota.

15 † Amplius quæritur ex qua materia poſsit fieri canale per quod ducatur aqua? Dic quòd ex materia conſueta in regione illa, vt habetur in d. l. hoc iure. §. penultimo. & l. ſi prius. §. j. ff. de aqua. plu. arcen. & l. quæſitum. ff. de ſerui. ruſti. prædio.

Pone dominus fluminis priuati conceſsit duob' diuerſis temporibus aquæ ductum, quod facere potuit. vt l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. & l. lutio. ff. de aqua quoti. & æſti. modo ſecundus voluit facere ſuum canale ſuper canale prioris, quæritur an poſsit? Dic quòd ſic, ſi facit ſine illius impedimento, vel læſione ſui aquæductus. vt traditur in l. hoc iure. §. final. ſupra allega. & in l. j. in princi. ff. de aqua plu. arcen.

16 † Sed quid dices ſi inter concedentem ius eius ſeruitutis, & ipſum aquirentem contentio oriatur de loco per quem debet aqua duci, vel iter fieri cum ſimi. dic quod vbi non ſit conuentū inter partes de loco. poterit aquirens de iuris rigore vti ſeruitute per quamcunque partem loci ſeruientis, ſed de æquitate deſignabitur per arbitrum ſeu per iudicem ille locus qui minori cedat incōmodo prædij, & loci ſeruiētis. vt l. cer

generi. §. si totus cum similibus. & §. sequenti. in l. si mihi. ff. de ser. ru. præd. & l. si cui. ff. de ser. tit. generali. & facit l. via. §. fi. ff. de ser. ru. præ. nisi seruitus sit legata in testamēto, quo casu est in arbitrio hęredis designare per quā partem prædij seruientis vti debeat legatarius ipsa seruitute, vt l. si via
17 iter. ff. de ser. ru. præd. † Sed nunquid ille qui habet aquęductus ius potest alij partem ipsius aquęductus concedere? Dic aut concedit de volūtate domini à quo causam habet, & tunc tenet concessio. aut sine eius voluntate, & tunc aut vult concedere postquàm aqua ingressa est suum fundum, vel molendinum, & tunc idem, aliâs autem non tenet concessio. vt hæc habentur in l. cum essent. §. fi. & l. ex meo. ff. de ser. ru. præd. facit l. j. §. illud.
18 ff. de aqua quoti. & æsti. † Quid autem si molendinum vel prædium cui seruitus debetur vendatur vel alienetur, an ipsa seruitus transibit in emptorem? Dic quòd sic, cum sit ius cohærens rei. vt in l. si partem, & l. si via. §. si fundus. ff. de ser. ru. pred. & l. si aquæductus. ff. de contrahen. emp. & in l.
19 alienatio. eodem tit. cum sim. † Postremò aduertendum quòd est quidam aquæ descensus proprię loquendo propter quem seruitutem patitur vnumquodque prædium rusticum altero de tribus modis, vel conuentione, aut longa consuetudine, aut ex loci natura, statutum quippe est per naturalem loci situm. seu statum, vt semper prædijs rusticis prædium inferius seruiat superiori, in recipiendo aquam cœlitus descendentem vt traditur in l. j. in fi. & l. ij. in prin. cum ibi no. ff. de aqua plu. arc. Aliam verò aquam aliunde prouenientem non tenetur recipere. vt in l. is qui duo. ff. de ser. ru. præd. & l. j. §. quæritur. cum seq. ff. de aqua quo. & æsti. Et quia superius dictum est hanc seruitutem quæri lon. temp. præscrip. videamus
a generalius de omnibus qualiter [a] seruitutes præscriptione quærantur, vbi est aduertendum quòd quædam sunt seruitutes habentes causam continuam vel quasi, quædam habentes causam discontinuam vel interpollatam. illæ quidem debent habere causam continuam vel quasi, in quarum vsu nullum factum hominis requiritur, exemplum in seruitute luminum, stillicidij, altius non tollendi, & prospectus, & per contrarium illæ dicuntur habere causam discontinuam, vel interpollatam in quarum vsu dominis factum requiritur. Exemplum in seruitute vię. itineris, actus & aquæ haustus, & de his plenè traditur per gl. & doc. in l. seruitutes. ff. de ser. tit. generali. & l. fora-
20 men. de ser. ru. præd. † Dubitari autem consueuit de hac seruitute aquęductus de qua suprà locuti sumus, an sit coutinua vel discontinua. Super quo sunt glo. diuersę. nam glo. in l. seruitutes præalle. circa medium dicit simpliciter eam esse seruitutē continuam gl. autem in d. l. foramen. distinguit, & melius, aut in eius vsu interesset factum hominis, & tunc dicitur discōtinua & interpollata, aut nullum factum hominis intercedit habere causam continuā, vt in stillicido, & alijs dictum est.

Et hæc inuestigatio vtilis est & necessaria propter ea quæ subijciuntur, quibus sic præmissis circa modū pręscribēdi distingue. Aut seruit⁹ habet causam continuam, vel quasi, & tunc præscribitur spatio longi temporis. s. x. vel xx. an. sicut aliæ res immobiles. vt l. ij. C. de ser. & ibi per Cy. & alios in l. si quis diuturno. ff. si ser. ven. facit l. si inter. in prin. ff. de ser. vr. præd. & no. in l. j. in fi. ff. de aqua pl. ar. Fallit in seruitute aquæductus quæ trahitur ex flumine pub. nauigabili, vel faciente aliud nauigabile, illa quidem non præscribitur lōgo tempore, sed requiritur longissimū tempus, cuius initij memoria non existit. vt l. quominus. in fin. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. & æsti. & no, per glo. in d. l. seruitutes. Inn. in ca. de quarta. de præscri. Aut seruitus habet causam discontinuam, vt via, iter, & si. de quibus suprà. & tunc etiam præscribitur longissimo tempore cuius initij memoria non existit, vt dicta l. foramen. & l. seruitutes. & probatur. in l. j. in fi. & l. fi. ff. de aqu. pl. ar. & l. ij. §. ante pe. C. eo. ti. cum si. Memoria autem non extante, nec eius initij probatur hoc modo secumdum gl. in l. si arbiter. ff. de proba. Inn. in c. veniens. de ver. sig. si testes dicant nullum qui hodie viuit vidisse dictam seruitutem imponi, & constitui & quòd nunquam viderunt, vel audierunt aliquos qui dicerent vidisse. vel audiuisse à maioribus ipsam seruitutem imponi, vel constitui, vel ab alijs audiuisse qui vidissent, vel audiuissent, & se semper audiuisse à maioribus dici illam aquam sic fuisse ex dicto flumine ductam ad ipsum molendinum, vel ad talia prata &c. Et in hoc debet esse cautela procuratoris, vel aduocati scire formare capitula, quia si capitula fuerunt bene formata, testis sciet melius respondere, illa vera esse. Nunc restat quærere quæ sunt sublata. & que requiruntur ad tales præscriptiones perficendas. Dic breuiter quòd quinque. Primò videlicet longum vel longissimum tempus secundùm qualitatem seruitutis, vt proximè dixi. Secundó continuatio possessionis, quæ medio tempore non fuerit interrupta, vt d. l. si quis diuturno. & d. l. ij. C. de seruitu. Tertiò

a *Qualiter seruitutes præscr. quærantur vide Floria. in l. seruitutes. de ser. vr. prædio. Bart. in l. quotiens. l. ij Bart. in l. j. in §. interdictū. ff. de iti. actuque priuato. Quæ requirãtur in præscri. seruitu.*

bona fides præscribentis.vt di. leg.si
quis diuturno ibi, nec, vi nec clam.
& l. j. § .j. de iti. actuque priuato.&
not. per glo. in l. j.§. hoc interdicto.
de aqua quotidia. & æsti. Quartò
quòd præscribens vsus fuerit ipsa ser
uitute iure seruituris, credens sibi-
competere, & sic fuerit in bona fi-.
de.vt l. fi. ff. quemad. ser. ami. & l. j
§.iulian. recte ait. l. fi. & ibi not.ff.
de itin. actuque pri. ad quod facit l.
j.§.hoc interdictum. versic. sed & si
iure. ff. de aqua quot. & æsti. Quin-
tò quòd vsus fuerit sciente & pa-
tiente aduersario. vt dict. l. ij. C.de
ser. & l. si à te. ff. si ser. ven. facit l.
quoties.ff.de ser.titu.generali.& hæc
scientia etiam aduersarij requiritur
in præscriptione iurium incorpora-
lium ecclesiasticorum. puta electio-
num & si.vt no. per Inn.in c.quære-
lam.de elec.&etiam in præscriptió-
ne meri & mixti imperij. vt not. per
Bar. in d.l. j. in fi.ff. de aqua plu. ar-
21 cen.†Et quoniam in superioribus ar
ticulis occurrunt aliqua dubia, ideo
quæritur circa primum arti. de tem
pore præscribendi, an vltra hoc tem
pus requiratur probatio veri tit.& vi
detur quod sic, quia scribitur sine ti.
non procedit præscriptio.vt l. nullo.
titul. C. de rei ven. cum si. ibi no. In
contrarium tenent omnes doc.& gl.
vt not.in d.l. si quis diuturno. & l. fi.
ff.de aqua plu. arcen. & in l. seruitu.
tes.de ser. & per Cyn. in d.l.ij. C. de
ser.aliqui tamen quorum opi.est re-
probata dicunt quòd saltem allegan-
dus est tit. & si non probandus. per
ea quæ habentur in l.cum de in rem
verso.ff. de vsu. de quo plenè nota.
per Inno.in cap. si diligenti. de præ-
scri.& per Ion.Andr.in ca.j. de præ-
script. lib.vj.nec obst d. l.nullo. quia
loquitur de præscrip.rerum corpora
lium.hîc autem loquitur de præscri.
rerum incorporalium.Et ratio diffe-
rentiæ est secundum Dy. quia in præ
scrip. rerum corporalium vertitur
magnum præiudicium quia perdi-
tur rei dominium, vt in auth.nisi.C.
de bo. ma. quod in his in corporali-
bus non vertitur cum in his domini-
um rei seruetur super qua illud ius
incorporale fundatur. vt in l. loci
corpus. in princip. ff. si ser. ven. Sed
quia posset esse maius præiudicium
aliquando in præscriptione alicuius
iuris incorporalis modicæ rei cor-
poralis, ideo tu potes dare aliam ra-

a Quæritur. vide gl.fi.in c.illud de præscri.doc. in l.ij. C. de lon.tẽpo. præsc. Bar. in l.naturaliter. & in l. celsus. de vsuc.

b Qualiter. bona fides probabitur. Bal.in l.celsus. ff. de vsu.Cy.in l.super longi. C.de præscri. lon tẽ. Cyn.in l.j. C.de ser.gl. pe.in c.si diligenti. de præs. Speci.de causa pos.& proprie.in §. nunc dicendum.ver.itẽ quare. Spe. ti.de præsc. versic. item præsumitur.

tionem. videlicet, quia in præscriptione iurium
incorporalium requiritur scientia & patientia ad
uersarij, vt dictum est per quam inducitur qui-
dam præsumptus consensus, & quædam ficta con-
cessio,quæ tantum operari debet quantum expres
sa in rebus corporalibus. ar.l.in concedendo.&l.la-
beo.ff.de aqua plu.ar.& sic erit pro tit.vnde potest
dici quòd quasi simul conueniunt.vt in iuribus in-
corporalibus requiratur fictus titulus qui inducitur
per scientiam & patientiam aduersarij,& in iuri-
bus corporalibus requiratur expressus & verus tit.
cùm in eius non attendatur scientia aduersarij.
quia contra ignorantem currit ipsa præscriptio.vt
l.si.in fi.C.de præscri.lon.tẽ.& no.per Bar.in l.fi.ff.
22 de aqua plu. ar. †Circa secundum articulum de
a continuatione possessionis, quæritur [a] qualiter in-
terrumpatur præscriptio in istis iuribus incor-
poralibus,dic quòd eisdem modis quibus interrum
pitur in rebus corporalibus.vt no. per glo. in d. l.
ij.C.de ser. & per Inn. in c.auditis.de præscript. in
glo. fi.qui modi habentur in text. in l. naturaliter.
ff.de vsu.& l.qui vniuersas §.j.& ij.ff.de acqui. pos.
& no. suprà forma responsionis rei factæ in j. li. in
23 gloss. super verbo, præscript. † Circa tertium de
b bona fide quæritur qualiter [b] bona fides probe-
tur. so. dicit Dy.quod in dubio alio in contrarium
non probato præsumitur bona fides sicut præ-
sumitur in præsc. rerum incorporalium. vt no.per
glo. in l. penult. C. de præscript.lon. temp. & l. si
quis emptionis. §. j. C. de præscrit.xxx. ann. per l.
nemo est. ff. de re.iu. & instit.de ac.§.aliæ potest
firmari hæc opi.quia sententia & patientia aduer-
sarij inducit tacitum consensum, vt suprà dictum
est, ergo sequitur quòd non vtitur vi, clam, vel
præcario ab eius aduersario,ergo est in bona fide.
in contratium tenet Cy.& Ia. Bud. in l. j. C.de ser.
& Bar. etiam vbi suprà non quod præsumatur bo-
na fides, sed probari debet per aliquas circunstan-
tias, & aliud est in præsc. rerum incorporalium.
Et ratio differentiæ est, quia in re corporali titulus
facit præsumi bonam fidem.vt d. l. nemo est præ-
do. qui tit.cessat in iuribus incorporalibus, ideo
cessare debet præsumptio bonæ fidei. Prætereà
secundum omnes quælibet res est sui natura libe-
ra. vt l. altius. C. de ser. & l. cum eod.ff.de ser.vr.
prædi. ergo seruitus est huic naturali iuri con-
traria. meritò ergo bona fides non debet in ea
præsumi. arg.c. j.de præsum.libr. vj.quę ratio ces-
sat in iuribus corporalibus in quibus præscribẽ
dis ius assistit propter tit. vt ff.de vsuca. l. j. & per
totum. & vnde bona fides probata est in istis iuri
bus corporaliubs per coniecturas,& circunstantias
secundum eos,videlicet quod prędecessor eius vsus
est ipsa seruitute, qua nunc ipse vtitur. ar. l. fi. ff.
pro suo. & quod no.in l. celsus. ff.de vsu. & per
testes conuicinos, qui dicant illam seruitutem
esse debitam ipsi fundo arg. eorum quæ not.in l.
j.§.hoc interdicto. ff. de itit. actuque pri.Ego au-
tem credo quòd probando se vsum seruitute spatio
vnius. anni. sciente, & patiente aduersario præ-
suma.

[redacted] hoc interdicto.

24 [redacted] Circa quartum quòd vsus sit iure dominij, [redacted] quasi solet quæri [redacted] probatio. [redacted]unt quidam standum esse [redacted], [redacted] qualitas bonæ fidei [redacted] [redacted] Iacobum de Arc. & Bartol. [redacted] pro hærede. in princi. & l. gerit. [redacted]. quam sententiam reprobat [redacted] interdicto. [redacted] in c. bonæ. extra de [redacted]: quia absurdum est dicere [redacted] in sua causa. l. j. [redacted] quod debet probari [redacted] constitui ipsam seruitute[redacted] per talem fundum. [redacted] cùm sit dura, & grauare habeat per indirectum probare [redacted] reprobata est [redacted] docto. quoniam vt [redacted] non requiritur titulus. vt dicta l. si quis diuturno quare secundum alios quorum opinio. approbat Innocentius in dicto capitul. bonæ. dicendum quòd sufficit probare [redacted] inter vicinos ius seruitutis competere, & se vidisse talē incidere sepes & mūdare fossata temporibus debitis. si facere p commodiori & vsu seruitutis &c.

25 [redacted] pa-
a tientia [a] aduersarij quæritur qualiter [redacted]. Dic secundum doctores dupliciter scilicet verè & præsumptiuè, verè quidem probabitur, si verus certificauit super hoc suum aduersarium, vel sibi dicendo vel enuntiando: argumen. [redacted] tiasse. in principio. ff. de adulte. & l. emptor. [redacted] si controuersia. & l. si permutationes. C. de euictio. cum similibus. Præsumptiuè autem probatur iuxta qualitatem seruitutis & circumstantiæ, vt puta si inde præscribens vtebatur quotidie seruitute itineris per domum vicini, in qua habitabat, aut per eius fundum aquam ducebat, quem tunc posidebat per seipsum, aut si tenebat fenestras apertas continuè in pariete domus ipsius vicini quam inhabitabat, certe in his & similibus casibus præsumitur habuisse scientiam. argumen. l. quisquis. C. de [redacted] vendi. ad quod facit quod nota. in l. verius. & in l. cùm de indebito. in principio. versicul. & ideo. ff. de probatio. cum simili.

26 † Superest nunc discutere qualiter seruitutes
b acquisitæ perdantur, [b] In quo articulo sic dicendum est, quòd duobus modis perduntur, vno modo per expressam remissionem eius cui seruitus competit, cùm liceat cuicunque iura sua remittere. vt l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædi. edicto. & l. si quis in conscribendo. C de pactis. cum similibus. facit quod regulariter traditur vnum quodque posse dissolui eo iure quo ligatum est. vt l. prout quisque ff. de solutio. Secundo modo tollitur per non vsum legitima præscriptione interueniente. vt l. penulti. in fin. C. de seruituti. Sed in hoc plenius attendendum. Vnde pro conclusione distingue. Aut agitur de perdenda seu tollenda seruitute vrbana aut rustica. Primo casu duo requiruntur, videlicet quòd non sit vsus ipsa seruitute spacio decem & viginti annorum & quòd eius aduersarius aliquid fecerit contra seruitutem, vt puta clausit foramina in quibus consueuerat esse tignum, aut clausit fenestras per quas lumina vel aër recipiebatur, vel si altius extulerit parietem qui debebat seu patiebatur seruitutem altius non tollendi. Secundo autem casu dum agitur de perdenda rustica seruitute, tunc sufficit vnum interuenire, videlicet non vsus, & sic negatoria perditur in non vtendo longo tempore seruitute ex parte eius cui competebat. vt hæc omnia probantur in l. hæc autem iura. cum l. sequen. ff. de seruitu. vrban. prædio. & l. si quis alia. §. finali. ff. quem admod. serui. amit. & l. tria prædia. in fine. ff. de ser. vrba. præd.

a Patientia vide per floria. in l. eius dē. ff. de accusat.

27 † Sed quantum tempus est illud quod in hac præscriptione requiritur. Distingue breuiter. Aut seruitus est talis conditionis secundum eius ordinem quòd in ipsius vsu interuallum temporis intercedit, puta mensium vel dierum aut horarum. ver. gra. si quis habet seruitutem ducēdi aquam ad eius prata vna die in septimana, vel duabus horis in die, vel vna die in mense, & tunc requiritur tempus duplicatū quòd sufficit simplex in alijs seruitutibus habentibus continuum vsum. vt l. si sic. ff. quemadmo. serui. amit. & not. per glossam in l. penulti. in fin. C. de serui. Aut seruitus non habet interualla temporis in vsu eius, & tunc perditur seruitus non vtendo spacio decem vel viginti annorum. vt d. l. pe. & fin. C. de serui. & not. per Innocen. in c. de quarta. de præscri.

b Perdantur. vide Spe. inti. de restitu. spo. ij.

28 † Diceret quispiam iuuenis quare non requiritur tantum tempus in seruitute perdenda, sicut in acquirenda. Respondetur quod fauorabilior est causa liberationis quàm obligationis. argumen. l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio.

29 † Amplius circa hoc quæritur [redacted]

in ea tollenda & libertate præſcribenda .ſ. bona fides & ſcientia aduerſarij. Reſpon. diſtingue aut quis præſcribere vult libertatem contra ruſticam ſeruitutem, & tunc ſufficit longa negligentia non vtentis, vt dixi, aut vult præſcribere contra vrbanam ſeruitutem, & tunc puto bonam fidem, & aduerſarij ſcientiam fore neceſſariam, cùm in hoc caſu factum ipſius præſcribentis ſit neceſſarium, vt prædixi in d. l. hæc autem iura. & in l. tria prædia. in fine.

a Quid eſt iuriſdictio.] vide per Bartho. cep. intracta. de ſer. vrban. præd. c. xij. & per Bar. in conſil in cip. an iuri di.

EPITOME.

1 *Quid ſit iuriſdictio. Et qui ſint iudicis ordinarij. nume. 6.*
2 *Collata iuriſdictione an cenſeatur collatum merum & mixtum imperium.*
3 *Verbum concedere quid importet.*
4 *Quid ſit merum imperium, mixtum, & iuriſdictio.*
5 *Iuriſdictio in ſuo genere ſumpta, qualiter acquiratur.*
7 *Negatoria & confeſſoria competunt pro iuribus incorporalibus ſcilicet non tantum pro ſeruitutibus ſed iuriſdictionibus.*
8 *Iuriſdictioue collata pluribus perſonis quis præferatur.*
9 *Qualibet vniuerſitas an habeat generalem iuriſdictionẽ.*
10 *Poſſeßio iuriſdictionis qualiter apprehendatur & continuetur.*
11 *Tyrannus faciens iurare aliquos homines quòd ſunt iuriſdictionis ſuæ an propter poſſeßionem iuriſdicti. acquirat.*
12 *Quãdo retineatur poſſeßio iuriſdictiõis*
13 *Poſſeßio dignitatum eccleſiaſticarum qualiter acquiratur & retineatur.*
14 *Iuriſdictio generalis an quæratur præſcriptione.*
15 *Ius pedagiandi an quæratur præſcriptione.*
16 *Et præſcribens de certis rebus an poßit exigere de alijs.*
17 *Ius pedagiandi quãto tẽpore perdatur.*
18 *Libertas contra ſolutionem pedagij quanto tempore præſcribatur.*
19 *Solutio gabellæ an præſcribi poßit in aliqua villa habente de per ſe ſuos cõfines & iuriſdictionem.*
20 *Conductori pedagij ſuperueniẽte guerra an debeat fieri remißio in toto vel pro parte.*

[redacted]

1 [redacted]c. †Ad propoſitum itaque deſcendendo pro euiden. dicendorum quæritur quid ſit
a iuriſdictio, [a] vbi reſpondetur quòd iuriſdictio largo modo ſumpta, eſt poteſtas de publico introducta cum neceſsitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ, vt inquit glo. in l. j. ff. de iu. omni. iudi. Inde quęritur an iuriſdictio prout eſt genus comprehendat ſub ſe ſpecies & qualitates. Dic quòd cùm ſit genus continet ſub ſe merum imperium, ac mixtum, & ſimplicem, & inferiorem iuriſdictionem. vt not. per gloſſ. & Barto. in l. imperium. ff. de iur. om. iu. & probatur in l. j. ff. de officio eius cui man. eſt iur. & in authen. de de
2 fen. ciui. §. iuſiuraudum. cum ſi. †Per hoc autẽ deciditur illa quęſtio, ſi Imperator contulerit alicui iuriſdictionem in caſtro, an videatur contuliſſe merum & mixtum imperium, & dicit.

quòd sic, quia verbum iurisdictionis simpliciter prolatum debet intelligi,& interpretari in
suo potentiori esse per iura prædicta,& per l.
3 fina. cum ibi not.ff.de consti. prin. †Quid
autem si imperator vtatur verbo, concedimus,
a verbi gratia, concedimus [a] tali in castro Sartiranæ iurisdictionem &c. quid habet importare
hoc verbum, concedimus: quidam dixerunt
quòd importat nudum execitium iurisdictionis
non ius aliquod nec iuris translationem.argu.
eorum quæ de significati.huius verbi traduntur per glossam, & Barto.in l.fina. in princi.
ff.de dona Alij verò & melius dicunt quòd importat translationem iuris totius iurisdictionis.arg.capitul.Abbate.extrà de verborum significatio.& in l.j.ff.de constitu.princip.& lege
prima.§.cùm vrbem.ff.de offic.præfect.vrb.
4 †Quid autem sit merum imperium[b]quid mix-
b tum,& quid iurisdictio,inferius habetur & nota.
5 in textu & gloss.dict.l.imperium. †Post hoc
quæritur qualiter iurisdictio in suo genere sumpta acquiratur? Ad quod respōdetur quòd tribus
modis,videlicet lege,consuetudine,& imperiali concessione,vt not.per glossam & docto.in capi.
quoniam enormis. extrà ne præla. vi.su.l.more.ff.de.iuris.om.iu.probatur ex his quæ habentur in l.j.ff.de offici.eius cui man.est iuri.& l.
j.& fina.C.de emanci.libe.& per Innocentium in capitul.conquerente.& capitul.cùm ab ecclesiarum.extrà de offic.ordina.Quarto modo acquiritur videlicet legitima præscriptione de qua
infrà dicetur,licet aliqui voluerint dicere hunc casum includi sub illo de consuetudine,quod est
falsum iuxta nota. per Cynum in lege.ij.in iiij.
quæstio.C.quæ sit long.consuetudo.sed sumatur iurisdictio in sua rudi specie,tunc etiam quæritur per delegatum ab ordinario factum,vt lege.
j.§.qui mandata.ff.de offic.eius cui manda.est iurisdictio.& dicta l.more.& leg.solent in princip. ff. de offici.procon. & l.j. C. qui pro sua
iurisdictio.& in l.ij.C.de peda.iudi.cum simili.
6 †Qui autem appellantur iudices ordinarij,[c]Dic
c quòd isti de quibus à lege vel imperiali culmine
cōpetit iuris dicendi potestas.vt habetur ij.quæstio.vj.in cap.à iudicibus.& d.l.j.de offic.eius cū
si suprà alleg.facit etiam auth.vt iu.sine quoquo suffra.§.sic igitur.& §. oportet.& in authent.de
mand.princi.& in authen.de iudi.per totum &
per omnes illos titu.C.&.ff.de offic.præfe.præ.
7 & de offic.præfe.vrb.cum seq. †Et aduertendum quòd pro istis iuribus incorporalibus &
iurisdictionibus competit confessoria & negatoria,sicut dictum est suprà competere pro seruitutibus rusticis & vrbanis,vt nota.per Innocentium in capitu.conquerente. extrà de offic.
ordina.& in capitu.inter quatuor.de ma.& obe.
8 & capitu.abbate.de verbor. significa. †Quid
autem si imperator contulit diuersis temporibus purè & simpliciter duobus militibus,& separatim iurisdictionem perpetuam in eodem

a De verbo concedimus docto. in l.si quis ergo casus.ff.de pec.gloss.in versicu. super titu.de vsu.libro vj.& ibi docto.Abba.cap.pastoralis.in j.not.de dona. Abba.in cap.itucum venerabilis. de excepti.in prima colum.

castro,vel eadem ciuitate.vt plerunque accidit, [redacted], quæritur
quis sit præferendus. Breuiter dic
quòd in beneficijs ecclesiasticis
habet locum regula,qui prior est
tempore potior est iure,& inspicitur tempus datæ literarum, non
tempus præsentationis earum, vt
in c.eum qui.cum ibi nota.de rescrip. libro. vj.nisi secundæ literæ haberent clausulam derogatoriam primarum,vt traditur plenius
de hac materia in c.tibi qui .de rescrip. libro.vj. & in c. capitulum
sanctæ crucis.extrà de rescrip.vbi
vide. In beneficijs autem & in
priuilegijs temporalibus siue spiritualibus dic idem maximè, quia
concessio sequens semper in dubio intelligitur facta sine præiudicio & læsione priorum, vt l.
ij.§.si quis à principe.& §. meritò.ff.ne quid in loco public. facit
quod nota.per Dynum in regula
9 iuris,qui prior.li.vj. † Vlterius
d quæro, [d] nunquid quælibet vniuersitas habeat generalem iurisdictionem cum mero & mixto imperiò à lege, vel à consuetudine
aut vsucapione? Breuiter secundum
Bartolum distingue, vt eleganter
tractatur in dicta l.imperium.& l.j.
ff.de dam.infe.Quædam est vniuersitas quæ facit,siue constituit vnam
prouinciam,vt est populus Lombardiæ,vel Montisferrati,vel Tusciæ
& si.& tunc talis vniuersitas,ipsius
seu rector, seu præses habet omnem iurisdictionem cum mero &
mixto imperio, vt lege prima.&
iij.C.de offic.recto. prouinci.& l.
illicitas.§.qui vniuersas.de off.præsi.

b Quid sit merum imperium glo. & docto. lege imperium .ff.de iuri.om.iudi.Specula. tit.de iurisd.om.iu.in §. primo.versicu.notandum docto. in c. cum ad sedē.& in c.conquerente.de offi.ordi.

c Quis dicatur iudex ordinarius vide in capitu.cum ab ecclesiarum de offi.ord. doct.in ca. cū in ecclesijs de ma.et obe. docto. in cap.nemo.ij. quæstio.Ant. de But.in cap. ceterum.de iudi.deuenio ad secundam gl. in l. quanquam.in §. vbi decretum. ff. de offic.procō. docto. in lege prima. & iij.ff. de offi. eius cui man.est iurisdictio. per Ro.decisione.ccclxxxviij.& in capitu. ordinarij. iuncta gloss. secunda de offic.ordina. per quam dicunt ibi docto. quòd in materia adaptabili, verbum ordinarius comprehendit inferiores episcopis.& idem tenet Abbas in capitulo post cessionem. de probatio.

d Vlterius quæro.& c.vide Bal.in d.l.imperium.& Bal. in addi.Spe.ti.de iu.om.iudi.ver.merum imperium.

Quædam est vniuersitas quæ cõstituit solã ciuitatem, & tunc ipsi rectori competit de iure communi iurisdictio simplex in casibus leuibus tantum non tamen merum & mixtum imperium. vt C. de defen. ciui. l. j. & in authe. de defen. ci. §. iudicare. & §. audient &. §. iusiurandum. in fi. Fallit in ciuitate Romana. vt l. j. §. cum vrbe. ff. de off. præ. vr. fallit etiam hodie in ciuitatibus Lombardiæ. quibus merum & mixtum imperium est concessum. per l. de pace constan. & in aliquibus alijs ciuitatibus, quæ hodie infinitæ sunt, quæ omnem iurisdictionem cum mero & mixto imperio sibi præscriptione longissimi temporis quæsierunt, aut imperiali concessione. Quædam est vniuersitas quæ constituit aliquod simplex castrum, & tunc aut istud castrum subest alicui ciuitati, & tunc ei non competit aliqua iurisdictio imò ipsa ciuitas cui subest habet illam quam exercet in alio castro & eius vniuersitate. vt in l. qui ex vico. ff. ad muni. facit C. de na. li. l. iiij. C. de episco. & cleri. l. null, & in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. si quis igitur. aut tale castrum nulli subest ciuitati, sed solùm præsidi, vel generali domino prouinciæ. & tunc habet illam eandem iurisdictionem de iure communi, quam habet quælibet ciuitas, vt patet in castris montisferrati, pedemontium, delfinati, & cremæ & soncini secundum Azo. in summa sua. C. de magi. municip. Quædam verò est vniuersitas quæ non constituit prouinciam nec ciuitatem vel castrum, sed quoddam collegium artificum, vt puta lanificum, cerdonum, pelipariorum, & si. & tunc habet simplicem inferiorem inter seipsos iurisdictionem. vt. l. nul. & fin. C. de iurisdict. om. iu. de quo plenè no. per Innocentium in c. cum
10 ab ecclesiarum. de offic. ordina. † Viso qualiter iurisdictio acquiratur, videndum est qualiter eius possessio apprehendatur & continuetur, vbi secundum Innocen. in c. ij. extra de capel. mo. sciendum est quòd possessio generalis iuridictionis apprehenditur si vnus actus etiam solius iurisdictionis exerceatur, verbi gratia, si cognouit de vna causa ciuili vel criminali, vel si quid simile faciat quod ad generalem iurisdictionem pertineat, intendens semper in animo suo velle vti ista iurisdictione vniuersaliter. nam si solùm intenderet vti particulariter, puta in causis ciuilibus tantùm, non acquireret sibi possessionem in criminalibus. ar. ff. quemadmodum. serui. ami. l. fi. & in c. auditis. & in c. cum olim. de præscriptio. veruntamen in casu prædicto ipsa talis iurisdictio dicto modo appræhensa non extenditur vltra illam personam in quam fuit ipsa iurisdictio exercitata secundum eum. Nec obst. ad hoc quod supra dicitur, quòd per vnum actum iurisdictionalem, quæritur possessio in omnibus comprehensis sub iurisdictione, quia diuersi sunt casus. Et ratio secundum eum diuersa est, quia in generali iurisdictione comprehenduntur omnes partes eius. ideo per exercitum vnius actus quasi possessio acquiritur in omnibus actibus propter eorum connexitatem sicut dicitur in gleba, nam vnius glebæ apprehensa possessione, intelligitur etiam apprehendi in alijs omnibus sibi contiguis. vt in l. iij. in princip. ff. de acqui. posses. quæ ratio non congruit personis, quæ diuersæ & separatæ sunt.

Aduerte quòd hæc opi. videtur absurditatem continere, sequitur enim ex ea quòd si in aliqua ciuitate villa vel castro competat alicui iurisdictio, quòd eius possessio in singulis omnibus non quæratur nisi tunc demum cùm in singulis eorum iurisdictionem exercuerit & sic potest euenire quòd multi erunt qui nec ciuiliter causas agent, nec delinquent, & sic nunquam habebit in eos possessionem nec acquiret iurisdictionem: quod est absurdum. vnde Cynus & alij docto. in l. j. circa fin. de eman. lib. aliter sentiunt. dic vt ibi. Putarem ego idem in hominibus quod in speciebus iurisdictionis quando omnes homines sub vno circuitu includuntur, secus si in diuersis, vnde si alicui competit iurisdictio in certo territorio habente plura castra diuersa si vnus actus iuridictionis exerceatur in vno homine vnius castri non erit quæsita possessio quoad homines habitantes in alio castro, sed bene erit quæsita quòad homines eiusdem castri, & cum hac determinatione intelligo dictum Innocen. & aliorum. Acquiritur etiam iurisdictionis possessio alio modo secundum Innocentium, videlicet si quis publicè per plateas ciuitatis, vel villæ bannum, vel edictum proposuerit, seu proclamare fecerit hoc modo. Ex parte talis domini præcipitur vnicuique, quòd nullus audeat tale quid facere sub tali pœna &c. licet enim nullus contrafecerit tamen possessio acquiritur iurisdictionis, si nullus alius tunc erat in ipsa possessione iurisdictionis, alioquin si tunc alius prior esset in possessione, non quæreretur sibi ex his actibus vlla possessio generalis iurisdictionis, quoad omnes alias species. nec quoad omnes personas, sed bene quæreretur quoad illa sola capitula ipsius iurisdictionis, & tanquàm ad illas solas personas, in quas ipsam iurisdictionem exercuisset. de quo vide Cynum
11 vbi suprà. † Ex his patet secundum Innocentium quòd si aliquis tyrannus, qui multi sunt tempore moderno, faciat homines alicuius villæ vel castri alterius domini confiteri & protestari, quòd sunt sui homines, vel suæ iurisdictionis, aut ab eis accipiant iuramentum fidelitatis, vel faciat eos renuntiare iurisdictioni prioris domini, quòd per hoc non acquirit sibi vllam iurisdictionis possessionem, quia talia non sunt acta iurisdictionis. argumen. in capit. cùm di-
12 lectus. de reli. domi. † Retinetur autem possessio iurisdictionis, cum fuit quesita sicut & possessio cæterarum rerũ corporalium, videlicet solo animo, vt nota. per Bartolum in leg. iusto. § non mutat. in. fine. ff. de vsuc. & per Innocentium in capitul. querelam. de electi. & in capit. bonæ. el. ij. de postulatio. prælato. vnde si per quinquagin

ginta annos quis staret, posteà quòd non vteretur ipsa iurisdictione in ipso castro, vel villa, dummodo alius eo tempore non vteretur, non priuaretur iure suo. Quinimo & si habeat quis iurisdictionem in certo territorio, vbi sunt plura castra, & in vno solo vsus fuerit iurisdictione retinebitur possessio in omnibus castris eiusdem territorij vel prouinciæ secundum eum, vbi suprà. argumen. dicta l.iij. in princi-
13 pio. ff. de acquirend. possesi. † Qualiter autem acquiratur possessio dignitatum ecclesiasticarum & qualiter retineatur, plenè notatur per Innocentium in capitul. in literis. de restitutio. spoliat. Circa tamen præmissa occurrit dubium. pone quòd aliquis prætendat ad se pertinere iurisdictionem talis castri quòd ab alio possidetur, quæritur contra quem agere debebit confessoriam, an contra homines castri, an contra illum possessorem. Dic breuiter quòd agi potest contra vtrunque. vt notat. in capitulo auditis. & in capitu. cum olim. de præscript. & specialiter contra omnes. argum. ff. si vsufruc. pet. l. penul. in fin. & ff. si seruit. vendi. l. sicuti. §. si quæratur. & l. si quis diuturno. & si fuerit actum contra alterum, non faciet sententia lata alteri preiudicium, nisi sciuerit causam suam agi. l. sæpè. §. scientibus. ff. de re iudi. quod sequitur Innocen. & Ioan. And. in d. cap. auditis. in j. gloss. vbi plenè nota. de
14 hoc. † Modò reuoco in dubium an iurisdictio[a]
a generalis quæratur præscriptione. Breuiter dic quòd sic. per tex. in d. c. auditis. & c. cum olim. de præscrip. cum si. ibi no. & idem sequitur Cy. in d. l. j. C. de eman. lib. pro quo facit tex. in fin. ff. de aqua plu. arc. cùm tamen interueniat scientia & patientia principis, seu illius ad quem ipsa talis iurisdictio pertinebat secundum Bar. vt ibi no. per eum in d. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucapio. pro hoc etiam facit l. viros. cum ibi no. per glossam de diuer. offi. & appari. lib. xij. & not. etiam per Guil. de cu. & alios in d. l. imperium. ff. de iur. om. iu.
15 † Amplius circa præmissorum doctrinam quæ-
b ritur an ius pedagiandi[b] seu vectigalia imponendi præscriptione quæratur & breuiter dic quòd sic præscriptione tanti temporis, cuius initij in contrarium memoria non existit, vt est tex. in ca. quibusdam. §. prætereà. extra de verborum signifi. quod sequitur Cyn. in l. ij. C. noua vec. impo. non posse. & Barto. in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de pub. & Ray. eo. tit. l. vectigalia. dum tamen, vt prædictum est, interueniat scientia & patientia eius contra quem præscribitur sicut in cæteris iuribus incorporalibus dictum est. Sed hîc aduertendum secundum Barto. vbi suprà. nam aut præscribitur hoc ius pedagiandi contra priuatum ad quem prius pertinebat, vel ex concessione principis, vel præscriptione, & tunc sufficit eius scientia & patientia, & tempus longum xx. vel xxx. ann. aut præscribitur contra principem, & tunc exigitur tempus cuius contrarij memoria non existat, & scientia ipsius principis, vel saltem præsidis il-lius prouinciæ scientia & patientia ad cuius præsidis curam pertinet de talibus vectigalibus. vt l. iij. C. noua vecti. impo. non pos. Ex quibus infertur secundum Bartolum quòd multæ ciuitates, villæ & castra maximè in Tuscia non præscripserunt ius pedagiandi, nec imponendi vectigalia, quia non interuenit præsidis scientia, nec principis, propter ipsorum absentiam.
16 † Quid ergo si aliquis præscripserit ius pedagiādi de certis speciebus, seu rebus, puta de lana & lino an poterit extinguere de alijs rebus puta de vino & frumento, & alijs, dicit Bartolus vbi suprà. quod non. argumen. ff. de iti. actuque priuato. l. j. §. si quis hoc interdicto. cum ibi notat. & probatur in l. licitatio. §. earum rerum. ff. de publi. ad quod facit quod notat. Innocent. in capit. auditis. de præscriptio.
17 † Sed nunc quæritur quanto tempore perditur ius pedagiandi? dicit Bartolus in d. §. earum rerum. distinguendum. aut enim tale ius pertinebat ad primam personam priuilegio. vel consuetudine, & tollitur & perditur spacio decem annorum, eo non vtendo. argumen. in l. prima. ff. de nundi. aut pertinebat ad fiscum seu rempublicam ciuitatis, & tunc requiritur cessatum esse spacio quadraginta annorum. vt l. omnes. C de præscriptione triginta annorum. nec ob. l. competit. eodem titu. quia loquitur in solutione tributi quod præstatur in recognitionem vniuersalis dominij cui non pręscribitur, sicut nec decimæ, vt in capitul. causam. de præscriptio. & capitul. dudum. de decimis.
18 Ex his infertur quòd hodie libertas, ne quis teneatur ad solutionem collectarum, vel onerum potest contra ciuitatem vel castrum præscribi spacio quadraginta annorum. vt determinat gloss. in l. si publicanus. in §. omnibus. & ibi per Iacobum de Are. ff. de publi. & in l. licitatio. §. earum rerum. C. eodem titulo. & nota. per Dynum in lege commissa. ff. de publica. licet de iure communis omnes ad hæc onera teneantur. vt l. omnes C. de anno. & tribut. libro decimo & l. secunda. C. de pa. mu. & in l. vacuatis. C. de decurionibus. libro decimo. cum similibus. ib. notatis. Et nota quia

a *An iurisd. queratur præscriptione. vide Barto. cōsi. j. inci. quæritur vtrum iuris. et Flo. in l. si constituta. ff. quē ad. ser. amit. Bal. in l. fin. ad fi. C. de lon. tem. præsc. Pau. de Ca. cōs. cxxxij.*

b *An ius pedagiandi præscribatur. vide Bal. in l. si plures. C. de cōdi. inser. & diffusè per Bertachinum in tract. de gabellis in prima parte in x. q. & Pa. de ca. cōsi. cclxxxvij. & Feder. de Sen. consil. inc. laycus de prædio.*

faciunt ad præscriptionem de qua suprà l. final. C. de fund. rei priua. in gloss. super ver. vetustatis. & quod no. per gloss. in l. in fraudem. C. de an. & tribut.

19 † Quid ergo dicemus de. q. quotidiana occurrente de facto, Ecce quòd villa vel castrum habet merum & mixtum imperium, territorium & confines ab alijs locis separatos, intra quod territorium & confines aliquis habet certas proprietates, pro quibus prætendit se non soluisse aliqua onera spacio xl. an. & sic dicit se tutum præscriptione, quæritur an sit audiendus. videtur quòd sic. quia ista stant simul quòd tota iurisdictio & confines sunt vnius villæ, vel castri, & tamen in eodem territorio & eiusdem confinibus possit res, vel proprietas aliqua præscribi. vt in capit. auditis. & in capit. cùm olim. de præscript. cum si. ibi not. In contrarium facit, nam istæ sunt publicæ functiones, quæ principi debentur ideoque eis non prescribitur, vt in l. competit. C. de præscrip. xxx. anno.

10 †Quid si aliquis emerit, vt quotidie videmus, à ciuitate pedagium aliquod pro certo tempore simpliciter sine pacto, & in de pendente tempore superueniat guerra quæ impedit exactionem & fructum dicti pedagij, an fiat ipsi emptori remissio eius quantitatis in toto vel in parte de qua respondere habet ipsi communi.

a *contingit. adde vt per Pet. de ancha. consi. cccciiij, & consil. ccccxvj.*

Aduerte quòd plerunque de facto contingit a & Bartol. hanc quæstionem latè disputat in l. cotem ferro. §. qui maximos ff. de pub. Sed conclusiuè dicit quòd vendita videtur sola commoditas, & perceptio ipsius pedagij, non autem ipsum ius pedagij, ar. l. si vsufru. ff. de iur. do. & in l. necessario. §. fi. ff. de peric. & commo. rei ven. & l. aquilius. ff. de dona. nam ipsum ius vendi per ciuitatem non posset. vt l. fi. C. de vec. vnde quando venditur talis commoditas seu perceptio pedagij, videtur vendi alea, vel tractus retis, vel piscium, vel fructus futuri. vt l. nec emptio. ff. de contrahen. emp. & l. si iactus. ff. de ac. emp. vnde secundum eum sic distingue, aut guerra contingit sine facto & culpa ciuitatis à qua emit pedagium, & tunc non debet ipsi emptori fieri aliqua remissio, sed omne periculum contingens cedit eius damno, vt dictis iuribus, & institu. de emptione. & vendit. §. cùm autem. & ibi no. aut guerra contingit facto vel culpa ipsius ciuitatis. vt quia contra eam fit guerra vel ipsa ciuitas facit contra aliam guerram, siue iustè siue iniustè secundum eum, & tunc debet fieri sibi remissio. arg. l. si merces. §. culpæ. ff. loca. & l. fi. C. so. ma. cum si. nec ob. l. fi. ff. de ac. emp. quia ibi non fuit illa guerra seu violentia propter inimicitiam venditoris. aliàs secus vt suprà dictum est.

SERVITVTVM POSSESSIONE & quasi fuit & stetit. Meritò dicitur & quasi, quia in istis iuribus corporalibus non est propriè vera possessio, sed impropriè. vt. l. seruus. §. incorporales. ff. de acquir. re. do. & in lege quoties. de serui. Qualiter possessio vel quasi in istis iuribus acquiratur dictum est in præcedenti glossa.

SPACIO ANNORVM XXX. Quale & quantum tempus in istis præscriptionibus requiratur, plenè dictum est suprà.

QVARE CVM PRAEDICTA vera sint. Hæc est lib. conclusio quæ præ cæteris est notanda, vt prædixi sæpius &c.

DEBERI ET DEBITA ESSE prædictis molendino & domui. Hic multum nota quòd verba sententiæ proferendæ debent referri ad rem ipsam, cui seruitus debetur, non autem ad personam cuius res est, vt habetur in l. qui aliena. ff. de nego. gest.

AD NON TVRBANDVM ET molestandum. Vides hîc quòd huiusmodi pro iuribus incorporalibus simul & semel proponitur actio confessoria & interdictum vti possidetis, quod iure fieri potest, cùm nulla subsit contrarietas vel repugnantia, vt traditur in lege sicut in §. arist. & lege si quis diuturno. ff. si seruit. vendi cet. & lege vti frui. in fine. ff. si vsufruct. pet. & in lege pe. ff. de serui. & text. in capitulo cum ecclesia sutrina. extra de electio. & plenè dixi supra in titu. de possess. turba. vbi vide.

EPITOME.

1 *Multa in conclusione peti possunt quæ spectant ad iudicis officium per sententiam declarare.*

PRAESTANDVM FIDEM Anto. debitam super hoc cautionem. † Si sanè consideres, vides quòd multa in conclusione petuntur, quæ spectant ad iudicis officium per sententiam eius declarare. Primo quidem iudex debet pronunciare super iure seruitutis vel iurisdictionis, si sit debita vel non. Secundo in quantum reperiat deberi, pronuntiabit quòd aduersarius teneatur patientiam præstar-

re de præsenti. Tertiò quòd caueat de non turbando in futurum, vt est tex. in l.harum.ff.si ser. vendi. Quartò condemnabit reum ad interesse temporis præteriti. vt l. loci corpus. §. j. ff. si seruit. vendicet. Quintò prouidebit quòd litependente reus caueat, de non impediendo ipsum possessorem vti solita seruitute, vel iurisdictione vsque ad finē litis.vt habetur in l. pe.ff.de aqua quo. & æsti. & l. iiij. §. hoc autem. ff .de iti. actuque priua. facit quod no. per Innocen.in dicto capitulo abbate.in fin. glo.de ver.signi.Cætera autem quæ in litera sequuntur declara vt aliâs scripsi.

Forma libelli in actinoe negatoria.

CORAM VOBIS DOMINO Pe. vicario domini potestatis Papiæ agit & in iure proponit Aug. de pozolo suo & syndicatorio nomine communis & hominum terræ Garlaschi contra & aduersus Ioannem Franciscum gallinam, & contra quancumque aliam personam pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens ipse Augu. quòd iam longissimo tempore tam per se quàm per eius antecessores tenuit & possedit pro sua & tanquam suam domum vnam positam in Papia cui cohęret & cætera. in quam domum præfatus Ioannes Franciscus ex quadam eius domo posita in dicta ciuitate cui cohęret, & cætera, infixit seu imposuit trabem vnam seu tignum vnum præter & contra voluntatem, scientiam & patientiam dict. Augustin. & hodie infixum & impositum habet,& tenet indebitè & iniustè. Amplius dicit & proponit idem Augustin. quòd præfatus Ionannes Franciscus deriuare seu decurrere facit aquam per quandam petiam prati dict. Augustin. positam & cetera.ad quoddam molendinum dicti. Ioann. positum & cætera. Rursumque idem Ioãnes Franciscus pretendens habere iurisdictionem in loco Garlaschi in ipso loco, & in homines ibidem commorantes& habitantes nititur exercere, & de facto exercuit, & exercet iurisdictionem, tam in ciuilibus quàm in criminalibus causis. cum tamen rei veritate in specta ad ipsum Ioannē Franciscum nulla iurisdictio pertineat, nec pertinet in loco prædicto. sed ipsa iurisdictio in totum spectauit, & pertinuit, & hodie spectat, & pertinet ad commune, & homines, & vniuersitatem Papiæ, cui ciuitati ipse locus Garlaschi subiectus & suppositus fuit, & est antiquissimis temporibus quo ad omnimodam iurisdictionem & merum,&mixtum imperium.Et quoniam ipse Ioannes franciscus sępius admonitus & requisitus, vt à prædictis desisteret, recusauit, & recusat desistere indebitè & iniustè. Idcirco præfatus Augu. animaduertens prædicta vera esse, cum nunquam dicto Ioanni Francisco ius competeret in prædictis, petit & requirit nomine quo supra singula singulis debitè referendo quatenus per vestram diffinitiuam sententiam pronuntietis & declaretis nullam seruitutem,nec iurisdictionem, nec ius aliquod seruitutis & iurisdictionis, competijsse, nec competere in prædictis domo, aquæductu, & loco Garlaschi dicto Ioanni Francisco sed ipsum locum Garlaschi dictam domum & petiam prati fore & esse liberas & exemptas à prædictis iurisdictione & seruitute. Vlteriusque condemnetis dictum Ioannem Franciscum ad non vtendum de cætero dictis iurisdictione & seruitute & in omnibus damnis, & interesse, expensis factis, & passis per suprascriptum Augustinū & de fiendis & patiendis per suprascriptum Augustinum in futurum solenniter protestatur deducendo in præsenti iudicio omne suum ius sibi competens & competiturum. Saluo iure addendi, &c. non astringens se &c.

CORAM VOBIS. Iste lib. est negatiuè conceptus quia negatoria quæ in eo proponitur est huiusmodi naturæ vt per eam negetur ius competere aduersario, vt lege secunda in principio. & lege loci corpus. §.competit. ff. si seruitus vendicetur. & institu. de actionibus. §. ęque si agat. versiculo item prædiorum. & ibi nota.plenè de hac materia per glossam & Iacobum Butrium.

SVO SINDICATORIO Nomine. Hic vides quòd iste Augustinus fungitur vice duorum tanquam alius in eadem scriptura, quod satis credo admittendum: cùm per hoc nulla interueniat iuris vel facti contrarietas seu repugnantia. argumen. ad hoc in lege tutor. ff. de contahenda emptione. & quod notatur & habetur in l.iij. ff. de adoptio. &c.

EPITOME.

1 *An in seruitute tigni immittendi amittenda sufficiat negligentia non vtentis?*

POSVIT TRABEM SEV TIgnum. Hæc est quædã species seruitutis vrbanę.de qua traditur in lege binas quis edes. & l.sed si inter me.& l. hæc autem iura. in fine. ff.de seruitut. vrbano.præd. in qua seruitute perdenda,nõ sufficit simplex negligentia,nõ vtentis, sed est necessaria etiam aduersarij cura obturãdo foramina in quibus tigna erant imposita.vt l. hæc autem iura &c.

EPITOME.

1 *Negatoria actio non competit nisi domino prædij cuius petitur liberatio.*

2 *Quare actiones competentes pro seruitutibus ita*

vocentur.

Intentans negatoriam, an probet dominium rei cuius petit liberationem.

PER QVANDAM
1 petiam prati d.Aug. †Notan
ter dicit quòd pratum est ipsius
Augustini, quia negatoria actio,
quæ per ipsum proponitur, vt
pratum ipsum ab hac seruitute
liberetur, non competit nisi do-
mino prædij, sicut dictum est de
confessoria in ti. præce. vt proba-
tur in lege. j. & ij. in prin. cum ibi
2 nota. ff. si ser. ven. † Diceret ali-
quis quare hæ actiones quæ pro
huiusmodi seruitutibus, vel iuri-
bus incorporalibus competunt,
hoc nomine appellantur, vide
glo. quæ est. ff. si seru. vendi. l. ij.
in princ. & instit. de actio. §. æquè.
versicu. item prædiorum. quæ for-
mat istam. q. & ibi per Dy. & Iac.
Butr. & Bart. latius in l. si prius. ff.
de no. ope. nun. Sed quia eius inue-
stigatio nō est apud notarios quib⁹
præsens opusculũ dirigitur multũ
vtilis, nec fructuosa, ideo pro nunc
3 ad ibidem not. vos remitto. †Ad
huc de alio quæritur, dictum est
suprà quòd negatoria datur do-
mino prædij à quo negatur serui-
tus deberi, nunquid ergo iste Aug.
actor debet probare se dominum
dicti prati, & videtur secundum ali-
quos quòd sic. nam cum dominium
sit causa negatoriæ sicut dominium
est causa rei ven. meritò sequitur
quòd sicut agens rei vendicatio-
ne debet probare se dominum, vt
l. doce ancillam. C. de rei vend.
& l. in rem actio. in princip. ff.
de rei vend. & l. prima. C. de alie.
iud. mu. causa fac. ita & iste Aug.
agens negatoria. Alij distinguunt,
aut iste Aug. est in possessione ip-
sius prati, & tunc sufficit probare
se possidere ipsum pratum, quia
probata possessione præsumitur
de eius dominio, cùm de ipso do-
minio solùm incidenter quæratur.
iuxta not. in l. quidam in suo.
ff. de condi. inst. aut non est in pos-
sessione, & tunc incumbit sibi ne-
cessitas probandi expressè de suo
dominio. per iura prædicta: quam
opi. sequitur Inn. in capitulo ab-
bate sanè. extrà de verb. signifi. &
Bartol. in d. l. si prius. de noui
oper. nuntia. & eam firmat glossa
in l. sicut. §. si quæratur. ff. si serui.
ven. Et sic habes vnã vtilitatẽ quæ est esse in pos-
sessione, quia præsumitur dominus esse, aliæ
etiam habentur vtilitates de quibus plenè teti-
git gloss. in d. §. si quæratur. & in l. j. §. j. de
iti. actuque priua. inter quas illa numeratur, vi-
delicet possessor conuentus non tenetur præsta-
re cautionem aduersario suo, imò eius aduersarius
illam sibi præstabit, quòd possessorem non im-
pediet, nec turbabit pendente lite. vt l. penul. ff.
de aqua quoti. & æsti.

a *De iure tertij. Adde hoc & vide per Alexã. de Imo. in l. indebiti. §. sed si nummi. ff. de condi. inde. adde tamen quòd agenti petitione hæredi. nõ obst. excep. de iure tertij, ita ipse Alexã. in cõsi. xcj. col. ix. vers. nec potuit. in j. volu.*

NVLLA IVRISDICTIO pertinuerit. Pro quacunque iurisdictione
tuenda, vel ea deneganda competit actio con-
fessoria & negatoria. vt dixi in titulo præce.
& not. per Inno. in dicto capitulo abbate. extrà
de verbo. signifi. & in capitulo dilecti. extrà de
capel. mona.

EPITOME.

In locis subiectis ciuitati, ciuitas de iure communi habet plenam iurisdictionem. 1
2 *Quid veniat appellatione ciuitatis vel ciuium.*
3 *Negatoria competens pro loco loci, an competat etiam pro loco vniuersali.*
4 *Ius tertij, an possit deduci in modum agendi in iudicio.*
5 *Si ius tertij non deducatur, nec per modum agendi, nec excipiendi, sed ille tertius de iure suo cognosci velit, an audiatur.*

SPECTAT ET PERTI-
net ad commune & homines Papiæ &c.
1 †Hic habes pro regula quòd in locis subiectis
ciuitati, ipsa ciuitas de iure cõmuni habet plenã
iurisdictionem. vt l. qui ex vico. ff. ad muni.
& dixi suprà titu. proximo. facit in auth. qui. mo.
2 na. effi. sui. §. si quis igitur. †Quid autem com-
prehendatur appellatione ciuitatis, vel patriæ
vel ciuium plenè nota. per Bartolum in l. vt
3 bis appellatione. ff. de verbo. sign. † Hinc au-
tem descendit tale dubium, videlicet cui com-
petat ista negatoria an communi Garlaschi, an
communi Papiæ. Et breuiter secundum Inn.
dicendum est quòd vtrique eorum insolidum
competere potest: vt per eum nota. in capitu.
auditis. extrà de præsc. & Bar. in l. principaliter
causam. C. de lib. cau. sicut dictum est in casu con-
uerso contra vtrunque confessoriam compe-
tere, vt idem Inn. notat in dicto capitulo audi-
tis. & ego suprà dixi in ti. præal. Sententia tamen
quæ contra vnum profertur alteri non nocebit
nisi sciuerit causam suam agi. secundum Inn.
vbi suprà. & in c. dilectus. el. j. de ap. & not. per
glo. in c. auctoritate. §. j. extrà de sent. & re iudi.
libro vj. patet ergo quòd commune Garlaschi
a opponit de iure tertij,[a] in modum agendi, ista
actione negatoria, dum dicit iurisdictionem
istam pertinere communi Papiæ quod an fieri
possit, & quando hoc procedit. no. plenè per Cy.
in l. cùm seruum. C. de ser. fug. & per Bar. in l. ij.
ff.

ff.de exce.rei iu.ad quod facit l.loci corpus.§. competit.ff.si ser.vendi.& lege fina.de rei ven. ad cuius articuli pleniorem doctrinam sic distingue, aliquando quis excipit de iure tertij ei⁹ cui succesit, & in hoc dic, vt plene notat.per Dynum in capitulo si quis in ius de regul. iur. li.vj.& quod nota.per glossam & doct.in l.vitia.C.de acqui.pos.& l.ponponius.& l.apud celsum.§. de aucto.ff.de do.exce. aliquando quis excipit de iure tertij eius cuius est fideius.quo casu distinguitur,aut ista exceptio est personalis,aut realis. vt traditur in l.exceptiones.ff.de exceptio.& l.ex persona.ff.de fideius.& plene notat. per Cynum in l. mandatori.C. de non nu. pec.aliquando quis excipit,de iure tertij sibi correi,quo casu distinguitur latè per Barto.& glossam in l.pe.ff.de duo re.& lege prima & auth.ibi posita,C.de duo.re.aliquando quis excipit de iure tertij prorsus extranei,quo casu subdistingue,aut ipsum ius ipsius tertij est similiter peremptiuum & extinctiuum iuris agentis, aut simpliciter suspensiuum.Primo casu aut ipsum ius tertij extinguit ius ipsius agentis,ita demum si ille tertius velit, & tunc non admititur exceptio de iure tertij.vt l.j.& ibi no.per glo. & doct.ff.si ag. vecti.& l.ij.C.de iu.emphy. aut ipsum ius tertij extinguit ius agentis,ita demum si ille tertius non contradicat, & tunc potest, opponi de iure ipsius tertij.vt in l.filio præterito.ff.de iniu.rup.test.coniuncta l.j.ff.de exce. rei iudi.Et pro hac parte videtur casus in l.ij. §.j.ff.de do.excep.& iuncta glo.quæ est in l.eleganter.iu prin.ff.de dol.aut ipsũ ius extinguitur siue tertius velit,siue non,& tunc potest opponi de iure ipsius tertij,vt in lege fina.C.de rei ven.& dicta lege cùm seruum.cum gloss.sua. Secundo autem casu principali quando ius tertij est suspensiuum intentionis agentis,tunc excipi potest de iure tertij, vt dicta lege secunda. de exce.rei iud.& lege qui cùm hæredem.ff.de act.& obli.licet contrafaciat l.fina.C.de peti.hę. Et prædicta locum habent quando de iure ter-
4 tij proponitur in modum excipiendi. † Sed nunquid in modum agentis potest ius tertij in iudicio deduci, videtur quòd non sine speciali mandato illius tertij. l. cuius est actio. argu.l.si pupilli.§.videamus.ff.de neg.gest. & l.quoties. §.is qui temporali.ff.de admi.tu.cum si. in contrarium facit quod dictum est suprà in forma præsentis libel.& quod habetur in l.si post mortem.§.fina.ff.de contratab. & l.loci corpus.§. competit.ff. si serui. ven. Sed respondeo quòd ius tertij principailter agendo,& super eo se fundando non potest per alium sine mandato deduci in iudicio.vt suprà alleg.pro prima parte,vbi verò ius tertij incidenter deducitur agendo,vt in præsenti lib.nam actor negat ius seruitutis,vel iuridictionis competere reo,& hoc per se sufficeret ipsi actori, veruntamen ad maiorem sui iuris propositi confirmationem inducit ius illius tertij,& potest tunc proponi.in vim agendi, vt in secundo alle.aut ergo quis agit ex suo proprio iure in sua persona fundato descendente ex facto & iure tertij, & tunc tale ius tertij potest in iudicio proponi & allegari ad fortificandum ius proprium in iudicio propositum,vt dicta lege si post mortem.§. fina.cum sim.ver.igitur.vbi agit quis petitione hæreditatis pro parte sibi delata ab intestato, eo quia talis fuit præteritus, & testamentum fuit nullum,vel per cõtra tabulas ruptum, vt ibi,certè licet ista petitio hæreditatis sit ius proprium ipsius proponentis, tamen causatur ex iure ipsius tertij, quod est nullitas testamenti. & hoc quidem fieri conceditur. aut quis agit ex iure alieno ^a^ fundato in persona tertij, & tunc hoc fieri non conceditur in modum agendi sine mandato eius, exempla sunt in toto tit. de procu. vnde si agens negatoria dicat.Tibi non competit iurisdictio, vel talis seruitus, ipse proponit ius libertatis sibi competere quòd est ius proprium in eius persona principaliter fundatum, licet causam trahere posit à tertio, vt si adijciat per modum causæ, quia iurisdictio pertinet ad commune Papie,vt hîc,quo casu est audiendus allegans ius tertij tali modo etiam
5 in vim agendi. † Quid ergo si ius tertij non proponitur ab alio in vim agendi nec excipiendi, sed ille
a tertius pro suo interesse [a] cõparet in lite inter alios mota, petens de iure suo cognosci,an sit audiendus, dic quòd sic.vt in capitu.cùm super extrà de re iud.& no. per Innocen. in gloss.i. in cap.veniens. extrà de testi.& per Bartol in l.à diuo pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.&c.

a Interesse idem dicit Old.cõsi.clxvj.

PRONVNTIETIS & declaretis nullam seruitutem.

Aduerte quòd, vt suprà dixi, si iudex pronuntiat contra commune Garlaschi, quòd sententia non noceret communi Papiæ nisi sciuisset causam suam agi.vt in l. sępè.§.scientibus.ff.de re iudicata. & notat. per Inn.in c.auditis.de præscript.

EPITOME.

1 *Verba liberatoria sunt ad rem, non*

ad personam referenda cùm agitur pro liberatione à seruitute.

2 *Vniuersitas vel commune potest agere & excipere pro sibi subdito, cui inferatur molestia ab alio communi.*

DICTAMQVE DOmũ ac petiã prati fore & esse liberas &c. †Vides hic quòd verba liberatoria sunt ad rem, non autem ad personam referenda, quia sententia de prædio fertur, vt in l. q in aliena. in fin. ff. de neg. gest.

2 †Hic quæro de vno, an dominus alicuius ciuitatis vel villæ, seu aliqua communitas terræ vel castri, si per alium alterius ciuitatis dominũ vel aliam vniuersitatem aliqua inferatur molestia sibi subdito, imponendo ei collectas, & alia onera, an possit sibi subditum defendere, & in libertate auxiliari agendo & excipiendo, dic breuiter quòd sic pro suo interesse,[a] vt dicit Innoc. in d. c. auditis. de præscriptio. & in c. inquirente. de offic. ordi. & in c. Romana. de sententia excommun. libr. vj. per Archid. de re iudica. in c, ad apostolice. libr. vj. per Ioan. Andr. in c. auctoritates. in fin. extrà de priuileg. lib. vj. ad quod facit textus in capitulo licet causam in fine. de appella. & in l. j. §. per hanc. ff. de rei vendi.

a Interesse idem dicit Old. consil. cxlvj.

b Nisi scripta. hæc etiã tẽpus consumit vbi scripta antiquorum sapientum, ideo dicit Petrarcha. chiamasi fama & é morir secũdo, ideo fama nostra in cœlo.

ET IN OMNIBVS. damnis interesse & expensis.

Aduerte quòd in hac negatoria etiam veniunt damna, & interesse. sicut suprà dictum est in confessoria, duntamen pars illa requirat, vt nota. Innocen. in capitul. abbate. de verborum significatio. in fin. magnæ gloss. & probatur in l. loci corpus. §. si fundus. & l. si forte in fin. ff. si seruitus vendicetur.

Forma libelli in actione noui operis.

CORAM vobis domino. Bernar. vicario domini potestatis Papiæ dicit, significat, & proponit Thom. belisonus contra, & aduersus Augustinũ de pozolo, dicens dictus Thomas quòd dum præfatus Augustinus anno præsenti, & mense Aprilis proximè præteriti cœpisset, seu inchoasset fieri facere super quodam ipsius Thom. sedimine posito, & iacente &c. quendam parietem muri causa volendi ædificare domum vnam. Idem Thom. sentiens se ex tali ædificio, & opere, & constructione grauari ipsi Augusti. nouum opus solenniter nunciauit, modulosque seu mensuram tunc extructi operis assumpsit, seu assumi fecit, prout hæc omnia constant publicis actis & documentis qua quidem nuntiatione tunc per ipsum Augustinum spreta in contemptum officij præsidalis omnino, & deducta ante aliquam remissionem tacitam vel expressam dictæ denuntiationis præfatus Augustinus in ipso opere, & ędificio processit, seu procedi fecit vsque ferè ad dicti operis consummationem in maximum ipsius Tho. detrimentum, & conrra omnimodam instantiam. Quare præscriptus Thom. volens & intendens ius sibi competens tam ex dicta nuntiatione quàm aliter prosequi contra ipsum Augustinum petit, & requirit à vobis quatenus ex officio vestro, & omni alio iure, via, forma, & modo quibus melius fieri potest per vestram sententiam diffinitiuam condemnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis suprà scriptum Augustinum ad demoliendum, & diruendum, & demoliri, seu dirui faciendum suis proprijs sumptibus & expensis totum & vniuersum opus, & murum antedictum per ipsum Augustinum constructum, & ædificatum post ipsam denuntiationem, & à tempore dictæ denuntiationis citra, prius, & antequam ipse Augustinus aliqualiter audiatur ad aliquam defensionem faciendam prout à iure disponitur & vlterius in omnibus damnis expensis, & interesse, passis factis & fiendis, & patiendis in futurum per ipsum Tho. occasione prædictorum: quæ omnia fieri petit & executioni mandari &c. deducendo &c. saluo iure &c. non se astringens &c.

CORAM VOBIS frequens est atque vtilis iste tractatus maximè in illis ciuitatibus in quibus est maxima diuitiarum abundantia, & pompa ædificandi, Sunt enim quidam adeo fatui & ignari qui credunt fieri perpetui saltem fama & honore si pomposa ædificia & ampla palatia construxerint, nec aduertunt quid ille virtutum princeps Senecha dicit: Omnes vrbes & aliorum magna imperia, vbi fuerunt aliquando subuertentur, & exilij genere tollentur, alias destruent bella, alias desidia, paxque & inertia consumet, & magnis operibus exitiosa res luxus &c. hoc quoq; accidere sæpè videmus & qui nos sequũtur visuri sunt, nihil enim est quòd
b post mortẽ hominis famã cõseruet nisi scripta,[b] ruunt namq; ipsa ædificia alienantur permutantur, & varijs modis à successoribus reformantur propter quæ primi ædificatoris fama consumitur, itaque, vt inquit ille sapiens ad ædificandum te cogat necessitas non voluntas

tas; nam voluntas ædificandi non tollitur ædificando. &c.

1 *Quando locum habeat noui operis nuntiatio?*
2 *Nuntiatio quando fiat?*
3 *Quando sit certum aliquem non habere ius nuntiandi?*

QVENDAM PARIETEM
1 muri. † Pro euidentiori intellectu huius materiæ sciendum est quòd nuntiatio noui operis solummodo locum habet quando aliquid ædificatur in terra sic quòd ipsi terræ, seu solo cohæreat, & formam operis habeat. nam si quis arborem plantet, vel excidat, non habet locum denuntiatio noui operis. vt l. j. §. hoc autem edictum. ff. de no. ope. nuntiat. Et hæc nuntiatio non solùm competit pro iure dominij, vel quasi conseruando, sed etiam pro iure seruitutis, vel iurisdictionis tuendæ. vt in l. in prouinciali. §. penult. & ibi not. & in l. si prius. & d. l. j. §. nuntiatio. ff. de noui oper.
2 nunt. † Est etiam aliud notandum quòd hæc nuntiatio fit, vt impediatur opus futurum, non vt tollatur iam factum ante denuntiationem, sed habet tunc locum interdictum quod vi aut clam, vel si secundum facti naturam in quo opus factum comparet. vt d. l. j. §. j. & sic habet vnū casum in quo cessat nuntiatio. Est & alius casus scilicet quando opus fit ad solam refectionem operis iam diu facti vt d. l. j. §. si quis ædificium. de quo plenius no. per Bar. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. oper. nun. Item cessat nuntiatio quando certum & notorium est ipsum nuntiantem non habere ius nuntiandi. argu. l. j. in fi. ff. eo. tit. sicut
a in simili iniusta citatio non arctat citatum. [a] vt traditur in l. ij. ff. ne quis eum qui in ius. & no. in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & l. fi. ff. de iuris. om. iu. quam opi. tenet glo. & Barto. in l. j. in prin. & in §. nunc videamus. & in l. de pupillo. §. impositam. ff. eo. tit. & Spe. in tit. de no. ope. nuntia. ver. nunquid. & Azo in summa. eo. tit. pro quo etiam bene facit d. l. j. §. nuntiatio. ver. quòd si in
3 mari. † Est autem certum aliquem non habere ius nuntiandi secundum Bar. in d. l. j. multis modis. Primò per istrumentum factum inter ipsas partes, vel per instrumentum sententiæ latæ aliâs super hoc inter ipsas. Item per ipsius rei euidentiam, vel personæ nuntiantis inhabilitatem. arg. l. non solùm. in princip. & l. de pupillo in princip. ff. eo. facit cap. cùm olim. de ver. sig. Et illud quod dici solet opus factum post denuntiationem, siue iustè, siue iniustè fuerit ædificatum est destruendum, procedit quando dubium est de iure ipsius denuntiantis, si verò certum est vt prædicitur nullum ius sibi competere, tunc non est opus demolitione. vt no. in l. j. in prin. quod est notandum & tenendum memoriæ. Postremò cessat nuntiatio ex defectu causæ non expressæ in ipsa denuntiatione, vt dicetur infrà.

EPITOME.

1 *Ex quibus causis nuntietur nouum opus?*
2 *Aedificanti castrum de nouo an poßit sibi nouum opus nuntiari?*
3 *Quot modis fiat nuntiatio?*
4 *Qui sint effectus trium modorum nouum opus nuntiandi?*
5 *In denuntiatione noui operis, an nuntiator debeat causam exprimere?*

NOVVM opus solēniter nūtiauit
1 &c. † Aduertendū quòd nūtiatio noui operis potest fieri ex duplici causa. Primò ex causa iuris proprij ipsius nuntiantis conseruandi, quod ius vertitur circa duo scilicet, vt occurratur præsenti, vel futuro damno. Secunda causa est propter ius publicum tuendum, vt habetur in d. l. j. §. nunc videamus. & l. in prouinciali. in fi. cum l. seq. ff. eo. tit. Sed nō posit nuntiari in die festo, & dicit Bar. quòd sic. in d. l. j. §. nuntiatio. ego autem in hoc distinguerem, aut fit nuntiatio per ipsam partem verbo, vel iactu lapilli, & tunc procedit d. opi. aut fit nuntiatio cum iudicis mandato, & tunc distingue, aut est dies feriata in honorem Dei, & tunc non posit. argu. l. dies festos. & l. omnes. C. de fer. aut est dies feriata ob necesitatem hominum, vel alia causa, & tunc posit. argu.
2 l. j. C. de fer. † Vltra quæritur de. no. q. Ecce quòd aliquis vult ædi-
b ficare castrum de nouo, [b] an posit sibi denuntiari nouum opus. Et breuiter omisis allegationi. pro & contra distingue, aut vult ædificare in loco publico. & tunc potest ei nuntiari opus nouum. vt ff. ne quid in loco publico. per totum & l. opus. & quod ibi nota. ff. de ope. pu. aut vult ædificare in suo loco priuato, & tunc aut tale castrum tendit ad æmulationem alterius: vel ex ipso castro potest scandalum in illa regione, vel inter vicinos generari, & tunc poterit ei nouum opus nuntiari, aliâs autem non. vt pulchrè no. per gloss. in l. j. C. de fun. limi. li. xj. & in l. per prouincias. C. de ædi. pri. & in d. l. opus. & ibi per Bar. & Inno. in c. pisanis. de resti. spo. Rursum quia hic dicitur quòd nuntiauit ipsi Aug. quæritur an sufficiat nuntiari personæ. Dic quòd non simpliciter nisi fiat in conspectu rei in qua ædificatur. vult enim lex quòd nuntiatio fiat in ipso opere aliquo præsente ipsi Augu. siue opificibus siue alicui de familia ipsius Augu. per quos posset domino absenti nuntiari. vt habetur in d. l. de pu-

a *Citatio iniusta nonartat citatum.* Bal. in l. me dium. de con di. & demō Bal. in addit. Spe. tit. de cita. doc. in c. bona. el. ij. de ele- ctio.

b *Castrum. quando aliquis vult ædificare castrū de nouo vide per ludo Ro. consilio*

pillo. §. si quis fortè. & in §. nuntiante. & in l. ciuilibus. ff. de noui operis nunti. quod tene menti. & si fortasse ipsi opifices dolo vel negligentia facta nuntiatione domino tunc absente eidem nõ renuntiauerunt opus nouum factum esse, ipsis per talem nuntiationem imputaretur eis & tenerentur domino ad interesse, secundùm Bart. & doct. vt per eos not. in d. l. de pupillo. §. nuntiatio. argumen. ad hoc in l. si seruus seruum. §. fornicarius. ff. ad l. aquilli. & l. sed ipsi. in fine. ff. nau. cau. sta. & in prædictis multi errare consueuerunt, vnde tu sis sapiens quando nuntius refert iudici eius partem opus nouum nuntiasse quod exprimat nomina ipsorum quibus præsentibus opus nouum nuntiauit. Post hoc, quia hic dicitur quòd solenniter nuntiauit quæritur, quibus modis succurritur illi in cuius solo vel fundo ædificatur, vbi sic distingue concludendo quandoque opus ædificatur in fundo à me possesso, & tunc possum ædificium, & opus propria authoritate destruere, nec est necesse mihi nouum opus nuntiare. quod est notan. & probatur in l. quemadmodum. in princi. ff. ad l. Aquili. & l. si viam. §. si ad ianuam. ff. quod vi aut clam. & l. j. C. ne mi. lice. sig. impe. quandoque quis ædificat in solo à me non possesso, sed in quo ius dominij, vel quasi prætẽdo, & tunc aut opus est iam perfectum & consummatũ, & tunc nuntiatio nihil operatur, sed alia via succurritur, vt prædixi, ideo sis diligens in nuntiando tempestiuè, aut non est opus consummatum, sed solum incœptum, & tunc per nuntiationem
3 succurritur, nec in opere proceditur. † Sed hîc aduertendum quòd tribus modis potest fieri hæc nuntiatio, vno modo, iudicis authoritate, & per nuntium ad hoc missum. Secundo modo fit à parte, & hæc fit dupliciter, videlicet verbis tantum, vel verbis & factis simul. Quæ fit verbis tantum fit hoc modo. nam pars accedit ad opus & dicit operarijs, denuntio vobis, ne in hoc opere vlterius procedatis, & ne aliquid per vos, vel alium noui operis faciatis, verbis autem simul fit hoc modo, dicit enim operarijs prohibeo, seu denuntio ne vltra procedatis, nec aliquid operis faciatis, & his dictis accipiet secumdum aliquos, vnum lapidem quem deijciet, vel secundũ alios ex ipso opere lapidem vnum vel plures auferat & deponat, vbi autem iudex ad instantiam partis opus nouum denuntiare facit, tunc hac forma vti debebit B. vicarius &c. Ad petitionem & instantiã Tho. imposuit & in mandatis dedit C. publico nũtio & seruitori cõmunis Papię quatenus vadat ad tale sedimen, vbi fit ædificium tale ad petitionẽ Aug. & ibi pcipiat dicto Au. & operarijs ibi laboribus quatenus sub pœna librarũ decẽ applicandis cõmuni Papiæ quòd nõ procedant vlterius in ipso opere, sed ab eo omnino desistant. Quodque idẽ nuntius modulos, & mẽsurã accipiat dicti operis facti & inde referat &c. quę oĩa habẽtur in tex. & glo. ac per Barto. & Dyn. in l. de pupillo. §. meminisse. & l. j. §. nuntiatio. ff. de noui operis nun. Ex quibus collige quòd iudex potest aliquando per viam præcepti procedere contra aliquem ad alterius petitionem & instantiam pro quo facit regula quæ traditur in l. quód iussit. ff. de re iud. & l. si. ff. si quis iusdi. non obtemp. & l. j. C. comit. vel epi. & tangitur per glo. in cap. ex parte in Christo. de verborum significa. & l. ea quidem. C. si man. ita. fuer. alie. & ibi per doctor. veruntamen tale præceptum euanescit reo comparente, & petente sibi libellum offerri, quia iudicia non sunt à præceptis inchoanda, sed fundantur & principiantur super libello. in l. j. in fin. ff. de in ius vocand. & in l. libellorum. de ac. & in authent. offeratur. C. de lite. contestat. & extra, de li. obl.
4 capit. j. † Nunc autem quæritur qui sunt effectus & quæ sit differentia inter hos tres nuntiandi modos, Breuiter respondeo quòd si fiat nuntiatio solo verbo per partem tunc ipsius fundi perdit possessionem quasi suspicetur se repelli posse, vbi autem fit verbo vel facto, vel iudicis authoritate tunc retinet possessionem, vt habetur in d. §. meminisse. & d. §. nuntiatio. quæ quidem nuntiatio potest fieri sine scriptura, licet consultius sit quòd de ea fiat scriptura, quia labilis est hominum memoria. secundùm Dy. & Bartolum. in d. §. meminisse. & d. §. nuntiatio. Si autem perdatur possessio stultitia nuntiantis, qui solo verbo nuntiauit poterit eam statim recuperare, quia aduersarij facto possessionem amisit. secundum eos, argu. in l. iij. §.
5 cum igitur cum si. ibi no. ff. de vi & vi arm. † Amplius quæritur an in hac tali denuntiatione debeat nuntiator causam exprimere. & gloss. in d. l. j. determinat quòd sic, aduersarius petat causam exprimi, sicut in simili dicitur in libello. in l. edita. C. de eden. cum sua materia. etiam in teste. vt l. solam. cum ibi not. C. de test. & hanc opinio. sequitur Bartolus in d. l. j. in princi. & Specu. in titu. de procuratorib. §. fina. versicu. sed nunquid. imò sufficit si operarijs petent causam exprimi secundum Bartolum vbi suprà. argument. l. prohibere. in princip. ff. quod vi aut clam. dumtamen ipsa expresio causæ petatur tempore ipsius nuntiationis, & non post, etiam causa quæ exprimenda est debet esse talis per quam aduersarius possit deliberare, an velit cedere, vel contendere secundùm Dynum & Bartolum. & per eos nota. in d. l. j. in principio.

MODVLOSQVE seu mensuram. Plures sunt qui errant in hoc. nam secundum iura statim facta nuntiatione debet nuntius, vel nunciator accipere mensuram operis, vt scire possit quid & quantum post nuntiationem superædificatum fuerit, & quid sit demoliendum, vt l. non solum. §. j. & §. sed vt probari ff. de oper. noui nuntia. nec tamen si omittatur. nuntiatio vitiabitur, sed erit difficile probare quid & quantum spreta denunciatione si demo

demoliendum &c.

EPITOME.

1 *Post nuntiationem non licet ædificare ante remißionem.*

2 *Remißio nuntiationis quot modis fiat?*

3 *Præstita satisdatione per eum cui est nuntiatum nouum opus, an nuntiator si velit procedi, & cognosci de causa poßit impedire ædificium.*

2 ANTE ALIQVAM Remissionẽ. † Ad huius intelligentiam sciendum est quòd facta alicui nuntiatione noui operis non licet ei cui facta fuerit vltra in opere ipso procedere, sed statim debet abstinere, aliâs si contra faciat antequàm remissio nuntiationis facta extiterit totum opus superædificatum destruetur, siue iustè, siue iniustè apparuerit esse factum, etiam si is qui nuntiauerit nullum ius nuntiandi habuit, vt probatur in l. j. in principio. & l. prætor. ff. de ope. noui nuntia.

2 † Hæc autem remissio fit tripliciter. Primo modo ab ipso nuntiante. Secundo à lege. Tertio à iudice nuntiante. A nuntiante fit hoc modo, si dixerit, vade in nomine domini, & procede in opere tuo, & de ista remissio. loquitur titu. ff. de remis. per totum. & l. vim faciat. §. tam diu. ff. quod vi aut clam. & l. j. in §. & post operis. in fine. ff. de noui operis nuntia. Illa autem quæ fit per legem contingit dupliciter, vno modo, quando nuntiatio est ipso iure nulla, vel ex defectu personæ nuntiantis, vel rei, aut causæ, vt plenè prosequitur Bartol. in dicta l. j. in princi. & suprà dixi, alio modo præstita, vel oblata satisdatione coram iudice de opere demoliendo si apparuerit ipsum iniustè ædificare, quo casu potest in opere procedere, & hic modus est quotidianus, quæ satisdatio est necessaria si opus fiat in loco priuato, nam si fiat in loco publico, sufficit nuda promissio, vt hæc omnia habentur in l. de pupillo. §. si is cui. & l. non solùm. §. sciendum. & l. stipulatio. §. primo. ff. de noui operis nuntiatione. Tertio principali modo fit remissio à iudice, & hoc dupliciter. Vno modo si reperit ipsum nuntiantem non habere ius nuntiandi, tunc enim iudex ipsam remittit, & licentiam concedit procedendi in opere, & de hoc loquitur dicta l. de pupillo. §. quæ remissionẽ. & hoc procedit ante opus completum, & satisdationem præstitam. Secundo modo fit quando post præstitam satisdationem & opere completo auditis plenè partibus, & cognito de causa pronuntiauit diffinitiuè nuntiationem non tenuisse, & ipsum nuntiantem ius prohibendi non habuisse, & de hoc loquitur dicta l. prætor. §. deinde. & dicta lex stipulatio. §. hoc autem. quæ omnia plenè examinat Barto. in dicta

3 l. j. versi. deinde. in princi. † Sed circa præmissa occurrit tale dubium à partibus incognitũ & malè practicatum, Ecce quòd oblata satisdatione coram iudice per ædificantem, dicit nũtiator, domine iudex non admittatis hanc satisdationem, ego statim volo ostendere de iure meo, hodie constat, hodie agatur, an per hoc impeditur ille quominus in opere procedat? Et videtur quòd non, per ea quæ superius dicta sunt, & per textum in dicta l. prætor. §. deinde. cum simi. Bartolus autem & doct. tenent contrarium, nam hoc casu satisdatio non prodest, nec releuat ipsum, sed debet & tenetur differre in opere, nec procedere vsque ad finem litis, quæ fienda est per iudicem infra tres menses proximè futuros, vt est textus & ibi nota. in l. j. C. de ædi. pri. quam opinio. tenet ibi Azo in summa. circa finem. & Batolus in dicta l. j. §. deinde. & dicta l. prætor. §. si quis paratus. quod est valde not. & sic habes practicare & notare quod prodest hæc exceptio, hodie constat, hodie agatur, sic & aliâs prodest in alio casu in l. si is à quo. in principio cum similibus ibi notatis. ff. vt in pos. lega. &c.

QVARE Præfatus Thomas volens. Hæc est conclusio libelli, ad quem semper aduertendum est, vt superius dixi. Occurrit autem hoc dubiũ an in prosecutione nũtiationis noui operis debeat libellus offerri, & dicendum est quòd sic, maximè quando petitur opus demoliri. vt hic fit, & ita determinat glo. & Bartolus in l. de pupillo. §. qui opus facit regula generalis authen. offeratur C. de lit. contesta. quod ex eo fortificatur, quia licitum est cuique petere ius suum confirmari. argumen. l. iiij. §. nullum. ff. de car. edi. & in capitulo final. & capitulo si quis. de confir. vti. vel inuti. & ibi per Innocen. & versa vice is cui facta est nuntiatio poterit libellum super remissione fienda iudici offerre, petendo nuntiationem pronuntiari nullam, vt dicta l. de pupillo. §. si is cui. & hoc modo procedendo omnia rectè fiunt & sine scrupulo secundum Bartolum. vbi suprà &c.

EPITOME.

1 *Spreta nuntiatione, qui ædificauerit tenetur opus diruere.*

2 *An proprijs sumptibus teneatur ad diruendum?*

1 DIRVI FACIENDVM Suis proprijs sumptibus. † Aduerte quòd ille qui spreta nuntiatione ædificauerit, tenetur opus di-

2 ruere, vt suprà dixi in proxi. glo. † Sed an suis proprijs sumptibus distinguendũ est. Aut enim possidet rem ipsam cum ædificio, & tunc tenetur ad patien. & impen. vt l. penul. & ibi no. ff de noui operis nuntia. & l. competit. §. fina. ff. quod vi aut clam. aut non possidet, sed alienauit, & tũc ipse liberatur, successor autem eius in quem facta est alienatio tenetur ad solam patientiam præstandam in destruendo opere, non autẽ ad impensam. quia ipse non peccauit, si autem ipse opus perfecisset sciens denuntiationem factã, tunc teneretur ad vtrunque videlicet ad patiendum & ad impensam

vt hæc probantur in l.fi. & l. non solùm. §.fi. ff. de no.ope.nun.& d.l. competit. in fi. Econtra verò, si is qui nuntiauit, fundum illum alienauit, cuius contemplatione denuntiatio facta fuerit, extinguitur effectus nuntiationis. vt d.l. non solùm. §.fin. & sic patet quòd hæc nuntiatio ex parte nuntiantis est personalis, & ex parte eius cui facta est, realis seu in rem.&c.

ALIQVALITER Audiatur. Ista est regula quòd in odium contemnentis mandatum iudicis & legis, quicquid post denuntiationem ædificatum fit, siue iustè siue iniustè, destruendum est. vt d.l.non solùm. §.j. & d.l.j.post principium. cum simi.&c.

IN OMNIBVS Damnis & expensis. Ad hæc omnia tenetur si non reintegret, & demolitur opus ad mandatum iudicis:vt l. stipulatio.§.fi. ff.de noui ope.nunt. & l.semper.§.in hoc interdicto.ff.quod vi aut clam. quod quidē interesse qualiter probetur traditur per glo. ind .§. hoc interdicto.& ego latè scripsi suprà in primo libello in gl.super verbo interesse.alias sequentes clausulas declara, vt plenè dixi in dicto primo libello &c.

Forma libelli quo vxor agit ad do. & vsumfructum.

CORAM VOBIS Do.B vica. &c. agit & in iure proponit Simon catholicus procurator & procurat.nomine nobilis dominę Mar. vxoris quondā domini Thadæi, cōtra& aduersus Rolandinum filium & hæredem quondam dicti d. Thadæi, & contra quancunque aliam personam pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens ipse Simon dicto nomine quòd de anno currente M.cccc l.supradicta do. Mar. Thadęo, eíque tunc dedit,& tradidit in dotem,pro dote ac nomine dotis ipsius do. M. flo. mille auri,in pecunia nu. ac etiam castrum lamberti campe. Papię inęstimatum cum omnibus suis iuribus & pertinentijs ipsi castro spectañ. quam quidem dotem præscriptus Thadæus fuit tunc confessus & contentus versus ipsam do. Margaritam habuisse, & recepisse, exceptioni non habitæ, nec receptæ dictæ quantitatis dotis omnino renūtiando. prout hæc & alia plura constant publico instrumento tradito & rogato per G.notarium Papiæ anno prædicto, & mense & die in eo contentis. Insuper proponit & dicit idem Simon dicto nomine quòd præfatus do. Thadeus solenniter tunc promisit ipsi dictæ domi. Mar. quotiescunque & quandocunque ipsa peruenerit ad casum restituendæ dotis, quòd eo casu tam ipse dominus Thadæus quàm eius hæredes,& successores darent & soluerent ac restituerent ipsam dotem dictæ do. Mar. eiúsque hæredibus & successoribus simul.cum omnibus iuribus dotalibus ad ipsam tunc tempore pertinentibus, prout in dicto instrumento latius continetur. Proponit etiam & dicit dictus procurator dicto nomine quòd pręfat⁹ domi. Thadæus iam tribus annis elapsis diem suum clausit extremum, cuius rei causa ipsa dicta Mar. fuit & est in casu prædictæ dotis sibi restituendæ cum omnibus suis iuribus dotalibus ac etiam alimentis sibi de iure debitis à morte dicti quondā dom. Thadæi &c. Denique dicit & proponit idem procurator dicto nomine quòd præfata Mar.tempore pręfati cōtracti matrimonij vltra ipsam dotē habuit & adhuc hodie habet infrascriptas terras & proprietates quas in se tunc reseruauit tanquam bona paraphernalia: & quæ ad ipsam pleno iure spectauerunt & pertinuerunt, & hodie spectant & pertinent, & insuper quibus eadem do. Mar. nullam potestatem nec administrationem, concessit dicto do. Thadæo, sed ipsius do.Mar. administrationi & regimini reseruauit: quanquam præfatus domi.Thadæus contra & pręter voluntatem ipsius dictæ do.Mar. ac scientiam,& licentiam habuit & recepit, & in suos vsus conuertit omnes & singulos fructus redditus & prouentus qui exierunt à rebus & proprietatibus antedictis, qui quidem fructus, & redditus ascendunt in summa pro toto tempore prędicto,vno anno cum alio computato flo. mille, vel circa, prout in processu liquidabitur & veritas apparebit. Rursumqué dicit & proponit suprascri.procurator dicto nomine quòd supra scriptus Thad. in suo vltimo testamento dedit & legauit dictæ do. Mar. vsumfructum omniū bonorum, relinquens, faciens, & constituens ipsam dominam & vsufructuariā omnium bonorū suorum,donec vidualem vitam duxerit, & vltra si habitaculum tenuerit cōtinuè cùm hęredibus suis in ciuitate Mediolani, & in eorum domum contulerit dotem suam,legauit & reliquit ipsi d.Mar. singulis annis flo. quinquaginta, de quibus posset facere & disponere pro libito volūtatis: super quorum omnium restitutione,relaxatione, solutione & satisfactione suprascriptus Rolandinus sæpe & sæpius fuit admonitus & requisitus & interpellat⁹ per supradictam do.Mar. quanquam ipse Rolandinus prędicta omnia facere soluere, & adimplere recusauit,pręsentialiterqué recusat indebitè ac iniustè. Quare cùm prędicta vera sint, petit & requirit pręfatus procurator procuratorio nomine pręfatæ d. Mar. quatenus per vestram diffinitiuā sententiam ac omni via,iure, modo & forma quibus meliùs fieri potest, condemnetis & condemnatum iuris remedijs compellatis suprascriptum Rolandinum versus dictum procuratorem nomine quo suprà ad dandum & ad soluendum, dimitendum, relaxandum, restituendum, & satisfacien.ipsi do. Mar.& dicto eius procuratori eius nomine suprascriptam dotis quantitatem simul cū dictis alimentis & iuribus dotalibus ac omnib⁹ pecuniarū quātitatibus antedictis cæterisque danis & interesse & expēsis factis ac faciēdis & patiēdis in futurū, de quibus protestatur. deducens in pręsenti iudicio omne ius sibi dicto nomine competens & cōpetiturū.saluo &c.n.ō astringēs se &c.

EPITOME.

1 *Priuilegia dotis decem septem, quòd etiam sint plura.*

1 CORAM VOBIS. †Frequens ac luctuosus est hic tractatus, vnde pro curatoribus vtilis est, & fructuosus. Ad cuius euidentiam sciendum est quòd dotis causa ac præstatio & restitutio eius est fauo-
a rabilis, [a] vt inquit iurisconsul. in l. j. ff. so. mat. ratione publicæ vtilitatis, vt ciuitas liberis repleatur, vt ibi dicitur. alij autem sunt fauores à iure collati ipsi doti, de quibus not. per Bar. in d. l. j. videlicet infrascripti. Primus est in tacita obligatione bonorum viri, vbi est expressa. non in-
b teruenit pro restitutione huius dotis [b] in casibus à iure concessis. & econtra in tacita obligatione bonorum ipsius vxoris pro dote per eam promissa exoluenda, vt habentur hæc in l. j. §. & vt plenius. C. de rei vxor. ac. quod quidem beneficium cùm contribuatur à iure ipsi actioni de dote, transit ad quencumque ad quem transit ipsa actio, vt probatur in d. l. j. §. vt plenius. & in §. fuerat. insti. de ac. sed si beneficium seu priuilegium quod ei datur, vt cæteris creditoribus similem hypothecam habentibus præferatur, non transeat ad aliam personam. vt tenet Cy. & alij in l. j. C. de priui. do.

2 †Secundum beneficium doti attributum est, quòd res seu fundus dotalis non possit alienari per maritum etiam consentiẽte muliere, vt l. j. ff. de fun. do. & insti. qui. aliena. non licet, in prin. nisi secundum canones ipsa mulier iurauerit non contrauenire alienationi: vt in c. cùm contingat. de iu-
3 reiu. Sed de iure ciuili etiam si iurauerit potest contrauenire, vt ibi nota. ar. l. non dubium. C. de leg. cum si. sed ius canonicum etiam in terris Imperij obseruatur, [redacted] hoc priuilegium seu beneficium transit ad quencumque, ad quem transit actio de dote, vt traditur in l. fundum dotalem. ff. de fund. dota.

4 †Tertium priuilegium est quòd in re dubia præsumitur ꝙ obligatio bonorũ dotis præuenerit obligationi extranei in bonis viri, vt l. in ambiguis. ff. de re. iur. & ad hunc casum potest trahi & intelligi d. l. j. ff. so. ma. quod beneficium etiam trã
5 sit ad quencumque: vt in d. l. in ambiguis. †Quartũ beneficium est in tacita stipulatione quæ fingitur intercessisse de rest. do. vt in l. j. in prin. C. de rei vxo. ac. & insti. de act. §. fuerat. quod quidem beneficium transit ad quencunque vt ibi. & l. j. de pri
6 ui. do. †Quintum est priuilegium circa naturam ipsius actionis de dote quæ ex stipulatu vocatur: nam hoc casu est bonæfidei, licet regulariter sit stricti iuris. vt §. bonæfidei. institu. de actio. & dicto §. fuerat. cum si. quod priuilegium transit etiam ad quencumque, vt ibi no.

7 Sextum beneficium seu priuilegium est super instantia causæ, quæ summaria est, sicque in ea potest iudex dilationes abbreuiare, vt not. in d. l. j. ff. so. ma. argu. in cle. dispendiosam de iudi. & quod no. in l. ij. ff. de re iudica. licet Dyn. contrarium dixerit.

8 †Septimum priuilegium est, quia mulier in personali actione de dote, cæteris creditoribus personalẽ actionem habentibus præfertur, quod quidem priuilegium non transit in hæredem. vt d. l. j. C. de priui. do. &
9 ibi no. †Octauum priuilegium est, qa in tacita hypotheca mulier ꝓ dote. præfertur cæteris creditoribus habentibus tacitam hypotecam: non autem habentibus expressam. vt habetur in l. finali. C. qui po. in pig. hab. & in d. §. fuerat. quod quidem priuilegium ad suum transit hæredẽ, non autem extraneum. vt d. l. j. ff. de priui. do. & nota. per glo. in d. §. fuerat. & per Barto. in d. l. j. solu. ma. & per Cyn. in d. l. j. de priui. do.

10 †Nonum vertitur priuilegium quia dos incerta potest committi arbitrio partis vel tertiæ personæ, nec eius incertitudo vitiat stipulationẽ, vt l. cùm post. §. gener. ff. de iu. do. licet regulariter contrarium. vt l. ita stipulatus. in princi. ff. de verbo. obl.

11 †Decimum est beneficium, quia mulier promittens dotem pro aliena muliere obligatur, nec exceptione velleyani iuuatur. vt l. final. C. ad vell. licet, in alijs casibus iuuaretur. vt per totum titu. maximè l. j. ff. & C. ad Vell.

12 †Vndecimum est dotis priuilegiũ, quia licet regulariter res subiectę restitutioni in diem, vel sub conditione non possint interim ante diẽ vel conditionis euentum alienari. vt in authen. res quæ. C. communia de le. cum si. ibi no. tamen in causa dotis vel pro dote sua vel liberis constituendã alienari possunt, nec adueniẽte die, vel cõditione alienatio resoluitur, sed firma ꝑmanet: vt ibi no. & scripsi ī. sup forma li. quo agitur ex substõne. †Duodecimũ priuilegiũ est qa pater cõpellitur ꝑ iudicẽ filiã dotare scd̃m vires sui patrimonij. vt habetur l. q liberis. ff. de ritu nup. & l. fi. C. de do. ꝓmis. imò si pater esset absens poterit iudex ex suo officio de bonis paternis in dotẽ dare filiæ, ne perdat tempus nubendi.

a *Fauorabilis. adde de priuilegijs & per Gaz. & Al. in l. Cum ff. so. ma. doc. in l. pactum. & in l. pater. C. de pac. conuentis tam super do. & Ang. Are. §. fuerat. col. xxiij. insti. de. act. & adde qd si dos est promissa ab extraneo cõmittatur mora irregularis. l. fi. §. præterea. C. de iu. do. ita Ang. Are. in d. §. fuerat. per Ale. in leg. quod te. col. vj ff. si cer. pe. Frã. Cu.*

b *Huius dotis. adde quæ & quot sint priuilegia dotis vide p Bal. in l. j. C. deti. vel do. Spe. titu. de donation. inter vir. & vxo. §. fortiter.*

ſub expectatione patris.vt in l.pro-
fectitia.in prin.ff.de iu.dot. †Tertiũ
14 decimum [a] priuilegium dotis eſt,
quia ſi imputetur mulieri petenti do
tem quòd res viri amouerit vel ſub-
traxerit,non impeditur ex hoc nec
retardatur reſtitutio dotis.nec etiã
ſi ei obijcitur quòd malè verſata ſit.
vt hæc habentur in §.taceat.de rei
vxo.act.quod priuilegium non puto
tranſire in hæredem extraneum ,
quia perſonę cohęret , cùm fuerit
ideo ſic prouiſum, vt mulier nu-
15 bere poſsit. †Amplius ſecundum
aliquos nec vlla compenſatio po-
teſt ei opponi , vt probatur in l.
j.§.ſed nec ob impenſas . licet gl.
ibi teneat contrarium.de quo no.
per Bar . in l. diuortio. ff . ſo.ma .
16 † Quartumdecimum infertur
priuilegium, quia filia in poteſta-
te patris conſtituta,poteſt pro do-
te ſua eſſe in iudicio ſine patris
conſenſu , quando dos eſt aduenti-
tia , ſecus autem ſi eſſet profecti -
tia,vt tangitur in auth.quod locum.
C.de col.& no . per glo.& doc.in
l.ij.§.quod ſi partis.ff.ſolu . matri-
17 mo . † Quintumdecimum po-
teſt addi priuilegium quòd dos non
præſumitur communicata penden-
te matrimonio inter ſocios omniũ
bonorum,vt habetur in l. actione .
§.fin. cum l.ſeq.ff pro ſolu. Aliquan
do tamen contingit quòd conditio
dotis ſit aliâs deterior . vt proba-
tur ſecundum primam lec.in l.lu-
cius.§.impuberem . ff . de lega . ij .
& in l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſocio.
&c.finaliter &c.

EPITOME.

1 *Mulier an poſsit eſſe in iudicio?*
2 *Mulier exiſtens in poteſtate patris an poſ-
ſit dotem ab hæredibus mariti pro ſe pete
re in iudicio?*
3 *Mortua vxore ſuperſtitibus patre & libe-
ris,cui competat actio ad dotem.*
4 *In dote aduentitia filij patri anteferuntur*
5 *Extraneo dotãti,an competat actio dotis?*
6 *Patre viuente,an ſit dare caſum quòd
ſoli filio competat actio & non pa ri in
dote profectitia?*
7 *Filij poſſunt agere contra patrem diß ?a
torem ad repetendum dotem mortua ma-
tre ſua.*

PROCVRATORIO NO-
1 mine dominę Mar. †Hîc no.[b]
b quòd mulier etiam per ſe poſ-
ſet ſtare in iudicio,& pſequi cauſam
ſuam.nam licet mulier non p oſsit eſſe in iudicio
nomine alieno regulariter.vt in l. fœminis.ff.de
procur.& l.alienam.C.de procur.niſi certis ſpecia
libus no.in l.exigendi.C.de procura. tamen vbi
agit nomine proprio & pro ſua cauſa regulariter
admittitur,vt ibi no.& in d.auth.quòd locum.cum
ſi.C.de col.ſiue ſit in poteſtate patris quoad do-
tem aduentitiam.ſiue facta ſit ſui iuris quantum ad
dotem etiam profectitiam,vel per mortem patris
vel per emancipationem: ſecundum aliquos vt
colligitur ex his quæ no.in l.videamus.C.de rei
vxo,act.licet ſecundum alios vbi efficitur ſui iuris
per emancipationem non ſit patris neceſſarius
conſenſus pro dote profectitia:quod eſt falſum ſe
cundum Cy.vt per eum no.in l auia.C.de iure do.
2 & per Bar.& Dy.in d.§. quòd ſi in patris. †Vl-
tra prædicta prolatiori declaratione reuoco in du-
bium quando mulier eſt in poteſtate conſtituta,
nunquid ipſa ſola ſine patre poterit dotem ſuam
petere ab hæredibus mariti?videtur quòd ſic,per
ea quæ proximè dicta ſunt.Tu circa hoc plenius
ſic conſidera, aliquando dos iſta eſt ſimpliciter
profectitia,quia pater eam conſtituit & dedit,ali
quando eſt aduentitia,quia extraneus illam con-
tulit.Primo caſu ſubdiſtingue,aut ipſe pater tem-
pore dotis traditæ & conſtitutæ ſtipulatus fuit ip-
ſam dotem ſibi ſoli reſtitui,& tunc ipſi ſoli pa-
tri competit ius agendi & non filiæ.vt l.quoties.
cum ſi.ibi no.ff.ſo.mat.aut ſtipulatus eſt ſoli filię
dotem reſtitui,prout communiter fit hodie in in-
ſtrumentis dotalibus,& tunc ipſi ſoli filiæ com-
petit ius agendi non patri,vt in l.poſt dotem.
ſecundum lec.Dy.ff. ſol.matrimo . probatur in
l.ſi cùm dotem . in prin.cum ibi no.ff.ſol.mat .
& in l. pomponius philadelphus.ff.fam . her ..&
3 no.C.de inoffi.do.l. j . † Sed an mortua filia
patre & liberis ſuperſtitibus, competat actio de
dote patri, an verò liberis, fuit apud doc.dubi-
tatio.Dicit enim Dy.quòd actio de dote com-
petit prius liberis quàm patri.per d.l.poſt do -
tem.ſecundum eius lec.& hæc actio tranſit in
filios tanquàm in hæredes:quia hodie filiusfa.
habet hæredem. Alij dicunt quòd ſoli patri com
petit actio de dote,quia in profectitijs etiã hodie
filiusfa.non habet hæredẽ,ſed talia bona p patrẽ
tanquam peculium occupantur.vt not.in auth.de
hære.ab inteſta.§ j.& l. nupta.§.j.ff.ſol.ma. quam
opi.ſequutus eſt Azo in ſumma ſua.C.ſolu. matri.
in fi.Bart.in d.l.poſt mortem. in iiij.q.tenet opin.
Dy.per tex.in l.inter ſocerum.§. cùm inter.ff.de
pac.do.quam opin.firmat etiam Odof. & Iaco.de
4 Bel.quæ æquior eſt . † Sed hîc aduerte quòd
hæc quæſtio ſolùm procedit in dote profectitia
nam in aduẽtitia clarum eſt filios patri antefer-
ri. Idem procedit,quando pater ſimpliciter dotẽ
dedit,non ſtipulando ſibi nec filiæ, vbi autem ſti
pulatus eſſet ſibi ſoli reſtitui tunc puto quòd ſibi
ſoli actio competit filijs excluſis, vbi verò ſtipu-
latus fuiſſet ipſi filiæ reſtitui,tunc puto ius ſtipu-
lationis in filios ſine dubio tranſmitti patre ex .

a *Tertiumdecimũ. adde hic & vide vt per Alexã. in l. rei iudica. ff.ſol.ma.et adde aliud priuilegiũ quòd ſi reperiuntur diuerſa inſtrumenta dotalia, illud præualet quod eſt vtilius vxori. ita alle. in l. & quæ nudũ.ff. de pig. act. itẽ inſtrumẽtum inter alios confectũ ſuper dote.plenè probat,ita Alex. ĩ l.admonẽ. colũ. xviij. de iureiu.et ibi dixi poſt ipm & Alex.in conſ. iiij.col.viij. in ij.vol.& ibi quòd ſi vir vẽdit fũdum dotalẽ vxore cõſentiẽte bona mariti remanẽt obligata p pecunia quã recepit.cur.*

b *Hic not. vide per docto. in l. ij. ff.de re.iur. & in l.j.ff. de poſtu.gl. in c.non ſolent.ij.q vj. doct.in c.de crimine cũ tribus capitulis ſequẽ. xv.q.iiij.*

cluſo.licet hoc caſu poſſet ꝓcedere hæc diſputatio multò igitur fortius competit actio ipſius filijs tempore moderno, quo fiunt inſtrumeta dotiũ in quibus pater ſtipulatur, dotem reſtitui filiæ ac alijs hæredibus eius.qđ no.nec ob prædictis opin. Azo. & ea que no. in d. l. nupta. quę ibi loquitur quando pater voluit filiæ ſuæ donare tacitè, vel expreſsè dotem, ſed hic voluit ſibi dare ſtipulando ipſi filiæ reſtitui, nec ſimiliter habet obſtare quod no.in d.§. j.de hære.ab inteſt. quia ibi loquitur in illis profectitijs quæ filio non quæruntur? ſed quorum dominium remanet penes patrẽ, ſed quęſtio procedit in dote cuius dominium quęritur ipſi filiæ:ideo in ea habet hæredem,& ſic filij patri præferuntur. l.certum C.fa.her.& per hoc habes expeditos duos articulos, videlicet quando pater ſtipulatur ſibi, vel quando ſtipulatur filiæ. Tertius ſubdiſtinguitur articulus videlicet quando pater ſimpliciter dotem tradit, nec ſpecialiter eam reſtitui ſtipulatus eſt ſibi nec filiæ,& tũc in dubio eſt communis actio vtriuſque, ſic tamen quòd ſolus pater exerceat actionem de conſenſu filiæ tacitè,vel expreſsè.vt habetur in l.iij.§.voluntatem. & §.quod ſi in patris. & in l.non ſolùm. ff.ſo.ma.

5 † Venio nunc ad ſecundum principalem caſum qui eſt quando extraneus dat ipſi filiæ dotem.vbi diſtingue,aut ipſe extraneus fuit incontinenti tẽpore traditionis ſtipulatus ipſam dotem ſibi reſtitui,& tunc ſoli mulieri competit actio.aut non eſt ſtipulatus reſtitui, & tunc ipſi mulieri competit actio,& exactio, vt habetur in l.j.§. accedat. & in §.extraneum.C.de rei vxo. ac.&l. auia. & ibi no. C.de iu.do. quam actionem poterit intentare hoc caſu ſine patris conſenſu, vt ſuprà dictum eſt. & habetur in d. auth.quod locum.C.de col.

6 † Vltrà quęritur dictum eſt ſuprà quòd in dote profectitia patri cõpetit actio. Sed nunquid patre viuente ſit dare caſum quod ſoli filięactio cõpetat, & non patri in hac dote. gl.determinat qđ ſic quando pater eſt inops,vel timetur de eius dilapidatione. vt no. in d.l. ij.ver.certum. ff. ſo.ma. quam opin. ſequitur Barto. ibi in l.fi.ff.de eo per quem fa.erit. & in l. Imperator.ff.ad Tre.& l.planè. la. ij. §. j. ff. de lega.j. & l.pater. in fi.ff.de do. præle.& l.ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. ſol. ma. quod eſt notandum ſecundum eum.

7 †Ex quibus talis deciditur quęſtio, vt per eum no.in d. §. cæterum. Ecce quòd mortua eſt mulier in matrimonio,ſuperſtitibus marito eius & filijs,modò hic maritus eſt pauper & diſsipator bonorum, an filij poterunt agere contra patrem ad repetendum dotem, vt ſalua fiat? Determinat ipſe quòd ſic.per l.fi.C.de ſen.paſ.& ff.vt leg.no.ca. l. fi. in prin. & in glo.

EPITOME.

1 *Mulier non poteſt vouere aliqua vota ſine conſenſu mariti.*

2 *Dos eſt reſtituenda marito ſuperuiuenti.*

3 *Muliere cõmittẽte adulterium,dos cadit ad vtilitatẽ viri.*

4 *Mortuo marito, an mulier poßit propria authoritate ingredi in bona mobilia mariti?*

5 *Stante ſtatuto,quòd mortua vxore in matrimonio vir lucretur dotem, ſi poſt ſponſalia per verba de præſenti neque eſt ſecuta traditio,nec copula, & accidit caſus mor. an ſtatutum locum habeat?*

6 *Facta ſtipulatione per vxorem de reſtituenda dote fratribus ſuis poſt mortem ſuam,eueniente cauſa mortis an habeat locum ſtipulatio?*

7 *Pendente matrimonio an vxor aliquando poßit dotem repetere?*

8 *Bannito viro an mulier poßit repetere dotem?*

9 *Maritus eueniente caſu dotis reſtituendæ an poßit ſpontaneè reſtituere ſine nouo proceſſu?*

10 *Viro vergente ad inopiam an mulier teneatur repetere dotem ſuam,maximè contra extraneos poſſeſſores?*

11 *Paupertas viri qualiter probetur?*

12 *Quæ ſit differentia inter reſtitutionem dotis poſt mortẽ mariti, & in vita mariti, eo vergente ad inopiam.*

13 *Lite pendente contra maritum de dote reſtituenda propter paupertatem,& eo mortuo an ex eadem inſtantia poßit ferri ſententia contra hæredes mariti?*

14 *Inchoato iudicio reſtitutionis dotis propter paupertatem an ſuperuiuẽte viro hæreditas reuocetur in iudicium?*

15 *Prætextu paupertatis viri tempore contracti matrimonij an poßit dotem repetere?*

16 *Socero vergente ad inopiam,an ſit locus repetitioni dotis?*

17 *Filio recipiente dotem conſentiente patre, an pater ſit obligatus ad reſtitutionem.*

18 *Item quid quando ſine iuſſu patris recepit.*

19 *Filio petente dotem patre præſente vel nudum conſenſum præſtante, an patre ex tali præſentia ſit obligatus ad reſtitutionem dotis?*

20 *Pater an ſit cogendus ſe obligare pro dote filij?*

21 *Si ſit contentio inter patrem & filium de recipienda dote, quis præferatur?*

22 *Extraneo obligato ad reſtitutionem dotis,& vergente ad inopiam, mulier agere poteſt.*

23 *Mulier agens proteſtatione dotis contra virum vel patrẽ viri, ſi offerant ſatiſdationem, an ſufficiat?*

24 *Mulier ſibi prouidens in inſtrumento,vt poſt mortem viri dos ſibi reſtituatur, an eo vergente ad inopiam poßit agere?*

25 *Filius ſi ſit emancipatus à patre & pater vergat ad inopiam, an poßit dotem repetere?*

26 *Mulier in agendo dotem debet prius diſcutere de bonis à marito poſſeßis.*

27 *Muliere agente ad reſtitutionẽ ꝓpter inopiã ſi ſibi opponatur ſuſpitio de dilapidatione,an repellatur?*

28 *Mulier eſt tuta exceptione contra creditores viri,propter tacitam obligationem.*

29 *Dote non exiſtente capaci ad alimentum, quid agendum in caſu reſtitutionis.*

30 *In caſu reſtitutionis fructibus dotis excedentibus alimenta,quid agendum?*

31 *Dos an debeat reſtitui viro, poſtquàm ipſe reſtituerit propter inopiam, ſi proueniat ad pinguiorem fortunam.*

32 *Propter confeßionem viri dicentis ſe vergere ad inopiam an poßit fieri conſtitutio.*

33 *Spontaneam confeßionem vergentiæ ad inopiam ſi repe-*

a Not. quòd in voto vxoris exigitur consensus viri. vide glo. in c.j. xvij. q.j. gl. in c. si dominus. xj. q. iij. Inno. in capit. scripturæ. de voto.

b Not. quòd propter adulterium mulier priuatur dote. vide in authe. vt liceat matri & auiæ. in §. quia verò. & in auth. sed nouo iure. C. de adul. & in c. ex parte. de cōsue. Bal. in c. tuæ. de pcurato.

riatur eo tempore maritus diues fuisse, an idem maritus possit reuocare.

VXOR QVONDAM Domini Thadęi. Tu iuuenis cupidus laycalis status & habitus considera quot innumeris anxietatibus, & doloribus sis subiectus. nam qui vxorantur visuri sunt mortem & dissolutionem eorum, visuri sunt infirmitates plurimas, & mortem filiorum, passuri sunt varia tormenta circa alimēta, tam propria quàm filiorum ipsorum, facturi sunt immensas expensas, quas nunquam prę cogitauerunt, cruciatus etiam varios sustinebunt à principe suo circa onera, taleas, & alia grauamina, quę omnem consolationem extinguunt, propterea inquit Paulus in epistola, Consilium do, Alligatus es vxori, noli quærere solutionem, solutus es ab vxore, noli quęrere vxorem, si tamen vxorem acceperis non peccasti. tribulationes autem carnis habebunt personæ huiusmodi &c. Sed heu vide, quid Deus operetur, duo enim reperio quæ suo occulto iudicio substrahere voluit à cordibus hominum, ne super his parum, vel nihil cogitarent: primum est super propria cuiuslibet morte. ideo dicit Sene. in hoc omnes fallimur quia mortem non prospicimus. Secundum est super coniunctione matrimonij, nam quot exinde proueniūt anxietates, angustię, & dolores, dictum est superius, sed ipse Deus cuius sapientiæ nō est finis, voluit ab hominum cordibus hoc detrahere, ne status laicorum cōtingeret deperire. debet enim vxor esse subiecta suo viro, & in signum subiectiōis incedere semper capite velato.
1 vt in c. fœminæ. xxx. q. vl. †Et in tantum subijcitur viro, vt vota aliqua sine eius consensu non possit vouere[a]
a xxx. q. vl. c. manifestū. & in c. cū apud. non enim mulier est facta ad imaginem Dei. ideo etiam ob hoc debet caput tenere velatum, vt habetur in

c Adulteriū. dic quòd l. viduæ possunt opponere stuprum, vt consuluit Pau. de Ca. cōsil. cxxj.

d Not. quando moritur sponsa, an vir lucretur dotē, de ista materia vide per Car. Zab. in c. ex tenore. de testa. idem Car. in c. cū dilectus. de consue. per Pet. de. Anc. in c. quēadmodū de iureiu. idem Pet. de Anc. in repe. c. canonū de cōsti. Abb. in rub. de spō. Ab. in c. iij. loco. de proba. Ab. in c. ex publico. de conuer. cōiu. Abb. in c. si inter virū. de spō. Abb. cons. j. in j. vo. Abba. cōs. clxxv. & signorellus de homodeis de mediolano. cōs. suo. cxlvj. incipiē. in quæstiōe vertēte inter dominū vinianū.

2 c. mulier. cum se. †Redeamus nunc ad materiā. hic vir prædecesserat, & sic dos petebatur, quia matrimonium erat solutum per mortem viri, quoniā regulariter dos est restituenda mulieri superuiuēti, vt l. ij. in princ. ff. so. mat. cum simil.

3 †Fallit si mulier adulterium commisisset, quia tūc
b priuatur dote,[b] & cedit lucro mariti & hæredum eius. vt l. cùm mulier. ff. solu. mat. & no. per glo. in d. l. ij. in princi. & in l. consensu. C. de repu. nisi fortè cōmisisset adulterium de consensu viri. vt d. l. cū mulier. vel si etiam ipse vir cum alia muliere adulterium cōmisisset, quia his duobus casibus non lucrabitur ipse vir dotem. vt l. viro atque vxore. ff. so. ma. Item non perdit mulier dotem si post adulterium eā recōciliauit, & eius mores approbauit. vt in c. plerūque. ff. de do. inter vir. & vxo. no. in d. l. cū mulier. quod tenementi. nam pluries vidi de facto, quòd mortuo viro eius hæredes, vel malitia, vel inimicitia, aut paupertate deuicti volentes effugere restitutionem dotis obijciūt mulieri adulteriū[c]
c commisisse, vnde si mulier sentiat se posse probare, debet replicare quòd eius vir similiter adulterium commisit cum Berta, vel ipsam posteà reconciliauit, & hoc probato remanebit actio de dote sibi salua. nam viri persępe incurrunt hoc vitiū & eodem modo posset replicare mulier quòd in eius adulterio consensum præstitit: vt aliquando faciunt plures, qui claudunt oculos: vt egregiè not. circa hoc in c. j. vt lit. non contesta.

4 †Sed nunquid mortuo viro poterit ipsa mulier intrare propria authoritate in bonis immobilibus per eam traditis in dotem? Dic quòd non, nisi in instrumento dotis fuerit appositum dictum de ingrediendo, quod nota tu notarie, quia solet communiter apponi in instrumentis. vnde expedit aliâs intrare cum authoritate iudicis. vt determinatur per textum & glossam in l. dotis actio. C. so. mat. Vbi autem econuerso mulier prædecedat viro superstite in matrimonio, tunc regulariter per hæredes ipsius mulieris repetitur dos à marito. vt l. dos à patre. cum simil. ibi not. C. so. ma. nisi intercesserit pactum speciale dotis lucrandæ. vt ff. de pact. do. l. si pater. in princi. & d. l. si inter virum. cum simi. aut statuto, vel decreto
d cautum sit quòd vir lucretur dotem[d].

5 †Vnde pro eius declaratione quæro de tali quæstione, Pone statuto Papiæ caueatur quòd vxore mortua in matrimonio, vir dotē lucretur. Ecce quòd Titius desponsauit Bertam virginem per verba de presenti, quam ipse Titius ad domum suam nō traduxit, nec ipsam carnaliter cognouit & sic mortua est dicta Berta virgo in domo sua propria, vel paterna, quæritur an ipse Titius lucretur dotem sibi ab ea traditam, & promissam, & videtur quòd sic. per ea quæ no. Cy. in l. cum inter. in vlti. q. C. de do. ante nupti. & in l. pe. ff. de do. inter vi. & vxo. nuptiarum enim consensus nō concubitus, vel ductus in domum facit matrimonium, sed consensus simplex eorum. l. nuptias. suprà de regul. iur. & l. cum hic status. §. si mulier,

mulier.ff.de do.inter vir.& vxo. §.nuptias.in auth. de nup.& extra de spō.in c.cum locum.xxvij.q.ij. c.sufficiat.& sic habent locum verba statuti, ergo & ipsum statutum, vt l.adigere.in §.qu amuis.ff. de iurepa. & l.quod dictum. ff. de pac. cum si.In contrarium facit,quia videtur facta promissio,vel datio sub conditione si ipsa virgo ducatur ad domum viri,prout fieri solitum est ab omnibus,arg. in l.stipulationem.ff. de iure do.& l. non enim. & l.promittendo.in prin.ff.eo.tit.vnde cùm defecta, & non impleta fuerit conditio,debet cessare ipsius dotis lucrum & acquisitio, & in hanc partem videtur consuetudo inclinasse. †Sed pone quæstionem de facto. Ecce quòd mulier tempore dotis traditæ stipulata est à viro si sine liberis prædecesserit ipsa vxor in matrimonio dotem ipsam in toto,vel in parte fratribus suis reddi & restitui, quæritur an hoc casu eueniente morte vxoris in matrimonio,sine liberis detur actio fratribus eius ex ipsa stipulatione ad vēdicandum ipsam dotem? dic quòd non,vt l.si genero.C.de iu.do. & no.per Cy.in l.cum patrem.C.eo. tit.facit.l.pactum.& l. pater. C. de pac.conuē.& quod no.per Barto.in l. caius. ff. so. ma. quia regulariter alteri extraneo stipulari,vel pacisci non potest,vt l.stipulatio ista. §. alteri. ff.de verb. ob. vbi ergo quis ex forma l. municipalis possit alteri stipulari, vt est Papiæ, tunc ipsi fratres possent ex ea stipulatione agere, est ergo consilium vt ipsimet stipuletur de voluntate & de consensu sororis suæ. vel notarius illorum nomine tanquam publica persona stipuletur.

7 Nunc autem videndum occurrit, an pendente
a matrimonio possit mulier aliquo casu dotem[a] repetere, & glo.in d.l.ij. in prin.ff.sol.ma.respondet quòd sic in quatuor casibus.Primus est quando maritus vergit ad inopiam, vt d.l. si constante.in prin.ff. sol.ma.& ibi plenè per Bar.& no. per Cy. & alios in l.vbi adhuc. C. de iure dot. & per tex. & glo.in c.per vestras. extra de do. inter vi.& vxo.& infrà dicetur. Secundus est quando maritus deportatus est in insulam. & sic perdit bona sua, vt l. si marito. ff. solu. matrimo. nec mirum quia per hoc factus est pauperrimus,ideoque in-
8 cluditur sub præcedenti casu. † Et per hoc deciditur illa quæstio,si maritus fuerit de ciuitate ex pulsus,vel bannitus maximè eius bonis adēptis,qđ mulier possit petere dotem ipsam, vt tenet Bart. in dicta lege si constante.Tertius casus est quando matrimonium nullum fuit: vel non est secutum vt l.quemadmodum. ff. de iure do. differt tamen hic casus à præcedentibus in qualitate actionis:nā hoc casu petitur dos per condictionem sine causa vel ob causam,vt l.fina. cum simi ibi no.ff.de condi.sine causa.& in l. qui contra. C. de incest. nup. In alijs autem casibus repetitur per actionem ex stipulatu, vt dictum est suprà. Quartus casus est idem cum præcedenti, de quo in l.j.C.de repu.

†Deinde quæritur an illis casibus in quibus durante ipso matrimonio,dos potest repeti per mulierem, nunquid eius maritus sine alio processu possit spontanea voluntate restituere ipsam dotem, & maximè eo casu, qui communiter accidit, quando maritus ad inopiam vergit,in qua quæsti. gloss. in d.l.ij.in principio. dicit quòd sic, in certis specialibus casibus. Primò videlicet in casu alimentorum filiorum eius primi matrimonij ac etiam proprij patris, vel fratris ipsius mulieris, ac etiam pro ipsorum redemptione si forent in carceribus mancipati, necnon & pro aliquo fundo seu prædio ipsi mulieri emendo & in causam ipsius dotis conuertenda, prout fieri multoties consueuit in partibus pedemontium & montisferrati, vt hæc omnia habentur in l.quamuis.& in l.sequenti. ff. so. ma. & in l.mutus.§. manente. ff.de iure do. In cæteris autem casibus maritus sponte restituendo,regulariter non liberatur, nisi ex ea solutione mulier locupletior efficiatur. vt in l.j. & ibi per Cynum. C. si dos constan. ma.so.sit. pro quo etiam facit in authen. de nuptijs. in §. dotes. ff.de iu.do.l.fin. quam opini. sequuntur docto. in d.l.j.& in d.l. ij. in principio.

a No. an mulier pendente matrimonio possit dotem repetere & in quibus casibus glo. in sti. de ac. in §. fuerat Cy. in lege vbi ad huc. C. de iu. do. spe. in ti. de do. inter vi. & vxo. in §. j. & vide in l. si cōstante. in apostilis. ad Alex. ꝑ me factis.

10 †Amplius quæritur si vir vergit ad inopiam, an mulier teneatur repetere dotem suam, maximè agendo contra extraneos possessores rerum per maritum alienatarum, & an longi temporis præscriptione repellatur, quòd non, quia regulariter pendente matrimonio non currit contra actionem de dote aliqua præscriptio, vt in l. cum notissimi. §. illud. ff. de præscrip. xxx. an. tu dic contra per tex. in l. in rebus. §. fina.C.de iure do. & no. per glo. in l.sicut.C.de præscripti.xxx. an. nec ob. §. illud. quia ibi loquitur quando maritus est diues, nec vergit ad inopiam. Expedit ergo vt mulieres sint cautæ, quando vident maritos alienare bona & incipere malefacere facta sua, quòd statim petant dotem suam, sed quia sunt ignaræ literarum, & timent maritis eorum displicere, laudabile esset in hoc casu per viam statuti prouidere ne se reperiant sine dote. Rursum quæritur, mulier potest dotem repetere quando maritus est pauper & incipit depauperari, seu bona quę habet non sufficiunt ad exactionem dotis quæ sinonima sunt secundū Bar. vbi supra.

11 † Qualiter? probabitur [a] de prædictis, dicunt Dy. & Cy. in d. l. vbi adhuc. quòd probabitur per vulgi opinionem, seu per vocem & famam. & hoc idem not. in §. illud. in authe. de æquali. do. Barto. autem in l. si constante. distinguit, aut agitur contra maritum, & tunc procedit d. opi. aut contra extraneum, & tunc debet fieri probatio aliter quàm per famã. videlicet per testes vicinos qui dicãt quòd vendit bona sua, contrahit debita. & secundum Iaco. Bu. potest addi quòd vadit peius indutus quàm consueuit, malè viuit in domo, & similia quæ solent pauperibus euenire, argu. in l. is qui. §. fi. de tu. & cu. da. ab his. & l. cum de legi. ff. de probationibus. & l. prima ff. de cur. fu. & l. in cõdemnatione. ff. de re iu. & l. sed si susceperit. ff. de re iudica. & no. per Iac. Bu. in l. actor. in fin. C. de proba. Et ratio differentiæ scdm Bar. est quia quando agitur contra maritum non vertitur magnum prę iudicium; quia ipsi fructus dotis restituendæ seruire debent oneribus matrimonij, vt in d. l. vbi adhuc. quæ rõ cessat quando agitur cõtra extraneum de cuius præiudicio magno ptra
12 ctatur. † Et ex hoc habes notare vnam differentiam inter restõnẽ dotis quæ fit mulieri post mortem viri, & illam quæ fit propter viri pauper
13 tatem. † Quid ergo si lite inchoata cõtra virum super dotis restitutione propter eius paupertatem, contingat lite pendente ipsum maritum mori, an ex eadem instantia poterit ferri contra eius hæredem sentẽtia? Dyn. Bartol. & Bald. in l. post finitam. ff. de suspe. tuto. tenent quòd sic, quia sola qualitas actionis immutatur, quæ non impedit iudicium transire. argumen. in l. delictis. §. si detracta. ff. de nox. de qua iudicij translatione plenè notatur per Bartolum in l. cùm hominem. ff. de solutioni.

a Quomodo probatur quis pauper effici. Cy. in. l. vbi adhuc ff. de iu. do. Bar. in. l. illa stipulatio. ff. de verbo. ob. l. u. Ro. consil. ccxlij.

14 † Sed quid dices si pendente hoc iudicio contra maritum superuenit sibi hæreditas opulenta, ita quòd factus est diues, an cessabit iudicium cõtra eum. videtur quòd nõ sicut in simili dicitur quãdo iudicium excussionis est inchoatum, quo pendente auctæ sint facultates debitoris, nam per hoc cessat excussio secundum Ioann. de aret. argumen. l. penulti. §. fi. ff. qui. satis. cog. & ff de ap. l. fi. In contrarium facit. l. si mulier. ff. solu. ma. & hoc puto verius, quia cũ dos ipsa subiacere debet alimentis cõmunibus, si perueniãt alimenta aliunde sufficientia, crederem extingui. ar. l. si mu-
16 lier. † Vlterius quæritur quid si tpe contracti matrimonij maritus erat pauper, an possit mulier prætextu huius paupertatis dotẽ repetere, distingue scdum Cy. in d. l. vbi adhuc. aut mulier tũc noticiã habuit de hac paupertate aut ignorauit. Primo casu repellitur mulier, quia in culpa fuit. Scdo casu admittitur mulier, qa cessat culpa, vt hæc pbãtur in l. si ei à quo. §. fi. ff. vt in pos. leg. C. de spõ. l. fi. §. his. Dy. verò dicit simpliciter qd non admittitur p d. l. si ei à quo. §. fi. sed Bar. in d. l. si cõstante. dicit contra Cy. qa mulier potest petere indistinctè. ar. l. de die. cũ l. seq. & l. attilicinus. ff. de pac. do. Cano. autẽ in d. p vrãs. extra de do. inter vi. & vxo. approbant opi. Cy. & eã puto veriorem & magis
17 æquitati consonã. † Item q̃ritur qd si socer vergat ad inopiã an erit locus repetitioni dotis, sicut in marito dicimus, & glo. in d. l. vbi adhuc. & in d. l. si constante. tenet idem esse in vtroque quando socer dotẽ receperat solus, siue cũ filio, licet Bar. in d. l. si constante: quando simul receperũt dotem distinguat, aut sunt duo rei debendi eiusdẽ dotis, & tunc habent locũ prædicta. aut nõ sunt duo rei, & tũc secus. Cy. tenet in gl. vbi supra, patet ergo in casu præmisso quòd pater tenetur pro filio ad dotis restitutionem, qñ se obligauit expresè dotem
17 recipiendo. † Quid ergo si filius recipit dotẽ patre simpliciter consentiente an tũc erit pater obligatus ad restitutionẽ dotis? breuiter scdm doc. distingue, vt no. in l. si cũ dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat. aut solus pater recepit dotẽ, aut solus filius. Primo casu aut pater recipit suo nomine tantum, & tunc ipse solus tenetur nõ filius, nisi fuerit patris hæres, vt in d. §. transgrediamur. versi. sed si maritus. & ver. si. aut recipit nomine filij tantum expresse, acto quòd ipse pater non teneatur, & tũc si quidem filius ratum habuit, ipse tenetur & non pater, vt d. l. si pupilli. § j. ff. de neg. gest. aut pater recepit nomine suo, & filij. & tunc si filius ratum habeat tenetur vterque, vt d. l. si pupilli §. j. tanquam duo rei debendi, qui pro dote licitè obligantur, vt l. fi. C. de do. cau. non nu. &c. Secundo casu principali videlicet quando filius solus recepit dotem, tunc subdistingue, aut recepit de iussu patris, & tunc secundum gl. in d. §. transgrediamur. distinguitur, aut tradens habuit animũ obligãdi vtrũque, vel alterum tantùm in dubio, aut secundũ Barto. videtur habuisse animum obligandi vtrũque, & per consequens tenetur vterque. arg. l. in ambiguis. ff. de iu. do. alij autem dicunt quando filius de iussu patris recepit dotem solum patrẽ teneri. ar. l. fi. ff. quod iussu. & C. quod cum eo. l.
18 si ex contractu. † Si verò recepit sine iussu patris & tunc aut ipsam dotem vertit in vtilitate patris, & tunc pater tenetur de in rem verso. vt ind. §. transgrediamur. ver. sed si filiusfa. in fine. Fallit in certis casibus ibi no. in quibus pater inter-

dum tenetur, aut non cõuertit ipſam dotem in patris vtilitatem, & tunc pater tenetur de peculio. vt d.§. transgrediamur. ver.ſed ſi filiusfa. in fi. filius verò tenetur inſolidum. vt l.tam ex contracti-
19 bus.ff.de iudi. †Sed circa præmiſſa occurrit quæſtio quotidiana Ecce quòd filius repetit dotem patre præſente vel nudũ cõſenſum præſtantè, an pater propter talem ſimplicem prȩſentiã vel conſenſum obligetur ad dotis filij reſtitutionem? Et videtur quòd non niſi de ſolo peculio filij. vt l.Lucius Titius.ff.de admi.tut.& no.in l.j.§.j.ff. quod iuſſu. In contrarium determinat Bar.in d. §.transgrediamur. tali ratione, cogitur pater ſe a
a obligare pro filio dotẽ recipiente, ar.in l.qui liberos.ff.de ri.nup.& infrà dicam, ergo eius præſentia, vel nudus conſenſus inducit obligationem. ar. l.ſi filius.ff.de tu.cum ſi. Cuius tamen gratia pro pleniori huius articuli doctrina ſic diſtingue, Aliquando pater cogitur in aliquo actu conſentire ſimpliciter ſed non ſe obligare, & tunc præſentia, vel nudus conſenſus non inducit obligationem. vt l.non ſolum.in §.neceſsitatem.C.de bon. quȩ lib. Quandoque pater vel alius cogitur ſe obligare, & tunc præſentia, vel conſenſus obligationem inducit. vt hîc.& d.l.ſi filius.ad quod facit l.ſi quis inter. §.imperator. ff.de excu.tut. quandoque quis non poteſt cogi conſentire, nec ſe obligare, & tũc nudus cõſenſus nõ inducit obligationem niſi quatenus eſt in peculio, vt in d.l.Lu-
20 cius Titius. †Vnde reuoco in dubium an pa-
b ter[b] cogendus ſit ſe obligare pro dote filij, dicũt quidam vt Dy. quòd ſic per d.l.qui liberos.ff.de rit.nup. & l.fi.C.de do.promi. & l.fi.ff.de ſuſpe.tu.& l.ſi quis in tres.§.imperator.ff.de excu. tu. Ia.aũt de Are. tenet contrarium l.ij.ff.ad mun. Sed Bart.in d.§.transgrediamur. ſic diſtinguit, aut filius accepit vxorem de conſenſu & volũtate patris.& tunc pater cogitur ſe obligare: aut præter eius voluntatem accepit, & tunc aut talis vxor eſt perſona vilis, & non cõueniẽs ipſi filio, & tunc pater non tenetur ſe obligare, cùm poſsit à patre hoc caſu filius exhæredari. ſecũdum iura ſorũ. vt l.non tantũ.§.ſi emãcipatus.ff.de cõtrata. aut accepit perſonam honeſtã & ſibi cõueniẽtẽ, & tunc pater cogitur ſe obligare, & procedit opi. Dy. ar.d.l.qui liberos. cum ſi. nec aliter credo Dy. intellexiſſe maximè etiam attento quòd pater cogitur donationem propter nuptias dare pro filio. vt l.fi.C.de dot.promiſ. ergo etiam ſe obligare pro dote. quia hodie de conſuetudine generali ceſſat donatio propter nuptias, & ſic non reperitur hodie pater ꝓ filio dupliciter obligari. hãc partẽ ap
21 ꝓbat Ray. †Quid ergo dicemus ſi pater dicat ſic, ſi debeo obligari, volo ego dotem recipere? filius autem contradicit dicens ſe velle eam recipere, quis præfertur in recipiendo? Ego diſtinguerem aut filius habitat ſimul cum patre, & tunc pater recipiet dotem: cùm ipſe ſuſtinere habeat onera filij & eius vxoris. ar.l.ſi filia.§.j.ver.hoc amplius.ff.fa. her. aut filius habitat ſeparatus à patre & tunc quia ipſe ſuſtinet onera matrimonij & vxoris, debet ſibi fieri numeratio dotis & pater pro ea obligatur. ar.in l.ſi filia. §.j.& in l.ſi is.§.j.ff. de iure dot.
22 †Quid ſi extraneus[c] ſit obliga-
c tus ad reſtitutionem, an eo vergente
d ad inopiam[d] poterit mulier agere, ſicut dictum eſt in marito. dicit gl. ꝙ ſic. in d.l.ſi cõſtãte.& idẽ ſequitur
23 Cy.& Bar. vbi ſuprà. †Poſt hæc quæritur. Ecce quòd maritus vel ſocer conuenti propter inopiã ad dotis reſtõnẽ offerunt mulieri ſatiſdationem pro ſecuritate ſuæ dotis, quęritur an ſit differenda ipſius dotis exactio? dicunt glo.& doct. quòd non. vt no.in d.l. vbi adhuc. Et ratio eſt, quia cũ hæc reſtitutio fieri debet, vt ſe ſuoſq; alat per talẽ ſatiſdationẽ non
24 conſulitur in his alimentis. †Inde quæritur, videmus quotidie in pluribus inſtrumentis apponi clauſulam quod diſſoluto matrimonio morte viri, dos reſtituatur vxori, nunquid poterit agere viro vergente ad inopiã? vr̃ qđ non, q̃a cùm ſibi ꝓuiderit in vnum caſũ tñ, vr̃ cæteris renũtiaſ-ſe. ar.l.ſi cùm dotẽ. in prin.ff.ſo.mat. & in l.extraneus.ff.de cõdi. ob cãm. In contrariũ determinãt dicto. vbi ſ.ea maximè ratione quia huic caſui mulier expſsè renuntiare non poſſet, ergo multominus tacitè. vt in l.
25 de die. cum l.ſe.ff.de pac.do. †Sed pone, pr̃ dotem recepit, deinde filiũ emãcipauit q̃a diues eſt de ſe, ſed pr̃ vergit ad ĩopiã, an fili⁹ poterit ab eo dotẽ repetere? doct. dicũt vbi ſuprà maximè Bart. qđ nõ, agẽdo actione de dote ſed debet venire alia via, vide licet intẽtare officiũ iudicis, vt pater cõpellatur dotam reſtituere filio ad onera matrimonij ſuſtinenda.& alle. glo. in l.ij.§. tamen.ff.de priui. do. Ego verò allego ibi tex.in d.l. ſi filia.§.j.ff.fa.her.& in l.ſi is.§.j.ff. de iure do. Deinde quia ſuperius dictum eſt quòd mulier in caſibus à iure conceſsis poteſt agere contra extraneum poſſeſſorem rerum ſibi
26 pro dote obligatarum. Quæritur an prius per eam ſit facienda excuſſio de bonis à marito poſſeſſis? gl. & doc.in d.l. vbi adhuc dicunt quòd ſic exemplo cæterorum. & ſic quo
27 ad hoc nõ eſt dos priuilegiata. †Adhuc quæritur. pone quòd hæc mulier agit pendente matrimonio propter inopiam viri ad dotẽ ſuam

a Cogitur pater. Adde quod voluit Pau.de ca. cõſ.clxviij. vbi quid ſi pater eſt mente captus.

b An pater. Bar.in l.ſi cum dotem ff.ſolu.ma. Bar. in l. dotem. ff. de ca.pecu. Ange.in l. j.C.de bonis quæ lib.

c Extraneus. Vide per Ale.in l.ſi conſtante.& ibi a poſt. vbi po ſuis conſilia Lud.Rom

d Inopiam doct. in l. ij.in princ. ff.ſo.ma.

obijcitur sibi quòd est suspecta de dilapidatione dotis, quęritur an sit repellenda à sua petitione? Barto. vbi suprà dicit quòd hoc casu dos est in sequestro ponenda, vt de ea communibus necessitatibus succurratur. ar. in l. si cũ dotẽ. sol. mat.

28 †Inde quæritur vidimus qualiter per modum agendi succurratur ipsi mulieri, quæritur nũc an per modum excipiendi eidem succurratur. v.g. creditores agunt cõtra maritum, quod videns mulier bona ipsius mariti nititur defendere tanquam sibi obligata pro sua dote, allegando inopiam viri sui: quæritur an possit? & dicunt doc. vbi suprà quòd sic, per tex. in c. per vestras. de do. inter vi. & vxo. De his autem no. & in d. §. j. & fi. Sed an illis casibus in quibus mulier agit pendente matrimonio sit mittenda in possessionem omnium bonorum ipsius viri, dic quòd non, sed solùm pro rata quantitatis suæ dotis. ar. l. j. in fi. C cõmu. de lega. secundũ doc. vbi suprà. & hoc procedit quando fructus dotis per se sufficiunt ad

29 eius alimenta. †Quid igitur si dos sit ita parua quòd per se non sufficit ad eius alimenta, quid fiet? dicit Bart. vbi suprà aut ipse maritus nihil tenetur dare, cùm in plus quàm tunc facere possit deducto ne egeat non sit ipse maritus compellendus. vt in l. in tantum. ff. de re iud. Aut habet bona aliunde sufficientia, & tunc tenetur ex alijs bonis alimẽta supplere. quia etiam nulla dote existente tenetur alimenta præstare. vt l. quòd si nulla. ff. de reli. & sump. fun. & l. si cùm dotem. §. si autem. in fi. ff. so. ma. & no. per doc. in l. quod in vxorem. C.

30 de neg. gest. †Quid autem dices in casu conuerso si fructus dotis restituendæ excedunt summam alimentorum ipsius mulieris, quid erit? dicit Bar. vbi suprà quod tales fructus superabundantes debita alimenta restituendi sunt viro, quia realiter omnes fructus dotis quantumcunque eximij cedunt in lucrum mariti. ff. de iur. dot. l. dotis fructus. & pro hoc facit in ar. l. ij. C. de episc. & cle.

31 †Item quæritur si facta dotis per virum restitutione, contingat ipsum peruenire ad pinguiorem fortunam, & diues efficiatur, an debeat dos restitui ipsi viro. gl. & Cy. in d. l. vbi adhuc. dicunt quòd non. per tex. in d. l. vbi adhuc in fi. & idem sequitur Bar. vbi suprà. licet Spec. teneat contra in ti. de do. inter vi. & vxo. §. fi. Sed pone quęstionem

32 sępius occurrẽtẽ. †Ecce quòd maritus cõuẽtus ab vxore ad dotis restitutionẽ propter eius supueniẽtẽ inopiã spõte cõfessus est in iudicio se vergere ad inopiã, & tradidit vxori ꝓ eius dote certa bona, quæritur an talis cõfessio sit sufficiẽs probatio inopiæ, vt licitè fieri possit restitutio talis? dic qđ sic. per l. j. & qđ ibi no. C. de cõfes. tu distingue, aut est quęstio inter vi. & vxo. & tunc plenè probatur contra eum. vt d. l. j. aut est quęstio inter virum & extraneum & tunc non probat. ar. l. j. C. res inter

33 alios acta. †Vltimò quæritur an prædictam confessionem spontaneam & factam solutionem poterit ipse maritus reuocare, si constat eo tempore eum fuisse diuitem? Breuiter doc. in d. l. vbi adhuc. dicũt quòd sic, qa quãdo maritus est soluẽdo & spõtè restituit dotẽ ipsi vxori, videtur donare, vt l. j. C. si dos cõstã. ma. & ibi ꝑ Cyn. Bar. verò vbi suprà tenet cõtrariũ, ratio est quia ꝑ hãc restitutionẽ nõ efficitur cõditio dotis deterior, imò melior. nec est verũ quòd sit donatio, quia mulier nõ lucratur fructus, cũ deseruire habeat oneribus matrimonij vt dictum est, quod habetur in dict. l. vbi adhuc.

EPITOME.

MATRIMONIVM legitimè contraxit. †Aduerte quòd vt actio cõpetat de dote, necesse est quòd matrimonium fuerit legitimè contractum, quia dos sine matrimonio esse non potest. vt l. fin. in prin. C. de do. ante nup. licet matrimonium possit esse sine dote. vt l. quòd si nulla. ff. de reli. & sump. fune.

2 †Quid si matrimonium appareat minus legitimè contractum, an competat mulieri actio de dote videlicet contra virum, dicitur autem matrimonium minus legitimè contrahi varijs ex causis, vel ratione deficiẽtis cõsensus, vel ratione ætatis, vel ratione cõsanguinitatis, vel ratione affinitatis vel ratiõe publicę honestatis, vel rõne pluralitatis vxorum, vt plenè legitur & tractatur institu. de nupt. §. ergo non omnes. & per Azo. in summa. C. de nup. & per Goffr. in summa, extra de sponsa. & ma. & pulcherrimè per Ioa. And. in

sum. sua super. iiij. li. decretalium. Et quantũ ad propositam quæstionem dicendum est quòd aut vterque s. vir & vxor sciebant matrimonium esse nullum, aut vterque ignorabat, aut vnus sciebat, alter ignorabat. Primo casu nulla cõpetit mulieri actio de dote, sed applicatur fisco: vt in l. qui contra. C. de incest. nup. & ibi no. Scđo casu competit mulieri ad dotem repetendam non actio ex stipulatu, sed condictio ob causam, vel condictio sine causa. vt l. j. C. de condi. ob causam. & ibi nota. & in l. si cùm dotẽ. §. fi. ff. so. ma. Quæ cõdictiones ob causam vel sine causa eiusdem sunt naturæ & potestatis cuius est actio ex stipulatu, quæ pro vera dote competit. vt d. §. fi. & ibi no, & in l. ij. in fi. ff. de priuile. credito. Tertio autẽ casu consyderandũ est aut mulier sciuit & vir ignorauit, & tunc ipsa perdit dotem, aut econtra vir sciebat, & mulier ignorabat & vir perdit donationem propter nuptias, & mulier repetit dotem: vt plenè not. in l. qui contra.

3 †Quid autẽ sit de eorum filijs, an sint legitimi vel naturales tantum, aut spurij vel illegitimi? Distinguitur per tex. cap. lator. extra q̃ fi. sint leg. nã vterque fuit ignorans & tũc filij sunt legitimi, qñ ignorantia nõ est crassa & contra ius naturale. aut vterque fuit sciens, & tunc filij sunt spurij: aut vnus fuit sciens & alter ignorans, & tunc quoad scientem reputantur illegitimi, quantũ verò ad ignorantem erunt legitimi. dic vt in d. l. qui contra. vbi de his plenius disputatur.

4 †Quærendũ nunc superest quando dicatur matrimonium fore legitimè contractũ: vbi est sciendum quòd matrimonium solo consensu contrahitur. l. nuptias. ff. de re. iur. & in c. cùm locum. & c. tua nos. cũ si. extra de spõ. & l. ij. ff. de ritu. nu.

a Contrahitur ergo matrimoniũ legitimè [a] concurrentibus ad hoc pluribus respectibus, videlicet ætate legitima personarũ contrahentium quæ est in masculo xiiij. an. & in fœmina xij. an. inst. de nup. in prin. & no. in c. iij. de despon. imp. & in c. de illis. est tit. Idẽ & qđ matrimoniũ contractum sit publicè non clandestinè in camera vel furtiuè de nocte.

Quod ideo dispositum est per ius canonicum ne desit probatio eius, si alter coniugũ diffiteatur matrimonium. nam vbi vterque confiteretur sufficiens esset probatio, vt hæc probantur in c. j. & ij. extra de clã. despon. Cessare etiam debent impedimenta à iure disposita, quæ varia sunt. vt insti. de nup. §. ergo non omnes. cum si. suprà alle. quæ impedimenta his versicu. comprehẽduntur. Error, cõditio, votum, cognatio, crimem, cultus, disparitas vis, ordo, ligamen, honestas. Si sis affinis, si forte coire nequibis. Hæc socianda vetant connubia: iuncta retractant.

5 †Videamus igitur superficialiter declarationem horum versuũ pro rudibus. Dicitur ergo primò error. de hoc errore datur exemplum in eo q̃ putabat se cõtrahere cũ Berta, & erat lara,
b an talis error in substantia p̃sonæ impediat [b] matrimoniũ, qa deficit cõsensus q̃ est de substãtia matrimonij. vt dictũ est, cũ nihil sit qđ magis impediat cõsensum quã error: vt l. si p̃ errorẽ. ff. de iur. om. iud. & idẽ si interuenerit error stat' p̃sonę vt quia credebat contrahere matrimonium cum liberta, & contraxit cum serua:
6 vt extra de coniu. seruo. c. j. & ij. †Sequitur in versu conditio. Conditio intelligi debet de conditione propriè quæ est de futuro, aut de modo apposito in contractu matrimonij: quæ cõditio & modus, si quidẽ sit possibilis & honesta debet impleri, aliter vitiatur matrimonium: vt in ca. de illis. & c. super eo. & c. per tuas. extra de cõdi. appo. si autem modus vel cõditio sit impossibilis de iure vel de facto, tũc reijcitur & pro non appositis ha-
7 [redacted] quidem votũ emissum super matrimonio non cõtrahendo est duplex, videlicet solẽne & simplex. Solenne aũt est illud quod fit per susceptionẽ b alicuius sacri ordinis, vel per p̃fessionem alicuius approbatæ religionis tacitam vel expressam. vt in cap. j. de vot. lib. vj. His cessantibus appellat Votũ simplex qđ non dirimit matri- c moniũ contractũ, licet impediat cõtrahendũ: vt in c. j. cũ seq. extra q̃ cle.
8 vel vo. †Sequitur cognatio hic aduerte quia frequẽter accidit tale impedimentũ, vnde sciendũ quò ad pręsens attinet q̃ cognatio est triplex, videlicet spũalis, carnalis, & legalis.
9 †Cognatio spiritualis [c] est illa q̃ cõ
c trahit p̃ cõpaternitatẽ in sacramẽto baptismi, vel cõfirmationę, ĩ collatione chrismatis. quę cognatio impedit [redacted] moniũ inter cõpatrẽ & cõmatrẽ. vt in c. martinus. de cog. spi. †Et si vnus ex coniugatis leuet pẽdẽte inter eos mrĩmonio alienũ puerũ de sacro fõte seu baptismo, alter coniugum erit similiter cõpater, qa sunt vna caro: vt in c. j. de cog. spi. lib. vj. qđ est mirabile. secus ergo si ante matrimoniũ alter eorũ leuasset. vt no. in c. martinus. & xxx. q. iij. in c. post obitum. per alia autẽ sacramẽta exceptis superioribus duobus videlicet baptismo & confirmatione, non contrahitur compaternitas. vt in c. fi. in fin. de cog. spi. libr. vj. Item secundò impediuntur mrĩmoniũ cõtrahere filij tantũ ipsorum cõpatrũ inter se. †Vlteriores autẽ grad' puta enpotes, & p̃nepotes nõ

a *Matrimonium legitime docto. in rub. de spõ. & Ar. in lege. j. C. de ind. vidui. tol.*

b *Impediat. Addevt per Pe. de Anc. consi. ccix.*

c *De cognatione spirituali. vide per doct. in rub. de cog. spiri.*

tero accipere in vxorẽ aliquã ex cõ-
sanguineis suis sibi attinẽtibus vsque
ad quartum gradũ. & eodem modo
in casu conuerso me primo moriente
illa superstite, non poterit aliquis de
consanguineis meis vsque ad quartũ
gradum illam accipere in vxorem, &
ita intelligatur hæc materia quæ est
quotidiana, sed consanguinei mei &
quõdam vxoris meæ bene poterunt
inuicem coniungi, quia inter eos nul
la est affinitas, vt suprà dixi. ex quo
infertur quòd si habeo consangui-
neam in vxorẽ, & habeam vnam filiã
ex alia vxore tu potes contrahere
cum filia mea, quia inter consangui-
neos coniugũ non contrahitur affi-
nitas. Si verò tu habeas vnam filiam
& decedit vxor mea quæ est tibi cõ
sanguinea non potero ego contrahe
re cum dicta filia tua quia inter vi-
rum & consanguineos vxoris affini-
25 tas contrahitur, vt dictum est. †Sed
nunquid affinitas inter ascendẽtes &
descendẽtes extendatur solũ vsq; ad
quartum gradum sicut in trãsuersali
bus dictum est, an verò habeat pro-
hibitionem perpetuã: dic secundum
Io. An. & cõmunem opi. quòd habet
perpetuam prohibitionẽ: quia ita ab
stinẽdum est à consanguineis vxoris.
vt à proprijs. vt extra de cons. & affi.
c. j. & xxxv. q. iij. in c. de propinquis.
facit inst. de nup. in §. affinitatis quia
etiam tales loco parẽtum & libero-
rum reputantur. vt in d. l. non facilè,
26 §, & retro. in fi. & c. †Modò sequitur
fortè si coire nequibis. Hîc aduerte
quòd hoc vitium aliquando præce-
dit, aliquando sequitur ipsum matri-
moniũ. Primo casu quando præcedit
matrimonium distingue, aut proce-
dit hoc vitium ex corporis frigidita
te, aut ex maleficio, & vtroq; casu si
vitium & maleficium est perpetuũ
ad coitum, dissoluitur matrimonium
si hoc poterit probari. vt in c. ij. & iij.
& per totũ. extra de frigi. & male. &
si forsitã aliqua vera signa frigidita-
tis non appareant, debent per trien
nium simul cohabitare. quibus elap-
sis præstare debet iuramentum cum
scriptura manu propinquorum, quòd
data per eos opera ad coitum non
poterunt coire: & tunc debent sepa-
rari & cum alio poterunt contrahe-
re, & si forsitam ille frigidus vel ma
leficiatus in secundo matrimonio
potens ad coitum efficitur, restaura
bitur primum matrimonium & erit

a Et not. qd per hæc verba, vide gl. in l. ij. C. de acqui pos. & ibi Cy. & Bar & Io. an. in addi. Spec. tit. de emp & vẽ. in §. j. infra. §. nunc. for.

ad illud redeundum. vt not. in ca. laudabilem. & ca.
fina. extra de frigidis & malefic. in ca. fraternitatis.
cum similibus. Possunt tamen isti coniuges im-
pediti seu vitiati simul cohabitare, vt frater & so-
ror. vt in cap. iiij. & v. extra de frigidis & malefic.

Si autem frigiditas vel maleficium superueniat
post matrimonium carnaliter consummatum,
non dirimitur. vt in capit. j. & ij. suprà allegat.

Ex his patent declarati summariè dicti versus,
& declarati illi casus in quibus impeditur matri-
monium contrahi, & qd contractũ fuerit quando
27 poterit dissolui. † Aliqui tamen sunt casus in
quibus matrimonium non debet contrahi: si ta-
men contrahatur non dissoluitur, vt in matrimo-
nio contracto tempore feriarum prohibito, de
quo traditur xxxiij quæst. iiij. in cap. non debet. &
extra de ferijs. in ca. penulti. & etiam tempore in-
terdicti facti alicui per ecclesiam, vt extra de
matrimonio contract. contra interdict. ecclesiæ.
per totum. quid autem in ea muliere quæ forni-
cata est, nam possunt separari: quod intelligitur
quantum ad solum thorum, nec possunt per hoc
transire ad alia vota. vt extra de diuor. c. secundo.
Propter autem aliud crimen non reperitur ma-
trimonium posse separari, vt ibi, & si maritus eli-
gat separari ab vxore adultera, vel vxor eligat
separari à viro adultero, nisi inuicem reconci-
lientur, posteà perdit vxor dotem, & vir dona-
tionem propter nup. extra de dona. inter vir.
& vxo. in c. plerunq;. Si autem separarentur pro-
pter impedimentum consanguinitatis vel affi-
nitatis, tunc si quidem ignoranter contraxerunt,
mulier recuperat dotem & vir donationem
propter nup. Si verò scienter, tunc ambo per-
dunt, & fisco applicatur. vt in c. j. ij. & iij. & in
capi. si necesse. extra de donatio. inter virum &
vxorem.

EPITOME.

1 *Si matrimonium fit sine dote, an succurratur in aliquo ipsi mulieri?*
2 *Verbum tradidit, in materia dotali quid importat.*
3 *Dos certificata non tamen recepta, an poßit repeti.*
4 *Confeßio dotis facta per maritum, an præiudicet eius creditoribus.*
5 *An stetur confeßioni viri iurantis se talia ab vxore recepisse, licet ex alia causa quàm dotis.*

DEDIT ET TRADIDIT IN
dotem. Fuit ergo matrimonium cũ certa do
1 te. †Quid autem si fuit sine dote, vt aliquã
do contingit, nunquid mulieri in vita & post
mortem viri in aliquo succurratur? Et si quidem
mulier sit inops, & vir locuples eidem succurri-
tur post mortem viri in certa parte bonorum
eius. vt habetur in auth. præterea. C. vnde vir &
vxor. & in auct. vt li. ma. & aui. §. quia verò legẽ.
col. viij. & de exhib. reis. §. quoniã verò. credo etiã
hoc casu sibi succurri viro viuẽte. ar. l. quod si nul-
a lã. ff. de reli. & sũ. fu. cũ si. †Et no.[a] quòd per hæc
ver-

verrba tradidit &c.,pbatur traditio dotis,si dos est
in quantitate vel in specie mobili vel immobili.si
res ipsa tunc præsens erat tempore celebrati in-
strumenti. Vbi autem res ipsa immobilis esset ab
sens ab aspectu contrahentium,tunc habent verba
importare licentiam solam de ingrediendo vel
apprehendendo ipsam rem, vt no.est suprà in for-
ma capitulorum, & tangitur per Bar.in l. prædia.
3 ff.de acq.pos.& per Cy.in l.ij.C.eo.tit. †Quid au-
tem si in instrumento dotis dicatur quòd dominus
Tha.fuit confessus recepisse dotem, quam tamen
re vera non recepit, an poterit eo casu ista dict.
marga.talem dotem confessatam repetere? Super
quo breuiter sic distingue, aliquando maritus con
a fitetur se recepisse [a] dotem quam non recepit
spe futuræ numerationis, quod est quando non
numerata est, sed renuntiauit in instru. receptioni
non numeratę dotis. & tunc contra mulierem &
eius hæredes obstat exceptio non numeratæ do-
tis, si opponatur infra tempora limitata, vt habe-
tur in l. j. & auct. ibi posita. C. de do.cau.non nu.
aliquando confitetur se recepisse sine aliqua spe
numerationis futuræ,& tunc subdistingue,aut ma
ritus fuit confessus ante matrimonium perfectum
tempore sponsaliorum, aut post ipsum matrimo-
nium iam perfectum, & in vtroque casu attende,
an matrimonium sit dissolutum morte viri,& tunc
dic,vt infrà dicam, quando confessus est post ma-
trimonium perfectum.Aut matrimonium est dis-
solutum diuortio, vel morte mulieris, & tunc sub
distingue,aut enim ista confessio fuit relata & re-
stricta ad tempus præsens spōsaliorum: & tunc
quia reperitur facta tempore concesso,& quo per-
missa est donatio, & tunc ipsius dotis datur repe
titio. vt probatur in l. j.ij.responso. C. de do.ante
nup.aut fuit relata ad tempus futuri matrimonij,
& tunc quia facta est tempore prohibito,quo non
admittitur inter vi.& vxo. donatio, non poterit
hæc dos repeti .vt d.l.j.ij.respōso.& ibi no.per Dy.
Secundo casu principali quando cōfessio fuit emis
sa matrimonio iam contracto,tunc dic aut matri-
monium fuit dissolutum morte mulieris,vel diuor
tio: & hæc dos non poterit per hæredes ipsius mu
lieris à viro repeti, quia donatio est prohibita: vt
prædixi.& probatur in d. l. j. ij. responso.secundum
aliam lectu. est dissolutum morte viri: & tunc aut
ipse maritus fuit sic confessus animo donandi,quod
sic in dubio præsumitur secundum doct.quando
est paritas vel modica inæqualitas inter ipsos con-
iuges, & tunc proterit ipsa dos repeti per mulierē,
tanquam hæc donatio sit morte viri confirma-
ta:vt l.ij. C. de dote caut.non nu.& ibi plenè per
Cy. aut fuit confessus non simpliciter animo do-
nandi, sed quadam suadente quasi necessitate, qđ
est secundū doct. quando rusticus recepit vnam
nobilem in vxorem, aut multùm senex iuuencu-
lam,& tunc poterit ipsa dos repeti per mulierem
secundum Cy. ar.l.si ita stipulatus.ff.de ver.ob.&
eorum quæ per eundem no.in l.si voluntate. C. de
do.promis. Ad vnum tamen casum aduerte quòd
vbicūque dos promittitur vel confes
satur spe futuræ numerationis ante
mr̄moniū contractum,quòd in dubio
hęc promissio, & confessio habet in
se tacitam conditionem, videlicet si
matrimonium sequatur,quo non se-
cuto,annullatur promissio. vt in l.sti
pulationem. ff. de iure do.cum si.ibi
4 no. †Deinde quæritur ad pinguiorē
doctrinam præmissorum,an confes-
sio facta per maritū post matrimo-
niū super dote recepta præiudicet
creditoribus ipsius mariti, quæ quę-
stio sepius occurrit de facto.Breuiter
in hoc sic distingue. Aut est certum
quòd illa quantitas quē vir confessus
est recepisse, fuit sibi tradita per mu
lierem,& tunc cū licitum sit de iure
matrimonio durante dotem consti-
tuere&augere: vt habetur in l.pe.in
prin.& l.fi. C. de do.ante nu.& insti.
de dona.§.est & aliud.talis confessio
preiudiciū facit futuris creditoribus,
nō aūt anterioribus,vt probatur in l.
assiduis. cū ibi no. C. q potio.in pig.
ha.aut est certum quòd ipsam pecu
niā confessatam mulier non tradidit
viro,sed ipse vir animo donandi mu-
lieri sic cōfessus est, & tūc talis con-
fessio non præiudicat creditoribus
præcedentibus,neq; sequentibus,tā-
quā præsumptione fraudulosā. & sic
intelligā qđ traditur in auct. sed iā
necesse. per Cy. C. de do.ante nup.
aut est dubiū vn̄ hæc pecunia sit pro
fecta,& tunc præsumitur processisse
de bonis viri potius quàm vxoris, ra
tione euitādæ suspitionis turpis quæ
stus.vt habetur in l.quintus mutius.
ff.de do.inter vi.& vxo.& l.etiā.C.eo.
tit.& habetur in auct.de æqua.do.§.
aliud quoque.colla.vij.& per hoc nō
præiudicabit ipsa cōfessio creditori
bus, sicut in proximo articulo dictū
est,ad qđ optimè facit l.si quis post
hoc.in prin.C. de bo. proscri. & ibi
no.per aliquos,quod tene menti. Po
terit tamen morte viri hæc dos con
firmari, si non fuerit per eum reuo-
cata sicut confirmantur cæteræ do-
nationes. vt l.ij. C. de do. cauta non
5 nu. †Quid autem si maritus con-
fessus est ex alia causa quàm dotis
habuisse,ac eius vxore mille, & iura
uit sic verum esse, an standum erit
huic confessioni?dicit Bar.quòd non,
si non appareat manifestè quòd
processerit ipsa pecunia ex bonis
proprijs ipsius mulieris siue vxoris,
alioquin præsumitur donatio cuius

a Recepisse. vide latè Lu.Ro. cōsil. cccxlv. Ful. cōsilio. clxxxvj. & Raph. cuman. cōsil. lv. & Alex. cōsi. clxiij. in iij. volum.

donationis incapax est vxor.ff.& C. de do.inter vi.& vx.per totum.sicq; talis confessio iurata facta ad vtilitatem personæ incapacis non valet, nec probat. vt ibi no. per Bar.in l. cùm quis decedens. §. Titia honestissima.ff. de leg.iij. confirmabitur tamen morte viri, si per eum nõ fuerit reuocata.vt l. don.C.de do. inter vi. & vxo. & l. cùm hic status. §. j.ff.eo. cum simi.

EPITOME.

1 *Maritus an possit alienare rem immobilem traditam in dotem?*

2 *Rerum dotaliũ ad quem spectet periculũ.*

3 *Expensæ in re dotali, an possint deduci per hæredes viri?*

AC ETIAM. Castrum lamberti. Fuit etiam ista dos constituta, tam in rebus mobilibus, quàm
1 in immobilib⁹. †Vnde quæritur an maritus rẽ immobilem sibi traditã in dotem, possit alienare. in qua quæstione, quia quotidiana est, sic distingue, aut hæc res immobilis fuit in dotẽ tradita sub certa quantitate æstimata aut inæstimata. Primo casu sub distingue, aut est æstimata ea intentione, vt esset venditio, & sic tali æstimatione quę facit emptionẽ, aut fuit æstimata ea sola intentione vt tempore soluti matri. cognosci posset quãtum res ipsa effecta videretur deterior. Si quidẽ fuit æstimata vt esset quasi emptio contracta, qđ in dubio præsumitur, vt determinat glo.in d. l. si inter virum.C.de iure do.& tunc aut interuenit pactum speciale de re ipsa tradita in dotem restituenda sol. ma. & tunc non poterit per virum alienari: aut tale pactum non interuenit, & tunc alienari poterit: quia æstimatio succedit loco rei. vt habetur in l. quoties. C. de iure do. cum simi. Si verò fuerit æstimata, vt sciretur quantum deteriorata esset, tunc nõ poterit alienari. vt dicta. l. si inter virum. Secundo casu principali qñ nullo modo fuit æstimata, tunc alienari non potest, cùm sit fundus dotalis: vt l. j.ff.de fundo do. insti.quib. aliena. licet. in prin. & no. per glo. & habetur in l. j. §. & cùm lex. C. de rei vxo.act. etiam si vxor consentiat. vt ibi no. nisi iurauerit expressè non contrauenire, quo casu mulier repellitur secundum iura canonica.

a *Expensæ i re dot. Bald. in l. eum. C. de vsufr. Bar. in l. cotem' de pub. Raphæ. fulgo. in l. si proprietarius. & in l. dãni. in §. j. ff. de dam. infect.*

licet contrarium disponant iura ciuilia, vt habetur in c.cùm contingat.de iureiu. [redacted] Ex quibus patet so.ma. quid petere debeat mulier an rem vel æstimationem, nam vbi res est tradita inæstimata, tunc ea sola petitur, si verò fuerit æstimata vt sciatur quantum fuerit deteriorata, tunc idem Si autem, vt faciat emptionem, tunc considera an sit pactum interpositum cuius sit electio, & tunc erit seruandum, vbi autem pactum non intercessisset, & tunc erit electio mariti & eius hæredis an velint soluere rem, vel æstimationem: & in hoc differt à contractu emptionis, vt hæc habentur in l.plerunque.in prin.& in fi.ff.de iur.do.& in l.quo-
2 ties.C.eo.ti.& ibi not. †Queritur rerum datarum in dotem ad quem interitus vel deterioratio vel periculum pertineat, an ad vxorem vel ad virum. In qua quæstione sic distingue, aut res est data inæstimata, & tunc periculum tam peremptionis quàm deteriorationis spectat ad vxorem: quia omne commodum proueniens ex ipsa spectat ipsi, vt in dicta lege.plerunque.in princi.§. primo nisi vir culpam adhibuisset. Nam tenetur illam diligentiam in re dotali adhibere quam faceret in proprijs. lege in rebus in princi. ff. de iur.dot.& l.si constante. §.si maritus. ff.so. ma. Aut res est data æstimata, illa æstimatione quæ facit emptionem, & tunc pertinet periculum ad ipsum virum, & in hoc sapit naturam contractus emptionis. vt probatur in l.plerunque.in prin. & lege fina.& lege mancipia.in fine.& lege quoties. ff.de iur. dot. vbi autem esset æstimata alio respectu tunc puto periculum esse vxoris. per dictam legem si inter virum.C.de iur. dot. Et adde quod notat.per glo. in l.j.C. de iur.dot. ad vnum tamen aduerte quòd siue res fuerit æstimata siue inæstimata, dominium eius interim est mariti: & pro eã sibi soli competit ius agendi, & exponendi: vt habetur & not.in l. doce ancillam.C.de rei vendi.& l. de his. de iuredo.& l.j.§.cùm lege.C.de rei vxo.act. & probatur. in lege quamuis.in prin.ff.de iure do.& lege quintus. §. argento. cum si. ibi no. ff.de aur. & ar leg.
3 † Deinde quæritur pone quòd vir in re sibi data in dotem facit aliquas expensas, an sol. mat. morte viri poterunt hæredes eas expensas repetere agendo vel excipiendo vbi sic distingue, aut istæ
a expensæ [a] fuerunt factæ fructuũ colligendorum causa ex fundo dotali, & hæ non repetuntur. vt l. iij.ff.de impẽ. in re.do.fac. Aut expensę factæ sunt ad ipsius rei dotalis perpetuam, vel quasi, vtilitatem, & tunc aut tales expensæ sunt modicæ & non repetuntur, aut sunt magnæ, & tunc aut sunt necessariæ, aut vtiles, aut voluntariæ. Si quidem sunt necessariæ, tunc repetuntur. vt in l. qđ dicitur in prin. §. primo ff.de impẽ. in re. do. factis. Si verò sunt vtiles, tunc si factæ sunt de consensu &

voluntate mulieris repetuntur, aliàs non. vt l. vtiliũ. ff. de impen. & l. j. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxo. ac. & ibi no. Si autem fuerunt voluntariæ, tunc etiam si factæ sunt de voluntate mulieris, non repetuntur. vt l. voluntariæ. ff. de impẽ. licet vir eas possit auferre si sint separabiles. vt in l. pro voluntarijs. ff. eodem titul. vbi autem vir expenderet in soluendo canonem vel censum pro re dotali, non repeteret. vt in l. nec stipendium. ff. eodem titul. nota bene istum tractatum.

CVM OMNIBVS Suis iuribus & pertinentijs. Hî cquæro quę appellatione pertinentiarum contineantur. Respond. vt aliâs dixi secundum Innocentium, vt per eum not. in capitulo. ad sedem de re. spo. & in c. ex literis. de iu. pa. quòd comprehenduntur ea, quæ lege, vel statuto vel consuetudine deputata sunt, vt accedant. verbi gratia iurisdictio cohæret castro & iuspatronatus, & similia quæ cohęrent ecclesiæ, si peteretur ecclesia cum suis pertinentijs vel ius episcopale de quibus ibi vide.

EPITOME.

1 *Renuntiatio non numeratæ dotis quid importet.*

1 OMNINO Renuntians. † Ista renuntiatio dotis communiter ponitur per notarios in omnibus instrumẽtis per quam renũtiationem excluditur ipse vir, vt non possit vlteriꝰ opponere exceptionem non nu. dot. iuxta not. in l. si ex cautione. C. de non nu. pe. & l. j. & ij. C. de do. ca. non nu. quam aliâs opponere posset tam ipse quàm hæredes eius infra tempora à iure limitata, si renuntiasset. vt plenè no. in l. fin. & in authen. quod locum. C. de do. cau. non nu. Eodem modo excluderetur si notarius in instrumento diceret, talis numerauit occasione dotis tali, nam statur instrumento. Sed in hoc aduertat notarius, vt his verbis non vtatur, nisi videat pecuniam numerari, sicut scripsi suprà in forma libel. quando agitur hypothecaria, & tangitur per Bart. in l. ita stipulatus. §. grisogonus. ff. de verbo. obli.

EPITOME.

1 *Promißio in constitutione dotis importat stipulationẽ.*
2 *Bona minoris contrahentis matrimonium sine curatore, vel authoritate iudicis, an tacitè obligentur.*
3 *Datio fideiussoris, an valeat super dote conseruanda?*

1 SOLENNITER Tunc promisit. † Ista promisio intelligitur per stipulationem. vt in §. si scriptum. insti. de inu. stip. & l. sciẽdũ. ff. de ver. ob. quę & si expresè non interuenisset, habetur tamẽ iuris fictiõe pro expressa: vt l. j. post prin. C. de rei vxo. ac. & in §. fuerat. insti. de ac. sicque eius expresio parum operatur. ar. in l. hęc verba. ff. de le. j. & eodẽ modo intelligitur à iure bonorum obligatio interuenisse pro restituenda dote vt. d. l. j. §. plenius. cum si. licet cõsultius faciũt notarij expresè obligãdo bona mariti, quia expressa bonorum obligatio potior est, quàm tacita. vt l. fi. C. qui po. in pig. ha.

2 † Circa hoc quæro de vno, si vir minor xxv. an. habens curatorẽ, accipit vxorẽ, an eius bona tacitè obligẽtur pro dote restituenda, non interueniente curatore, nec iudicis authoritate dic ꝙ sic.[a] vt determinat gl. & Cy. in l. fin. C. de le. tu. ar. l. ij. in fi. & l. iij. in prin. ff. de reb. eo. nam ex quo lex permittit principale. s. matrimonium cõtrahere sine prædicta solennitate, vt insti. de nup. in prin. ergo & accessorium permitere videtur argu. l. mutus. ff. de iu. do.

3 † Amplius quæritur an valeat datio fideiussoris super dote conseruãda, & restituenda,[a] de quo plenè no. per Cyn. C. ne fid. do. dẽ. l. prima. & per. Bar. in l. si cõstante. §. quoties. ff. sol. ma. & in ea sunt opi. nã quidam, quos sequitur Dy. dixerunt quòd fideiussor de dote seruanda dari non potest, sed de ea restituenda sic, & ita concordant iura iuribus. Alij autẽ vt Azo. quẽ sequitur Bar. in d. §. quoties, tenẽt quòd nec pro dote restituenda, nec conseruanda dari potest fideiussor, cũ vtroque casu sit eadẽ ratio prohibitionis, distinguendũ est ergo solum. secũdũ Azo. & Bart. an huiusmodi fideiusio præstetur sol. ma. & tũc valet, aut matrimonio cõstante, & tunc non valet, dic vt ibi.[b]

[a] Dic quòd sic. adde Anch. consil. xciij. & quod voluit Ludo. cõ si. clxxxiij. & vide in dicta. l. si constante.

[b] Et restituenda. vide Pa. de Cas. consil. lxxvij.

EPITOME.

1 *Quibus casibus dos restituatur.*
2 *Socer an securè restituat, si restituit filio dotẽ propter discordiam cohabitationis.*

1 PERVENIT Ad casum restituendæ dotis. † Debes hîc scire quòd olim erant plures casus quibus fiebat dotis restitutio. vt not. in d. l. vbi adhuc. C. de iu. do. hodie verò sunt duo soli: videlicet morte viri ipsius, ac eius inopia interueniente, vt dictum est suprà, à qua quidem restõne dotis certis casibus, mulier & eius hæredes excludũtur, vt suprà dixi. vt no. per gl. & doc. in l. ij. in prin. ff. sol. ma.

2 † Sed circa hoc quæritur, ecce ꝙ socer recepit dotẽ sui filij, & nurus, sed non valentes omnes simul pacificare, vt frequẽter cõtigit, vel vitio nurus, vel nouercæ, aut aliter vult filius, & nurus separatim habitare à patre, qui pater est diues, ita quòd propter inopiã nõ est casus dotis re-

ſtituẽdæ.ſimiliter filius diues eſt, attamen ipſe pater cõtẽtus eſt dotẽ ipſam reſtituere,& filio,& nurui. Sed dubitatur,an ſecurè ſocer poſsit reſtituere, ita quòd nullo tempore poſsit pro ea amplius moleſtari,& quæritur de remedio.dicunt quidam in l. quamuis.& l.ſi cum do.§.traſgrediamur.ff.ſo. ma.quòd remedium eſt quòd ſocer, idéque pater dotẽ ipſi filio & nurui reſtituat ꝓ alimẽtis ipſorũ & filiorũ ſuorũ.ar.l.mut⁹.§.ſi.ff.de iu.do.& d.l.quã uis.cũ l. ſeq.ff. ſo.ma.de qua reſtitutione etiã aliquid tangit Cy.in l.ſi prædium.C.de iu.dot.

EPITOME.

1 *Muliere præmoriente ante virum, an ſit fienda dotis reſtitutio?*

2 *Auo dotante filiam ex filio, & moriente nepte cui fiat reſtitutio.*

3 *Soluto matrimonio morte viri, an incontinenti fiat reſtitutio?*

4 *Ex ſtatutis contrarijs loci mulieris, & loci viri de lucrãda medietate dotis,& totam dotem quod attendatur.*

5 *Vxore præmoriente, an ſecundum virum ex quo ſuſcepit filios, ſed bene relictis filijs ex primo, & ſtante ſtatuto in terra ſecundi de lucranda tota dote,qualiter fiat?*

6 *Mulier habens filios ex primo matrimonio, an ſecundo nubendo poßit tradere bona ſua.*

7 *Muliere tranſeunte ad ſecunda vota quantum debeant habere filij ex primo matrimonio.*

8 *Pactum de lucrando dotem ſecundo viro, quantum præiudicet filij ex primo matrimonio.*

9 *Nati ex ſecundo matrimonio,an habeant legitimam ſicut qui in primo.*

10 *Inter filios vtriuſque matrimonij,qualiter fiat diuiſio.*

11 *Filij ex primo matrimonio,an in caſu ſtatuti poßint ſaltem repetere legata vltra dotem per patrem ſuum,quæ mulier dederat ſecundo viro in dotem.*

1 DICTAE DOMINAE Margari. eiuſque hæredibus. †Reuoco hîc in dubium, ſi mulier præmoriatur ante virum, an ſit fienda reſtitutio dotis? & breuiter ſic diſtingue,aut pactum interceſsit inter vi. & vxo. ſuper dote lucranda ea pręmoriente, & illud eſt ſeruandum. ff.de iu.do.l.j.& ij.cum ſi. Et idem dico ſeruãdũ ſi ſtatuto ciuitatis,vel loci diſponatur ſup ei⁹ lucro, nã in hac ciuitate Papiæ, vnde mihi origo eſt,vir lucratur totam dotem,& idẽ fit in tota Lombardia, in aliquib⁹ alijs locis lucratur medietatẽ,quę ſtatuta ſunt ad literam ſeruanda. vt l. j. §. ſi is qui nauem.ff. de exer.& l.quod conſtitutum.ff. de teſt.tu,facit quod no.Inn.in c. cũ in tua. extra qui ma. accu.poſ.& l. omnes populi.de iuſt. & iu. etiã ſi mulier habeat filios de primo matrimonio. vt no.in l. hac edictali.C.de ſecund.nup. aut nullum pactum, nec lex municipij quicquam prouidet, & tunc aut mulier habet liberos,& illis reſtituenda venit. vt ff. & C. de offic. tut. per totum, aut nõ habet liberos,& reſtituenda eſt patri,ſi habet, vel ꝓximiori agnato,& ſic intelligi debet l.ſi mulier C.de iur.do.& l.dos à patre. C.ſolu.matrimo. & l. inter ſocerum. §.cùm inter patrem.ff.de pact.do.

2 Quid ſi auus,vt ſæpe accidit, dat dotem pro nepte ex filio eius,& moritur indeneptis,quæritur ad quem dos redire debeat? diſtingue ſecundũ Bar. quandoque auus dat dotem pro nepte contemplatione filij,& tunc videtur à filio profecta, ideo nõ extantibus liberis ex ea,ad ipſum patrem reuertitur.vt in l.profectitia. ff.de iur.do.& l.ſed ſi plures.§. in arrogato.ff.de vul.& pup.aut dedit dotẽ contẽplatione ipſius neptis, & tunc aut neptis deceſsit viuente auo,& tunc reuertitur ad auum.vt l. j.§.videamus. C. de rei vxo.acti.aut deceſsit poſt mortem aui,& tunc reuertitur ad ipſum filium de æquitate.vt l.dotẽ.ff.de col.bo.ſed de rigore non ſecundũm aliquos. ſic intelligitur l.auus.ff.de iur, dot.aut eſt dubium,cuius contemplatione dederit, & tunc præſumitur filij contemplatiõe dediſſe,ſic que ad eum reuertitur.& hoc caſu poteſt intelligi l.dotem & l. quintus.§.fin.ff. de an.leg.

3 Inde quæritur an ſol.matri. morte viri fieri debeat incõtinẽti reſtitutio. vbi diſtingue quòd aut maritus ſibi prælegauit dotẽ, vt fit cõmuniter, & tunc ſi legatũ ſit purum ſtatim poteſt peti, quia omnis legalis dilatio videtur ſublata.vt habetur in l.j.in prin.in ver.verũ.& ver.adeo ff.de do.præle. & ſic per hoc dotis conditio fit melior, nam deterior fieri nõ poteſt. vt l.de die.cũ l.ſeq.ff.de pact.do.aut nõ legauit dotẽ, & tunc aut dos cõſiſtit in pecunia,vel rebus mobilibus,& tũc differtur reſtitutio poſt annũ,licet olim differretur triẽnio. vt l.j.§.exactio.C.de rei vxo.ac.aut conſiſtit in rebus immobilibus, & tũc ſtatim fienda eſt exactio,

4 ſeu reſtuittio.vt in d.§.exactio. †Sed hîc quæritur de no.q. ecce quod circa reſtitutionem dotis reperitur quòd in loco contractus dotis, vel domicilij vxoris ſtatutũ diſponit quòd mortua vxore in matrimo.vir lucretur medietatem dotis, ſed in loco domicilij viri ſtatutũ diſponit quòd ipſe lucretur totam dotem. quæritur quod ſtatutum ſeruandum ſit? Dic quòd ſeruabitur ſtatutum domicilij viri, niſi contrarium inter eos ſit conuentum.vt no.in l.exigere dotem. ff.de iudi.licet regulariter attendi debet ſtatutum loci in quo celebratus eſt contractus.vt l.ſi fundus.in fi.ff.de euic.& no.in l.hæres abſens. ff.de iudi. Patet ergo quòd vxor ſequitur forum viri quoad dotis repetitionẽ: Item quoad debitum carnis, & operarũ.vt l.ſicut. ff.de ope.lib. Item quoad ſubeũdũ munera perſonalia,ſed quoad realia attenditur locus, vbi res ſunt ſitæ,vt habetur in l.j.C. de mulie.& in quo loco. li. xj. facit l.ea quæ deſponſata. ff.ad. munici. Quæ quidẽ priuilegia retinet vxor etiã poſt mortẽ viri, dum ſtat in viduitate. vt l filij.ff. ad muni. Ampilus quæritur,quid ſi vxor præmoritur ſine filijs ex hoc marito ſedũdo,& ſuperſtitibus ex ea filijs ex primo marito vigẽte in terra ipſius mariti ſecundi ſtatuto illo, de quo ſuprà dictum eſt.ſ. quòd vir lucretur dotem vxore mortua in ma-

5 trimonio &c. †quæritur an dos ſit liberis primi matrimonij in totum reſtituenda vel pro parte non

te non obstante d. statuto, & quia habui istã quęst. de facto in monteferrato, ideo circa eam plenius dicam, quàm dixerim. Et primò videtur dicendum quòd pro parte eis debita per legem sit restitutio fiẽda, nam mulier transiens ad secunda vota debet ex eius dote tantum dare filijs primi matrimonij, quantum ex ea confert marito secundo, & eidem vxori in plus interdicta est alienatio in secundum maritum, vt in l. hac edictali. C. de secun. nup. sicut etiam sibi interdicitur alienatio in certis alijs casibus qui habentur in l. fœminæ. C. eo. titu. ergo quicquid attentatum est contra legem nullius est momenti. vt l. non dubium. C. de leg. & l. cùm lex. ff. de fideiuss. In contrarium facit, nam ipsum statutum disponens quòd vir lucretur dotem videtur remouere omnem legem, per quam possit impedire tale lucrum, nam qui vult consequens, videtur velle antecedens ad illud consequens necessarium, vt l. nec is. & l. illud. ff. de acquir. hæredi. & l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procur. cum si. vnde cùm statutum velit maritum dotem lucrari ad hoc, vt ipsę mulieres reperiant facilius, q̃bus nubere valeant, consequẽs, est quòd vult tollere obstaculum d. l. hac edictali. & eorum quæ habentur in §. optimè. in auct. de nup. quod etiam confirmat in fi. l. exinde vlpianus. ff. de excu. tu. cum ibi no. quod obstaculũ nemini dubiũ est quin posset tolli per statutum. vt l. venditor. §. si constat. ff. com. prędi. & l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & hanc partẽ tenet Bal. in l. ea lege. C. de cõdi. ob. cau. quã approbauit lõgissima cõsuetudo totius Lombardiæ. Sed ipse Bal. mutato proposito, vt faciũt aliquãdo doc. videtur sẽtire primã partẽ in d. l. hac edictali. quæ opi. est magis æquitati cõsona. ad. l. fœminę. ĩ prin C. de secun. nupt. sed tu sequere præcedentem, quia minimè sunt mutanda &c. vt l. minimè. ff. de le. de qua q. vide quod scripsi infrà super for. li. pro legato rei singularis. ver. transeo ad quartum arti. & quæ pulchrè no. per Ia. de Bel. in d. §. opti-
6 mè. in auct. de nup. col. iiij. †Vbi quæritur an de iure communi possit mulier habens filios ex priori matrimonio tradere in dotem secundo viro omnia bona sua, & distingue sic, aut dat simpliciter, & sine pactione de lucrando, & tunc potest: vt in l. si liberis. C. de do. ante nup. aut dat cum pacto de lucrando, & tunc nõ potest, vt d. l. hac edictali. & dict. §. optimè. cum si. †Deinde quæri-
7 tur per eum quantum habere debeant de iure
a communi filij prioris matrimonij, de necessitate[a] matre transeunte ad secunda vota, & responde quòd habere debent debitum iure naturæ, & vltra eam partem, de qua in di. l. hac edictali. & not. per. glo. in dicto §. optimè. & hoc verum in rebus datis primò marito. In rebus autem legatis eidem à primo viro, debent dicti filij in totum omni-
8 bus anteferri, vt suprà dictum est. †Quid ergo si mulier dedit in dotem omnia bona cum pacto de lucrando secundo viro, an ipsi filij reuocabunt totum? dic quòd non, sed tantum quantum secundus vir tenere potest de iure, vt sic viriles inter omnes fiant portiones, vt
9 no. in d. §. optimè. † Sed an filij nati ex hac muliere in secũdo matrimonio debeant in istis bonis in dotem datis habere legitimam, dicunt quidam quòd non: alij quòd sic. vt in d. l. hac edictali. & in auth. ad eos. C. de secun. nupt. Tu dic secundum Iac. quòd legitimam habere debent sicut filij prioris matrimonij. vt in §. nec illud. in auth. de nupt. & C. de secun. nupt. cum alijs.

10 † Qualiter autem diuisio fieri debeat horum bonorum inter filios vtriusq; matrimonij, dic secundum eum. s. Ia. de Belui. quòd omnes prius accipient suã legitimam, deinde reliquum inter ipsum maritum & solos filios prioris matrimonij diuident vt singuli æquales ferant portiones, quibus filijs facta est iniuria per transitum ad secunda vota, alij verò filij secundi matrimonij, quibus nulla est facta iniuria vltra eorum legitimam nihil percipiẽt. vt no. per gl. in d. §. optimè. & no. quòd si pater moritur ab intestato, superstitibus filijs ex vtroq; matrimonio, quòd bona propria, & lucra legatorum communiter diuiduntur inter eos, sed dos pertinet filijs illius
11 matrimonij. vt in §. nec illud. †Sed præsupposito d. statuto pone, vt plerunq; de facto contingit quòd primus maritus legauit prædictæ eius vxori, vltra dotem suam certa bona ipsius mariti, quæ bona simul cũ dote posteà ipsa vxor tradidit in dotem secundo viro, nũquid filij prioris matrimo. poterũt saltem ipsa bona legata repetere, videtur quòd nõ, p̃ ea quæ proximè dicta sunt, sed videtur contrariũ per tex. in d. l. fœminę. post prin. C. de secun. nup. alia enim est ratio in dote propria ipsius mulieris, quam dare potuit, quia res sua propria tunc fuit, & ex suis bonis profecta, & alia in rebus legatis, posteà quam ex bonis primi viri profecta sunt: vnde æquum est ad filios primi viri debere reuerti, & ratio est, quia in his rebus legatis mulier habuit solum vsumfructum, vt sequitur.

a *De necessitate. An mulieri possit legari sub hac conditione, Si trãsierit ad secũda vota & si non trãsierit possit legato priuari: vide per Iason. & scribẽtes in l. diuortio. ff. solu. ma. & per Alex. cõsil. clxj. in ij. volu.*

EPITOME.

1 *Quæ dicantur iura dotalia.*

SIMVL CVM omnibus iu-
1 ribus dotalibus. †Hic quæritur quæ dicantur iura dotalia: &

respondetur quòd plura. Primò augmentum ipsius dotis, si quod factū sit, quod quidem de iure fieri potest, vel consuetudine, vel per statutum, vel conuentione iugalium, vel volūtate. vt l.j.& fi.C.de do.ante nup.& in §.est aliud.insti.de do.Quod quidē dotis augmentum regulatur secundum naturam ipsius dotis. vt in l.etiā. C.de iu.do.nec immeritò quia accessorium naturam sequitur sui principalis. vt in regula accessoriū.de re.iu. cū si.ibi no. Scdō est ius dotis donatio propter nuptias, vt in d.l.fi. Tertiò est de iuribus dotis fructus dotis existētis in fundo dotali tempore soluti matrimonij secundum distinc. traditam in l.de diuisione.& l.diuortio.& l.fructus.ff.so.mat.& in l.j.§.cū ex stipula.versi.itaq; partus.& ibi per gl.C.de rei vxo.actio. Quartò est de iu.dot.alimentorum exhibitio, de quibus statim dicetur.

a *Alat aliū de. adde de hoc & dic vt per Ale. in l.de alimētis C.de trāsa. & aliquid in cons.vij. al le.lxiij. in ij.vol. vbi si habui: ab alio quàm ab hæredibus viri, alimēta infra annū, quod ea non repetit.*

EPITOME.

1 *Quibus casibus maritus non teneatur alimentare vxorem.*

2 *Alimenta quomodo, & qualiter de necessitate præstentur.*

3 *Legato facto mulieri, vt si non possit pacificè viuere cum hæredibus habeat tot, cui incumbat probatio de non posse viuere pacificè, & mulier an debeat habere legatū, si per hæredes non stet, vt viuat pacificè.*

4 *Conditio adiecta legato, vt quis stet cum hæredibus: an debeat impleri?*

1 AC ETIAM alimentis sibi de iure debitis. † Circa huiusmodi alimenta debita vxori est aduertendum quòd aut durat matrimonium, aut est dissolutum Primo casu tenetur maritus vxorem alimentare, tam sanam, quàm infirmam. vt l.si cùm dotem.§.sin autē in sequissimo.& ibi no.ff.so.ma.& l.pro oneribus.C.de iur.do.& l.dotis fructus.in prin.ff.de iu.do.etiam si nullam dedisset marito dotem. vt l. quòd si nullam.ff.de re.& sump.fu.& plenè no.per Cy.in l.quod in vxorē C.de neg.ges.& amplius tenetur ad alimenta mulieri suæ etiam si patrem habeat, vt l.si filia.§.j.ff.fa.her. vnde si stetisset infirma in domo patris sui, & ab eo recepisset sūptus tā ī alimētis quā in curatione infirmitatis tenebitur maritus patri tales sumptus restituere. vt determinat Cy. in d.l. quod in vxorem. & vltra eum allego tibi text. no.in l.fi.in prin ff.de do. exce. Secundo casu quando matrimonium est dissolutum, tunc secundum aliquos distinguendum est. Aut dos est restituta ipsi mulieri, & tunc sibi non debentur amplius alimenta, quia debet de suo se alere, nec potest hæredi culpa imputari: Aut dos non est adhuc restituta & tunc aut tempus anni, quod datur per legem ad dotis restitutionem quando dos est in quantitate nondum est lapsum sed pendet, & tunc
a aut mulier habet vnde se alat aliunde [a] quàm ex dote, & tunc non tenētur hæredes mariti ad alimenta. vt not.per gl.in l.j.§.exactio. C.de rei vxo. ac.aliàs sic, vt per Cy.Pet.tamen vt refert Cy.dicit quòd si mulier non habet aliūde vnde possit se alere, est causa sufficiens compellendi hæredem ad dotis solutionem etiam pendente anno.ar.l.j.& ij.C.de patri.qui fi.di.elapso autē anno tenentur ipsi hæredes sine dubio ad vsuras seu interesse dotis.d.§.exactio.ad quod facit optimè text.in c.salubriter.extra de vsu.hodie autem tale interesse, & huiusmodi alimenta sunt per statuta terrarum limitata, vt est Papiæ. Alij dicunt quòd aut mulier stetit in viduitate, & tunc procedunt quæ superius dicta sunt, aut transiuit ad secunda vota, & tunc sibi nulla debentur alimenta ab hærede primi mariti. vt no. per Cyn.in l.fi.C.de bo.mater. Et prædicta locum habent in alimentis quæ petuntur dispositione legis propter dotē nō solutam, vbi aut peterētur dispositione hominis videlicet viri sui qui in eius testō sibi vxori alimenta legasset, vt videmus quotidie fieri, tunc posset vtranq; petere dotem tanquam debitam, & alimenta tanquam legata, etiam post annum, & post dotem solutam. argu.l.cùm quis.§.mulier.cum l.seq.ff.de do.exce.
2 & l.vxori maritus.ff.de vsufr.legat. † Ad vnum autem aduertendum quòd circa alimenta duplex est consideratio, vna qua quæritur, quomodo, & qualiter alimenta ex necessitate præstentur, de quo dic vt suprà, & infrà no.super forma libelli pro legato rei singularis.circa articulum alimentorum. Secunda consideratio est, qua quæritur quando, & qualiter alimenta voluntariè præstita repetantur, de quo plenè habetur & not.per do. in l.j.& l.alimenta.& l.quod in vxorem.C.de ne.
3 ge.& in l.nesennius.ff.eo.titu. † Hîc autem de vno quæritur quod sæpè contingit, ecce quòd maritus legauit, & ordinauit quòd vxor sua sit vsufructuaria, & domina domus suæ stando in domo cum hæredibus suis, & casu quo non possit cū ipsis pacificè viuere, ꝙ eo casu ipsi hæredes teneātur eidē pro alimētis dare dec. singulis annis. Cōtingit quòd ista mulier non vult stare cum hæredibus & allegat quòd non potest pacificè cum hæredibus viuere, hæredes autem dicunt quòd pro parte ipsorum nulla infertur molestia ei, & quòd sunt contenti quòd ipsa stet cum ipsis. quæritur hîc de duobus. Primò an, si non stet per hæredes, sed per eam quominus pacificè cum eisdem viuat, debeat habere extra domum alimēta

Secundò an mulieri incũbat onus probandi ſe non
poſſe pacificè viuere? Circa primũ puto ꝙ ex mẽte
teſtãtis, ad quã verba ſunt trahenda inquantũ poſ
ſunt. vt l.iij.in fine.C.de lib.præt.& l. in conditio
nibus.in prin.ff.de condi.& dem.cum ſimi.quòd ſi
mores hæredum non placeant mulieri quòd ſit in
eius arbitrio extra domum illorum vitam ſuam
ducere, & ab eis alimenta percipere, & ſic erit
ſenſus illorum verborum, cùm dixit, & in caſu quo
pacificè non poterit &c. Circa ſecundum dico qđ
ſtantibus præmiſsis, credendum erit ſolo verbo ip
ſius mulieris, alio non exquiſito ſuffragio, attamẽ
inquantum eſſet fienda aliqua extrinſeca proba-
tio, tunc eſſet fienda per ipſam mulierem, cũ hæc
conditio negatiuè concepta ſit cauſa intentionis
ipſius mulieris, tamen erit per eam probanda. iux
ta no. per Bar. in l. in illa.& l. ita ſtipulat⁹. ff. de ver.
4 ob. † Sed pone quòd maritus, vel alius legat
alicui decem annis ſingulis, ſi ſteterit cum hære
dibus ſuis, an hæc conditio debet impleri?, videtur
quòd non, imò ſit reijcienda, & legatum valet, vt
l. Titio centum. §.j. ff. de condi. & demon. de hoc
vide plenè in glo. ſeq. quæ incipit, hîc quæritur. in
§. ſi habitaculum.

EPITOME.

1 *Cuius conditionis bona mulier habere poteſt.*
2 *Quæ ſunt bona paraphernalia?*
3 *Bona quæ non ſunt, nec paraphernalia, nec dotalia quæ ſint?*
4 *Si mulier probat ſe habuiſſe bona ab amaſio, vel ſimili quæſtu, an remanebunt in eius dominio.*
5 *Maritus an teneatur fructus quos percepit ex bonis vxoris reſtituere.*
9 *Fructus ex rebus paraphernalibus, an ſint reſtituendi.*
7 *De fructibus ſemper expenſæ ſint detrahendæ.*

1 TANQVAM bona paraphernalia. † Ad cuius
dẽtiã ſcire debet iuuenis qđ mulier põt habe
re bona triplicis cõditionis. Quędã enim ſũt
2 bona dotalia, de qb⁹ dictũ eſt ſ. quædã verò [a] pa
raphernalia, quędã bona propria mulierum ſuo re
2 gimini tãtùm reſeruata. † Bona verò parapher
nalia ſunt illa, quæ vxor quando transducitur ad
domum mariti ſecum defert, & in quibus admini-
ſtrationem concedit viro tacitè, vel expreſsè, vt
patet in l. hac lege.& l. fina. C. de pactis conuentis.
& l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure dot. & dicuntur bo-
na paraphernalia à para, qđ eſt iuxta, & pherna,
quod eſt dos: quaſi bona iuxta dotem, vt notat
Azo. in ſumma, C. de iure dotium. in princi.
3 † Bona autem quæ non ſunt paraphernalia, nec
dotalia appellantur illa quę mulier habet omnino
ſeparatã à viro, & in ſuo regimine ac dominio ſibi
reſeruata. vt puta ſibi donata vel ex ſucceſsione
delata, vel aliter, de quibus loquitur l. maritus. &
quod ibi no. C. de proc. & conſtat hoc per veras
probationes, vnde ad eam peruenerunt ipſa bona:
alioquin in re dubia præſumuntur perueniſſe ex
bonis mariti ſui, & per conſequens deſinunt eſſe
vxoris, & erunt ſui viri, & hæredum
eius. vt habetur in l. quintus. ff. de do.
inter vi. & vxo. & in l. etiam. C. eod.
tit. huius autem præſumptiõis ratio
eſt, vt alio non probato præſumatur
quæſiuiſſe turpi de cauſa, quæ turpi
tudo potius eſt fugienda, quàm præ
ſumenda, vnde honeſtius eſt in re du
bia declinare potius in cauſam hone
ſtam, quàm turpem.

[a] Paraphernalia. bona gloſ. et Bal. C. de pa. cõſtan. Bar. in l. maritus C. de proc. glo. in ver. dotali. in c. plerũque. de do. int. vir. & vxo. & ad de ad materiam Pa nor. in c. ex literis. de pig. & in. c. conſtitutus. de procu. & de fructibus bonor. paraphenaliũ quãdo vxor petere poſsit vide per Alex in conſil. lxiij. co. ij. verſic. venio ad aliud. in. ij. volu mi.

4 Quid igitur ſi mulier probat legi-
timè quòd iſta bona habuit à ſuo
amaſio, vel ex turpi quæſtu, an ceſ-
ſabit. d. l. præſumptio. & remanebunt
in eius dominio, puto quòd ſic, nam
datum mulieri ex cauſa turpi fit ip-
ſius mulieris. vt in l. idẽ. §. ſed quòd
meretrici. ff. de condi. ob tur. cau. Cõ
firmat hoc tex. in l. quintus. ſumpto,
ar. à ratione ceſſante, dicit enim tũc
fore locum prædictæ præſumptioni
quando non demonſtrat, vnde ha-
buerit. ſed ſi demonſtratur, ceſſabit
illa præſumptio, nec curo ſi habue-
rit ex contractu vtili, vel inutili, vel
ex honeſta cauſa, vel inhoneſta, cũ
tex. loquatur generaliter, ergo de-
bet generaliter intelligi. vt l. de pre
tio. ff. de public. in rem act. & l. j. §.
generaliter. ff. de le. præſ. põt tamen
mulier dicere viro ſuo, & eius hære
di, quãtum ad te liberas ędes habeo.
l. loci corpus. §. competit. & l. ſicuti.
§. ſi quæratur. ff. ſi ſer. ven. fateor ta
men quòd in rebus honeſtis vxor te
netur operari viro. vt l. ſicut. ff. de
ope. li. & in ea habet locum præſum
ptio. l. ſi defunctus. C. arb. tu. & no.
in d. l. quintus. & l. etiam. Eſt autẽ
in effectu inter iſta bona multiplex
differentia, nam fructus rerum do-
talium cedunt in dubio lucro mari-
ti. vt l. pro oneribus. C. de iu. do. & ſu-
prà dixi. In fructibus autem rerum
paraphernalium diſtingue, aut mu-
lier tacitè, vel expreſsè in ipſis viro
adminiſtrationem conceſsit. & tunc
cedunt eius lucro, aliâs ſecus. vt l. ſi.
C. de pac. conuen. & ſic duo ſunt [a] hoc
caſu ſingularia. Primò quòd in iſtis
fructibus tenet donatio inter virum
& vxorem. Secundò quòd negotio-
rum geſtor non tenetur aliqua reſti
tutione. Et eſt fortè ratio, quia vidẽ
tur cõuerſi in oneribus matrimonij.
5 † Quæritur ergo generaliter, an
b maritus[b] teneatur fructus reſtituere
vxori, quos ex bonis eius, percepit,
in qua quæſtione ſic plenius diſtin-
gue, ſcđm Cy. vt no in l. j. § . cum ex

[a] An maritus teneatur reſtituere fructus vxo quos ex bonis ipſius vxo. percepit. Bald. in l. diuortio. ff ſolu. matrimonio.

stipu. C. de rei vxo.act. aut fructus sunt percepti ex rebus dotalibus, paraphernalibus, aut ex alijs bonis ipsius vxoris. Si quidem sunt percepti ante matrimonium ex rebus dotalibus, tunc subdistingue, aut sunt percepti ante matrimonium, aut post, aut eo finito. Primo casu iterum subdistingue, aut sunt percepti ab ipsa muliere, & tūc remanent penes eam, nec quærendum est de ipsorū petitione. vt l. diuortio. §. si messis. ff. sol. ma. aut sunt percepti ab ipso marito, & tunc conuertuntur in dotem matrimonio secuto. vt l. dotis fructus. §. j. in ij. respon. & l. si seruo. ff. de iu. do. & l. ante. in fi. ff. so. mat. Secundo casu principali quādo sunt percepti constante matrimonio per ipsum maritum, & tunc aut sunt percepti ante incœptum vltimum annū finiti matrimonij, & tunc cedunt lucro mariti. vt dicta l. pro oneribus. C. de iu. do. & l. diuortio. §. interdum. ff. so. matri. aut sunt percepti post vltimum annum incœptum finiti matrimonij, & tūc diuidendi sunt inter hæredes coniugis defuncti, & superstites pro rata temporis, quo durauit matrimonium. vt in dicto §. interdum. & dicto §. ex stipula. in fine. C. de rei vxo. & l. diuortio. & l. de diuisione. & l. fructus. ff. soluto matrimo. cum simi. Tertio autem casu principali quādo sunt percepti matrimonio finito, tunc in totum sunt vxori restituendi. vt dicta l. j. §. exactio. ver. fructibus. & l. mora. ff. soluto matrimo.

6 †Venio ad alium articulum, cùm quæritur de fructibus rerum paraphernalium, in quo distingue secundùm glo. in dicta lege fina. C. de pac. conuen. aut sunt fructus naturales, & tūc indistinctè restituendi sunt mulieri, nisi sint modici valoris. arg. l. si id quod. §. primo & l. vtrum. ff. de do. inter vi. & vxo. vel nisi de voluntate expressa, vel tacita mulieris cōsumpti essent in vsū communen ipsorum. vt notā. per gl. in dicto § fina. C. de pa. conuen. Idē intelligo in fructibus industrialibus: circa quos vltra prædicta sic distingue, nam aut maritus eos percepit de volūtate vxoris tacita, vel expressa, & tunc non sunt restituendi, sed cedunt lucro mariti, vt suprà dixi: aut sunt percepti contra voluntatem ipsius vxoris expressam, & tunc restituendi sunt. hæc probantur in dicta l. fina. & dicta l. hac lege. C. de pac. conuen. & l. si ego. §. dotis. ff. de iure do. Tertio autem casu principali cùm quæritur de fructibus rerum non paraphernaliū, nec dotaliū, dic quòd si non cōstet eos fore perceptos de volūtate vxoris, tūc indistinctè sunt restituendi mulieri. vt dicta l. maritus. C. de

7 procu. & leg. pe. in fine. ff. ad leg. falc. †Hîc tamē circa prædicta omnia no. quòd vbi quæritur de ratione fructuū semper considera quòd de illis detrahenda est omnis expensa. vt dicta l. fructus. ff. solut. matrimo. & l. si à domino. §. final. ff. de pe. hæred. cum similibus ibi notatis.

EPITOME.

1 *Omne commercium potest fieri licitè inter virum & vxorem.*
2 *Statutum Papiæ de non legando vltra quinquaginta vxori.*
3 *Vsusfructus, & reditus, an differant?*
4 *Vxor cui est legatus vsusfructus, an teneatur satisdare sicut alij legatarij.*
5 *Vxor vsufructuaria, an teneatur pro rata ad debita?*
6 *Vsufructuarius, an teneatur ad taleas, & indictiones?*
7 *Mulier vsufructuaria, an teneatur ad rei refectionem, in qua habet vsumfructuarium?*
8 *Vsufructuario decedente, an fructus illius anni sint hæredis vsufructuarij, an domini?*

DEDIT ET legauit prædictæ dominæ Mar. vsumfructum omnium bonorū suorū.
1 †Hic modus legandi est in communi vsu, vnde aduertendū quòd aliquādo vxor cōsequitur plenitudinē huius legati, aliquando solū cōsequitur, quatenus sibi sufficiat ad alimenta, vt dicā in se. glo. Item est sciendū q̄d regulariter omnis cōtractus omneq; cōmertiū potest fieri licitè inter vir. & vxo. dūmodo nō sit simulatus, cū possint inuicē vnus ab altero emere, & vendere. vt traditur in l. si sponsus. §. circa vēditiones. & l. sed si vir lanā. §. si duo. in fi. & l. cū hic status. §. si inter virū. in fi. & l. quod autem. §. si maritus. in fi. ff. de do. int. vi. & vxo. Donare autem inter viuos inuicem est prohibitum. vt ff. & C. de do. int. vi. & vxo. l. j. & ij. Sed donare inuicem causa mort. licitum est. vt l. cū hic status. §. j. preal. & l. iij. & l. si maritus. C. de do. int. vi. & vxo. Item etiam legare in vlti. voluntate est concessū, licet videatur durare eadē ratio prohibitionis, quæ est inter viuos, & ideo potest maritus legare vxori vsumfructum generaliter omniū suorum bonorū: in quo legato cedunt oīa nomina debitorū. vt l. vxori vsumfructū. & l. vxori meæ. ff. de vsufru. le. Potestque similiter ei legare vsumfructū alicuius specialis fundi, vel castri, vt in l. vxori vsumfructum. cū si. ff. de vsufr. le. Poterit etiā legare dominiū aliquarū rerū. vt l. vxor. in prin. & l. ex testō. ff. de lega. iij. & ff. de vsufru. le.
2 l. vxori. †Sed quia dum mariti sunt infirmi, & volunt testari, vxores multū instāt maritis, & denegāt eis seruire, nisi sibi cōplaceāt in legādo. Ideo sanctè & iustè ꝓuisū est ꝑ statutū ciuitatis Papiæ
3 ne aliqs possit vxori suæ vltra qnquaginta[a] libras papiensiū legare. Aliqn̄ tamen mulieres sagaces & aliqu

[a] *Quinquaginta. an stante tali statuto possit sibi legare alimēta vide per Rapha. Cuma. cōsil. xxx. & vide quod voluit Alexā. cōsi. lvij. ij. lib. Et de hoc vide per Bar. in l. si is qui. ff. de vul. & pup. & in l. qui testamētum. ff. de pba. & Bal. in l. j. C. de na. li. An. in l. si quis. C. eo. ti. & in l. ij. C. de repu hæredit. & ibi alios & in l. si. C. de litig.*

& aliqui viri stulti legare volentes suæ vxori vltra prædictam quantitatem faciunt supponere aliquẽ loco vxoris, de quo vxor confidit, cui sit tale legatum: sed certe cùm tale legatum fiat in fraudem legis municipalis predictæ, est ipso iure nullum, vt no. per Barto. in l. cùm quis decedens. §. Titia dul-
3 cissima. ff. de lega. iij. †Quid autem si testator dixerit, lego vxori meæ reditus meorum bonorũ, an erit idem ac si dixisset lego sibi vsufructum bonorum meorum. videtur quòd sic, quasi ista synonima sint reditus, & vsusfructus. vt l. patrimonium. ff. de vsufr. leg. Tu autẽ dic quòd differunt in pluribus. vt no. per glo. in l. fundi Trebatiani. ff. de
4 vsufru. le. & in l. si quis ita. ff. de vsufru. †Quid ergo si vxori sit legat⁹ vsusfructus bonorũ, an tenebitur satisdare sicut alij vsufructuarij? dic q̃d sic. vt in l. j. & ibi notat. C. de vsufru. & nedum de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, sed de restituendo etiã ipsas res, & bona, finito vsufru. vt l. j. in prin. & in §. hoc autem. ff. vsufru. quemad. caue. quam satisdationem non posset sibi remittere maritus in testamento. vt d. l. j. de vsufru. & l. scire. & ibi nota. C. vt in pos. le. nec ab hac satisdatione excusatur ipsa vxor, si diceret se non reperire fideiussorem, vt dicitur in glo. in l. vsufru. C. de vsufru. licet aliqui vo-
a luerint dicere quòd tunc sufficeret ipsam iurare[a] prædicta adimplere. ar. in l. cùm non facile. ff. si cui plusquam per legem fal. & l. j. §. si cum duobus. ff. de col. bo. Ex quibus potest colligi quòd ille qui est vsufructuarius bonorum, tam mobilium, quàm immobilium tenetur ipsa bona in scriptis redigi fa-
b cere, [b] vt sciatur quomodo in eis sit vsus arbitrio boni viri, & quę bona sunt restituenda, licet per aliquos malè practicetur. Et si dicta satisdatio non præstetur, excluditur vsufructuarius, & vxor à petitione vsusfr. vt habetur in l. vsufructus nomine. ff. vsufru. quemad. cau. & l. vxori vsumfructũ. ff. de
5 vsufru. lega. †Posteà quæritur, an hæc vsufructuaria pro rata teneatur soluere debita hæreditaria pro rata bonorum, in quibus habet vsumfructum: breuiter Bar. in l. fin. ff. de vsufru. lega. sic distinguit quandoque generaliter legatur vsusfructus omnium bonorum, seu totius hæreditatis: quandoque legatur vsusfructus certæ partis, puta tertiæ, vel quartæ omnium bonorum, vel hæreditatis, quandoque legatur vsusfr. aliquarum rerum particularium. Primo casu tenetur vxor vsufructuaria ad omnia onera, & debita hæreditatis. vt l. namque. in fi. cum l. seq. ff. ad Treb. & l. vxori meæ. ff. de vsufru. le. & hoc etiam dictat æquitas. vt quem sequũtur cõmoda, sequantur incomomda. vt in l. secundum naturam. ff de reg. iu. & euitanda est absurditas, quæ esset, si hæres qui nudam habet proprietatem, teneretur ad hæc onera. ar. l. fi. §. vbi aũt in vnum. in fi. C. de iu. delib. Hoc autem puto intelligendũ, nisi essent tam grauia onera, quæ absorbe-
c rẽt [c] totũ vsufructũ. nã tũc crederẽ ne inutile redderetur legatũ vsufr. q̃ de reb⁹ hęreditarijs possit creditorib⁹ satisfieri. ar. ei⁹ q̃d no. p gl. in so. primi cõtrarij l. quæro. & l. qui concubinam. §. qui ortos. ff. de le. iij. Ad onera autem aliorum legatorum in testamento relictorũ non tenetur hæc vxor, nec alius vsufructuarius, imò concurrunt simul in vsufru. rerum legatarum cum ipsis legatarijs. per tex. in l. Sempronio. cum simi. ibi no. ff. de vsufru. & no. p Bar. in d. l. fi. Secundo casu principa a li quãdo legauit sub nomine quotæ vsufru. tertiæ partis hæreditatis, vel bonorum, tunc secundum eum subdistinguitur, aut enim est legatus vsufructus sub hoc nomine hæreditatis, aut sub nomine bonorum, verbi gratia, lego vsumfructum tertiæ partis hæreditatis meæ, & tunc tenebitur ad onera pro rata huius partis legatæ. vt l. si quis seruum §. fi. cum l. seq. & ibi no. ff. de lega. ij. & d. l. fi. de vsufru. leg. secundum lec. j. tamen secundum lec. Bar. vsufr. finito deducetur talis expensa. ar. l. quod si possessor. ff. de pe. hær. & per hoc idem dicendum est quod in præcedenti casu quando est vsufructuaria omniũ bonorum, lego vsumfructũ tertiæ partis bonorum meorum, & tunc non tenetur soluere creditoribus hæ b reditarijs, nec ab eis potest cõueniri vt d. l. fin. & l. generali. §. fi. ff. de vsufru. leg. quæ bona intelliguntur deducto ære alieno: vt l. subsignatum. §. bona. ff. de ver. sig. Verũtamẽ hæres huiusmodi deducit prius omne æs alienũ pro rata portionis, & de residuo habebit vxor vsumfructum, vt probatur ex d. l. generali. §. fi. per quæ patet quòd per indirectũ sustinebit æs alienum, quia propter id diminuetur vsufru. Et vlterius colligitur quòd quantum ad effectum parum differunt inter se legatũ hæreditatis, & legatũ bonorũ, nisi quia in legato partis hæreditatis potest ipse legatarius principaliter à creditoribus conueniri, & per hoc legatarius c bonorum nõ potest, sed per viã retẽtionis consulitur creditoribus, vt dictũ est. Tertio verò casu principali, quando est legatus vsusfru. particularis sub nomine singulari, tunc talis vsufructuaria non tenetur ad aliqua onera æris alieni, directè, neque per indirectũ. vt l. j. §. si hæres. ff. ad Tre. & l. fi. in fi. ff. de vsufru. le. & l. si deicommissum. §. tractatũ. ff. de iudi. & l. j. C. si cer. pe. & l. fi. C. de hær.
6 & l. quoties. ff. de hær. insti. †Ex præmissis patet an vsufru. teneatur ad solutionẽ indictiõis & talearũ. quę quo-

a Ipsam iurare. adde Alexã. de imo. in cõsi. lvij. per tot. in ij. volu. & ad nostram. vide per Bar. in l. vsufructus. C. de vsufru. & Panor. in c. fi. de pigno.

b Redigi facere. adde quòd pati debet, quòd describãtur vt per Alex. in cõs. lvij. in ij. colum. in ij. volu.

c Absorberent. idem dicit Lud. Ro. consil. ccxj.

tidie imponuntur modernis temporibus, vbi distinguendum est, an sit vsufructuarius generalis omniũ bonorum, an particularium, an alicuius rei specialis, & in hoc vltimo casu cõsiderandum est, an indictio, vel talea imponatur specialiter ipsi rei, & tunc tenetur vsufructuarius ipsius rei. vt d.l. quæro. & ibi de hoc per Bartol.ff.de vsufru.leg. aut imponitur generaliter toti hæreditati, & tunc tenebitur hæres solus per iura
7 superius alleg. †Rursum quæritur an hæc vxor vsufructuaria vniuersalis, aut particularis partis bonorum, vel hæreditatis, aut alicuius rei singularis puta domus, vel castri tenea
a tur ad impensam [a] circa refectionẽ, & sustentationem rerum in quibus habet vsufru. vel solus dominus, vel proprietari⁹ earum, ad hoc solus teneatur, in qua quæstione sunt tres opin. Quidam dicunt aut impensa est parua, & tunc pertinet ad vsufru. aut est magna, & tunc pertinet ad dominum. per tex. in l. hactenus. in prin. & l. & l. vsufru. le. §. fi. & l. cũ vsufru. cum l. se. ff. de vsufru. le. Alij dicunt quando impensa est magna, quòd nullus ad illã tenetur per tex. in d.l. hactenus. in prin. ibi neutrum cogitur. Alij dicunt, quos sequitur Barto. in l. quæro. ff. de vsufru. le. & l. damni infecti. la. j. §. j. ff. de dã. infe. & in l. nesennius. ff. de neg. gest. quòd quando expensa est magna, tuuc cura, & solicitudo illam faciẽdi de suo pertinet ad vsufr. sed tamen illa postea repetitur à domino, cui⁹ vtiliter negotium est gestum: vt hæc probantur in l. inter fructuarium. & l. hoc amplius. §. fi. & d. l. damni infecti. §. j. ff. de dã. infe. vbi autem parua, tunc eam facere debet vsufructuarius, nec ipsam repetit à domino. facit l. eum ad quem. C. de vsufruct. deinde pertinet ad vsufructuarium solutio census, ficti, & tributi pro re ipsa debiti. vt in dicta. l. quæro. & l. penultima. §. finali. ff. de legatis tertio. & facit quod habetur in l. si pendente. §. si quid cloacarij. ff. de vsufructu.

a Impẽsam. vide per Frã. de Are cõsi. cxj.

b Donec de hac dictiõe & dictiõe quousque. vide per Pau. de ca. cons. cxxxix.

8 †Sed quid dices, si hæc mulier, vel alius habens vsumfructum decessit, an fructus illius anni erunt hæredis sui, an verò domini, super qua quæstione distingue, vt habetur in l. defuncta. ff. de vsufru. aut decessit fructibus iã collectis, & tũc cedũt lucro sui hæredis, etiam si dies soluendæ pecuniæ, ficti, vel census nondum cessisset, aut decessit fructibus adhuc pendentibus, & nondum collectis, & tunc pertieet ad dominum proprietatis. vt ibi ad quod etiam optimè facit tex. no. in l. singulis. in fine. ff. de an. le. Et quod dixi quando decessit fructibus colectis, intellige etiam si non fuerunt in horreo reconditi, quia sufficit quòd sint à solo seperati, vt l. fructuarius messem. & ibi nota. ff. quibus mod. vsufruct. amit. & institu. de rerum diuisio. §. is ad quem.

EPITOME

1 *Dictio donec, inducit conditionem.*
2 *Legatum sub conditione viduitatis, quale sit.*
3 *Legatum factum ne nubat, an valeat?*
4 *Legatum vsusfructus factum vxori purè in testamento in quo extraneus est institutus, si secundo mulier maritetur, an finiatur?*
5 *Verba, domina, & vsufructuaria, quid importent.*
6 *Filijs institutis, mulier relicta vsufructuaria, de subtilitate iuris consequetur vsufructum.*
7 *Filio, & extraneo hæredibus institutis, quid iuris in superiori casu?*
8 *Filio instituto, & extraneo substituto, & relicta vxore vsufruct. ex eueniente casu substitutionis, an mulier plenum vsufru. consequatur?*

1 DONEC VITAM duxerit vidua-
a lem. †Ista dictio donec [a] inducit conditionem, & perinde est, ac si testator dixisset si, & quousque vitam duxerit vidualem. vt probatur in l. legatum. ff. de an. le. & l. cui vsufru. & in l. generale. §. duos filios. ff. de vsufru. leg. & eodẽ modo erit legatum conditionale, si testator dixerit, donec, vel quousque vxor mea vixerit. vt l. meuia. in prin. & l. qui marcho. in fi. & l. Titia. ff. de an. le. cũ si. Ex quo sequitur quòd primo anno est legatum purum, & pro alijs conditionale, & sic posset incipere in persona substituti, casu quo hæres exclusus
2 esset. †Sed diceret iuuenis, si tale legatum collatum ad tempus viduitatis, est conditionale, ergo ista conditio tanquam à iure improbata, per quam inducitur viduitas, debet reijci, & legatum purè debetur. vt l. j. & ij. C. de indi. vidui. tol. & l. fina. So. dicendum est quòd talis conditio non est adiecta tali formæ, vt sit præcisè perpetua, sed vt sit temporalis secundnm voluntatem ipsius mulieris, quod indicat illa præpositio donec, meritò ergo non reijcitur. vt l. sed & si hæc. §. fi. ff. de condi. & dem. & hoc sequitur Cy. in d.l. fi. & pro hac parte vide
3 tur tex. in l. filiæ. ff. de an. le. †Sed circa hoc quæro quid si testator dicat, lego, ne nubat, vel si non nupserit, an hæc conditio reijciatur. Breuiter sic distingue, aut hæc conditio adijcitur virgini, aut viduæ. Primo casu conditio reijcitur, vt consequatur legatum. vt l. cùm ita. & l. cùm tale. §. meuia. & l. si Titiæ si nõ nupserit. & l. mulieri & Titio. ff. de eõ.

cõ.& dem.Secũdo caſu tenet cõditio,& eſt implẽ-da.vt no.per Cy.in l.ij.in auth.cui relictũ.C.de ind. vidu.tol.quibus adde ea quæ no.per Iac.de Bel.& alios in auth.de nupt.§.qui verò nunc. & §.vnde
4 ſciendum.col.iiij. †Quid ergo dices ſi vxori ſit legatus vſufructus purè in teſtamento,in quo ſit extraneus inſtutus, & tranſeat ad ſecunda vota,an vſufru.finiatur? dic quòd olim extinguebatur,per l.j.C.ſi mul.ſecundò nup.hodie autem durat,vt in auth.hoc locum.C.eo.titu. Alimenta autem legata euaneſcunt per tanſitum ad ſecunda vota,filio hærede inſtituto,quaſi præſumptio ſit de iure, quòd teſtator voluerit eam teſtari in domo filij. ar.l.qui concubinam.§.fi.ff.de le.iij.& in l.quęſitum.§.puto.ff.de fun.inſtr.& in l.ij.C.com.vtr.iud. & vide quæ ſcripſi circa hoc ſuper forma libelli, quando agitur pro legato &c.in ver.condeſcendo
5 ad decimum &c.& ver.ex his colligi poteſt †Poſtremò quæritur quid importent illa verba poſita hîc,dum dicitur,conſtituens ipſam dominam & vſufructuariam &c.prout eſt in communi vſu teſtantium, quam quæſtionem plenè tetigit gl.& Cyn. in l.j.C.ſi mul.ſecundò nupſe.& pleniusper Barto.in l.Titia.§.Titia.ff.de le.ij.in qua quæſtio-
a ne ſunt variæ opinio.[a] concluſiuè autem per generalem conſuetudinem obtentam, dicimus quòd filijs hæredibus inſtitutis, mulier ipſa debet ſolùm in domo habere victum,& veſtitum,prout habere conſueuit tempore vitæ mariti ſui,& illud verbum dominam,non importat verum dominium,ſed ſolùm quandam præeminentiam in domo,prout hactenus habuerat,& illud verbum vſufructuariam, importat non verum vſumfructũ.ſed quãdã alimẽtationẽ cõſuetã,etiã eodẽ mõ,ſi dixiſſet alterũ ex his tm̃.,videlicet dominam tm̃,vel vſufr.tm̃.ar.l.j. §.ſi vir.& l.ij.ff.rer.amo.cũ nõ ſit veriſimile,quòd teſtõr voluit filijs ſuis relinquere inane,& inutile nomẽ hæredis,pręponendo illis vxorem ſuam in commodo hæreditatis.argumen.in l.cùm acutiſſimi.& in l.papi.C.de fideicom.quam opi. etiam ſequitur Spe.in ti.qui fil.ſint leg.§.j.ver.quid ſi vir. licet de rigore iuris ſecundum Dy.& Iac. de are. illa copula,&,poſita ĩter illa duo verba,dominã,& vſufructuariã reſoluatur in vel,& erit ſenſus,quòd ſit domina,vel vſufructuaria,prout elegerit.ar.in l. fi.C.de codicil. Vbi aũt eſſent inſtituti extranei, tunc ſecũdũ Bar.nõ haberet locũ illa cõſuetudo ſed eo caſu procederet opi.Dy.ſed certè practicatur cõmuniter dicta cõſuetudo in vtroq; caſu,verũtamen ſuppoſito ꝙ extraneis conſtitutis haberet locum opin.Dy.poſſunt hæredes de tali generali vſufructu detrahere quartam ratione falcidię, vt in l.omnem.ff.de vſufruct. & not. per gloſſ.in l.vxori meæ.ff.de vſufruct.leg.Et ſi fortaſſe ex ipſius bonis eſſet alicui res aliqua, puta domus, vel fundus ſimpliciter legata.habebit in ipſa re dicta vxor dimidietatẽ vſuſfr.& aliã medietatẽ habebit legatarius, & ſic ambo in ipſius rei vſufruct. concurrent, vt habetur.& no.per Barto.in l.Sempronio. & in l.ſi alij.ff.de vſufruct. lega. quod
6 eſt notabile & à pluribus incognitũ. † Deniq;,& illud eſt aduertendũ.ꝙ quanquam filijs inſtitutis conſuetudo admiſerit illam interpretationem, tamen iurium attenta ſubtilitate cõſequetur mulier plenum vſumfructum:per tex.not.in l.tutores.in fin. C.de excu.tuto.& l.j.C.de vſufru.de quo vſufru.poſſet tunc filius ſuam legitimam detrahere vt not. per gloſ.
7 prædictæ l. tutores. in fin. † Sed quid dices ſi fuerit inſtitutus filius & extraneus.an habebit locum in caſu prædicto dicta conſuetudo, dicit Bar.in d.§.Titia. quòd quoad filiũ habebit locum,quò autem ad extraneum non.arg.l.hac cõſultiſsima.§. ex imperfecto.C.de teſt.& l.ſi.C. fa. herciſ.In contrarium videtur. nam eadem diſpoſitio non debet; diuerſo iure cenſeri.vt l.quamuis.C. de impu.& ali.ſubſti.& l.eum qui ædes.ff.
8 de vſuca. † Deinde quæritur, pone quòd filius fuit inſtitutus,& exinde extraneus ſubſtitutus,& vxor conſtituta domina, & vſufructuaria, modo quo ſupra: & hæreditas ad ſubſtitutum perueniat, an vxor conſequatur plenum vſumfruct. diſtingue ſecundùm Bar.vbi ſuprà,aut iſte extraneus ſucceſſit ex ſubſtitutione vulgari,aut pupillari.Primo caſu habebit plenum vſumfru.quia tale legatum ſumpſit exordium,& vires in perſona ipſius ſubſtituti.arg.l.qui fundum.§.qui filius.ff. ad legem fal. & l. cum patronus.ff.de lega.ij.& in l.etiam.ff.de vulg.& pupil.& no.per eum.in l.ſi ita ſcriptum.ff.de ma.teſta.Secundo caſu ſeruabitur dicta cõſuetudo,quia tunc legatum ſumpſit exordium,& vires in perſona ipſius filij.Ideoq; eius legati conditio poſteà non mutatur.argumen.in dicto §.qui filios.niſi fortaſſe ipſo legato eſſet adiectio donec caſtè vixerit, vel vidua ſteterit, quia tunc legatum pro primo anno eſſet purum, & pro ſequentibus eſſet conditionale:ſicque etiam ſi extraneus ſuccederet ex pupillari,cùm pro annis ſequentibus ſumeret exordium in perſona eius,dicendum eſſet locum nõ fore dictæ conſuetudini,ſed eam plenum vſumfructum debere conſequi.ar.l.legatum.ff.de ann.leg.

[a] *Variæ opi. vide per Areti. conſil. xl. per Capit. conſilio xxxvj. per Ange.conſ. ccix. per Alexan.conſ. xxix.*

EPITOME.

1 *Conditio de habitando ſimul cũ hæredibus,an ſit tenẽda,vt habeat legatum?*

SI HABITACVLVM tenuerit continuè cũ hæredibus.
1 †Hîc quæritur an hęc condi-
tio sit implenda,ad hoc,vt posit con
sequi legatum? videtur quòd nõ,quia
conditio,per quam personæ libertas
infringitur,à iure respuitur,& reijci-
tur.vt l.Titio centum.§.j ff.de con
di.& demon.sed hæc est huiusmodi,
cum per eam subtrahatur libertas,
ne posit alibi habitare,ergo &c.In
contrarium videtur, nam licet ista
conditio si cum tali habitauerit,lego
fundum,habeat diminuere de liber-
tate,& ius ipsum libertatis infringe-
re,quod patet ex eo, quia ille cui
adijcitur non habet liberam faculta
tem habitandi cum alio,attamen ad
mittitur à iure, nec reijcitur talis
conditio,vt est tex.in l.j.C.de leg.&
l.si quis ita legauerit.ff.de condi.&
dem. & l.qui concubinam .§. vxori
meæ.ff.de le.iij.& in l.stichus.§.fi.&
l.caio.§. imperator.de ali.& ci.le.&
l.meuia.§.fi.ff.de an.lega.&l.annua.
in prin.e.titu.cum si.imò durior est
hæc cõditio,quàm sit illa.de qua lo-
quitur d.§.ij.in l.titio centum,vbi fuit
apposita conditio,si domicilium in
tali ciuitate sortitus fuerit &c.ar.in
l.cùm ita.§.fi.ff.de condi.& dem.
Quid dicemus aduerte,dicit Bart in
d.l.qui concubinã.§.vxori.ff.de le.iij.
ꝙ ista dispositio demorando in cer-
to loco,si adijcitur per modum obli-
gatiõis reddit obligationẽ nullã,quia
eo casu esset species seruitutis sic &
directè infringeret libertatẽ homi-
nis. vt in d.l. Titio centũ.§.ij.qui ita
debet intelligi,si aũt adijciatur per
modum conditionis,tunc tenet talis
adiectio de morando in certo loco.vt
in d.l.j.C.de le.cũ si.suprà alleg.quia
ea quæ sunt in conditione,non sunt
in obligatione.vt l.si quis sub cõditio
ne.ff.si quis omi.cau.tes.ideoq; nõ ha
bet hæc conditio alligare aliquem
ad seruitutem,nec habet infringere
eius libertatem,cùm non sit obliga-
tus etiam precisè implere, sed tãtum
causatiuè si velit legatum habere,li-
cet huic solutioni videatur repugna-
re text in d.l.Titia.§.ij.vbi fuit lega-
tum sub modo videlicet habitet,vel
domicilium teneat in tali loco,qui
modus æquiparatur conditioni, &
eiusdem censetur effectus,vt plenè
tangitur per Bartolum in l. quibus
diebus.§.termilius.ff.de cõdi.& de.&
p Cy.in l.fi.C.de his quę sub mõ.Sed
respõdetur ꝙ lõga differentia est inter modũ &
2 conditionem [a] quãtũ ad effectum præsentẽ. nam
legatarius sub modo agnito legato,statim conse-
quitur dominium rei legatæ,ideo quòd moriens
ante modum impletum transmittit legatum in
hæredem suum,vt not.gloss in l.à testatore.ff.de
condi.& demon.& l.si post dies.§.ijsdem.ff quan-
do dies leg.ced.& no.per Barto.in d.§ termilius.
quod non fieret in legato conditionali. vt in l.j.
§.sinautem aliquid.C de cadu.tol.cum sim.sic er-
go solùm per agnitionem legati sub modo lega-
tarius obligatus nedum implere vt l.fina.cum si-
mi.C.de his quæ sub modo.sed etiam necesse ha-
bet super hoc duplicem satisdationem præstare.
videlicet quòd modum implebit, vt ibi, & quòd
si non impleuerit,restituat rem legatam cum fru
ctibus.vt in d.authen.cui relictum.C.de indi.vidu.
tollen.& not.per Barto.in d.§.termilius.& hoc si
fuerit modus qui sit posibilis impleri aliter non,
à qua quidem cautione, & satisdatione præstan-
da,liberatur,& excusatur ipse legatarius, qui est
grauatus habitare in certo loco,ne per hoc repe-
riatur obligatus eo, quòd suam infringat liber-
tatem,& sic cum iam fuerit consecutus legatum,
non reuocabitur per modum non impletum, &
sic loquitur.§.ij.in.d.l.titio.in quo §.cum ministe-
rio dicit tex.non esse locum cautioni &c.per quæ
verba denotatur ꝙ lex ipsa solũ prohibet obliga-
tionem,quæ interponitur,seu contrahitur per in-
terpositionem cautionis, & hoc ideo quia talis
obligatio vincularet ipsum,ad id quod repugnare
habet libertati,vt prædixi.sicque non tenet.argu.
l.nec obęs.& quod ibi not.C.de act.& oblig.vnde
remanet firmum,& validum de se legatum.cuius
dominium reperiatur iam translatum per acce-
ptationem in ipsum legatarium,at vbi talis dispo-
sitio demorãdo in certo loco est apposita per mo
dum conditionis,tunc quia rei huius legatæ non
trãsfertur dominium,nisi prius impleta conditio-
ne,vt in d.l.fi. C.de his quæ sub modo.& in l.j.§.
sinautem aliquid sub conditione.C.de cad.tol.
& est in legatarij potestate implere conditio
nem, vel non implere,& sic de necessitate vir-
tute alicuius obligationis non infringitur eius
libertas, meritò ergo lex non obuiat huic tali
impedimẽto cõditionis.sed relinquitur sub regula
generali aliarũ cõditionum,quarũ natura est,vt si
sint posibiles,prius adimpleantur,quàm legatum,
& eius dominium ipse legatarius consequatur,
vt in dictis iuribus,cum multis si.& hanc diffe-
rentiam probat etiam text. in fi.in l. in ratio-
ne. la.ij.§.ita tamen.ff.ad legem fal. Ex quibus
dico sustineri, infinitas substitutiones, & lega-
ta,quæ fieri vidi in Monteferrato,nam multi le-
gant,& instituunt hoc modo; instituo talem si
venerit ad standum in domo mea post mortem
meam, & ibi tenuerit larem cum sua familia.
Sit ergo cautus quilibet notarius in formã-
do, & scribendo huiusmodi substitutiones, &
legata &c.

[a] *Modum & cõditionẽ.vide,& an potius modus quã cõditio, per Frã.de cre.consi.cl.de legato facto,si legatarius cum aliquo morabitur.vide per Alexan.consi.xx.ij.vol.*

QVARE cũ prædicta. Hæc est cõclusio libelli quã semper attẽde. Alia sequẽtia sunt aliàs in alijs libellis declarata, vbi recurre pro tui negligentia.

Forma libelli ad reuocationem feudi.

CORAM vobis D. B. vicar. &c. dicit, narrat, significat, & proponit Ray. de Beccaria, contra, & aduersus An. hæredem quondam Ioannis de vicecomitibus, quòd de anno currente M.ccc. mensis Aprilis. inuestiuit d. Io. in feudum ac nomine recti & nobilis feudi, in castro Gropelli districtus Papiæ cum omnibus iuribus & pertinentijs d. castro pertinentibus, & spectantibus, prout constat publico instrumento ipsius inuestituræ inde tradito, & rogatò à Laurentio lurida notario Papiæ. Qui quidem Io. dum ageret in humanis vitæ eiusdem Ray. multipliciter insidiatus est contra debitum fidelitatis iuramentum, & amplius diem suum clausit extremum nullis relictis nec superstitibus ex eo liberis masculis legitimis, & naturalibus, quibus de causis, & qualibet earum prædictum castrum fuit, & est meritò ipsi Ray. apertum, & deuolutum: dictusque Anto. hæres præfati Ioan. meritò priuatus est successione d. feudi, & tenetur dictum castrum cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs dimittere, & relaxare ipsi Ray. prout iuris notissimi est, quanquam sæpius super hoc interpellatus, & monitus ipsum castrum dimittere, & relaxare recusauit ipsi Ray. præsentialiterque recusat, indebitè & iniustè. Quare cùm prædicta vera sint, petit & requirit d. Rayn. quatenus omni modo, iure via, & forma quibus melius fieri potest per vestram diffinitiuam sententiã pronuntietis, & declaretis suprascriptum castrum gropelli cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs, fuisse, & esse apertum, & legitimè deuolutum, maximè ex causis memoratis ad ipsum Ray. fuisse & esse dimittendum, & relaxandum, & ad eum spectare, & pertinere pleno iure, quodque etiam cõpellatis præfatum Anto. & condemnetis per omnia iuris remedia ad dimittendum, & relaxandum eidem Ray. castrum antedictum, cum omnibus iuribus antedictis, & pertinentijs. Et vlterius condemnetis eundem Ant. in omnibus damnis, interesse, & expẽn. præsentibus, preteritis & futuris, passis ac factis, & fiendis, & patiendis, prout liquidabitur in processu. Deducendo in præsenti iudicio &c. saluo iure adendi &c. non astringens &c.

EPITOME.

1 *Quibus debeamus esse fideles?*
2 *Quid sit feudum?*
3 *Feudum, & emphyteusis perpetua, in quibus differant?*
4 *Quid sit contractus emphyteuticus?*

CORAM VOBIS. MATERIA huius libelli frequentior, & fructuosior est in Frãcia, & in alijs regnis, quàm in Lombardia, quę caret rege, ideo semper erit in passione, & anxietate, vnde pessimè se habuerunt, & hodie habent Imperatores, qui ipsam Lombardiam dimittunt sub tyrannica potestate. oculos ergo pietatis dirigant in eadem sibique regem constituant cuius mediante regimine, de cætero sileat omnis iniustitia, omnísque rapina.
1 †Deinde aduertendum est, quòd quilibet tenetur esse fidelis quatuor personis, videlicet primò Imperatori cælesti, secũdò Imperatori terrestri, tertiò dño seculari, quartò
2 suo proximo. †Rursum pro materię euidentiori intellectu sciendum est
a quòd feudum[a] est quędam species cõtractus longè differens ab omnibus alijs cõtractibus, vnde ante omnia videndum est, quid sit feudum, nam vt Tullius inquit in primo officiorũ, omnis quę à ratione suscipitur institutio, à diffinitione proficisci debet, vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur &c. Fuerunt aliqui, qui diuersi modè diffinierunt, tu verò omnia cõprehendens sic diffinies. Feudum est quædam concesio alicuius rei immobilis, qua concesione mediante dominium vtile in accipientẽ trãsfertur, facta vero domino exhibitione alicuius fidelis, & honesti seruitij. huius autem diffinitionis declarationem assume. Dicitur enim in illa, rei concessio immobilis, hoc autem ideo dicitur, quia in re mobili non constituitur feudũ, vt in c. fi. in ti. de feu. cogni. col. x. quod autem in eadẽ substantia fertur, qua vtile dominũ trãsfertur ideo dicitur, quia directum dominium remanet penes concedentem. vt in c. j. de inuesti. de re. alie. fac. cũ fi. ibi not. Et ad id quod posteà subinfertur alicuius honesti seruiti j &c. Ideo dictum est, quia seruitij turpis & inhonesti non contrahitur obligatio. vt probatur in c. fi ex diligẽti. extra de simo. & insti. mã. §. rei turpis & l. si verò non remunerandi. §. rei
3 turpis. ff. mã. cum si. †Deinde quæ
b ritur an, & in quibus differant[b] & cõueniat feudum cum emphyteusi perpetua. Respondeo quòd differunt in pluribus. nam feudum de sui propria natura fit gratis, quantum ad præstatione pecuniæ. vt in c. ij. de feu. da. in ui. le. cõ. licet requirat seruitia personalia exhiberi, vt in c. j. de no. for. fidelit. cum multis si. In contractu autem emphyteuseos requiritur præstatio pecuniæ, vel alterius quãtitatis põderabilis, vel mẽsurabilis, vt in l. ij. C. de iu. emphy. & in c. potuit. cũ si. de

a *Feudum hic de materia feudorum, vide doc. in rub. de feu. & ibi elegãter per Barb. & per Bal. Io. de ana. & Cardi. Alex in li. feudorum.*

b *Differat. in quib⁹ differt feudũ ab emphyteusi, vide Spe. in tit. de loca. in §. vj. ver. iiij. & diffuse per Pau. de ca. cõsil. cxxxviij.*

loca.& condu.Item feudum non requirit quòd seruitia debita offerãtur annuatim domino, sufficit enim offerre cùm domini necessitas, vel vtilitas id exposcit.vt in c.prealle.sed in emphyteusi tenetur emphyteuta singulis annis canonem offerre, vt in d.
2 l.ij. & in d. c.potuit. Item vassallus [a] etiam si staret per decennium & vltra, non offerendo seruitia domino, non propter hoc priuaretur iure suo debet enim à domino interpellari, vt seruitia præstet.vt traditur in c.si vassallus.&in c.licet.si de feu.fue.cõtro. Secus autem est in emphyteuta, vt dixi, qui si negligens esset per triennium iure suo priuaretur. vt in d.l.ij.& d.c.potuit.Item si vassallus moriatur vel dominus eius, tenetur hæres vassalli adire dominũ, vel vassallus adire hæredem domini, & petere renouationem inuestiture & fidelitatem facere, & offere infra ann.&diem cõputandum à die mortis vtriusque eorum, aliâs feudo priuaretur.vt habetur in c.imperialem. §. prærereà.de prohi.feu.ali. per fed. & in c.iij. quo tempore mil.inueștit.pe.de. & in c.j. quæ fu.prima cau.benefic.amit.&in cap.j.in prin.de leg.co. Secus autem est in emphyteuta, & eius hærede, q ad solam præstationem canonis tenetur, more consueto& non aliter.vt in d.l.ij. & l.viam veritatis.C.lo.itẽ feudũ natura sui transit solùm ad filios, masculos &non ad fœminas regulariter.vt in c.j.§.&si clientulus.de alie. feu. &in c.j.§.pe.q feu.da.poss. cũ si. ibi not.at ius emphyteusis transit ad quemcunque etiam extraneum hęredem, vt in d.l.viam. & l. ij. Item differt in alio: nam si vassallus feudũ antiquum, seu paternum alienet domino irrequisito, tunc feudum reuertitur ad agnatos, domino excluso, tam iure veteri, quàm nouo, vt infrà dicã, & plenè no.per gl.& Iac.de Bal.ca.j. de suc. feu.res autem emphyteutica taliter alienata ad dominum redit omnibus alijs exclusis.vt in l.ij. C.de in.emph.sunt & aliæ differentię quæ colligi poterunt ex alijs quæ infrà dicentur. Conueniunt autem isti contractus inter se in pluribus, vt ecce, sicut enim feudum consistit in rebus immobilibus, vt dictum est, sic& emphytensis, vt d.l.ij.ff. si ag. vec.vel emphy.pe.l.j. cum seq. Item sicut in feudo transit solum vtile dominium vt dictum est, sic in emphyteusi.vt d. l.fin.de iu.emphi.& d.l.j.& ij.si ag. vec.Item sicut feudum non potest alienari sine voluntate domini vt in d.c.imperialẽ.§. j. & in tit.de prohi. feu alie. per Fed.ita nec res emphi.vt d.l.ij.C.de iu.emphy.
4 †Ex quibus potest elici talis diffinitio contractus emphyteutici. Contractus emphyteu. est quędam concessio rei immobilis facta à domino per exhibitionem certæ annuæ quantitatis, per quam vtile dominium in accipientem transfertur &c.

[a] *Quod vassallus infra ann. & diẽ tenetur petere reuocatio inuestituræ. vide per Abb. cõsi.lxxxiij.in ij.colũ.ver. iij.ad idem ostenditur. in j. vol.& Calde.cõsi. vij. in rub. de feu.Alexã. de imo, consil.lxxix. in j.volu.Alex. de Imo. consi cxxiiij. in eodem.vol.*

EPITOME.

1 *Quot modis feudum acquiratur?*
2 *Inuestitura feudalis, quid sit?*
3 *Inuestitura feudalis potest fieri per procuratorem spẽalem.*
4 *Ius feudi, an perdatur præscriptione?*
5 *Testes quot & quales requirantur in inuestitura feudali?*

INVESTIVIT d.Ioannem. †Aduerte
1 quòd hîc est vnus modus acquisitionis feudi, videlicet per inuestituram, & in hoc conuenit cum contractu emphyteutico, vt d.l.j.& ij.C. de iu.emphy. Acquiritur etiam feudum alijs modis, videlicet per successionẽ, vt in c.ij.de feu.cog. in fi.& in tit.de suc.rec.feu.c.j. Item acquiritur propter delictum vassalli, aliquando vt transferatur in proximiorem agnatum, vt in c.si vt vassallus. si de feu. fue.contro.& in c.j. si vassal.feu. priue.cui defe.Itẽ acquirit vassallus præscri. lõ.temp.vt in c.si quis p xxx.an.si de feu.defun. fue.contro. & in tit. de feu. da.in vi.l. cũ. §. fi.licet in alijs iuribus pręscribendis tit.alleg. sufficiciat minus tempus, vt per to.tit. C.de lõ.temp.præscri. & est ratio differentiæ secũdùm Mar.de.Fano.& An.de barulo, vt per eos no. in l.litibus.C.de agr.& censi.quia in feudi præscriptione vertitur maius præiudicium, cùm in eo agatur de quærenda subiectione personæ vassalli, quo ad dominum, & domini obligatione quo ad vassallum, cùm mutua vice ad plurima inuicem sint obligati, vt traditur in c. domino guerrã. si de feu.fue.contro.& in tit. de for.fid.c.j.in fi.quæ
2 ratio cessat in alijs iuribus †Vlterius queritur pro præmissorum declaratione, quid sit inuestitura feudalis? Dic breuiter quòd quædam est propria quædã impropria. Propria inuestitura est illa quæ incipit à traditione possessionis titulo inuestituræ. Impropria autem est illa, quæ fit mediante quodam signo? puta ense, vel baculo tradito in manibus ipsius vasalli nomine inuestituræ, & hac vtuntur principes. vt traditur, & habetur in c.j. in prin. in tit.quid sit inuesti. Sicque omni casu verba tradentis ad hoc apta sunt necessaria, nec etiam nuda traditio ad hoc sufficeret:vt in c.j.in prin.qui. mod. feu.consti.po.ar.il.nunquam nuda. ff. de acquir.re. dô.imò quod amplius est, quoad plenum ius feudi acquirendi non sufficit triplex inuestitura, nisi sequatur realis traditio possessionis:ad quam traditionem compellendus est præcisè dominus inuestitor, nec liberatur volens pręstare interesse.vt in c. j.si de feu fue.contro.& no. in c.j. in prin.de contro.inue.Et in hoc videtur conuenire cum contractu emphyteutico.vt l.fi. C. de iu. emphy. licet

in ven.

in venditione aliter distinguatur vt plenè no. in l. j. in prin. ff. d actionib. emp. †Et no. quòd per procuratorem specialem potest fieri hæc inuestitura feudalis, & per consequens missio in possessionem ipsius rei in feudum datæ, vt in c. j. § sed vtrumque. per quos fiat inuestit. & in hoc differt ab emphyteusi perpetua, in qua debet solus dominus per seipsum & non per procuratorem ponere emphyteutam in possessionem. vt in d. l. fin. C. de iu. emp.
3

4 †Sed an ius feudi perdatur præscript. vel ius petendi fidelitatem præstari? videtur quòd sic. vt l. omnes. C. de præscrip. xxx. an. & no. in l. in act. con fesso. super quo iure sic distingue, quædam est fidelitas, quæ exigitur, & præstatur in signum solius, & simplicis subiectionis, vt est illa, ad quam tenetur omnis subditus domino suo, & ista non tollitur præscrip. vt in c. cùm non liceat. & ibi not. extra de præscrip. Et est fidelitas quædam, quę pręstatur ratione rei in feudum datæ, & huic pari ratione credo non præscribi. ar. eorum quæ no. in Spe. de loc. versicu. lxiiij. & per Cy. in l. competit. C. de præscri. xxx. an. Sed modo quæritur, quot & quales testes requirantur in feudali inuestitura? breuiter sic distingue, aut dominus habet pares curiæ, hoc est alios conuassallos, qui pares curiæ nun cupantur, aut nullos habet. Primo casu, aut est inuestitura noua, aut est renouatio antiqua. Si fuerit noua, tunc debent interuenire duo, vel tres ex eis paribus curię, si autē fuerit renouatio antiqua, tunc sufficerent duo, vel tres extranei, & idem dicas, si dominus nullos haberet pares, vt hæc habentur in c. j. in tit. quot testes sunt necessarij ad nouam inuestituram. & no. in d. c. j. in prin. de contro. inue. & in d. cap. quid sit inuestitura. & in cap. j. §. fin. de consue. rec. feu.

EPITOME.

1 *Feudum nobile, minus nobile, & ignobile quid sit. & numero 9.*
2 *Feudum ecclesiasticum, & seculare quid?*
3 *Feudum antiquum paternum, nouum paternum &c. quid?*
4 *Feudum masculinum, & fœmininum, quid?*
5 *Feudum cum sacramento fidelitatis, & sine, quid?*
6 *Feudum purum, & conditionale, quid?*
7 *Feudum perpetuum, & temporale, quid?*
8 *Feudum habens propriam naturam, & impropriam, quid?*
10 *Feudum diuisibile, & indiuisibile, quid?*
11 *Feudum transitorium ad masculos tantùm, & ad ipsos & fœminas quid?*
12 *Dominus, an poßit gratificari filiæ exclusis alijs agnatis?*
13 *Feudum transitorium in omnes filios eiusdem gradus, & transitorium in primogenitum tantum.*
14 *An quælibet personæ poßint de feudo inuestiri.*
15 *Quilibet, an poßit dare in feudum.*

1 AC NOMINE recti, & nobilis feudi. †Sciendum est quòd feudum, [a] aliud est
2 nobile, aliud minus nobile, aliud ignobile. vt frà dicetur, ideoque ad huius rei pleniorem doctri. sciendum est, secundū Iac. de Bel. vt per eū no. in c. j. in prī. qui feu. da. pos. qđ feudū multipliciť diuiditur, & subdiuiditur

2 †Primà nāque diuisio est, qđ feudū aliud est ecclesiasticum, aliud tēporale, seu seculare. Est autem feudū ecclesiasticum illud, quod confertur per personam ecclesiasticam, puta per episcopum, vel abbatem, siue alium prælatum. vt traditur in d. c. j. qui feudum da. pos. qui tamen prælati non possunt infeudare, nisi illa bona quæ ante prohibitionem Vrbani papæ consueuerūt infeudari, vel illa quæ ex antiqua ecclesiæ consuetudine dari solitum est. vt no. in c. j. in ti. episcopum, vel abbat. & per Iaco. in d. c. j. qui feudum. da. pos. & in c. fi. extra de feu. Seculare autem feudum illud est, quod confertur à personis secularibus puta ab imperatore rege, comite, marchione, capitaneo & simi. vt in d. c. j. post prin. qui feu. da. pos.

a *No. quotuplex est feudis, Io. And. in ad di. Spe. ti. de præscri. & per Car. Ale. in præludijs feudorum. in xj. colum. ver. quæro vlteri⁹ quot sunt species. Ad huius materiæ feudalis pleniorē cognitionē vide latè per Eguinar. Bar. in sua metho. ad Obertū Ortensium qui quatu libris dilucidè & breuiter hanc materiā explicat.*

3 †Secunda feudi diuisio est, quia. quoddam est feudum antiquum [b] paternum aliud est feudum nouum paternum, aliud est feudum antiquum, quod appellatur dupliciter, videlicet largè & strictè, vt est illud, quod fuit à superiore ascendente, puta auo, & proauo acquisitum. vt in c. j. de natura suc. feu. in prin. & in ti. de gra. suc. in feu. c. j. §. is verò. alio modo dicitur paternum strictè, quod est acquisitum à solo patre. vt in titu. qui feu. da. pos. c. j. §. cum verò gradus. & no. in ti. de succes. feu. c. j. Nouū autem feudum est illud, quod est acquisitum per illum qui adhuc superest in humanis. vt in c. j. in fi. quot test. neces. sint ad proban. feu.

4 †Tertia diuisio est, quia feudum aliud est masculinum, aliud fœmnenin ū, masculinū autem feudum appellatur illud quod transit ad masculos, fœminis exclusis, vt patet maximè in magnis dignitatibus. vt habetur in c. j. §. & si clientulus. de feu. ali. cum si. ibi no. Fœmineum verò feudū est illud, quod per fœminam fuit acquisitum. vt in ti. de benefi. fœmi. c. j. & in ti. de nat. suc. feu. c. j. & in tit. an mari. suc. xv. c. j. cuius quidem feudi natura talis est, vt si mulier quæ acquisiuit, decedat super stitibus sibi filijs masculis, & fœminis, masculi ipsis fœminis exclusis in feudi materni successione præferuntur, quod est no. vt habetur in d. c. j. de benefi. feudo. †Quarta diui
5

b *Quod dicatur nouū feudum, vide glo. in c. achacius. xxiij. q. j. & doc. in c. ex parte. de fer.*

sio est quòd aliud est feudum cum sacramento fidelitatis, aliud sine sacramento. est enim certum feudum illud, quod fit cum sacramento, vt in c. nulla. per quos fit inue. Sine sacramento, cùm fit per pactum remittitur ne iuretur. vt in tit. quę fuit prima causa bene. amit. c. j. §. est & alia in fi. & in tit. de leg. contra. in prin. & ibi no. Quæ autem sit forma fidelitatis, habetur in c. j. de no. for. fidel. †Quinta diuisio est, quòd feudum aliud est purum, aliud conditionale. Regulariter enim feudum est simplex, & rectum, & purum, sed fit conditionale aliquando per pactum, vt in c. j. §. præ terea. in tit. quæ sit inuesti. & ad certum, & limitatum seruitium, vt ibi. & in tit. qui. cau. feu. amit. c. j. & fi. & in tit. de cap. qui cur.

7 ven. c. fi. & ibi no. †Sexta diuisio est, quòd feudum quoddam est perpetuum, quoddam tẽporale. Est autẽ perpetuum illud, quod est simplex, seu rectũ, vt in c. j. §. j. quib. caus. feud amitt. tẽporale verò appellatur illud, quod finitur cũ persona, nec transit in eius hæredem, vt in c. j. in fi. de alie. feu. & in c. j. de feu.

8 vas. & in c. j. de feud. guar. & castal. †Septima diuisio est, quòd feudum aliud habet propriam naturam, aliud impropriam. Illud autem dicitur habere propriam naturam, quod est simplex rectũ, de quo nõ potest quis priuari, nisi interueniente in eo culpa legitima à iure approbata, & à domino reprobata. vt in c. j. de feu. sine cul. non amit. & in c. j. de natu. feu. Quod quidem proprium, & rectum feudum est simpliciter transitoriũ in filios masculos tantùm, vt prædixi, non autem in fœminas: vt d. c. j. §. & si clientulus. de alie. feu. cum si. Impropriam autem naturam habet feudum, quod ex conuentione, seu pacto transit ad fœminas, seu extraneas personas, quando quidem fieri contingit, si in instrumento inuestituræ adijciatur hæc clausula, videlicet ipse inuestitus suíque hæredes, & quibus dederit, habeant, & possideant &c. poterit tale feudum alienari etiam in extraneos, domino irrequisito, quod est no. vt habetur in ca. j. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. & in tit. de prohi. feu. alie per Lotha. c. j. & in c. j. de feu. non hac propriã naturã. & in c. pe. si de feu. fue. contro. & plenè no. in d. tit. de feu. non hab. pro pr. natu. licet olim in hoc aliter destingueretur. vt in c. j. de vassal. qui contra constit. Lotha. feu. alie. & in c. j. qualiter olim feu. alie. pos. Alijs etiam casibus dicimus feudum habere impropriam naturã, puta cùm acquiritur, siue inuestitur, vel minus solenniter datur, quo casu non transit in hæredem, vt in c. j. qui. mod. feu. consti. po. Item feudum guardię & gastaldiæ habet etiam naturam impropriã, nec transit in hæredem. vt in c. j. de feu. guar. gast. Item eiusdem naturæ est feudum cameræ, & capanæ, vt in c. j. de feu. cogni. & in c. j. in prin. de no. for. & eodem modo est feudum soldatæ, vt in c. j. §. fi. in tit. quis di. dux vel marchio. & gñaliter omne feudum quod ex conuentione non transit in hæredem, non

9 dicitur habere naturam propriam. †Octaua diuisio est quòd feudum aliud est nobile, aliud minus nobile, aliud mediocriter nobile, aliud ignobile. Est autem nobile illud, quod ab Imperatore confertur regi, duci, vel alij comiti, per quod quis nobilitatur, qui feudatarij appellantur capitanei regij. Minus nobile est illud, quod confertur ab alio inferiore principe post Imperatorem: puta à Rege, comite, vel duce, vel marchione, & si. & hi feudatarij appellantur valuassores, & aliquando capitanei. Mediocriter verò nobile est illud quod confertur per istos magnos valuasores, & hi feudatarij appellãtur minores valuasores. Ignobile autem feudum est illud, per quod nulla acquiritur nobilitas, in accipitur ab istis minoribus valuasoribus, & hæc omnia no. in c. j. circa prin. de his qui feu. da. pos. & in c. j.

10 quis dicitur dux mar. vel co. †Nona diuisio est, quòd feudum aliud est diuisibile, aliud indiuisibile. Regulariter enim omne feudum est diuisibile, nisi contrarium fit actum, & conuentum, vel nisi consuetudo diceret oppositum, fallit hæc regula in supremis dignitatibus, & feudis, vt in regno, ducatu, marchionatu, & comitatu, vt habetur in c. j. de prohib. feu. alie per Federic. §. præterea ducatus. & in c. omnes filij. in tit. si de feu. defun, fue. contro.

11 †Decima diuisio est, de qua suprà dixi, sed hîc latius exprimam quòd feudum aliud est transitoriũ ad masculos tantũm, aliud ad ipsos & fœminas. Regula enim est, quòd feudum proprium & rectum, solum transit ad masculos, quia illi sunt apti seruire domino, ad fœminas autem non transit, cùm sint impotentes domino seruire honestè, vt dictum est suprà in tertia diuisione, pro quo facit quod habetur in c. j. §. filia. in tit. de suc. feu. fallit quando feudum esset fœmineum, vt in c. j. de benefi. feu: & de na. suc. circa prin. & in tit. an mari. suc. vx. c. j. Item fallit si in inuestitura actum fuerit expressè, vt pluries vidi, quòd fœminæ succedant, quo casu masulo deficiente, & non aliter admittuntur fœminæ, & sic prouisio ista restringitur ad hunc ordinem, vt probatur in tit. epis. vel abbatem. c. j. §. quoniam. & in titulo de eo qui sibi, vel hæred. suis mascu. inuesti. c. j. Item fallit quando deficientibus masculis, dominus vult gratificari fœminæ ipsam acceptando & feudũ in ea confirmando, vt in tit. quemad fue. ad fœmi. perti. c. j. In hoc tamẽ aduerte, quòd si fuerit feudum antiquum, & paternũ non poterit dominus gratificari filię fœminę in præiudicium aliorũ agnatorum masculorum, nisi expressè consenserit, vt habetur in c. j. ver. nec in filiam. de alie. feu. pa.

12 †Pro cuius dubij declaratione reuoco in dubium an dominus possit gratificari filię exclusis alijs agnatis. Et dicunt quidam, aut feudum est nouũ, & tunc potest, tam patre viuente, quàm post eius mortem, vt d. c. j. quando feu. ad filiam perti. aut est feudum antiquum, seu paternum, & tunc non. vt in d. c. j. ver. nec in filiam Alij dicunt, quòd etiam si feudum sit paternum, potest dominus gratificari filiæ mortuo patre, vt in d. c. j. quand. feu. sed eo viuente non potest, vt in d. ver. nec in filiam. cum si. Prima opi. placet Bar. & Pe. vt in d. c. j. sed Ia. de Bel. placet opi. secunda. Et no. quòd in hac materia feudorum, appellatione hæredis continetur solus filius masculus, & quilibet alius proueniens ex de-

scen

scēdentibus masculini sexus, vt habetur in c.j.§.& si cliētulus.in tit. de ali.feu. & in c.j.§. pe. qui.feu.
13 da.pos.cū ibi no.†Vndecima diuisio est, quòd feudum aliud est transitorium in omnes filios obtinētes eūdem gradum,vt ī c.omnes.in tit.si de feu.fue. contro. & in ti.qui feu.da pos. Quoddam verò est feudum,in quo succedit solus primogenitus,vt patet in Reg. francorum.& regulariter in alijs regnis,& pluribus ducatibus, & marchiona.qui iure francorum regulantur, quod quidem ius est adinuentum ad maioris dignitatis conseruationem, & statum,quo iure si vti scirent certi subditi fortasse melius conseruarentur,cùm per diuisiones destrui
14 & annullari consueuerint mansiones. †Post hæc quęritur,an quælibet personæ posint de feudo inuestiri? dic breuiter quòd sic siue sit seruus,siue liber, dumtamen dominus non ignoret conditionē ipsius personæ, vt in c. j.ver.personam. in titu.per
15 quos fiat inuesti. An autem econtrà posit quilibet dare in feudum,respondeo quòd sic,dumtamē habeat bonorum suorum legitimam administrationem, vt in d.c.j. in prin.& si feudum fuerit antiquum, poterit etiam minor non habens plenam bonorum administrationem illud renouare, quia per talem renouationem non dicitur alienare,vt ibi, & probatur in tit.de no.feu.§.item sciend.

De castro Gropelli. Quæritur,an omnes res posint in feudum dari? dic quòd res immobiles dantur tantùm in feudum non autem mobiles,vt dictum est suprà & habetur in c.ij.in princip.de feu.cog.nisi ipsius rei in mobilis esset interdicta alienatio hominis, vel legis dispositione. vt in c.j.§.sed & res.in tit.per quos fiat inuestit.

Cvm omnibvs iuribus, & pertinentijs. Quid autem appellatione pertinentia-
a rum [a] contineatur, dic vt suprà dixi in j. lib.& secundùm Inn.continentur ea, quæ statuto,lege,vel consuetudine deputata sunt, vt accedant,puta castro, consueta iurisdictio: & parochiali ecclesiæ, ius decimarum:& hospitalibus,dos asignata,vt extra de deci.ca.cùm in tua.& c.tuā.& c.cōtingit. & de his quæ fi.à præla.c.pasto.&de cen.c.j.& no.per ipsum Inn.in c.cum ad sedem de resti.spol. & c.ex literis.de iu.pa.

EPITOME.

1 *Causa legitima, propter quam reuocatur feudum.*
2 *Hæres domini, an poterit reuocare feudum propter feloniam vassalli contra dominum, quamuis dominus nullam querelam mouerit.*

Vitae eiusdem Ray. multipliciter insi-
1 diatus est .†Hîc aduerte, quòd hæc est causa vna sufficiens,per quam vassal.feu. priuatur, quia contra fidelitatem promissam facit.vt traditur in c.j. ver.porrò. in ti.quæ fuit prima cau.benefi. amit. Aliæ etiam causæ sunt de quibus infrà dicetur.
2 †Sed quid si dominus decesserit superstite vassallo,qui feloniam commisit nulla contra ipsum vassallum mota querela, an hæres eius poterit ipsum vassallū propter tale delictū feudo priuare? dic breuiter quòd nō, vt determinat gl.in c.j.§.insuper si filij. in tit.de prohi.feu.alię.per Fed.ar.ad hoc in l.omnimodo.C. de inoffi. testa.& ibi de hoc p gl.& optimè facit l. fi. & ibi p gl.& Cy. C.de reuo.do.

EPITOME.

1 *Iuramentum quod præstat vassallus domino, quæ contineat in se.*
2 *Domino faciente guerram imperatori an vassallus teneatur dominum adiuuare.*
3 *Vassallus habens duos dominos diuersis temporibus acquisitos, facientes ad inuicem guerram, an teneatur alterum contra alterum adiuuare.*
4 *Vassallus, an teneatur adiuuare dominum facientem guerram contra propriā ciuitatem.*
5 *Dominus, an teneatur iuuare vassallum contra omnes.*
6 *Vassallus, an teneatur adiuuare dominum facientem guerram iniustè.*
7 *Vassallus, an teneatur proprijs sumptibus adiuuare dominum.*
8 *Imperatore eunte Romam pro coronatione omnes eius vassalli tenentur ire secum Romam.*
9 *Vassallo pro domino perdente equum, an habeat regressum contra dominum.*
10 *Bannitus vassallus à rege & priuatus re infeudata, quam posteà alij concessit in feudum, post restitutionem, an posit vendicare rem infeudatam secundo.*
11 *Bannito domino, an vassallus sit liber à iuramento fidelitatis.*

1 Contra Debitum fidelitatis iuramentum. † Nota qđ iuramentum hoc quod præstatur per vassallum domino, continet sex partes, seu sex capitula, videlicet incolumem, tutum honestum, vtile, facile,& posibile, quæ omnia declaret tex.vbi vide in c.j.de no.for.fide. & in c.j.de for.fide. & in decretis.xxij. q. v. c.de forma. sed etiam vltra prædicta tenetur vassal. domino suo præstare consilium, & auxilum, vt ibi habetur.
2 Sed cica prædicta quæritur, pone quòd dominus facit guerram Imperatori vel econtra, nunquid vassall⁹ tenetur ipsum dominū adiuuare, & ei auxilium & consiliū præstare, dic breuiter qđ nō:qa p̄sona Imperatoris intelligitur sē p excepta in forma iuramēti fidelitatis.vt in c.imperialē.§.fi.de phi.feu.ali.p Fed.imò nec expressè posset se vassallus ad hoc

a Pertinentiarum contineatur. vide in l.j.in §. cum vrbē. ff.de offi. præ. vr. Bal.in c. j. ij. col. de cap.qui cu. ven. in vsi feu.per Ol. consi. cclxxij.

Adiuuare. Vide quod voluit Ro. consil.cccc-xliij. vbi ponit de cōfœderatodubus principibus.

obligaret pacto vel iuramento cum sit tale pactum, vel iuramentum à iure reprobatum.vt ibi,& contra bonos mores,sicque non tenet.vt l.non dubium.in fi:C.de leg.& in c. eaquæ contra leges.& in c. non est obligatorium. & iba per Dy. de reg.iu.lib. vj.nec immerito. quoniam filius tenetur præponere salutem Imperatoris saluti paternæ, vt in auth. vt cum de app.cogn.§. causas. versi. si eos. Ad hoc etiam facit regula, quòd semper in iuramento persona superioris intelligitur excepta, vt in l. fi. in prin.ff.ad muni.& in c.veniens. de iu.iuran. †Quid autem dices, si idẽ vassallus habeat duos dominos diuersis temporibus acquisitos,& alter cõtra alterum guerrã faciat,an teneatur vassalus vnum contra alterũ adiuuare? respondeo quòd aut inter dominos istos est dare diuersitatem in tempore, & tunc tenebitur priorem contra posteriorem adiuuare, probatur per tex.in c.imperialem.de prohi.feu.alie.per Fed.§.illud quoq;. quia iste præuenit in tpe, ergo potior debet eẽ in iure,vt in regula qui prior.cum si.ibi no.de re.iu. libro.vj. & quia in fidelitate præstita secũdo domino,intelligitur excepta persona prioris domini,ideo solùm contra alium quencunque dominũ, excepto priore etiam contra patrem proprium,& filium tenebitur secundũ dominum adiuuare,quòd est valde mirandum.Et quanta sit seruitus vassalli,vide no.vt hæc traduntur in c.domino guerram.§.contra omnes.in ti. hîc finitur lex,deinde incipit consue. regni.faciunt in ar.not.per Inn.in ca. cùm iamdudum.de preben. & in c.fi. extra de confir. vti. vel inuti.aut inter istos dominos fuit,&est identitas in tempore, quia eodem tẽpore fuit vassallus inuestitus de eodem castro, & alter dominus contra alterum facit guerram, quo casu dicerem quòd cũ sint in pari causa abstinere debet ab vtroque,ne vni auxiliando, alium offẽdat,nec sit causa quare magis vni quam alteri auxilium præstare debeat,nisi fortasse scdm aliquos,certum & manifestum esset ipsi vassallo, qđ alter guerram iustè faceret, & alter iniustè,quo casu teneretur auxilium præstare ei,qui iustè guerram moueret: ar.in d.c.domino guerram.in ti. de no.fi.for.§.& si contigerit.sed videtur quòd vtriq; ,si potest opem,&

a Tene menti.adde qđ voluit Frã. de aret.consi.xiiij.

auxilium præstare debeat. vt in l.iij.§.si cùm om-
4 nis.ff.ad silla. †Quid si dominus facit guerram cõtra ciuitatem propriam vassalli, an tenebitur dominum adiuuare? dicunt quidam quòd non, quia nec filius patrem, nec econtra pater filium iuuare debet contra patriam,vt l. minimè.ff.de rel.& sump. fu.ergo multominus vassallus dominum suum. Fortificatur hoc,quia filius præponere debet salutem reipublicæ,saluti paternæ, vt in d. §. causas. ver.si eos.ergo & vassallus,cùm non sit minor obligatio filij quoad patrem,quàm vassalli quoad dominium
5 vt in d. §. causas. †Sed nunquid reciproca vice teneatur dominus iuuare vassallum contra omnes prædictis exceptis, sicut vassallus dominum, dic breuiter quòd sic, quod multum no.deter. gl. in d. §.contra omnes. nam quoad hoc inuicem obligantur pariformiter,vt in d.c.j.in fi. de for.fid.& si dominus se subtraheret ab auxlio præstando vassallo cùm posset,iure suo.i.dominio priuaretur. vt in c.dominus causam.in tit.si de feu.fue.contro. & in c. ex facto.in tit.qualiter do.propri. pri.quod tene
a menti. [a] Et sic habes vnum casum, quo dominus priuatur iure suo, sunt etiã & alij, quos isti magni domini recusant audire, de quibus traditur in d. c.ex facto.cum seq.& per tot.tit.qualiter dominus, seu propriet.priuet.cum simili.ibi notat. Prædicta autem regula quæ est, quòd vassallus tenetur dominum adiuuare cõtra omnes, fallit,vt suprà.Item fallit si dominus fuit ab Imperatore,vel Rege bannitus, aut à Papa excommunicatus,quibus casibus vassallus est à iuramento fidelitatis absolutus. vt hæc probantur in c.domino guerram.in prin.c.fin. in tit.hîc finitur lex,deinde incipit consue.& in tit. de prohi. feu alie.per Fed.c.j.§.fin. & in tit.de for. fid.c.j.in fi.& xv. q. vj. in c.nos sanctorum. & c.iurantes.& idem fortius si ipse dominus esset hæreticus.ar.l.j. C.de hære.&in l.nemo.de ep.au.&auth. credentes.C. de hære. cum si.Postquam verò fuerit ipse dominus pœnitens ad gratiam restitutus tenetur vassallus eidem solita seruitia exhibere,vt xj.q. iij.in cap. videmus, & ibi not. & d.c. domino
6 guerram. Item nec tenetur vassallus adiuuare dominum, faciendo guerram iniustè,circa quod sic plenius distingue, aut constat ipsi vassallo, & certum est quod dominus eius facit guerram iniustam,aut est dubium. Primo casu tenetur ipsum iuuare ad defensionem tantum,non autem ad offensam, si tamen velit etiam ad offensam iuuare, hoc facere potest, sed non cogitur.secundum verã opi.vt probatur per Iac.de Bel.xiiij.q.viij.scire nos. in tit.de noua fide.for. c.j.§.si contigerit.& §.& si verò. Secũdo casu tenetur dominum adiuuare pręcisè tam ad offensam,quàm ad defensam, aliàs feudo priuaretur, & idem per omnia in tertio casu vt hæc omnia habentur in d.cap.domino guerram.in prin.cum si.suprà alle. †Hîc insurgit dubium, an vassallus tenetur suis proprijs sumptibus dominum adiuuare.& Inn in c. sicut.extra de iureiur. determinat quòd non,nisi ex pacto, vel consuetudine: imò secundum eum non tenetur ad aliquod seruitium

uitium,quod requirit sumptum,nisi in casibus à iure permissis seu expressis. In contrarium tamen facit tex.in l.suo victu.cum se.ff.de oper.libe.

8 †Cum autem Imperator Romam proficiscitur pro eius coronatione,tunc omnes vassalli tenentur cum eo ire,vel mittere dimidiam partem,vel tertiam fructuum contribuere.iuxta ea quæ habentur in tex.in c.imperialem.§.firmiter.de prohi.feu.alie.per Fed.& in c.j.in fi.de pa.iur.fir.in c.j.§.si mulier.de mili.capi.con.

9 †Quid autem si facta per dominum conuocatione suorum vassallorum,& ipsis existentibus super guerra aliquis,vel aliqui eorum perdiderunt equos,vel arma, an habeant regressum contra dominum?dicit Inn.in d.c.sicut de iureiu.quòd non. quia ex debito sunt adstricti dominum adiuuare, ideoque casus fortuitus non imputatur domino suo,& eodem modo si causa pietatis accessisset quis ad iuuandum ipsum dominum.vt xiiij.q.iij.c. non iustè.cum seq.& xj.q.iij.c.si dominus.secus autem esset si dominus conuocasset alios simplices amicos non sibi vassallos,qui ex debito nõ fuerunt ad hoc adstricti,nec pietatis causa sunt moti, sed ex solo mandato:quo casu si perdiderint arma vel equos habebunt secundum Inn.actionem mãdati contra ipsum mandantẽ,si fuerunt vocati ad bellum iustum.vt in iuribus præalle.secus autem si vocati fuissent ad bellũ iniustum,nam tunc non daretur eis actio mandati pro huiusmodi damnis, nec in alijs impensis per eos factis,quia turpe esset tale mandatum,cũ nulla ex eo nata est obligatio. vt l.si remunerãdi.§.rei turpis.ff.man.& in l.si mandauero.in §.si ẽdẽ.cum seq.ff.eo.ti.& insti.mã.& in §.illud. Sed contra illud quod suprà dictũ est mandantẽ teneri ipsi mãdatario vocato ad iustũ bellũ obstat multũ.quia casus fortuitus nõ venit in actione mandati,sicut nec in cæteris bonæ fidei iudicijs.vt in l.quæ fortuitis.C.de pig.act. & in l.j.C.loc.cũ si.ibi no.facit l.dominus horreorũ.ff.loc.& l.j.C.depo.so.dicit Inn.vbi suprà quòd hic fuit casus fortuitus,qui de facili potuit præuideri ab ipso mãdãte, videlicet quòd si iret ad bellũ posset de facili spoliari,& capi & si.quæ sunt de natura belli,cuius dubius est euẽtus,meritò ergo de tali casu tenetur,secus autem esset vbi casus de facili prouideri nõ potest,nec resipsa esset ad hoc disposita,vt in cõtrarijs. Sed diceret aliquis nõne si quis cõmodauerit equũ alicui,vel arma ad bellũ & ibi ea amiserit cessabit actio cõmodati cõtra cõmodatariũ, certè sic.vt l.si vt certo.§.interdũ.ff. cõmo.& per cõsequens iste commodator dãnum sustinet casus fortuiti,licet præsciuerit hunc casum posse euenire,ergo eodem modo debet mandatarius priuari actione sua, cùm & ipse præsciuerit talem casum sibi posse contingere.So. dicit idem Inno. vbi suprà quòd ratio differentiæ inter vtrunque casum est, quia commodatarius non excessit fines contractus deducendo equum ipsum ad bellum,quia ad eum vsum ad quem ipsum equum accepit vsus est, idemque dicit in conductore equorum,& armorum ad bellum persequendum, quia si in bello capiatur conductor non tenetur ad emendationem,vt ff.loc.& condu.l.item quæritur.§.si quis seruum.& l.videamus.§.j.cum si.Sed mandatarius vocatus ad bellum, licet præscire potuerit, quòd de facili arma,& equos amittere potuit,tamen sciebat ius suum durare,& se consequi posse per actionem mandati quæcunque perderet,& impendia quæ faceret, vt ff.man.l.inter causas.§.impendia. & l.qui mutuam.§.fi.vel dic quòd in omnibus prædictis casibus,si sanè intelligantur, est identitas rationis,seu dipositionis iuris: nam semper ad dominum rei,& ad mandantem pertinet hoc periculum, quia mandans damnum restituit locator,& commodator rem suam perdit,sicque omni casu pariformiter ad eos damnum reddijt,nec tamen ille qui mandauit amicos conuocari ad bellum poterit tanquam sua intersit agere contra spoliatores vi.bono.rapto.cùm actio vi bono. rap.& furti solùm detur ei qui in rebus ablatis habet dominium,vel possessionem,vel ius aliquod reale. vt l.ij.§.in actione.ff.vi bo.rap.ff.de fur. l.si is qui rem.& l.si is cuius.cum si.secundum eundem Inn. Quod autem dicatur iustum,vel iniustum bellum no.per eundem in c.olim.ex-
10 tra de resti.spol. †Vlterius circa præmissa quæritur, pone quòd Rex banniuit eius vassallum ipsumque priuauit omnibus bonis suis, & maximè quodam castro,quod iure feudi recognoscebat à Rege,deinde ipsum castrum in feudum dedit alij, postque certo tempore transacto ipsum vassallum Rex ipse ad omnia bona sua,& gratiam suam restituit. Quæritur an hic vassallus restitutus possit dictum castrum à secundo vassallo de iure vendicare?quam quæstionem plenius disputat Ia. de Bel.in c.domino guerram. vbi finaliter sic concludit,aut ipse primus vassallus fuit bannitus tantum,aut fuit bãnitus & condẽnatus.Si quidem fuit bãnitus tm̃,aut fuit bannitus & requisitus scdm ius consuetudinarium feudorum,aut secũdũ ius commune Imperatoris, aut secundum legem solius Regni,aut fuit simpliciter tantùm bannitus. Primo & secundo casu principali admittitur feudum anno elapso, vt in c.j.in ti.de mil.vas.qui contu. est.& ff.de requi.re.l.j.& ij.& fi. Tertio autem casũ simpliciter feudum perdit & cætera alia bona, vt C. & ff.de bon. dam.quarto casu non perdit feudum nec cætera bona.quia regulariter feudũ sine culpa non amittitur, nisi culpa probata & conuicta.vt c.j.& arg.ff.de cu.re.l.diuinis.& & not.in ca.j.§.calidis.de prohi. feud.ali.per Fed. Sed lata sententia cõtra eũ,tunc priuatur.vt in c.j. in tit.si vassal.feu.pri.cui debe.re.& c.j.de feu.sine cul.nõ amit.Patet ergo in ꝓposita qõne dicẽdũ q. in illis casibus in quibus feudum amisit nõ potest castrum illud vendicare nisi specialiter,& expressè ad illud fuerit restitutus,& sic tale principis beneficium non erit latissimè interpretandum,quia

de alieno præiudicio agitur.in certis aūt casibus quibus feudū non amisit,poterit ipsum castrū vendicare, & huius distinctionis ratio est, quia non est verisimile,quòd Rex voluerit per hanc generalem restitutionem adimere secundo vassallo, quod abstulerat primo, alio non expresso,quia generalis clausula non trahitur ad specialia..arg.l. in oblatione generali.ff.de pigno.& in authenti. hæc consti.quæ de digni.§.illud.& extra de elect. & in c.innotuit.in fin.& hæc opi.optimè probatur in c.quamuis.de rescript.lib.vj.& in c. si eo tem-
11 pore.de elect.eod.libr. † Quid autem si dominus sit bannitus de ciuitate, an vassallus sit interim absolutus à iuramento fidelitatis? & determinat gloss.& Iacob.de Bel.quòd sic.vt not.in d.cap. domino guerram.

EPITOME.

1 *Proprium & rectum feudum ad masculos transit fœminis exclusis.*

2 *Feudum de quo fuit facta inuestitura tam pro se quàm hæredibus,tam masculis quam fœminis, an semper fœminam excludat,masculo aliquo superstite?*

3 *Inuestitura facta pro se, & filijs de quibus filijs intelligatur.*

4 *Vassallo decendente ad quos per successionem feudum transferatur.*

5 *In fœminas regulariter non transit feudum nisi in certis casibus.*

6 *Filius aliquando excluditur à successione feudi.*

7 *Agnatus adiens hæreditatem agnati etiam cum beneficio inuentarij,an teneatur creditoribus non solum ad vires bonorum allodialium,sed etiam feudalium?*

8 *Ascendentes an succedant descendentibus in feudo?*

9 *Collaterales qualiter in feudo succedant.*

10 *Frater ex vtroque parente an præferatur fratri ex patre tantùm in successione feudi fraterni.*

11 *Fratres an teneantur ad æstimationem fratri propter feudum ad eos deuolutum de iure communi contra dispositionem testatoris qui vni tantum filiorū assignauerat.*

12 *Decedens duobus liberis superstitibus habili & inhabili,an possit totum feudum assignare habili.*

13 *Filij fratris cum patruo æqualiter succedunt in feudum.*

14 *Primus in gradu an præferatur posterioribus in successione feudi?*

15 *Expensæ vtiles & necessariæ si vassallus priuetur feudo, an sint restituendæ?*

16 *Decedente vassallo sine filio masculo ad quem pertineant fructus rei feudalis.*

17 *Causæ siue casus quibus vassallus siue eius hæredes feudo priuentur.& nu.24.& 25.*

18 *Relicta re feudali,an debeatur eius æstimatio,cùm res dari non possit nomine legati.*

19 *Vassallus an possit feudo imponere seruitutem rusticam vel vrbanam?*

20 *Vassallus an possit cōpromittere,vel transigere de feudo?*

21 *Dominus an possit alienare feudū sine voluntate vassalli.*

22 *Vassallus in consortem sine voluntate domini potest feudum alienare,*

23 *Vassallus an possit alienare feudum in quemuis agnatorum,vel eiusdem, vel diuersi gradus.*

24 *Facta alienatio feudi in extraneū volūtate domini per agnatos qui alienationi nō consenserūt poterit reuocari.*

25 *Vassallus non petens infra annum inuestituram si hæredi domini exhibeat debita seruitia,an possit priuari feudo?*

26 *Causa legitima commissa propter quam vassallus feudo priuatur,an priuetur ipso iure,vel per sententiam.*

27 *Secuta priuatione feudi propter causam legitimam cui applicetur tale feudum.*

28 *Quis sit iudex domini & vassalli contendentium super causa legitima priuationis.*

29 *Si sit inter dominum & vassallum contentio super possessoris solo an dominus sit iudex?*

30 *In causa feudali an sit offerendus libellus?*

31 *Sententia vel transactio facta inter vassallum & extraneum,an præiudicet domino.*

23 *Vassallus an habeat regressum contra dominum, si res ab extraneo euincatur?*

33 *Vassallus amittens clandestinè rem feudalem,an habeat regressum de euictione contra dominum.*

34 *Dominus recuperans rem feudalem à spoliatore, an teneatur illam restituere vassallo.*

35 *Facta inuestitura de feudo de nouo, tanquam de antiquo,& auito,an assumat naturam feudi antiqui?*

1 NEC SVPERSTITIBVS ex eo liberis masculis. † Ecce alia sufficiens,& legitima causa propter quam feudum perditur, & ad dominum reuertitur,vt suprà dixi nisi aliud fuerit actum in inuestitura,vt suprà dixi in decima diuisione.nam proprium & rectum feudum ad masculos transit,fœminis exclusis:vt in c.j.in prin.in tit. de gra.suc.in feu.cum multis si.Fallit in certis casibus in quibus fœminæ admittuntur,quos enumerat glo.in c.j.de na.suc.feu.& in c.j de feu fœmi.

2 † Sed quid diceres si aliquis fuerit inuestitus de castro pro se,suisq; hæredibus tam masculis, quā fœminis,qui posteà decessit superstitibus sibi duobus filijs masculis,& ad vnū ex eis propter diuisionem peruenit castrum, qui posteà decessit superstite sibi vna filia tantū,& alius eius frater posteà decessit superstite sibi vno filio masculo. Quæritur an hic filius masculus excludat dictam filiam fœminam eius consanguineam à successione feudi dicti castri?& videtur quòd non,quia semel effectum est feudum fœmineum per successionem illius ligneæ ad quam ex diuisione peruenit .arg.d.c.j.de nat.succ.feu .Sed tu dic contra, & sic masculus excludet suam consanguineā.per textno.in c.j.de eo qui sibi,hære.suis masc.& fœm.inuesti.acce.quam opi.firmat glo.in d.c.j.de na. suc. feud.& hoc procedit multofortius si dicti fratres perseuerassent in communione,nec repugnat d.c. j.de nat.suc feu.quia loquitur quando erat contentio inter plures masculos ex diuersis lineis descendentes:Sed quæstio nostra loquitur quādo ex vna linea est masculus,& ex alia fœmina, & ita debet intelligi d.cap.j.de eo qui sibi.& hær.suis . Et aduerte prout aliàs dixi, quòd vbicūque aliquis inuest

uestitur de feudo pro se,& hæredibus suis masculis & fœmi. quòd donec supersunt filij, vel alij descendentes masculi nunquàm admittuntur fœminæ, nam illa copula,&,isto casu denotat ordinem. vt probatur in c.j.ver.quis etiam. in titu epi.vel abba.& in c.j.§.filia verò.de suc. feu.etiam si à principio feudum fuisset fœmineum vt in c.j. in titu.de benefi. feud. & in cap.si fœmina. an mascu. feud. vxo. & nota. per Bartol. in l.gallus.§. quidam rectè.ff. de lib. & posth. & in l.si liberi.ff.de oper. libe.

3 †Inde quæritur de quibus filijs hic loquitur, dic quòd de filijs legitimis, & naturalibus à sui natiuitate, alij nanque filij siue naturales tantùm, siue legitimi tantùm siue naturales posteà à principe legitimati in feudo non succedunt. vt in c. adoptiuis.& c.naturales.in ti.si de feu.fue.contro. nisi Imperator in ipsa legitimatione specialiter expresserit,quòd in feudo succedere possint. qđ no.vt scias facere ordinare instrumentum, & hoc no.per gl.& doc.in c.naturales. Sed in alijs rebus qualiter succedatur iure Romano plenè infrà tactum est in forma libelli quo agitur pro hære.ab intesta.dela.& sic patet,quòd in materia feudali appellatione filiorum comprehenduntur solùm filij masculi legitimi & naturales à natiuitate sui, alijque per masculinam lineam descendentes.

In alia verò materia latior fit interpretatio.vt l.liberorum.ff.de verbo.signi.cum simi.

4 †Veruntamen vt in hac feudali materia habeas pleniorem doctrinam reuoco in dubium,si vassallus decedit,ad quos per successionem transeat ipsum feudum,vbi ante omnia aduertendum quòd successorum tres sunt speciales regulæ. quidam sunt descendentes,quidam ascendentes, quidam collaterales. Circa primam descēdentiū speciem talis assumenda est regula,videlicet quòd proprium & rectum feudum transit ad quoscunq; masculos descēdentes vsq; in infinitum,licet olim restringeretur vsque ad septimum gradum tantùm, vt in c.j.in prin.de gra.suc.in feu.& in c.j.§.hoc autem no.in fi.qui feu.da.pos.& in c.j.post princi.de feu.suc.

5 †In fœminas autem regulariter non transit nisi in certis casibus de quibus suprà dictum est.

6 †Porro & filius quandoque excludetur à successione feudi,verbi gratia,si ipse filius patre adhuc viuente dominum offenderit,de quo nullam satisfactionem fecerit,vt in c.j.§.insuper si filius in titu.de prohi.feu alie.per Fede. Secundò si vasallus cum aliqua muliere contraxit matrimonium eo pacto, ꝙ si filij ex ea nascūtur non succedant in feudo, vt in c.filij nati.in titu.de matri.ad morga.con. Tertiò priuatur feudo si ipse filius repudiauerit patris hæreditatem,licet alius agnatus in remotiori gradu constitutus repudiare possit hæreditatem,& feudum retinere:quod est mirabile,vt traditur in c.filius in tit.de capi.qui curi.ven.& no. in c.j.an agna.vel filius defun.repudi.hæredi.

7 †Ad huius autē declarationē quæritur.ecce quòd agnatus potest hæreditatem agnati defuncti repudiare,& feudum agnoscere,& retinere:nec pro feudo tenetur defuncti creditoribus respondere, vt d.c.j.an agnatus. pone ergo quòd agnatus agnouerit hæreditatem cum beneficio inuentarij,an respondebit creditoribus quatenus patientur vires nedum hæreditatis bonorum allodialium,sed etiam feudalium? videtur quòd non,quia bona feudalia habet suo iure,non ex successione,ergo &c.vt dictis iuribus. In contrarium[a] facit,quia hoc priuilegium consequitur quando repudiat, non autem quando agnoscit hæreditatem. Præterea filius ad hoc tenetur agnita hæreditate,vt in dictis iuribus, ergo & agnatus,& hoc puto verum respectu fructuum tantùm, sed respectu proprietatis, quæ non potest alienari,nō credo creditorib⁹ obligari. Quartò priuatur si pater eius deliquerit in dominum, licet quandoque deferatur agnatis,vt in c.j.in d.titu.si vasal.feud.pri.cui defe. & in c.j.§.denique. in tit.quæ fuit prima cau.benefi. amit. Quintò excluditur filius si habitum religionis[b] assumpserit.in c.qui clericus.in ti.si de feu.defun.fue.contro.& in c.j.de mili.vasal. qui ar.belli.depo. quo casu transit feudum ad proximiorem agnatum,vt ibi. Sextò excluditur quando erat feudum alicuius annuæ,vel mensualis præstationis,quo casu finitur feudum cum persona:sicut vsusfruct⁹,vt colligitur in c.ij.in fi. quis dicatur Comes, vel Marchio. Septimò excluditur secundum aliquos si fuerit à patre iustè exhæredatus.secus si iniustè.arg. in auth.de nup.§.soluto.cum se.nam si excluditur repudiando hæreditatem,vt dictum est,multofortius contra patrem delinquendo. Octauò excluditur quando filius ipse à natura mutus est,vel cæcus.Secus si est accidentaliter imperfectus,vt in c.j. in titu.an mutus,vel aliter imperfectus. quos casus pro maiori parte enumerat gloss.in capitu.j. de natu. succes. feud.

a In contrarium. adde quòd primam opin. tenet Raph Cu. consil. clxiij. quòd cum beneficio inuētarij nō teneatur creditoribus in nihilo.

b Religionis. limita per Calde. cōsi. ij. de feu.

8 †Nunc autem venio ad ascendentes in quibus traditur talis regula, quòd in feudo descēdentibus ascendentes non succedunt,vt in d.c.j.de na.suc.feud.licet iure Romano succedant in omnibus bonis,vt no.infrà in libello.de hære.ab intesta.dela ta.

9 Deinde quæritur de successione collateralium, an inuicem succedant? vbi sic est distinguendum, aut feudum est paternum, & antiquum, aut nouum: Primo casu frater fratri succedit, & cæteri agnati sibi inuicem. vt in d.c.j.§.fi.de gra.suc.in feud.& in c.fi.de feud.mar. cum simili.& hoc intelligunt verum quidam vsque ad septimum gradum tantùm, & non vltrà, licet descendentes succedant in infinitum.vt in c.j.§.hoc quoque sciendum.in tit.qui feu. da.pos.alij dicunt idem in collateralibus quoque quod in ascendentibus, vt nota.per glo.in cap.j. de feud.mar.Sed Iaco.de bel.distinguit,aut in principio feudum transiuit in collaterales, & tũc transibit in reliquos collaterales vsque ad septimum gradum tantùm.vt in d.§.quoque.aut à primordio trãsiuit in descendentes & tunc sequentes collaterales descẽdẽtium succedunt in infinitum. vt in d.
10 glo. †Sed quid si vnus frater decessit superstitibus sibi tribus,vel pluribus fratribus, quorum aliqui sunt fratres ex vtroque parente,alij verò ex parte patris tantùm. Queritur qui præferantur in feudo defuncti fratris? Et videtur præferendos esse vtrique coniunctos.vt in auth.cessante & in auth.post fratres.C.de suis & legi.in auth.de hæred.ab intesta.§.reliquum.cum simi.quia illi dupli ci iure, & vinculo iunguntur, vt ibi notat.In contrarium est dicendum quòd omnes pariter admittantur, quia ius agnationis attendendum est, & nõ cognationis, vt habetur in c.j.de suc.feu.& ita expresse determinat Bal.in c.j.de gra.suc.in feu.& sic in hoc est speciale in feudo, aliud est in rebus allodialibus,vt in d.auth.cessante.cum si. Vbi autem feudum est nouum, tunc regulariter, frater fratri & cæteri collaterales sibi inuicem non succedunt, sed ad dominum feudum reuertitur,vt in c.j in ti. de bene.fra.& c.j.de fra.de no.benefi.inuesti.Fallit hæc regula in certis casibus,in quibus collaterales succedunt in feudo nouo. primò si pactum speciale super hoc intercessit. Secundò si feudum fuerit acquisitum communi nomine transuersalium. Tertiò si fuerit acquisitum sciẽte domino de bonis cõmunibus eorum. Quartò si fuerit acquisitum tempore quo res erat in hoste. vt hæc omnia habentur in c.fi.de fra.de no.benefi.inuesti.& in d.c.j.de benefi.fra. Concludendo ergo præmissa circa ordinẽ succedendi in feudo, dic quòd si moritur vassallus, succedunt sibi filij eius æqualiter & cæteri descendentes masculi secundum ordinem debitum gradus cuiuscunque, nec posset vassallus ordinem succedendi infringere.quod est nota.vt habetur in d. c.j.in prin.de suc.feu.ex quo infertur, quòd nõ possit pater in eius testamento assignare feudum in totum vni filiorum,nisi cæteri filij consentiant,secundum Bald. vt per eum nota. in c. imperialem, in principio.de prohib.feud.alien. quia lex feudorum æqualiter eos admittit.vt in c.j.ver.sed cũ hoc iu.qui feu.da.pos. Est enim hic fauor filiorum,& domini,vt plures habeant vassallos,cui fauori non licet derogare testatori.ar.in l.scire debetis.C.vt in poss le. cum simi.nec tamen si contrafiat per testatorem,feudum reuertitur ad dominum secundum eum, sed ad filios æqualiter pertinet.
11 † An autem alij fratres tenebuntur ad æstimationem? videtur quòd sic, per not.in l.cùm alienam.C.de le.Et prædicta procedunt quando om-
12 nes filij sunt habiles ad feudum. † Quid autẽ si testator decessit duobus superstitibus filijs,quorum vnus est habilis,alter non,an poterit per totũ feudum assignare habili,dic quòd aut filius inutilis ad seruiendum est inhabilis ad succedendum,& tunc tenet assignatio,aut est habilis ad succedendum,licet sit inutilis ad seruiendũ, & tunc tenet assignatio paterna.vt in c.j.an mutus, vel aliter imperfectus.et in c.imperialẽ.§.prætereà ducatus,de
13 prohi. feu.per Fede.et ibi per Ia.de Bel. †Deinde sciendum est,quòd si alter ex filijs præmortuus sit relictis liberis, filij eius succedunt æqualiter cũ patruis suis,vt habetur in c.j.de suc.feu.et in c.j.§. j.de gra.suc.in feu.& in hoc cõcordat cũ iure Romano. vt in auth. cessante.C.de suis & leg. hære.
14 & in auth.de hær.ab intest.§.cum filius. †Sed quid dicemus si vassallus decesserit superstitibus sibi quatuor filijs,& vno nepote,ad quem nepotem postea ex diuisione perueniat ipsum feudum,qui nepos decessit superstitibus quatuor filijs ad quorũ vnũ ipm feudũ adhuc peruenit qui sine liberis decessit,queritur ad quem ipsum feudũ pertinebit? Dic quòd ad illos priores qui sunt eiusdẽ lineę cuius fuerat ille ad quem primo loco ex diuisiõe peruenerat,vt in d.c.j.de nat.succ.feud.In successione autem ascedentium & descẽdẽtiũ dic vt proximè
15 dixi. †Sed pone quòd aliqua ex causa feudum reddit ad dominum,de quibus causis plenius infrà subijciam,& vassallus reperitur multas in re expensas fecisse vtiles,& necessarias, quæsitũ est à pluribus,an hæ sint hæredibus vassalli restituendæ.Super quo secundũ do.Bart.sic distinguo: Aut feudũ reuertitur ad dominum sui culpę,vel delicto vassalli, vt quia decessit sine filijs masculis, & tunc est in electione domini, vel illas restituere hæredi vassalli,vel pati,illas abradi.vt in c.domino guerram. §.si vassallus.in ti.hic fi.lex deinde incipit cõsuetu, aut reuertitur ad dñm propter delictum vasalli,& tũc nulla fiet restitutio,nec abrasio: sed cedũt lu-
16 cro domini.ar.l.ij.C de iure emphyteu.†Sed quid dicemus de fructibus rei feudalis quando vasallus decessit sine filio masculo. Respondeo quòd aut vassallus decessit post kalend. Martij, & ante kalendas Augusti,& tunc pertinent omnes ad hæredes vassali,aut discessit ante kalendas Martij,& tunc pertinẽt ad dominum,vt hec omnia habentur in d.c.domino guerram.§.his consequenter.licet de iure Romano in fructibus in dote fiat alia diuisio, vt in l.de diuisione.& l. fructibus.& l.diuortio.ff.soluto matrimonio.& alia in legatis annuis,vt l.singulos.ff.de ann.lega.& alia in vsufruct.
17 vt l.defuncta.ff.de vsufructu. † Vidimus ergo casus duos quibus feudum reuertitur ad dominum & vasallus, & hæres eius feudo priuantur. Sed quoniam alij sunt plures casus,& causę quibus vassallus

sall⁹ feudo priuatur. Idcirco generalius de singulis
a pertingamus, q̃ sunt ᵃnu.xxx.vel circa, vt in feudorũ
lib. reperiũtur esse descri. Prima igitur causa pro
pter quam vasallus feudo priuatur est, si dominus
conuocato exercitu suorum vasallorum existente
domino in prælio aliquis ex vasallis ipsum domi-
num viuum, vel ad mortem vulneratum deseruit,
vt in c.j.in prin.qui feu.amit.ver.item qui domi-
num cum sim.cuius ratio est, quia deserendo do-
minum facit contra iuramentum fidelitatis, quo iu
rauit dominum tutum, & incolumen adiuuare, vbi
autem dominus in prælio mortuus esset, aut ipse
vasallus vulneratus sit, ita quòd factus esset inuti
lis domino auxilium prętare, tunc excusatus esset
vt ibi no.per glo. Secunda causa si vasallus assa-
lierit dominum suum aut castrum vel locum in
quo dominus residebat, aut per violentiam in ip-
sum locum scienter ingressus est, vt in d.c.j.§.simi
liter.qui.mo.feu.amit.& d.c.ij.de feu.da.mil.vas.&
d.c.j.§.porro.in ti.quę fuit prima causa bene.amit.
etiam si castrum, vel locus fuerit alterius.ibi no.&
hac ratione de qua suprà. Tertia causa est si va-
sallus parricidium commiserit, vt in d.c.j.§.deniq;
ver.si verò.in tit quæ fuit prima causa bene.amit.
& in ti.qui.mo.feu.amit.c.j.vers.item si fratrem.
Quarta causa est si vasallus dormierit cum vxore
dñi, aut dormire attẽtauerit, vel aliter eã turpiter
tetigerit, puta maxillas vel mãmillas.vt in d.c.j.§.j.
in ti.qui.mo.feu.ami.& d c.ij.de feu.da.mil.vas. ra
tio cuius est, quia facit cõtra iuramentũ fidelitatis,
quo iurauit honestum &c.non idẽ ergo putarem
in concubina domini, quia cùm lex solùm de vxore
loquatur, & sit pœnalis, non extendam illam ad cõ
cubinas.ar.l.si verò.§.de viro.ff.so.ma.cum si.licet
obstare videatur l.item legato.§.parui autem.ff.
de le.iij.& in auth.vt cùm de appel.cog.§.iij.
Quinta causa est si vasallus concubuerit cum filia,
vel nepte ex filio, aut nuru, vel cum sorore domi-
ni sui, tunc moram faciente cum eo, vt d.c.j.in tit.
qui.mo.feu.amit.& in ti.quę fuit prima causa bene.
amit.c.j.§.rursus.& hoc ratione de qua suprà.
Sexta causa est si vasallus feudum alienet in ex-
traneũ dño irrequisito, & ignorãte siue fiat aliena
tio inter viuos, siue in vltima volũtate, vel aliter
quouis modo, imò & factæ alienationes in præte-
ritũ, reuocatæ & annullatæ sũt hodie iure nouissi
mo.p Fed.vt habetur in c.j.in prin.de ꝓh.feu.alie.
p Loth.licet iure antiquo aliter distĩguatur.vt in
c.j.de feu.alie.& in tit.qualiter olim feu.po.alie.c.
j.& in tit.q.mo.feu.amit.§.rursus.cũ si.& in tantũ
hodie restricta est potestas alienandi, vt etiã nõ pos
set feudũ pignorari.vt in d.c.j.de ꝓhi.feu.alie.per
Fed.& in c.in generali.in ti.si de feu.defun.fue.cõ-
b tro.imò ᵇnec in dotem dari, nec pro anima iudicari
vt in c.j.§.donare.qualiter olim feu.po.alie.
18 †Sed an debetur æstimatio eo casu quo rẽ feuda-
lẽ legauerit? videturq; sic per ea quæ habẽtur in l.
cũ alienã.C.de leg.In cõtrariũ determinta Bal.
in d.§.donare arg.in l.vxor patrui.C de leg.cũ si.
ibi no.Ex p̃dictis vide infrà alle.cũ si.ibi no.Et de
p̃dictis vide infrà §ver. Deinde q̃ri-
tur & si vasallus fortasse de facto in
ter viuos alienauerit per venditionẽ
tenebitur emptori ignoranti feu
dum esse, non autem scienti ad inte-
resse, & pretium restituere.vt in c.
si vasallus.in tit.si de feu.fue.cõtro.
19 †Sed an possit vasallus ᶜipsi feudo
c seruitutẽ rusticã, vel vrbanã impone
re? videtur q; non, quia si nõ potest
ius pignoris constituere, vt dictum
est, ergo nec ius seruitutis. Tu autẽ
dic quòd sic, durante feudo in ipso
vasallo, vbi autem rediret ad domi-
num, seruitus extinguitur, vt habetur
in tit.de inue.de re.alie.fa.c.j.§.quid
ergo.sicut & in simili extinguitur
seruitus per hæredem imposita fun-
do legato sub conditione, nam in
euentum conditionis facta ipsa re le
gatarij seruit⁹ extinguit vt habetur
in l.si fundum.ff.de conditio.& de-
10 mon. †Sed an vasallus possit de
feudo compromittere aut transigere
vel pacisci, dic quòd sic, in sui pręiu-
dicium, vt habetur in c.j.§.j.in ti.de
leg.contra.& no.Spe.in ti.de arbi.§.
restat videre.vers.sed nunquid vasal-
lus.ad quod facit c.cum tempore.ex
tra de arbi.& extra quod me.causa.
21 in c.cum dilectus cum si. †Vlte-
rius quæritur quid econuerso ad
præcedentia, an dominus possit feu-
d dum alienare ᵈsine voluntate vasalli?
dic quòd non, secundum generalem
consuetudinem approbatam, licet
Mediolani aliter distinguatur, vt tra
ditur in c.j.§.ex eadem lege.in ti.de
le.corra.& in c.j.§.prætereà ducatur
in fi.in ti.de prohi.feu.alie.per Fed.
per quod patet, quòd contrariorum
est eadem disciplina, vt d.§.ex con-
trario.& §.illud.insti.pro soc.& ex
hoc colligitur differentia inter do-
minum rei emphyteuticæ, qui potest
ei⁹ dominiũ inuito emphyteuta alie
nare, vt no.in l.ij.C.de iure emphy.
Quid autem dicemus si dominus feu
di alienet sine consensu vasalli, an
priuetur proprietate sua? videtur
quòd sic, per rationem proximam, vt
in c.qualiter dominus à proprie.pri
ue. In contrarium determinat Bal.
in c.ij.quo tẽpore mi.inuesti.pe.de.
& sic non erit isto casu eadem con-
trariorum ratio Idem est in domino
rei emphyteuticę qui directum do-
minium alienando non cadit à pro-
prietate sua licet secus econtrà.in d.
l.ij.C.de iure emphyt.

a Quæ sunt causæ. vide glo. in c.j. quæ sit prima causa benefi. ami. & Bal. in d.c.j. quib. mo. feu. amit.

b Quòd feudum nõ potest in dotẽ dari pro filia pro se autẽ potest. vt ibidem no. Bal. si propriũ feudum habet vide Bal. in l. imperialem §. de prohi. feu. alie. per Fed. Ioan. an. in add. Spe. ti. de loca in §. nũc aliqua vero. c. ix. do. in c. quæ in ecclesiarũ. de consti. et per Fran. de are. cõs. xiiij.

c An vasallus. vide Bal. in c.j. de inue. in vas. fac. hosti. ĩ sum. ti. de arbi. in §. sed quæritur. ver. sed nunquid vasallus.

d An dominus possit alienare feudũ. vide per Car. Alex. in c.j. in §. ex eadẽ. de leg. cor. in vsi. feu.

12 †Et no. quòd licet vasallus prohibeatur feudum alienare extraneo, vt dictum est suprà, sine voluntate domini, permissa tamē est talis alienatio in cōsortē, siue in eius agnatū, ad quem feudū peruētur ū foret, quasi sit potius quędā refutatio quā ꝓpriè alienatio, vt habetur in titu. j. ver. & licet. in ti. de alie. feu. pa. cum si. quod est valde no.[a] †Circa autē præmissa occurrit dubitatio magna quam

13 vidi de facto. pone quod vasallus habet plures agnatos eiusdem gradus vel diuersi, nū quid possit in quē sibi placuerit eligere feudum alienare? Circa quam questionem sic breuiter distingue. Aliquando is in quem est facta alienatio, est cęteris agnatis solus alienāti proximior, & tunc tenet alienatio, nec potest per alios reuocari, quia facta est in illum in quem spes erat feudum per successionem peruenturū. vt probatur in c. j. de ali. feu. pa. & in c. titius. in ti. si de feu. de fun. fuc. contro. aut est in eodē gradu cū plurib⁹ alijs, & hęc est difficultas, & vidi do. Bar. & Sal. dare super hoc diuersa cōsilia cōtraria, dicēs in scđo malè cōsuluisse in primo, & finaliter pro veritate cōcludenda dixit, quod si plures erant in eodē gradu, poterat vasall⁹ vni soli feudū alienare cęteris inuitis,[b] nec loc⁹ erit reuocationi & ꝓ hac sentētia inducebat tex. in c. generali de alie. feu. coniuncta glo. sua in prin. Amplius etiam quia cum alienatio sit permissa inter agnatos vt dictum est, & habetur in d. c. de. alie. feu. pa. & iste sit vnus inter agnatos, ergo satisfactum est legi: sicut in simili dicitur de eo qui est receptus inter reos vt in l. si marit⁹. §. præscriptione. ff. de adul. ad idem faciunt simul iniunctæ. l. quoties. C. de fide. l. pater. §. xv. ff. de leg. iij & l. volūtas cum ibi no. C. de fide. Item quia refutatio feudi potest fieri vni soli ex agnatis, vt d. c. ij. in in fi. de alie. feu. pa. ergo &c Item quia interesse circa rē prohibitam alienari non attenditur quādo in vnā ex personis permissis fit alienatio, vt in dicto. §. xv. d. l. & voluntas, ergo &c. Item quia cessat rō prohibitionis quę fuit ne agnati habendo extraneum pro consorte ad odiū, & ad rixam incitarentur, ergo &c. vt in l. adigere. §. quanuis. ff. de iure pat. Item prohibitus alienare in vltima voluntate nisi in certis personis, potest vnam ex eis eligere, ergo sic erit alienādo inter viuos, vt l. j. ff. de leg. l. filiusfam. §. diui. ff. ad leg. falcid. l. pate filium. ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. si duos. coniuncta l. peto. §. fratre. & l. cùm pater. §. cum inter. probatur hęc decisio per glo. in c. j. ver. sed & res. in titu. per quos fiat inuesti. in prin. magnæ gloss. ver. potest ergo. quam opini. sequūtur docto. Sed in oppositum faciunt multa non minoris auctoritatis argumēta. Priò videtur ꝙ talis alienatio nō teneat in ꝑiudiciū cæterorū eiusdē gradus agnatorū. per tex. in d. c. j. de alie. feu. pa. vbi patet ꝙ si fiat alienatio agnatis nō cōsentientibus nō valet, ergo quia pluraliter loquitur tex. pluriū exigitur consensus. Itē loquitur ibi tex. indefinitè cū dicit agnatis cōsentientibus ergo vniuersaliter debet intelligi de plurib⁹. l. si plurib⁹. de le. ij. Itē qa spes successionis ipsi⁹ feudi erat æqualiter in oībus. ergo oēs cōsentire debēt, per d. c. i. j. Itē quia de ꝑiudicio oīm tractatur, ergo oīm cōsensus requiritur: vt l. fi. C. de aucto. prestā. cum si. Item quia vbi ius pluribus cōpetit, potior est causa prohibentium, quàm volentium. l. Sabinus. ff. communi diuidun. & l. parietis. ff. de seruitutibus vrbanor. prędio. ergo &c. Item quia in eis locum habet ratio prohibitionis quę est ne priuetur iure feudi: ergo &c. Itē quia alienatio ista facta in vnum, habet vim refutationis, vt dictū est, sed ad partem refutatam omnes pariter sunt admittendi. vt l. j. C. quando non pe. par. ergo &c Item quia si plures sunt alienare prohibiti, & oēs vno excepto alienent, ille qui solus non cōsenserit totū reuocabit. ff. de lega. ij. l. cùm pater. §. libertis ergo &c. Item quia si aliquis pluribus tenetur bona sua relinquere, non potest illa in vnum solum transferre: vt in authentic. nouissima. C. de inoffic. testamen. & in authen. vnde si parens. ergo &c.

Item quia & si tempore mortis posset vnus ex eis eligi in tali alienatione, tamen in vita non poterit. per tex. in leg. cum pater. §. filia. de leg. ij. ergo &c. Alij distingunt, aut feudum est seculare, & tunc habet locum prædicta disputatio, aut est ecclesiasticum, & tunc habet locum, & non poterit fieri alienatio in agnatum, vel alium sine consensu episcopi vel prælati, vt no. per Iacobum de Bel. in c. j. in ti. qui feu. da. po. in prin. optimè ad prædicta facit c. fi. cum ibi no. extra de feu. Aut ille in quem facta est alienatio est præ cæteris remotior in gradu, & tunc non tenet alienatio, de quo plenè notatur per Baldum in c. j. de. feud. alienat.

14 †Deinde & aliud est notandum quòd licet permissa sit in extraneos alienatio fieri interueniente domini voluntate attamen alienatio poterit reuocari per agnatos eius qui alienationi consensum non præstitit si feudum erat paternū & antiquū, sicque solus cōsensus dñi non nocet agnatis sed ipsi vassallo tantum, donec vixerit quo defuncto reuocabitur per agnatos, quod est semper menti tenendum, vt traditur in c. j. in prin. in titu. de alie. feu. pa. & in c. j. in fin. in ti. qualiter olim feu. alie. po. & in c. j. §. sed res. & in ti. per quos fiat inuesti. Et idē dicendū, vt plerūq; vidi, si plures fuerūt vasalli eiusdē castri, & vnus ex eis sine volūtate cōsortiū

> a Valde no. Adde quod voluit Old. cōsi. cclxx. & quod voluit Lu. Ro cōsi. cxcix.

> b Inuitis. intellige vt voluit Bal. cōs. cclix. ij. vol.

fortiũ suã partẽ remiserit, seu refutauit dño suo, nã mortuo ipso vasallo poterũt cõsortes petere partẽ refutatã, vt no. in d.c.j. de alie. feu. pa. Cuius ratio est, quia feudũ antiquũ dñi, & paternũ est debitum agnatis ꝓuisiõe antiq dñi & acquisitiõe antiquorum parentũ sicq; nõ est sine eius facto sibi auferendũ. ar. l. si arrogator. ff. de adop. & no. p lac. de bel. c.j. in ti. an agna. vel filius defun. repu. hær. [ali]quãdo tñ ipse vasallus excusatur ne alienato feudo priuetur, videlicet si ignorauit esse feudũ, & credidit fore allodiũ, vt in c. si vasallus feudũ. in ti. si de feu. fue. cõtr. & in c.j. in ti. de contro. inter do. & emp. sup qua ignorantia standũ erit sc̃dm aliquos sacramẽto ipsius vassalli. ar. in c.j. pal. de cõtro. inter do. & emp. Vij. causa est si vasallus manifestauerit secretũ, seu credẽtiam dño in ipsius læsionẽ. vt in c. si capitanei. in ti. de feu. da. mi. vas. & in c.j. de for. fide. & xxij. q.ij. c. de forma. cum si. in quo multi errant, quia modici reperiunt bene secreta tenere. Et ex hoc & multis alijs dici potest, quòd vasalli sunt in magno periculo, & seruitute constituti, nec possunt dicere, quòd aliqualiter de statu suo sint securi stantibus tot causis, quibus feudo possunt priuari, sicque continuus timor non sinit eos esse felices, optima ergo, & beata est illorum vita qui possident castra in Lombardia quæ nullo feudo sunt subiecta. Octaua causa est generalis quãdocunque vasallus facit contra id quod in fidelitate promisit, vt in c.j. de feu. sine cul. non amit. Nona est specialis causa si vasallus est contumax & inobediens seruire domino suo, prout conuenerunt, vel prout partes curiæ fieri laudauerunt, vt in d.c.j. de feu. sine cul. non amit. Decima est si vasallus, vel hæres eius steterit per annum, & diem post mortem domini negligens petere reuoca-
a tionem [a] inuestituræ à domino, vel eius hæredes vt in c.j. in prin. quæ fuit prima causa benefi. amit. & in c.j. in prin. de leg. conra. cum simi. suprà no. & hoc si fuerit maior xiiij. annis, nam minor excusatur, vt habetur in c.j. § præterea. si quis in ti. de prohi. feu. alie. per Fede. & in c.j. quo tempore mi. inuesti. pe. de. & in c. si minori. si de feu. fue. contro. hoc autem tempus intelligas cedere à die scientiæ hoc est, quo sciuit dominum defunctum, nam ignorantia nõ ascriberetur culpæ. ar. l.ij. in prin. ff. quis or. in bo. po. ser. & est tex. no. in c.j. ver. porrò. ibi, ex quo sciuerit &c. in ti. qualiter olim feu. alie. po. & determinatur per gl. in c.j. quo tẽp. mil. inue. pe. imò secũdũ aliquos nõ cedit nisi adita hęreditate sicut etiã dicitur in q̃rela inoff. te. vt l. sancimus. §.
25 sed illud. C. de inof. testa. †Quid autẽ dices si vassallus in hoc fuerit negligens, quia nõ petijt infra annũ inuestit, & eo trãsacto hæres dñi acceptauit
b solita seruitia [b] à vassallo, nũqd poterit vassallũ feudo priuare? Dic ꝙ nõ. ar. l. post diẽ. vt ff. de leg. cõmis. sicut dicitur dño recipiẽte canonẽ post quã res cecidit in cõmissũ. vt determinat gl. in l.ij. C. de iure emph. ad qđ facit l. pe. & fi. ff. de eo qđ cer. lo. & in l. aduersarius. C. de vsufr. l.ij. § fi. & l. diu⁹. ff. ad [?] l. & l. celsus. de arb. Vndecima causa est, quia feudum vassallus amittit per spontaneã eius repudiationẽ, & resignationẽ in manus domini sui quã facere potest etiam ipso domino inuito & contradicente, vt in c.j. § rursus. in ti. qui. mo. feud. alie. po. & in c.j. in f. & dicto. § porro. & in c.j. in fine de vas. qui contra consti. lotha. feu. alie. quod est no. & singulare. differunt etiam in hoc à cõtractu emphy. & locationis, vt in l. viam veritatis. C. de loca. cõiuncta l. sicut. C. de act. & obl. q tñ repudiatio solũ nocet ipso vasal. non aũt suis agnatis, vt s̃. dixi. Et aduerte ꝙ hæc causa differt à pręcedentibus & sequentibus, q̃ loquuntur quãdo vas-
sallus feudo priuatur contra, vel præter eius voluntatem, sed hæc causa procedit cùm priuatur sua spontanea voluntate. Duodecima est si dominus offerat, & polliceatur vasallo inuestiturã facere, & citatus tribus vicibus, vel monitus ab ipso domino renuit acceptare postquàm iterum per curiam tribus alijs vicibus citatus venire contempserit, vt in c.j. § est & alia. in ti. quæ fuit prima causa benefi. amit. Tertiadecima causa est si vasallus sciens contra dominum fieri, vel tractari aliquam machinationem, vel læsionem non certiorauerit, cùm potuit dominum suum, vt d.c. proxi. c. præterea. & sic patet, quòd imputatur culpa ei qui non denũciauit cùm potuit, sicut & alibi l. si fideius. in § j. ff. man. & in auth. vt lic. ma. & aui. § si quilibet. & § ambo. Quartadecima causa est si vasallus impias manus intulit in dominum suum, vt in d.c.j. § porrò in ti. quæ fuit prima causa benefi. amit. ar. l. fi. de reuo. do. & in auth. vt lic. de cæte. § ij. & in auct. de nup. § sin autẽ. & § rur. Quintadecima causa est gñalior quotiescũq; vasall⁹ graues [c] & in-
c honestas iniurias ipsi domino intulerit. vt d. § porrò. Xvj. causa est si vitę domini insidiat⁹ fuerit, aut in ei⁹ bonis magnã lęsionẽ intulerit. vt no. in d. § porrò. Xvij. causa est si vasall⁹ recusauerit dño suo iustitiã ministrare cũ possit, siue de eodẽ feudo, siue de alio sit q̃stio sc̃dm aliquos. vt not. in d. § porrò. Xviij. causa est vt vassall⁹ fuerit delator seu accusator dñi sui ꝓpter qđ passus est graue sui patri[mo]nij dispẽdiũ, vt in d. § porrò. ver. sed & q delator. ar. ad hoc in authẽ. vt cũ de ap. cog. § iij. & l. § cũ patronus. ff. de offi. præfect. vrb. Xix. cau-

a Reuocationẽ. vide alexãdrũ cõsi. xxix. ij. volu.

b Seruitia, adde vt per Alexã. cõsi. lx. iiij. vol.

c Graues de hoc & multis alijs q̃ hic tactis, vide per Io. de ana. consil. vij. & per Ancha. cõs. cclxxx. v. & an vasalli, qui iterficit clericum possit ab episcopo priuari feudo. vide per Bal. consi. clxx.

sa si vassallus potuit dominum liberare à morte, vel à carceribus, & id recusauit facere, vt in d. ver. sed & qui delator, non tamē tenetur vassallus liberare dñm ne incurrat in periuriū, nec ab aliquo voto s. quod fecisset: vt habetur in c. licet. in fi. si de feu. fue. cōtro. & in c. si à morte. de alie. feu. pa. Vigesima causa si vassallus lite contra eum mota negauerit expressè, & ex certa scientia feudū, vel eius qualitatem, & conditionem, nā eo de mēdacio cōuicto priuatur feudo, licet non sic esset in re alia non feudali, vt in ti. si de feu. defun. fuer. contro. in cap. vassallus. & in ti. de le. conra. §. si vitæ domini. & sic patet quòd mendaciū aliquādo punitur sicut & aliud delictum. vt l. fi. ff. de rei vē. & ibi no. ff. de tributo. l. illud. §. & si negauerit. & C. de nō num. pecu. auth. cōtra qui propriam. & C. ad le. Aquil. l. contra negantem. & C. qui po. in pig. ha. auth. item possessor. & ff. si quadru. pau. fec. di. l. j. §. interdū. Xxj. si vasallus dominū accusauerit,[a] vel cōtra eum sponte testimonium dixerit, secus si ex necessitate, vt not. in c. sacramentum. §. si muliet. in tit. de consuetu. rec. feu. facit l. eum qui maior. §. is. ff. de bo. li. cum si. not. per glo. in d. §. similiter.

Xxij. causa est si vassallus tale delictum commiserit propter quod in curia amplius stare non possit, vt in c. j. in tit. an ille qui interfe. fra. do. sui. & sic patet quòd vasallus bannitus à domino suo priuatur feudo. in c. j. in ti. hic finitur lex, deinde incipit consue. licet autem priuetur vassallus occidendo fratrem domini sui, quod est mirabile, vt habetur in d. c. j.

Xxiij. causa est si dominus vadit cū Imperatore ad suscipiendum coronam, & vocauerit vassallum, vt eum sequatur, & ille cum eo ire recusauit, vel in loco suo aliū idoneum non miserit, nec medietatem fructuū ipsius feudi, & illius anni non contulerit pro expensis domino suo, nam ad aliquod de istis tribus vassallus tenetur, aliâs feudo priuatur. et habetur in c. imperialem. in §. firmiter. in titu. de prohi. feu. alie. per Fede. vt in c. j. §. fina. de pa. iur. fir. & titu. de leg. Corra. cap. j. §. similiter. Xxiiij. causa est si filius vassalli dominum offenderit, & vassallus pro satisfactione iniuriæ à domino requisitus filium exhibere recusauerit, aut à se filium non repulerit, nam tunc feudo priuatur, & ad dominum reuertitur, & idem in alijs domesticis vassalli delinquentibus contra dominum, & est per omnia intelligendum, vt habetur in d. c. j. §. insuper si filius. in titu. de prohi. feu. alie. per Fed. quod secundum aliquos procedit in omni alio delicto. Alij autem dicunt quòd hoc solùm procedit quando est tale delictum, quod si à vassallo fuisset commissum feudo priuaretur, & aliter non, & hæc opin. fortè verior est, ne plus grauetur vassallus ex delicto alterius, quàm ex suo proprio, vt in regula, alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. ff. de regu. iur. Xxv. causa est si vassallus vassalli eiusdem feudi priorem dominum offenderit iniustè, secus autem si anteriori domino auxilium præstando. vt in c. j. §. illud quoque. de prohib. feud. alie. Xxvj. causa est si vassallus mutus vel cæcus effectus est, vbi sic distingue, aut feudū nouum est, & tunc feudum amittitur, & ad proximiorem, vel dominum redit, siue sit cæcus, vel mutus ex natura, vel ex accidenti. Aut feudum est antiquum, & paternum, & subdistinguitur secundum aliquos, aut habet vnde alimenta percipiat aliter quàm ex feudo, & tunc illud perdit. aut nō habet aliunde sufficiens ad eius alimenta, & tunc retinebit illud. vt hæc habentur in c. j. in tit. an mutus, vel aliter imperfectus. & in c. j. in tit. episcopū vel abba. §. mutus. licet aliqui habeant hunc §. mutus. in tit. quib. mod. feu. amit. in ca. mutus. vbi vide.

Xxvij. causa est si vassallus efficiatur clericus, vel monachus, aut aliter religiosus, vt in c. j. in titu. de mili. vass. qui arma bel. depo. & in tit. si de feu. defun. fue. cōtro. c. qui clericus. & in d. c. j. in fin. in tit. an mutus vel aliter imperfectus. & intellige hoc verum in clerico, in sacerdotio, vel in sacris ordinibus constituto, non autem in simplici tonsura. secundum Bal. & Io. Fab. in c. qui clericus. & in tantū priuatur, quòd si posteà desierit esse clericus, vel religiosus nō recuperaret feudū, vt i c. j. §. ex hoc. in tit. de benefi. fœmi. Xxviij. causa est multùm generalis sub se multas causas comprehēdens, videlicet vbicunque vassallus committit tale quid contra dominum, quòd commissum cōtra patrem esset sufficiens ad exhæredandum. Idemque si committit tale delictum, propter quod solet donatio reuocari, vel vxori repudium mitti, vt hæc habentur in c. j. §. prædictis modis. in tit. quæ sit prima causa benefic. amitt. quæ tamen omnia discretioni iudicis committuntur, consideratis omnibus circunstantijs, quæ sit causa maior vel minor, his quæ in materia feudorum sunt expressa, vt ibi.

Patet ergo ex præmissis quanta sit seruitus vassallum esse, maximè magnorum principum, quib⁹ licet de facili quæstiones mouere, & in eis obtinere. Xxix. causa est quando vassallus enormiter tractat subditos feudi, vt in cap. primo. §. quicunque. de pa. tenen. & eius violatoribus. quod multum not. contra istos feudatarios Imperij, & Regum qui subditos pessimè tractant, sicut etiam & emphyteuta si rem emphyteuticariam deterio-

a Quid autē si dominus vassallū accusauerit coram superiore & obtinuerit vassallus cōtra eum an sit liberatus hoc iure seruitutis, vide plene per Bald. Zas. & alios scrib. in prælud. feud. Barto. in methodo ad Obert. Ortens. Ludo. Rom. sing. cccvij.

rat enormiter, priuatur ipso iure, vt in authen, de alie. emphy. §. si verò quis, cum simi. super for. li. emphy. contractus.

26 †Restat nunc nonnulla circa præmissorum in telligentiam annotare. Vnde quæritur in vassallo committĕte aliquam ex prædictis causis, quas omnes difficile erit effugere posse, an priuatus erit ipse vassallus feudo ipso iure, an priuandus

a sit per sententiam?[a] Et breuiter dic quòd priuãdus est per sententiam, sicque fiet processus debito modo contra eum & probandum erit de delicto, vel culpa commissa. vt habetur in c. j. in ti. de feu. sine culpa non amit. & in c. sancimus. in prin. in ti. quo tempore mil. inuesti. pe. de. & in c. j. in prin. in ti. de natu. feu. à qua sententia potest appellari ad Imperatorem & alium iudicem superiorem coram quo debet appellans se præsentare infra sex hebdomadas, & posteà habet annum ad prosequendum. vt habetur in d. c. sancimus. & ibi no. Quid autem dices de delicto commisso per vassallum propter quod priuandus est feudo ipse dominus tacuit dum vixit, nec contra eum processit, an hæres domini poterit contra ipsum vassallum causam excitare? dic quòd non, vt suprà dixi & no. per glo. in c. j. §. insuper. in tit. de prohi. feu. alie. per Fed. argu. ad hoc in l. omnimodo. C. de inoff. test. & ibi no. per glo. & de re. do. l. fi. & ibi per Cyn.

27 †Item quæritur priuato vassallo feudo suo cui applicetur, an suo domino vel proximioribus agnatis. Aduerte quia hæc quæstio est valde not. & breuiter sic concludendo in ea distingue, aut vassallus peccat deliquendo, aut in extraneum alienãdo, aut debito tempore inuestituram non petĕdo. Primo casu aut peccauit in dominun, & tunc redit ad ipsum solum in præmium suæ iniuriæ filijs & agnatis vassalli penitus exclusis. vt d. c. j. §. denique sæpè. in ti. quæ fuit prima causa benefi. amit. & in c. j. in tit. an ille qui interfe. fra. do sui. siue feudum fuerit paternum, & antiquum: siue nouum. vt ibi no per glo. & Iac. de Bel ad quod facit etiam quod no. in c. si vassallus. in ti. si de feu. fue. contro. quod sic debet intelligi. & in c. j. si vassallus feu. priue. cum si. Aut peccauit in extraneum, & tunc defertur eius agnatis filijs ipsius vassalli primi gradus exclusis. vt in d. §. denique. secundo responso. & in d. c. si vassallus. cum si. alleg. suprà. Verum quod dixi quando delinquit in dominum, quòd feudum redit ad ipsum liberè, debet intelli

b gi in vassalo laico [b] in clerico autem vassallo, pu ta episcopo, vel abbate, dic quòd quamuis reddat ad dominum, tamen non tenebit illud nisi durante vita ipsius clerici delinquentis, quo defuncto redibit ipsum feudum ad ecclesiam, quia delictum prælati non debet in damnum ecclesiæ redundare. vt habetur in c. j. in fi. de leg. cora. Secũdo casu principali vasall⁹ peccauit alienãdo in extraneũ, tũc olim distinguebatur an totũ vel partĕ alienaret, & an ti. vĕditiõis, vel ad libellũ, vt plenè dicitur, & disputatur p gl. ĩ c. j. §. j. in ti. de suc. feu. & in c. j. §. item si fuerit in titu. quib. mo. feu. amit. & in c. j. §. & si clientulus. in titu. de ali. feu. sed iure Lotharij quo oĩs alienatio fuit indistinctè prohibita, feudum paternum defertur cæteris agnatis vasalli eius filijs ac domino exclusis, qui agnati filijs prędictis exclusis, statim possunt ipsum feudum alienatum reuocare, & vendicare ab emptore. iuxta ea quæ no. in c j. §. porro. in ti. qualiter olim feu po. alie. in tit. per quos fiat inuesti. c. j. §. sed & res. & meli⁹ in c. titius. si de feu. fue. contro. vbi autĕ agnati non superessent, tunc redit vt prædixi ad dominum. vt in c. fi. quæ fuit prima causa benefi. amit. quæ distinctio locum habet secundum iura prædicta Lotha. lata ante constitutionem Fede. imperatoris. Sed hodie secundum aliquos, quorum opi. sequitur Pe. & Bal. per c. ex parte. extra de feu. per constitutionem Fede. in distinctè, ac liberè redit ad dominum omnibus filijs, & agnatis exclusis, vt in c. imperialem. §. calidis. in fi. de prohi. feu alie. per Fede. & ita etiã secundum hæc iura nouissima potest intelligi in d. c. j. §. fi. quæ fuit prima causa benefi. amit. & in c. j. si inter dominum & emphy. & in hoc assimilatur rei emphyteuticæ alienatæ domino irrequisito, quæ redit ad dominum. vt in l. fi. C. de iure emphy. vel fortè melius, dic quòd agnati hodie domino præferuntur, vt olim secundum no. per glo. & Iac. de Bel. in ti. de suc. feu. ne culpa vnius alijs sit damnosa. Et in hoc differt à re emphyteutica alienata quæ omnibus exclusis reuertitur ad dominum, vt le. fi. C. de iure emphy. Tertio casu potest distingui, vt in proximo casu, vel dic quòd redit solum dominum per tex. in d. c. j. §. præterea. si quis de prohi. feu. alie. per Fed.

28 †Sed pone quòd occasione prædictorum super ipso feudo oritur inter vasallum & dominum contentio quis erit auditor, & iudex competens ipsius quæstionis? Distingue secundum eundem. Iac. vt per eum no. in c. j. in tit. de inuesti. in ma. fac. & ibi per Bald. aut est contentio inuicem inter plures maiores vasallos, qui propriè capitanei appellantur, vt sunt Duces, Marchiones, & Comites, & tunc inter eos est iudex, & auditor Imperator vt in c. j. in ti. apud quem

[a] Sentĕtiã. cõiter ita tenet de quo per Alex. cons. ccxxiij. per Ludo. ro. consil. lxx. per Fulg. consi. iiij.

[b] Layco. sed quid si feudum erat ecclesiæ. vide Oldra. cõsil. xvij. Pau. de ca. cõsil. lxiij.

vel quos contro.feu.fi.de.& in ti.de le.cõr. in c.j. in prin. Aut est controuersia inter alios inferiores vassallos, & tunc aut constat ambos contendentes esse vassallos eiusdẽ domini, quia dominus & ipsi sic esse fatentur, sed quæstio solùm est circa aliquam partem feudi, vel circunstantias eius: & tunc dominus eorum est iudex cõpetens. vt in c.j. §. pretereà. in ti.de prohi. feu.alie.per Fed. Aut constat vnum solum ex his esse vassallũ de aliquo alio feudo super quo non est quæstio, sed solùm est quæstio de alio feudo, & tunc pares curiæ sunt iudices competentes. in c.j. ij. resp. apud quem vel quos contro. feu.[a] diff. & in titu. de le. cõr. c. j. Aut est dubium quis eorum sit vasallus, & tunc aut ambo prætendunt vnum & eundem institorem & dominum, aut prætendunt diuersos institores, seu dominos. Primo casu subdistinguitur, aut vterque litigantium allegat hoc feudum esse suum proprium & nouum, & tunc erit iudex competens ordinarius, vel arbiter. vt d. c. j. de le. conr. Aut vterque dicit esse antiquum, & tunc dominus feudi iudex cõpetens erit. vt in c.j. in tit. de inuesti. in ma. fac. Aut vnus dicit feudum esse antiquũ, alius verò dicit esse nouum & proprium, & tunc de iure antiquo non dominus, sed iudex ordinarius, vel arbiter erit iudex competens. vt d. c.j. in princi. de inuesti. in ma.fac. hodie autem de iure nouo cognoscent de causa pares curiæ. vt in titu. an ap. iu. vel curiam. c. j. Secundo casu cũ principali prætẽdunt diuersos inuestitores, tunc iudex ordinarius, vel arbiter de eorum causa cognoscet. vt d. ca. j. in prin. de le. conr. vbi autem esset controuersia inter vasallum & alium quem constat non esse vasallum, tunc iudex ordinarius de causa cognoscet. vt in c. j. in tit. de controuersia inter vasallum & dominum. Si verò controuersia esset inter vasallum & dominum, tũc pares curiæ cognoscunt. vt in c.j. in tit. de controuersia feud. ap. par. ter. c. j. § final. de prohibit. feudi alienatio. per Federic. de quibus omnibus & alijs pluribus, vide quæ notantur per Innocentium in c. cæterùm. extra de iudi. & in c. ex transmissa. de fo. compe. prædicta aũt procedunt quando est controuer.

[a] Feu. not. quis est iudex in causa feudi. dic per doc. in c. cæterum. de iudi. Io. an. in c. nouit. eo. titu. Spec. tit. de ap. in §. nunc tractemus. glo. in verbo ab eo. reci. in c. solite. de maio. & obe. & in c. romana. in §. ij. de ap. Abb. consil. lxxxij. in vij. co. & Io. de ana. consil. xxxij.

29 super petitorio. † Quid ergo si fuerit contro-
uersia super solo possessorio feudi, an dominus
est iudex. dicit Bal. quod non. in d. c. j. de inuesti. in
ma. fa. alle. gl. Bart. in d. c. cæterum. Et subdit quod
si dominus spolliauerit vassallum, quòd causa ista
erit tractãda coram iudice ordinario, sed ad quẽ
appellandum sit pro sententia lata super feudo
30 no. per Inn. in d. c. cæterũ. † Querendũ superest
an in huiusmodi feudalibus causis sit libellus offe-
rendus. & dicendum est quòd sic per regulam ge-
neralem in authẽ. offeratur. C. de lit. contest. sed
non iuratur per dominum de calum. quando est
quæstio inter dominum & vassallum. vt c. sacramẽ
31 tum. §. quibus. ti. de consue. re. feu. † Sed pone
quod super re data in feudum est contentio inter
vassallũ & extraneum, & fertur sententia contra
vassallum, vel fuit per vassallum facta transactio,
an hec transactio, vel sententia noceat domino, dic
quòd sic quoad vtile dominium tantũ ipsius vassal
li, quò autem ad directum nequaquam, vt habetur
in c. j. §. rei autem, in ti. de inuesti. de re alie. fac. &
in c. si vassalus de suo ti. si de feu. fue. contro. & in
c. j. in tit. de controuer. inter vasal. & alium cũ si.
35 Quid ergo si res feudalis fuerit euicta per senten
tiam ab ipso vassallo, an poterit regressum habe-
re contra dominum de euictione, distingue aut vas
sallus tempore quo fuit de feudo inuestit. sciebat
rem ipsam esse alienam, & tunc fuit in culpa accipi
endo, vnde non poterit de eui. agere nisi speciale
pactum super hoc intercesserit, aut ignorauerit rẽ
esse alienam. & tunc aut vassallus denunciauit do-
mino litẽ sibi motam. & tunc agere poterit de eui
ctiõe, aut nõ denũtiauit, & tũc agere nõ poterit.
vt hęc omnia habẽtur in c. j. in prin. in ti. de inuest.
de re. alie. fac. & in c. j. si de feu. vas. inter pre. fue. cui
distinctioni consonat etiam ius commune romano
rum, vt no. in l. si feudum sciens. C. de euic. cum si.
& vide quod no. Iac. de bel. in c. j. in ti. per quos fi.
inuest. ver. ob. tertio.
33 † Sed pone quod vassallus clandestinè, aut per vio
lentiam amisit castrum quod habebat in feu-
dum, an poterit agere de euictione contra domi-
num, dic quòd non, vt in l. fi. C. de act. emp. & l. si
per imprudentiam. in prin. de euic.
34 Quid autem si posteà dominus recuperauerit
ipsum castrum à spoliatore, an tenebitur illud vas
sallo restituere. Quidã distingunt aut vassallus fuit
causa perdendi castrum, quia non adhibuit debi-
tam custodiam, & tunc sibi imputet nec hoc casu te
nebitur domino ad restitutionem, aut non fuit in
culpa, tunc tenetur dominus restituere. Sed dicen-
dum videtur indistinctè dominum ad restitutio-
nem teneri. argumen. l. secunda. ff. de condict. sine
causa. & l. si is qui. in princ. P. & l. in commodato. §.
commo. cum simil. Alij distingunt, aut pręuenit res
ad dominum ex causa lucratiua, & tunc tenetur re
stituere, aut ex causa onerosa, & tunc non.
35 † Rursum quæritur, dictum est superius lon-
gam esse differentiam inter feudum antiquum &
nouum. sed pone, vt sæpius vidi, ecce quòd aliquis

de nouo

de nouo inuestitur in feudum de aliquo castro, & hoc expresso tanquam feudo paterno, auito, vel proauito, sic quòd tanquam paternum & antiquũ esse censeatur, nunquid per talia verba assumet naturam feudi antiqui & paterni? videtur quòd sic, quia lex tradita in contractu seruanda est, vt in l. traditionibus. C. de pact. & l. legem. eo. ti. l. fi. §. si conuenerit. ff. depo. cum simi. In contrariũ facit, quia per talia verba protestatiua non tollitur veritas ipsa. l. vt si fortè. ff. de castren. pe. & l. nemo potest. ff. de leg. j. cum simi. Bal. verò videtur sentire, quòd assumat naturam feudi paterni, & ob hoc in eo succedant agnati. vt per eum no. in ver. si denuntiauerit. in glo. in tit. an agna. vel fi. de repu. hær. c. j. & alle. in ar. l. fi. C. de bonis quæ libe. & idem firmat in c. j. de alie. feu. pa. post prin. ibi, extra no. quòd si rex concedat &c. arg. in l. quicunque. C. de omni agro deser. lib. xj.

QVARE CVM prædicta. Hæc est conclusio libelli ad quam semper aduertendum est.

EPITOME.

1 *Incrementa facta rei feudali per alluuionem cui cedãt an domino, an vassallo?*

CVM OMNIBVS Suis iuribus. Quæ autem sunt illa iura dictum est suprà. Sed quid in fructibus rei feudalis vide quod etiã suprà dixi, & traditur in c. domino guerram. §. his consequenter. in titu. hic finitur lex, incipit cõsue. Sed quid erit de melioramentis factis in ipsa re feudali, vide quod suprà dixi. & habetur in d. c. domino guerram. §. si vasallus.

1 †Sed quid dices de alijs incrementis factis ipsi rei per alluuionem, vel aliter, an cedant lucro domini, vel vasalli, distingue secundum Iaco. de Bel. vt per eum not. in c. j. §. si quis de manso. in fin. tit. de contro. inuest. aut incrementum accidit ipsi rei feudali facto vasalli, aut casu fortuito. Primo casu subdistingue, aut tale incrementum est separabile à re feudali, vel non. primo modo tũc pertinet ad vassallum nec sequitur. si feudum autem sit inseparabile, tunc accidit feudo. vt in c. j. §. ex contrario. in tit. de inuesti. de re alie. fac. & ibi not. Secundo casu principali, videlicet cùm casu fortuito accrescit, vt puta per alluuionẽ, tunc subdistingue, aut dominus inuestiuit vassallum cum omni incremento, & hoc est certum, & tunc pertinet ad ipsum vasallum iure feudi, vt in d. §. si quis de manso. in fine. versicu. rursum. Aut inuestiuit sine incremento, & hoc est certum, & tunc aut est incrementum latens, aut apparens. Primo casu pertinet ad vasallum. Secũdo pertinet ad dominum. argu. l. si fundi. §. j. & l. vsufr. ff. de vsufr. & de cõdi. sine causa. l. j. §. fi. Aut est dubium, & tunc subdistingue, aut dominus aliquid sibi reseruauit in feudo, aut nihil. Primo casu aut incrementum est latens, & pertinet ad vasallum. aut est apparens, & pertinet ad dominum. vt traditur in d. §. si quis de manso. Secundo casu cum nihil sibi reseruauit, & tunc aut vasallus possidet ipsum tale incrementum, & statur eius sacramento, an fuerit de eo inuestitus vel non. vt d. §. si quis de manso. in fin. aut non possidet, & tunc habet necesse probare per pares curiæ se fuisse de hoc incremento inuestitum, quo non probato, pertinebit ad dominum. vt in d. §. si quis de mãso. versicu. sed si dominus. cum simi. ibi nota.

Forma libelli quo agitur ad reddendam rationem tutelæ.

CORAM VOBIS Do. B. agit & in iure proponit Ioa. de ferra de Papia contra & aduersus egregium doct. do. Ia. magiariam, & quamlibet personam pro eo, & eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens & proponens idem Io. quòd quõdam Ruglerius pater ei in suo vltimo testamento fecit, constituit & ordinauit eidem Ioan. tunc pupillo suos tutores & curatores, necnon & executores dicti sui testamenti præfatum d. Iac. dominam Beatricem ipsius Iac. matrem analogistas, & sine inuentarij coofectione, ac ratione reddenda qui quidem do. Ia. mangiari. & do. Beatrix ipsam tutelam solenniter acceptarunt, & fecerunt cum debita solennitate inuentarium rerum de bonis omnibus, & rebus d. Ia. actoris & subsequenter gesserunt, & administrauerunt dicta bona, & res vniuersas d. Io. actoris tam infra tempus suæ pupillaris ętatis quàm post, vsque quo peruenit ad ętatem xviij. an. fructus, redditus & prouentus ipsorũ bonorũ recipiendo, & habendo, & de eis faciendo, & disponendo, prout eis visum fuit. Insuper dicit & ponit, quòd prædictus do. Iac. simul cũ dicta do. Beatrice executorio nomine prædicto multa bona, & varias pecuniarũ quãtitates distribuerũt iuxta formã dicti testamenti, de quibus quidem taliter gestis, & administratis, per eos tutorio curatorio, ac dicto executorio nomine, necnon & de rebus proprietatibus, & bonis in ipso inuentario descriptis, & alijs de quibus suprà. præfatus do. Iaco. mang. nullam fecit, nec reddidit debitam rationem Ioan. de Ferr. suprascripto, nec reliqua restituit prout de iure tenetur, quinimo prędictã rationẽ & alia suprascripta facere, & adimplere recusauit personaliterque recusat indebitè & iniustè. Quare cũ prædicta vera sint, petit, & requirit præfatũ Iac. à vobis do. Ber. vicario antedicto, quatenus per vestram diffinitiuam sententiam, & omni alio modo iure, via, & forma, quibus meli⁹ fieri potest cõdemnetis, & condemnatũ iuris remedijs cõpellatis suprascriptũ do. Io. mãg. ad faciendum, & reddendum d. Io. plenam, & debitã rationẽ prędictę tutelæ, curæ & executionis, necnon ad soluẽdum tradendum, & restituendum ipsi Io. de Ferr. omnia & singula bona in dicto inuentario apposita, &

descripta simul cum fructibus,& prouentibus per ipsum d. Ia. habitis, & perceptis ex bonis & proprietatibus antedictis, & cum reliquorum omnium integra satisfactione &c. damnis, interesse, & expensis deducendo in præsenti iudicio omne suũ ius:saluo iure &c. non astringens se &c.

EPITOME.

1 *Quot sunt species tutorum.*
2 *Species tutelæ ex ordine defertur.*
3 *Tutor datiuus non habet locum existentibus tutore testamentario & legitimo.*

CORAM VOBIS. Valde periculosum est huius tutelæ, ac curæ,& executoriæ officiũ prout inferius declarabitur. Ideoq; quia quilibet sapiens fugeret nec tali officio se immiscere vellet,iura voluerunt quòd certæ personæ cogantur assumere hoc officium tutelæ,nisi aliquam istam, & probatam habeant excusationẽ.vt in titu. C.& ff. in-
1 sti. de excu.tu. † Estque sciendum ad pleniorem huius doctrinam,quòd tutorum tria sunt genera, quidam tutores testamentarij ex eo sic nuncupati, quia ex testamento dati de quibus loquitur totus titulus. C. & ff.de excusati. tutorum. Quidam verò sunt legitimi hoc est ab ipsa lege ad tutellam vocati, de quibus loquitur totus ti. ff.& C. de legi. tuto. Quidam autem sunt datiui, hoc est à iudice ordi. constituti,de quibus dicitur per totum ti. ff. & C. qui da.
2 tu. pos. † Secundò præsciendum est, quod inter has tutelas, videlicet testamentariam,legitimam,& datiuam est dare ordinem,nã ex ordine est,vt primò offeratur testamẽtaria omnibus alijs tanquam dignior. Secũdò quòd deueniatur ad legitimã. Tertiò ad datiuam. Nam datiua defertur tutela eo ordine quo hæreditas defertur: vt insti. de legi. pat. tu. post prin. & ff. de leg.tuto.in le.j. in prin. & ad hoc facit l.si quis sub conditione. ff. de test. tu. & ibi per glo. Dy.& Bar.no.etiam per gl.& Cy. in
3 rub.& l.j.C.de test.tu †Tertiò est sciendum, quòd habenti tutorem testamentarium,vel legitimum nõ datur tutor per iudicem. vt l. licet. C. in qui cau.tu.ha.non pos.nisi in certis casibus, verbi gratia, si patrimoniũ esset ita amplum,quod vnus solus nõ sufficeret ad administrationem.nam tunc alius adiungi posset per iudicem, vel si testamentarius tutor absens esset & similia. vt habetur in l.propter.cum ibi no.C. eo.ti. Sed curator curatori regulariter potest adiungi. vt ff. de tut.& cura.da.ab his. l.neutri.§. fi. & quæ sit ratio diuersitatis no.per glo.in d.l.licet.

Instituat. sed quid si instituit in legitimatã tũ.dicit.Ludo.Ro.cõsi. cclxxxv. quod non per l. peto. §. matres. dele. ij. & dicit notabile esse.& ibi vide quis tutor sit præferẽdus. cũ ab ambobus parentibus sit datus.

EPITOME.

1 *Tutor an possit dari in minus solenni testamento.*
2 *Inter legitimos tutores an detur ordo?*
3 *Mater an præferatur agnatis in tutela si non persistat in viduitate?*
4 *Pœnæ iuris ciuilis propter transitum ad secunda vota, an hodie sint correctæ de iure canonico?*
5 *Mulier transiens ad secunda vota, succedit filio impuberi mortuo ab intestato in bona paterna,quoad vsumfructum tantùm.*
6 *Mater vidua prefertur auo paterno in tutela filij.*
7 *Curator an detur testamento.*
8 *Cuiuslibet speciei tutor, an statim possit administrare alio non requisito.*
9 *Quæ sit pœna non facientis inuentarium.*
10 *Quando fiat inuentarium.*
11 *Tutor an teneatur facere inuentarium ante aditam hæreditatem?*
12 *Coram quo fiat inuentarium?*
13 *Quæ res,& qua forma ponantur in inuentario.*
14 *Sufficit tutori dicere se inuenisse talia bona in inuentario.*
15 *Remissio confectionis inuentarij per testatorem quid operetur?*
16 *Remissio confectionis inuentarij, an possit fieri per patrẽ legitimo vel datiuo tutori?*
17 *Tutor an possit se defendere cum inuentario imperfecto, quod tamen protestatus erat se perfecturum si res reperisset.*
18 *Tutor agens inuentarium producens, an debeat aduersario dare copiam?*
19 *Iudicis decretum, an sit necessarium in omni tutore?*
20 *Iudicis decretum quid operetur?*
21 *Delata pluribus tutela, an iudex possit vni concedere administrationem.*
22 *Satisdatio an sit præstanda à quocunque tutore?*
23 *Cur iudices in quacunque tutela faciant præstari satisdationem?*

1 IN SVO vltimo testamento. †Ex hoc colligẽ quòd iste do. Ia. mang. fuit tutor testamentarius: & hoc testamentum non fuit solenne, vbi autem esset minus solenme vel datiuus esset in epistola vel codicillis,& tunc non valeret ipso iure datio tutoris,sed recõualesceret ex cõfirmatione iudicis:vt no. p Cy.in l.ij.C.de test.tu. & l.ij.C.de confir.tu.nisi datus esset scđm aliquos in minus solenni testamento liberis,vel filijs testatoris:p l.hac cõsu.§.ex imperfecto.C. de test.licet alij cõtra quorũ opi. sequitur Cy.in d.l.ij. de test. tu.Sed verior est opi.præcedens,quia si patris inter filios esset minus solẽniter disponere de vniuersa hæreditate,q đ maius est, qñ fortior de tutore qđ min⁹ est,mater autẽ filijs suis dare tutorẽ nõ põt
2 nisi eos hẽredes instituat:[a] quãquã dat⁹ possit per iudicem

iudicem confirmari, sed nō cogitur confirmare. vt habetur in l. mater. C. de test.tu.& l.j.C.de confir
2 ma.tut.cum simi. †Cessante ergo testamentario tutore, fit locus legitimis, in quos etiam legitimos est dare ordinem, nam primo loco defertur tutela ei cui defertur hæreditas ipsius pupili. vt in authentica sicut hæreditas. C.de legi. hære.ideoque mater pupilli si velit, admittitur ad tutelam, & cæteris præfertur in tutela. vt no. glo. in authen. matri & auiæ. C. quando muli. tu. off. fun. po. & eodem modo præfertur in cura. vt no.glo.in d.authen. matri. & habetur in authen. vt sine prohi. ma. debi. §. j. colum. vij. & in authen. vt si. de hære. ab intesta. §. ex his. & ibi per Iacob.de Bel. debet tamē se, & sua obligare & renuntiare, prout
3 ibi disponitur. †Et hæc locum habent ipsa stante in viduitate, sed transeunte ad secunda vota expirat eius tutela & cura. vt in authentica. sacramentum. & l. ij. in fine. C. eodem titulo. Extranei autem tutrix regulariter mulier esse prohibetur: vt l. iure nostro. ff. de test. tut. & l. j. C. quando mu. tutel. offi. fung. po. Et quòd dixi eius tutelam finiri per transitum ad secunda vota, locum habet, etiam si fuisset tutrix in testamēto constituta, secundum communem & vulgarem opinionem. licet Dy. contrà teneat: vt refert Cyn. plenè in l. omnem. C. ad Ter. quo casu tenetur ipsa mater si transierit ad secunda vota petere, & decerni facere per iudicem alios tutores ipsi filio suo, aliàs si decederet in pupillari ætate, priuaretur eius successione, quod est nota. & infinitæ mulieres iuris ignaræ remanent in hoc deceptæ, vnde per statutum bene factum esset eis succurrere: vt tangitur, & habetur in dicta. l.omnē. & in l. sciant. C. de legi. hæ. Fallit tamen hoc si pupillus haberet alium tutorem testamentarium, quia tunc excusata esset. vt in l.credendum.in princi. ff.qui pe. tut. idem esset. secundum aliquos si pupillus haberet alium legitimum & habilem: vt probatur in l. cum iure. C. qui pe. tu. quam opin. firmat glo. in l. quoniam matres. C. ad Ter. vbi etiam sunt alij casus annotati, in quibus mater excusetur, sed in contrarium multùm facit text. in dicta l. ij. versicu. sunt autem. vbi puniuntur si non petierunt eos qui ex ll. sunt defensores & c. ff. qui pe. tu. facit l.cùm à matribus. C. eodem titulo. primam opi. tenuit Bartol. in. d.l.& in l. j.§. si matri. versicu. quid si pater. ff. ad Tertul. licet secundùm eum debeat, vel statim renuntiare, vel administrare, vt legitimus in tutela possit substitui. Ex quibus habes notare vnum casum, quo mulier filij succelsione priuatur, alias dixi in titulo de hær. ab intesta. de la. quos ponit Cyn. in l. j. C. de sec. nup. &
4 ibidem per gloss. & in authē. ibi posita †Sed hîc insurgit dubium an huiusmodi pœnæ, quæ infliguntur à iure propter transitum ad secunda vota per ius ciuile. sint per ius canonicum correctæ, iuxta dictum Paul. quo scribitur mortuo viro mulier nubat in domino. Et breuiter distinguēdū est secundum Innocentium & Hostien. vt per eos nota. in c. penulti. & c. fina. de nupt. Quædam sunt pœnę, quæ infliguntur propter nimiam festinantiam nuptiarū secundarum, quia mulier nubit infra tempus luctus, quod est annus. & istę pœnę hodie sunt correctæ & subla-
a tæ. [a] Quædam sunt pœnæ quę infliguntur eo solo respectu, quia nubunt. & istę firmæ durant omni iure, vnde ista pœna priuationis hæreditatis quia nubit non petito tutore, adhuc durat omni iure. Diceret quis quare magis vno casu quàm alio, cū vtrobiq; videatur libera potestas nubēdi infringi. Dici potest ꝙ primo casu agebatur de præiudicio mulieris. Secūdo de p̄iuditio tertiæ personæ.
5 †Sed aduerte ad vnum singulare, quòd quādo mulier est in casu quo ei saluum est ius succedendi ab intestato, filio in pupillari ętate defuncto, quòd non succedit ipsa mater quæ transiuit ad secunda vota in pleno dominio bonorum paternorum sed in solo vsufructu. In aduentitijs autem ipsius pupilli succedit pleno iure, & hanc pœnam patitur, quia ad secunda vota transiuit: vt est tex. no. in authen. de nupt. §. hinc nobis. & not. per glo. & Cy. in l. mater. & ibi per tex. C. ad Ter. & in authen. ex testamento. C. de se.nup.
6 †Quid si mater est vidua, & vult acceptare tutelam filij sui: superest
b autē auus[b] paternus ipsius filij, quæritur an mater ipsi auo in tutela præferatur? glo. in authen. de hę. ab intest. §. j. & in d. auth. matri & auiæ. videtur sentire quòd sic, quam opi. sequuntur quasi cōmuniter docto. Sed Iacob. de Belu. determinat contra. in authen. de hær. ab intest. §. fi. & idem dicit vbi superest auus & auia, nam semper dicit in tutela masculi ascendentes legitimi præferri debent fœminis, & quantum ad hoc iura antiquè remanent incorrecta, quia in solis collateralib⁹ corrigūtur quoad matrem & auiam tantùm. vt colligitur in d. §. fi. non autem in ascendētibus: nec ob. quòd tutela defertur eo ordine quo defertur hæreditas, vel successio, quia respondetur quòd ille ordo attenditur. quoad matrem & auiam inter se, & etiam quoad collaterales cognatos, non quoad legitimos ascendentes secundum eum, & hæc opinio videtur magis iuri & menti conditorum legum, ac æquitati conuenire quā præcedens.

a *Sublatæ. vide per Io. de Ana. cons. cij. & ibi de q. præcedētibus, & per Ancha. consil. c.*

b *An auus, vel mater in tutela præferatur, Bal. in l. si quis sub conditione. de test. tut. Bal. in le. cui error. §. j. de post. per Anch. melius consil. cuij.*

7 †Deinde quæritur, an sicut datur tutor in testamento, ita dari possit curator? Dic quòd non, sed datus de facto per decretum iudicis confirmatur. vt insti. de cur. §. j. & l. curatorem. in princi. C. de neg. ge. & l. penul. in fin. C. de tes. tu.
8 †Vlterius quæritur vtrũ tutor testamentari⁹, aut legitimus, vel datiuus possit statim[a] administrare alio non requisito? Dic breuiter quòd tutor, & curator antequàm administrationi se interponant, vel immisceant tenentur facere quinque. Primò debent facere scribere inuentarium bonorũ pupilli, vel adulti. Secundò debent administrationem assumere de licentia iudicis & decreto. & hæc duo probantur in l. tutores. C. de admi. tu. & l. tutor, qui repertorium. in prin. ff. de admi. tu. cum ibi not. & l. fin. C. arb. tut. & l. fi. C. de cura. fu. & C. de epi. au. & l. de creationibus. & ibi per Iaco. But. Tertiò debẽt iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere: vt in authen. vt hi q obli. perhi. re. ma. colum. vj. §. final. Quartò debẽt satisdare rem pupilli, vel minoris saluam fore. vt l. sed si ad præsens in fin. ff. rem pupilli sal. for. & l. legitimos. & ibi no. in princi. ff. de leg. tut. Quintò debẽt promittere & fideiubere pupillum indefensum non relinquere. vt l. fin. §. defensionem. C. de admi. tuto. quos omnes casus no. glo. in d. l. tutores. & d. l. tutor. qui repertorium.

a *Statim. Dic quòd ea, quæ præcedunt inuentarium potest administrare tutor illo non cõfecto, sed xv. incumbunt tutori volenti administrare. vt latè per Roma. consil. cccxv.*

Nunc aliqua videamus circa singula suprà dicta.
9 †Et primò circa inuentarium, quæritur quæ sit pœna non facientis inuentarium? Responde quòd est duplex. Prima quia repellitur ab agendo, & tanquam suspectus remouetur ab officio. vt l. fi. C. arbi. tu. & l. iij. §. tutor qui repertorium. ff. de admi. tu. Secunda quia contra eum iuratur in litem. vt d. l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tu. & l. pe. C. de in lit. iur. nisi sibi esset confectio inuentarij à testatore remissa: vt in l. fin. §. illo. C. arbi. tut. licet ante ipsius inuentarij confectionem possit agere illa quæ non recipiunt dilationem. d. l. tutor.

10 †Amplius quæritur quando debet fieri inuentarium. Et quidem tex. in dicta l. tutores. C. de admi. tut. dicit quod mox, quod exponitur multipliciter secundum quosdam, tamen secundum communem opinionem debet intelligi cùm citius commodè fieri potest. argumen. l. hæc conditio. ff. de condit. & demonstra. & not. per Cyn. in d. l. tutores. & Bartol. in d. l. tutor qui repertorium.

11 Sed an facere teneatur ipse tutor inuentarium ante aditam hæreditatem, dicit glo. in d. l. tutores, quòd non. quam opinionem reprobant quidam, quia hæreditas adiri non potest nisi tutoris authoritate. insti. de author. tuto. §. sed neque. l. si infanti. C. de iur. deliberan quam interponere non poterit, nisi prius facto inuentario. vt d. l. final. arbi. tuto. Quare dicunt isti potius fieri debere inuentarium, in quo pro isto principio solùm ponetur. quòd reperitur talem pupillum ius habere adeundi hæreditatem talis patris, vel aui ipsius pupilli, quo facto adibit hæreditatem pupillus cum tutoris authoritate, & deinde in ipso inuentario posteà ponet singulariter omnia bona hæreditatis prædictæ: & de his plenè traditur per glo. & tangitur per Cyn. in d. l. tutores. Et hæc in pupillo locum habent, qui non est in patris potestate, aliàs autem si est in patris potestate, tunc secundum quosdam existentia sui hæredis adeo confirmat dationem tutoris, sicut confirmat tabulas pupillares, sicque non est aditio necessaria, sed sufficit, quòd tutor facit inuentariũ de quo plenè vide per Cy. in l. fi. C. de test. tu.

12 †Sed vltra quæritur coram quo fieri debet hoc inuentarium. Breuiter dic secundum glo. quòd coram iudice. vt no. in d. l. tutores. veruntamen secundum opinionem omnium docto. dic quod sufficit fieri per publicum tabellionem extra iudiciũ, & sic cõmunis seruat cõsuetudo. vt ibi no. per Cy. Bal. in d. l. tutor qui repertorium. secus est in inuentario, quod fit per hæredem, nam illud est fiendum coram iudice. vt l. finali. C. de iure delibe. Et prædicta quæ dicta sunt in instrumẽtario tutosis, facto extra iudicium, procedunt quantũ ad commodum, vel incommodum ipsius tutoris, & pupilli: quantum autem ad debitores ipsius pupilli in inuentario nominatos, vt possint ex inuentario conueniri, requiritur quòd factum sit coram iudice & citatis ipsis debitoribus, vel præsentibus & nõ contradicentibus. vt in l. cyrographis. ff. de administra. tut. & no. per Cy. & per Bar. vbi suprà.

13 †Adhuc quæritur quæ & quales res, & qua forma ponendæ sint in inuentario? Tex. dicit in d. l. tutores. quòd ponendæ sunt omnes res etiam instrumenta ad pupillum pertinen. quod tantùm importat, ac si diceretur ponenda sunt omnia iura corporalia & incorporalia, omnésque res tam mobiles quàm immobiles per singula latera, & confinia, taliter quòd res reddãtur certæ. ita quòd ipse tutor possit ex ipso inuentario conueniri à pupillo tempore rationis reddendæ: vt d. l. fin. in prin. C. ar. tu. & in l. si rem. in prin. ff. de rei ven. veruntamen non tenetur necessariò ipse tutor in suo inuentario ponere nomina creditorum quibus pupillus est obligatus[b] bar. l. fi. C. de ali. pu. præs.

b *Est obligatus. de hoc per Frãcis. de are. consil. cxvij.*

Sed

Sed nec etiam nomina illorum exponere debet à quibus veritate inspecta pupillus habere debet, si de eis nulla sunt instrumenta,nec probationes, quia non possunt dici.in bonis propriè inuenta.vt dicit ille tex.ar.insti.de re.diui.§.item lapilli.Si autem contigerit ab eis exigi quòd deberetur, tunc illud exactum poni debet in inuentario tanquàm re de nouo reperta:vt l.fi.§.tali.C.decur.fur

14 †Ex quibus omnibus patet,quòd tutor debet dicere in inuentario se inuenisse infrascripta bona in bonis talis pupilli,&c.nec est necesse quòd dicat & attestetur illa fore ipsius pupilli,sufficit enim & melius facit si dicat se inuenisse simpliciter,attamen quibusuis verbis vtatur planam fidem facit inuentarium contra ipsum tutorem,adeo quòd non posset dominij quęstionem referre ipsi pupillo,vt d.l.fi.arbi.tute.& per hoc deciditur quòd si tutor dixerit se interuenisse in talem domum in bonis pupilli quę reperitur aliena quod tutor non tenetur,quia faciliter credere habuit prima facie esse in bonis ipsius eoipso,quod reperit illam apud pupillum,& in hæreditate patris, nec talis tutoris confessio habet eum obligare nisi in his reb⁹ q̃ de facili possunt occultari,in alijs autē puta immobilib⁹ nō operatur cōfessio vltra veritatē.sic intelligi debet d.l.fi.secūdū doc.vt plenè refert Cy.in d.l.fi.quod no.

15 †Sed qđ dices de illa quotidiana quęstione qñ testator remisit tutori cōfectionē inuentarij[a] quid operatur talis remissio?Credūtvulgares,ꝙ ꝑ hāc remissionē tutor sit excusat⁹ ab omni rōne reddēda siue bene siue malè administret,sed certè multi decipiūtur:licet enī per hāc talē remissionem excusetur tutor à cōfectiōe inuentarij,nō tamē excusatur à ratione reddēda omniū eorū quæ ad eius manus ꝑuenerūt:vt ꝓbatur in l.quidā decedēs.in prin.ff.de admi.tu.plenius dicā infrà super glo.in ver.analogistas.&c.Habes ergo vnū casū in quo potest remiti cōfectio inuētarij,videlicet dispositiōe testatoris, sed alio modo pōt fieri hæc remissio,videlicet ꝑ cōsuetudinē.vt per legē municipalē. & per iudicē ordinariū,causa tamē legitima interueniente:sicut posset iudex,qđ plus est,remittere dationem & constitutionē tutoris.vt ff.ad Tertul.l.ij.§.tractari.ver.ergo si mater.& ar.l.pe.C.de ali.pu.prę. & C.quādo & quibus quar.pars deb.l.ij.& sic deter.Cy.in d.l.fi.& Bar.in d.l. tutor.q repertoriū.

16 †An aūt hæc remissio inuētarij cōficiēdi possit ita fieri ꝑ ꝑtē legitimo vel datiuo tutori,sicut fit testamentario.Cy.dicit quòd sic .in d.l.fi.& idem

17 glo.in d.l.tutores.C.de admi̇t.tu. †Sed pone quòd tutor,vt fieri solet cœpit inuentarium facere,nec perfecit,sed protestatus est in eo , quòd si aliqua alia bona reperierit in bonis pupilli paratus est illa apponere ,vel si qua apposuit nō apponenda,vult illa ꝓ non appositis haberi, quæritur si tutor agit,& obijciatur,quòd inuentarium non ꝑfecit,an poterit se defendere ex hoc inuentario, quasi sit perfectum?Dicit. Bar.in d.l.tutor.qui repertorium.qđ non:nec protestatio habet sibi prodesse,cū sit emissa,super eo,qđ habet de necessitate facere.iuxta no.in l.alienta.C.de neg.ge.Cuius contrarium tenet & obseruat generalis consuetudo per d.l.fin.à qua non est recedendum . vt l. minime. ff. de legi.

18 †Deinde quæritur, an[b] tutor dū

b agit & inuentarium producit,debeat de eo copiam dare aduersario. dicit Barto. vbi supra quòd sic , videlicet de illa parte quæ sufficiat ad legitimationem personæ ipsius tutoris, non autem tenetur copiam facere de rebus singularibus in eo descriptis, argumen. in l. ij. C. quando & qui. quar. pars de. nec proderit ipsi aduersario si dicat eum suspectum propter omissionem aliquarum rerum ,quia hoc casu non prosequatur propriam iniuriam, sed alienam, ideoque non est audiendus.arg.l. negandа.C.qui ac.non pos.& ff.de pub.iu.l.is qui reus.cū si. secundum eum.

19 †Venio ad secundum quòd requiritur, videlicet iudicis decretum, de quo loquitur l. iij.ff.de auc. præstan. & d. l. fi. C. arb. tut. Et quæro an in omni tutore testamentario , siue legitimo , vel datiuo sit necessarium huiusmodi decretum . Dicit Bartolus vbi suprà quòd sic, per textum in d. l. iiij. cum similibus . Fallit si testator hoc expressè remiserit secūdum eum. argumen.l.fin. arbi. tuto. Item fallit si testator expressè decreuit, & ordinauit quòd tutor sua propria authoritate sine alterius suffragio possit ipsa bona pupilli attingere, & administrare. argumē. in l. cui eorum. in princi. ff. de postu . & no. in l. j.de tutorib.& curato. illu.perso. & in auth.vt hi qui per hi. re. mino.in fi.cū si.sicut etiam potest testator concedere legatario , vt sua propria authoritate rem sibi per eum legatam apprehendat secundum Bartolum per textum. in l. Titia. §. j. & ibi no. ff. de lega.tertio .quod est multum no. & bene facerēt notarij si in testamentis apponerent hanc clausulam. hoc aūt de-

c cretum[c] de quo ad præsens loquimur nihil aliud est quàm ponere ipsum tutorem in possessionem administrationis seu tutelę.ar.in simili quod no.Inn.in c.ꝓposuit. extra de cōces.prę.in j. gl. vnde mirum si ipse testator potest à seipso, tutorem ponere in hanc possessionem , vel vt melius loquamur facultatem ,

a *Inuentarij. de hoc per Ang. latè consil. cxxv.*

b *An debeat dari copia inuentarij.Bart. Bald . & Ang. in l. ij.c.de ali. pu . præ. Bal. in l. fi.C.de preci. impe.of. Bal.in l.fi. C. de arb. Bal.in rubr. C. de fi. instru.*

c *Decretum quid sit . vide Ioan. And.in c.j. de reb. ec- cl.non alie. lib.vj. Spe. titu . j. de primo & secundo de cre.in prin. gl. ibi Ioā. And. in ad di.glos. magnæ in c.j. de reb. eccl.non ali. lib.vj.*

& licentiam concedere apprehendẽ
di talem possessionem, sicut in simili
no. in l. prædia. ff. de acquiren. pos.
20 † Et aduerte quòd istud decretum
iudicis operatur effectum in omnib⁹
bonis pupilli vbique positis extra iu-
risdictionem, & infra iurisdi. ipsius
iudicis, dummodo tam tutor quàm
pupillus sint de eius iurisdictione: ar.
l. magis puto. §. illud quæri potest.
ff. de re. eo. & no. per Cy. in l. prędiũ.
C. de prædi. mi. sicut alibi dicitur in
simi. de testamento facto in vna ciui
tate, quando operatur suum effectũ
etiam in alijs bonis sitis in alia ciui
tate, vt no. in for. lib. quo petitur hæ
21 reditas. † Sed pone quòd pluri-
bus est delata tutela ex testõ, vel iu
re legitimo ab intest. an poterit iu-
dex vni soli administrationem decer
nere? videtur quòd non, quia omni-
bus insolidum competit administra
tio: vt l. decreto. §. fi. cũ si ff. de admi.
tu. ergo non poterit index ipsis hanc
potestatem auferre, & vni soli con-
ferre. arg. eorum quæ not. per Dy. in
c. indultum. de reg. iur. lib. vj. In con-
trariũ est veritas dũmodo hoc faciat
cum legitima causa: vt traditur per
tex. in l. testõ datos. cum l. se. ff. de
test. tut. & in l. legitimos. §. j. ff. de
leg. tut. & l. si plures. la. j. ff. de admi.
22 tut. † Venio ad quartum articulũ
de satisdatione, & quæro an hæc sa-
tisdatio præstãda sit à quocunque tu
tore? Et dic breuiter quòd legitim⁹
tutor satisdare tenetur nisi sit patro
nus: vt habetur in d. l. legitimos. §. j.
ff. de leg. tu. Testamentarius autem
tutor, vel datiuus à iudice per inqui
sitionem non tenetur satisdare. vt
no. in l. dubium. & l. non omnium. C.
de tut. vel cur. qui sa. non de. insti. de
satis. tu. post prin. Et in hoc datiuo
ex inquisitione dato multum errant
moderni officiales. Nam omnes of
ficiales faciunt satisdare, & est ratio,
quia fides eorum est à testatore, & à
23 iudice approbata. † Veruntamen,
quia ipsi officiales transeunt sicco pe
de, nec faciunt debitam super hoc in
quisitionem, ideo communiter faci-
unt ipsos satisdare: quam practicam
approbat gloss. C. de tut. qui sa. non
de. l. j. per tex. insti. de satisd. tuto.
§. nos autem. qui autem non satis-
dedit repellitur ab agendo ex of-
ficio. vt l. prima & secunda & fi-
nali. C. de tutoribus. qui satisd. non
dederunt.

a Iudex. ad de quod voluit Ro. cõ si. clviij. vbi ponit quis episcopus debeat distribuere bona relicta distribuenda cũ testamentũ habetur in diuersis locis & terminis in quibus dat tutorẽ pupillo vt hic vide Ful. cõ si. lj.

EPITOME.

1 *Datio tutoris facta puberi non valet.*
2 *Tutor decernendus si sit ex vna ciuitate, & bona sint in alia ciuitate, vter iudex decernet.*
3 *Quis sit iudex competens in dando tutorem, si pupillus sit oriundus ex vna ciuitate, & bona sint in alia, & ipse habitet in alia?*
4 *Qui datus est tutor, si non sit de iurisdictione iudicis decernentis non valet datio tutoris.*

EIDEM IOANNI tunc pupillo. † Quid
1 erit si tũc erat pubes, an valebit datio tutoris.
Dic quòd non vt est tex. in l Seyę egressæ. ff.
de tu. & cu da ab his. idem si iudex decreuit alicui
maiori tutorem. nã etiã si non fuerit error expres
sus in decreto, nihilominus datio tuto. erit ipso iure
nulla secundum Bartol. & doc. sed in sententia la-
ta per iudicem distinguitur an error fuerit in eo
expressus vel non. vt plenè tangitur in l. j. C. quan
do prouo. non est ne. Sed contra prędicta multùm
obstare videtur quòd si per iudicem detur curator
alicui tanquam prodigo, qui non sit, quòd datio te
net: licet erratum sit vt nota. per glo. in l. si ab eo.
ff. de vsuca. & insti. qui nõ est permis. fa. te. § idem
prodigus. Sed respondetur aliud esse in isto cura
tore quàm in illo tutore & ratio diuersitatis est se
cundùm Barto. vt per eum not. in d. l. Seyæ. quia
ętatis declaratio fit à natura, sed prodigalitatis in
quisitio pertinet etiam ad iudicem cuius sententia
etiam si sit iniqua, valet, & ad præmissa faciunt
quæ nota. per gloss. in l. j. C. de cur. fu. & per Barto.
in l. is cui. ff. de verbo. obliga.
2 † Sed quid erit si pupillus cui dãdus est tutor vel
decernẽdus per iudicẽ, sit oriundus ex vna ciuita
te & in alia ciuitate sunt bona posita, quis horũ iu
a dicũ erit iudex[a] cõpetens in dando sibi tutorem?
Dic ꝙ vterq; eorum: vt habetur & determinatur
per Cyn. in l. j. C. vbi pe. tu. Et si vterque dederit
diuersos tutores, ille tutor præferendus erit, qui
prius datus fuerit secundum Dyn. vt ibi not. per
3 Cyn. † Huius autem gratia, alia quæstio sub-
iungitur, pone quòd pupillus habeat originem in
vna ciuitate, in alia verò sortitur ex accidenti do
micilium, in alia habet eius vniuersum patrimo-
nium, quis erit iudex competens in dando tutore,
quam quæstionem plenè examinat Cyn. in d. l. j.
& alij doctores finaliter concludunt quòd ille erit
iudex competens sub cuius iurisdictione persona
pupilli residentiam facit. per tex. in l. magis puto.
§. illud. ff. de re. eo. & ad hoc etiam facit d. l. j. & sic
debet intelligi l. pupillo. de tu. & cura. da. ab his.
facit etiam l. j. in fine. ff. eod. titu. Et nihilomin⁹
iudex competens erit iudex suæ originis, ideoque
si vterque ipsorum iudicum tam habitationis quã
originis det diuersos tutores, ille tutor in admi-
nistratione præfertur qui prius datus fuerit: vt
est dictum. vbi autem de prioritate non apparet
tunc præferri debet ille qui datus est à iudice suę
originis argumen. in l. libertus. §. præscripto. ff.
ad.

ad muni. secundum Dy. & Cy. vbi suprà.

4 †Si verò ille qui datus est tutor vel curator non est de iurisdictione iudicis decernentis, non valet datio ipso iure, quia exigitur quòd vterque tam is qui datur, quàm is cui datur, sit de iurisdictione dantis: vt l. j. in fi. & l. ius dandi. ff. de tu. & cu. da. ab his. et plenè no. per gl. in l. etiam. ff. de tute.

SVOS TVTORES. Ideo autem hoc nomine appellantur quasi tuitores hoc est defensores: vt insti. de tut. §. j. & ff. de tute. l. j. in prin. cum si. Et si testator eis aliquid legauerit & à tutela se excusauerint, priuantur legato. vt in l. post legatum. §. amittetur. ff. de ijs qui. vt indi. quia etiam in re dubia est præsumptio quod legatum sit contemplatione gerendæ tutelæ, vt traditur in l. sed hoc nimium. cum l. præcedenti. ff. de excu. tuto.

EPITOME.

1 *Ex pluribus tutoribus vel curatoribus quilibet habet administrationem in totum.*
2 *Durante pupilli ætate non tenet datio curatoris.*
3 *Datio curatoris non tenet nisi per iudicem confirmetur.*
4 *Quando constituatur curator, & quibus casibus.*
5 *Actor constituitur à tutore vel curatore.*

1 ET CVRATORES. Erant ergo plures dati tutores, & cura. †Vnde quæritur an potestatem habeāt insolidum administrādi vel pro parte? dic quòd quilibet habet potestatem in totum, posset tamen iudex vni soli decernere administrationē, vt hæc habentur in l. si plures. la. j. per tota l. ff. de administ. tu. & l. decreto

2 §. fin. ff. e. ti. & suprà dixi. †Sed hîc aduerte quòd durante pupillari ætate nō tenet datio curatoris vt l. qui habet. in prin. ff de tute. & l. curator. ff. de tu. & cu. da. ab his. sed finita ætate pupillari vires assumit, & qui datus fuit tutor tunc incipit esse curator, volens tamen, sed non inuitus, vt l. si tutor. in fi. ff. de tute. & ratio. dist. & insti. de excu. §. fi. & C. de excu le. curator. Vidi autem nec immeritò apud vulgares dubitari an vitricus possit esse tutor vel curator sui priuigni. Et videtur quòd nō, quasi videatur suspectus, sicut vxor eius: dicendum tamen est quòd possit, vt videtur gl. & tex. in l. fi. C. de contra. iudi. tu. & C. vbi pu.

3 edu. de. l. j. †Deinde sciendum est quòd talis datio curatoris facta in testamneto non tenet mero iure, nisi fuerit per iudicem confirmata: vt insti. de cura. §. j. & in l. curatorem. C de nego. gest. & l. penu. C. de te. tu. cum si. qui etiam curatores prout tutores tenentur inuētarium facere: vt l. fi. C. de cu. furi. & in l. de creationibus. C. de epis. au. & si curator non fuerit ordinatus à testatore non cogitur adultus curatorem assumere nisi ad lites tantum: vt in §. item inuiti inst. de cura. licet pupillus inuitus tutorem accipiat. vt ibi no. & ff. de tu. l. j. Sed tamen non petit illum sibi decerni: vt l. fi. ff. de ma. vin. sed ab alijs petitur, puta agnatis & cognatis ipsi pupillo constitui: vt ff qui pe. tu l. ij.

a Adde circa hoc, & vide Pau. ĩ c. præcarium. de preca. & in c. j. de comoda. vbi. pacta facta contra substantialia non valent, sed faciunt trãsire contractum in aliam speciem cõtractus. per l. vbi ita donatur. ff. de dona. sed contra accidentalia valent & tunc dant legem contractui & vide eundem Pau. in c. illo vos. de pig. vbi & ad cognoscendam speciē contractus magis attēduntur pacta quam verba.

a An valeat pactum de futura successione. Bald. in l. consuetudo. C. quæ sit lon. Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. ob. Bart. in l. si quis seruũ. ff. de ac. emp. gl. & Bar. in condemnationis. C. de emanci. vide in l. fi. C de pac. in apos. ad Bar. & vide Alex. limitatem in consi. lxxx in iij. volu.

illud. ff.de hære. vel act. vendi. aut venit princi-
paliter per se, & tunc aut continet liberationem
paciscentis, & valet: vt in l. hæreditas. §.filiam.
ff. de,pactis.aut cõtinet obligationem,& tunc aũt
ille de & super cuius hæreditate pactũ imponitur
consentit, & tunc valet: & si in ipso consensu per-
seuerat, aut non consentit, vel perseuerat, &
tunc non valet: vt l. fina. C.de pactis, & ibi ple-
nè per Cyn. Et prædicta faciunt ad illam quæ-
stionem quæ sæpè occurrit in Monteferrato, vi-
delicet, an duo socij possint simul pacisci, quòd
altero defuncto alter superueniens sibi succedat,
de qua quæstione tangitur per Cyn. in d. l. fina.
& per Barto. in l. stipulatio hoc modo. de ver.ob.
& ego scripsi in forma libelli quo agitur inter so
9 cios &c.vbi vide. †Deinde notandum est quòd
sunt duo quæ videntur idem,& sunt diuersa scili-
a cet pacta de non petendo[a] & reuocatio iuris com
petentis, ideo autem dixi esse diuersa, quia eorũ
effectus sunt diuersi, quod patet, nam si mihi cõ
petit ius petendi fideicommissum in alicuius con-
ditionis euentum non possum huic iuri ante[illegible]con
ditionis euentum renuntiare per simplicem renun
tiationem, sed per pactum de non petendo sic:
vt plenè traditur in l.j. C.de pactis. & l. de fidei-
com.C. de transac. facit l. si ita scriptum.§. si sub
conditione. ff. de lega. ij. & huius differentiæ est
ratio, secundum Iacobum But. & per eum nota.
in d. l. j. nam renuntiare est aliquid à se abdicare
preter ipsius renuntiationem aliquam obligatio-
nem. Cum itaque ius de futuro nondum compe-
tat, & verba renuntiationis præsens tempus re-
spiciunt, ergo non operatur super futuro argum.
l. si à colono. ff. de verbo. obliga. & l. verbum
erit. ff. de verbo. signi. vbi autem pactum fit de
non petendo, tunc verba respiciunt præsens tem-
pus, & secundum illud operatur, nam statim pa
ciscens obligatur non petere in futurum: vt l.si
vnus. §. pactus non peteret. ff. de pactis meri-
tò ergo tale pactum super iure de futuro tollen-
do operatur: vt in d. l.j. per hoc patet quòd ma-
lè faciunt aliquando notarij,qui vtuntur hoc ver-
bo renuntiauit in renuntiationibus iuris de futuro
sed debent dicere. talis fecit pactum de non pe-
tendo tale quid &c. Vbi autem imprudens nota-
rius vteretur verbo renuntiauit, dicit Iaco. But.
debebit exponi. i. pactum de non petendo fecit,
non attenta allusione illius vocabuli: argumen.
l. insulam. ff. de præs. verb. & l. si vno. in prin.
ff. loca. & quia tractatur de fauore, si non valet
vt agitur,valet vt potest: vt l.an inutiles. ff.de ac-
celsio. & plenius tñ circa hoc quid operetur re-
pudiatio, quod pactum, sic distingue. Quædam
sunt iura fundata, & causata à consensu duorum.
Quædam verò causata à consensu vnius tantum.
Primò casu non possunt tolli nisi per pactum: vt
l. Pomponius scribit: cum l. sequen. ff. de neg.
gest. & hoc si velit quis tolerare eam directò.
vbi autem per obliquum tolluntur, sufficit vnius
repudiatio vel voluntas: vt l. solenniter. ff.de so-
lutio. & l. soluendo. ff.de neg. gest.
Item dic si talia iura resideant solũ
apud vnum, licet à principio fuerint
causata à consensu duorum, vt puta
dominium, nam qui dominium ac-
quisiuit potest illud à se abdicare,
sola eius voluntate accedente: vt
ff.pro dereli.l.j. Secundo casu prin-
cipali exemplum in legato vel fidei-
commisso quod ante eius agnitionẽ
est fundatum in sola persona testa-
toris: vt in d.l. cùm pater. §. fun-
do. ff. de lega. ij. & tunc aut est pu-
rum, & tollitur simplici pacto vel
repudiatione, aut est conditionale,
& tollitur pactum tantùm. vt no. in
d. l. j.vbi autem esset purum & agni
tum per ipsum legatarium, tunc qa
fundatum in persona testatoris, &
legatarij, sola repudiatio non vale
ret, sed pactum de non petendo sic,
secundum Iacobum Butrium.
10 †Ex quibus omnibus patet quòd
instantiæ litis potest renuntiari sim
plici renuntiatione sine pacto. vt l.
11 postquam liti. C. de pac. †Hîc ta
men aduerte quòd aliud est renun-
tiare litis simpliciter,aliud est renun
tiate instãtię litis vel causę.qui enim
renuntiat liti tantum, vlterius non
auditur volens repetere actionem:
in d. l. postquam. qui autem renunti
at soli instantiæ siue expressè siue
tacitè auditur volens iterum agere,
solutis tamen prius expensis: vt in l.
properandum. C. de iudicijs. & not.
in authen. qui semel. quomodo &
quando iudex.
12 †Sed an in hac renuntiatione in-
stantiæ sit necessaria partis aduersæ
præsentia? glo. in d. l. postquam te
net quòd non. Iacob. Butri. & Pet.
tenent quòd sic, vel saltem quòd sit
citata, vt not. in l. postquàm. & idẽ
in renuntiatione litis, sed nec est ne
cessaria præsentia iudicis secundum
glo. & Iaco. prædictum in tali re-
nũtiatione litis vel instantiæ quoad
ius præsens, quò autem ad futurum
essent necessaria secundũ eum: vnde
ad omne dubium tollendum sis cau
tus, quando vis liti vel instantiæ re-
nuntiare, facere citari aduersarium
& coram iudice ipsam renuntiatio-
nem facere.
13 †Sed quid si aduersa pars contra-
dicit tali renuntiationi an ea inuita
fieri poterit? Distingue, aut volo
liti vel instantiæ causæ ex toto re-
nuntiare, & possum aduersario in-

[a] Pactũ de non petendo. vide Pã. in c. ex multiplici. de deci. & Alaxan. in cõsi. cv. col. ij. in iiij. volu. vbi quis non intelligitur renũtiasse iuri de nouo superuenienti.

uito: vt l. postquam. & l. destitisse. ff. de iudi. ita tamen si soluantur litis expensæ. Aut volo differre litis processum, & non possum aduersario inuito. vt in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Aut volo libellum emendare, & possum hodie secundum Odofredum, licet glo. contrà. vt in l. edita. C. de edē. cum distinctione ibi posita, & quæ remanet incorrecta secundum eum. Quæ autem superius dicta sunt in simplici renuntiatione, quæ super iure de futuro non tenet, procedunt in renuntiatione facta extra iudicium, vbi autem facta fuerit in iudicio, tunc habet vim pacti, & tenet super iure de futuro, secundum doctores, vt ibi not. quod tene mēti &c.

Treuga. vide per docto. in rub. de treu. & pa. Archi. in c. illi qui sunt. xxiij. quæst. iiij. doct. in l. cōuētionū. ff. de pac. & an idem iudicandum sit de treu. quod de pace. vt homines vadant securè vide Ro. singu suis fol. xvj.

PROPRIO iuramento firmatas Hîc not. vnum singulare. dixi enim suprà quòd simplex renuntiatio super iure de futuro nō valet per d. l. j. C. de pact. Quid dices si fuerit hæc renuntiatio iuramento firmata. Dic breuiter quòd habebit vim pacti, & per consequens tenebit iuxta ea quæ nota. per Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. & quę scripsi super forma libelli venditionis.

b *Transactio quid sit vide tex. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de cōd. ind. & in l. j. §. si. de trāsa. & in l. transactio. ff. de ver. ob. & glo. in c. super eo. de deci.*

DEBERET IRE in Angliā. Istud pactum cum sequentibus informatur à stipulatione, de qua præsumitur coherentia ipsius & erit pactū vestitum coherentia contractus, de quibus vestimentis, & eorum effectibus seu viribus, & qualiter eorū fiat nouatio, & si pacto sit adiecta pœna, an si non valet pactum, valeat accessorium s. pœna, non dico hîc quia est materia valde subtilis & profūda quæ potius reliquēda est doctoribus quā notarijs, quia pro eis facta est huius operis cōpilatio, & quia vt inquit Seneca. Magna est demētia hominis superuacua addiscere in tanta temporis egestate. Et tamen si cupias in hoc laborare recurre ad no. per Cyn. in d. l. pacta quæ contra. & per Iaco. Butri. in d. l. legem & in l. pacta nouissima. & l. si pacto quo pœnam. & ibi per Cyn de pactis. & in d. l. si vnus. in §. pactus ne peteret. ff. de pactis. vbi plenè per Barto. & Iaco. Butri.

EPITOME.

b *Transactio & pactum an differant, quid sit conuentio, quid treuga, & quid transactio. 2. 3. 4. 5.*
6 *Transactio an possit esse gratuita.*
7 *Quot modis vestitur transactio.*
8 *Pœna promissa rato manente pacto, an peti possit post simul discedendo à transactione.*
9 *Pœna compromissa an possit post tempus mora purgari.*
10 *Quæ personæ possint transigere.*
11 *Super quibus transigi possint.*
12 *Super præbenda vel ecclesia non potest fieri transactio.*
13 *Quæ sit pœna contrauenientis transactioni.*

TRANSACTIONES impleuit & executioni mandauit &c.
1 †Sciendum est quòd inter pacta, & transactiones est ea differentia, quæ est inter genus & speciem, nam omnis trāsactio est pactum, sed nō econuerso: vt colligi potest ex diffinitione vtriusque.
2 † Aliud est sciendum quod nomen conuentionis est omni alio nomine generalius: vt in l. j. §. conuentionis verbum. ff. de pactis. vt suprà dixi, & transit vt plurimum in aliud nomen specialis contractus, vt ibi dicitur. vnde aliquando conuentio transit in nomen treugæ, aliquando in nomen pacti, quæ specialia nomina sunt apud principes in communi practica.
3 †Quæro ergo pro te iuuenis quid sit treuga.[a]
a Respond. treuga est securitas præstita personis & rebus vsque ad certum tempus discordia nondum inter partes finita. secundum Innocen. & Gof. in c. j. & ij. de tre. & pa. Inde quæro quid sit pax. vnde secundum eos pax est discordiarum finis. Ex his patet differentia inter pacem & treugam.
4 †Denique sciendum est quòd duplex est treuga, videlicet canonica & conuentionalis, secundum eos, & glo. vbi suprà. Canonica treuga est illa quam ius scriptum inducit disponendo quod quilibet sit securus certis temporibus anni in personis & rebus, vt puta die veneris vsq; ad diē dominicā & ab aduētu dñi vsq; ad octauā epiphaniæ, & à quadragesima vsque ad octauam pasche: vt habetur in c. j. conuentionalis treuga est illa quā partes inter se faciunt, quæ ab ipsis partibus est inuiolabiliter obseruanda per totum illud tempus de quo simul conuenerit secundum doctores prædictos.
5 Viso ergo quid sit pactum, videamus quid sit
b transactio.[b] Est autem transactio secundum Azo. & Gof. in summa sua, titu. de transactio. de re dubia & lite incerta nondum finita quædam non gratuita pactio. vt probatur in l. j. ff. de transactio. & in l. transactio. C. eod. titu. quam diffinitionem declara vt ibi no.
6 † Ad aliud tamen aduerte quòd in præmissa diffinitione exprimitur dum dicitur non gratuita pactio, quia transactio nullo dato vel promisso aut retento non tenet. vt in dicta l. transactio. & in c. super eo. de transactionibus. Quid ergo si facta est transactio aliquo hincinde promisso, vt hic fecit, & alter non obseruat

transa-

trāſactionem an poterit agi contra eum. Hic aduerte quod quotidie propter fidem modicam quæ in hominibus regnat, occurit iſta quæſtio. in qua ſic concluſiue comprehende quod regulariter ex nuda tranſactione non agitur ſed ſolum excipitur: vt hęc habentur & no. per gl. & doc. in l. ſiue apud acta. & l. cum proponas. & l. ſi ſuper & l. ſi pro fundo. l. cum mota. & l. ſi quidem. C. de
7 tranſaction. †Veſtitur autem tranſactio quatuor modis, videlicet traditione ſtipulatione iuramento & acceptilatione vt d. ll. & l. ſi quis maior. C. eo. tit. Sed an eo caſu quo tranſactio ſit veſtita traditione ſi ille qui accepit traditum non impleat tranſactionem ex parte ſui ſed recuſet ſtare tranſactioni, poſſit contra eum agi ad vtrumque, videlicet ad repetandum ſibi traditum & ad tranſactionem obſeruendam? dic quod non regulariter. vt in d. l. cum proponas. & l. qui fidem. ff. de trā. Ratio quia ex ea parte qua petit ſtari tranſactioni ipſam approbat, Ex ea autem parte qua repetit ſolutum illam impugnat, & ſic eſt ſibi contrarius, ergo repellendus l. j. C. de fur. cum ibi no. Fallit hæc regula in tribus caſibus. Primus eſt ſi per pactum ſit actum vtrumque peti poſſit, quia dictū eſt rato manente pacto. vt in d. l. qui fidem & in d. l. cum proponas. per quod no. quòd quis ex pacto auditur allegans contraria. Secundus eſt in tranſactione iuramento vallata. vt in d. l. ſi quis maior. Tertius eſt quando prima actio fuit per acceptilationem ſublata. vt in l. vbi pactum & ibi no. C. de
8 tranſaction. †Sed quod dices ſi in tranſactione vna pars ab alia ſtipulata eſt pœnam ſi contrafiat rato manente pacto, & promiſſor pœnæ cōtrafecerit tranſactioni & ſtipulator velit pœnam petere & à tranſactione diſcedere, an poſſit vtrumque facere: gl. deter. quod ſic. in d. l. qui fidem. licet aliqui teneant contra vt ibi no. per Bar. & ego ſcripſi ſuper forma libelli quo agitur ad pœnam ex
9 compromiſſo. †Quæritur circa prǽmiſſa quid pœna ſit commiſſa quia ad diem ſtatutam non ſoluit
a promiſſa an liceat poſt diem offerre & moram [a] purgare dic quod ſic. infra paucos dies. ar. l. ſi in l. §. colonus. ff. loca. & l. ſi cū dies. in fi. cū l. ſeq. ff. de arb. & l. ſi poſt tres. ff. ſi q̄s cau. & l. ſed ſi alia. ff. de conſt. pe. licet glo. & Ia. Bu. in l. ſiue apud acta. diſtinguant vt ibi no. aut mora commiſſa inſurgit obligatio legalis & tunc poteſt purgari. vt l. ſi ita quis. §. Seyo. ff. de verborum obligationi. aut inſurgit obligatio conuentionalis & tunc quando habet diem non poteſt mora purgari. vt l. magnam. C. de cōtrahend. & com. ſti pu. in l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & oblig. aut nulla requiritur obligatio & tunc poteſt quandocunque mora purgari. vt d. l. ſiue apud acta. de qua purgatione moræ plene nota per Bar. in l. inſulam. ff. de ver. obligation.
10 Si quæratur † quæ perſonæ poſſint trāſigere dicēdum eſt quod illæ quæ poſſunt pacta facere: de quibus in illa præcedenti gl. dictum eſt & probatur in l. pactō. C. de pac. & in l. reſcriptum in fi. cum ſeq. cum ſimilib. ff. de pac. & in l. præſens. C. de trāſ.

Sed licet tutor & alij adminiſtratores ſeculares poſsint trāſigere, tamē prę lati eccleſiaſtici non poſſunt tranſigere ſine ſuo capitulo. vt in capit. contingit extra de tranſacti. cum ibi
11 no. †Super quibus autem rebus & negocijs poſsit trāſigi plene no. per a Azo. & Gof. in ſummis ſuis tamen colligendo aliqua dic quod regulariter ſuper omnibus & de omnibus fieri poteſt tranſactio. Fallit in certis caſibus. Primò fallit in cauſis ſpiritualibus vbi ſpirituale pro ſpirituali datur. vt in c. conſtitutus. extra de trāſ. licet compoſitio gratuita valeat vt not. in c. ij & in c. de cætero extra eo. tit. Item fallit in criminibus ſeu delictis in quibus nō imponitur pœna ſanguinis vt in crimine adulterij & in crimine falſi. In cæteris autem criminibus in quibus pœna ſangui-
b nis [b] imponit valet tranſactio & hęc omnia habentur in l. tranſigere. C. de tranſa. & per Azo. & Gof. in ſumma. Item fallit in alimentis futuris. ſuper quibus ſine præſidis conſenſu non tenet tranſactio. vt in l. de alimen. C. de tranſa. l. cum hi. in prin. & §. j. & ſeq. ff. eo. ti. Item fallit ſi tranſactio ſiat ſuper contentis in teſta-
c mento non viſo nec cognito [c] l. de his. ff. eo ti. Item fallit iure ſubiectionis ſuper quo non tenet tranſactio. vt in c. præterea. extra eo. ti Itē falit in generali iurium remiſſione quæ non extenditur ad iuriſdictionem vt xvj. q. ij. in c. viſis in fine. nec etiam ad viſitationem & procurationem extra de dōn. in c. paſto. & extra de cen. in c. cū venera. nec ad reuerentiam. l. fi. de. bo. quæ lib. nec ad cathedraticum. vt extra de dona. c. paſto.
12 †Ex prædictis autem patet quod ſi de & ſuper eccleſia vel prebenda ſit inter aliquos cōtrouerſia ad quē ipſorum de iure pertineat ex collatione habita vel prouiſione à ſummo pontifi ce vel epiſcopo & inter eos non poteſt fieri de ipſa eccleſia
d aliqua trāſactio, [d] quia eſt res ſpiritualis vt traditur in c. cōſtitutus. extra eo. ti. licet fieri poſsit quidā gratuita compoſitio vt in c. ſuper. eo. extra eo. cum ſimilib. Si tantum de iure dominij vel proprietatis ipſius eccleſie inter duos epiſcopos vel abbates controuerſia eſſet vtroque contendente ius ſuæ eccleſiæ ad eum pertinere, tunc inter eos poſset illa tranſactio fieri, quia etiam inter eos fieri p̄m

a Moræ. purgatio moræ quādo admittatur. vide per Lud. Ro. conſil. lij. & cccc xxvij. & per Fran. de aret. conſi. xcv.

b Sanguinis adde vt per Lu. Ro. ſin. ſuis fo. xv. p Pau. caſ. con. cl.

c Nec cognito. de hoc Pulcre per Ang. con. xciiij.

d Tranſactio. an prælatus poſſit tranſigere ſuper rebus eccleſiæ vide Fed. cōſ. xciiij. Roma. conſ. cccxlviij.

tatio:vt no.in c.ad questionẽ.de rerum permu. &
13 xvj.q.iij.c.inter memoratos. †Queritur quæ sit pœna eius qui venit contra transactionem. Respõdeo quod aut transactio est vallata iuramento,& tunc efficitur infamis & restituit accepta & nihilominus cogitur stare transactioni. vt in l.si quis maior. C.de transaction.imo si est in dignitate constitutus priuatur ipso iure dignitate sua qua fungitur:vt in l.pe.in fi.C.de dignitat.li.xij.& ibi no.per glo.quod multum not. pro illis qui quotidie faciunt cõpromissa iuramento vallata & fertur eiusdem sententia per arbitros quam precipiunt obseruari sub pœna in compromisso contenta quæ appellatur quædam transactio.vt in aut.vt diffe.iudi. §.si interim.nam si aliqua pars cõtraueniat vel appellando vel supplicando principi,vel alio modo, videtur quod incidat in pœnam predictam,aut transactio non est vallata iuramento,& tunc tenetur ad interesse,& aliam pœnam de qua in transactione expressum est.vt ibi not.& in dict.l.si quis maior & l.cum mota.& l.si profundo.cum similib. Et quod dictum est de transactione iurata,idem censendum est in quácunque simplici promissione iurata,vt determinat glo.in d.l.penulti. C.de dig. quia lex magis considerat ipsum periurium quam qualitatem contractus quod est multum no.pro varis instrumentis contractuum in quibus apponitur iuramentum & sępissimè contra fiat partibus. Amplius etiam scias quòd talis periurus potest accusari criminaliter ad pœnam criminis stellionatus que est exilium temporale vel loco exilij alia pœna pecuniaria iudicis arbitrio imponenda:vt in l.de periurio.&l.iij.§.pœna autem.ff.de.cri.stel. de quo.no.per.Cy.& Iaco.& Bu.& Bar.in l.secũda C.de iureiur.quæ pœna criminalis ligat quoscunque periuros secundum glo.in d.l.periurio.quæ opi.secundum doc.est restringenda quando iuramentum est super aliquo de futuro quod fieri interest alterius.vt no.in d.l.j. Est autem optima cautela in omnibus cõpromissionibus & obligationibus facere apponi iuramentum vt cauillosi debitores per hanc viam deterreantur & cõpellantur satisfacere creditoribus suis,ergo &c.

Forma libelli in causa venditionis.

CORAM vobis domino Bernar.vicario &c.agit & in iure proponit Ioann.de bel. ciuis Papien. contra & aduersus Martinum saccum & contra quancunque aliã personam pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparãtem dicens & proponens quod anno.M.ccc.me nsis decem. supra scriptus Mar.vendidit & tradidit supra scripto Ioan.precio flo.c.boni auri & iusti ponderis petiam vnam vineæ quæ est pertica c. positam & iacentem in & super territorio sancti Alexij campanie& districtus pap.cui coheret &c. idemque Io.cessit & mandauit omnia iura omnesque actiones tã reales quam personales,vtiles & directas,mixtas & hypotecarias ipsi Mar.venditori spectan.& pertinẽ.ponẽs ipm Io ã. in locũ suũ ac cõstituẽs ex nũc di.Mar.venditor se tenere & possidere dictam petiã terræ nomine & vice dicti Io.ac idem Io.promittens de euictione, & legitima defensione & sub eius iuramento corporaliter præstito ipsam venditionem in totum obseruare & contra eam nullo tempore contra facere , nec venire : confessusque insuper fuit idem Mart. se à dicto Ioann. dictum precium integrè habuisse & recepisse,prout prædicta omnia & alia plura latius patent quodam publico instrumento venditionis facto, tradito &rogato, anno mése & die prædictis per talem notarium. Item rursum dicit & proponit supra scrip.Ioan. quòd licet predicta omnia & singula & plura alia supra scrip.Mart. promiserit. gesserit & fecerit nihilominus ipsam petiam vineæ post contractã dictam venditionem in se retinet & contra bonã fidem & voluntatem dicti Ioann.ipsiusque vineæ corporalem possessionem dimittere & relaxare denegauit,fructus prætereà redditus & prouentus eiusdem iam dictus Mart.habuit & recepitã tempore dictæ venditionis citra precij & valoris singulo anno,vno cum alio cõputato flo.xxvj.indebitè ac iniustè ac contra voluntatem ipsius Io. quam quidam petiam vineæ,fructusque & redditus antedictos seu eorum precium & valorem alia que damna expen.& interesse passa & facta per ipsum Ioann.prædictus Mar.super hoc sępius requisitus dimittere & relaxare tradere & soluere d.Ioan.indebite recusauit presentialiterque recusat.Quare cũ prædicta vera sint petit & requirit Io.suprascrip quatenus per vestram diffinitiuam sententiam & omni via iure modo & forma quibus melius fieri potest condẽnetis & condemnatum iuris remedijs compellatis supra di.Mar.versus supra di.Io.ad tradendum dimittendum relaxandum & soluendum singula singulis congrue referendo suprascri.Io.emptori prędictam petiã terrę simul cũ fructibus inde perceptis si extant & si non extant eorum valorem & æstimationẽ prout superius est taxatum & liquidabitur in processu necnon condennetis vt supra eundem Mar. in ipsis fructibus quos percipere potuit,damnisque interesse,expen.passis& factis per dictum Io. & de patiẽ.in futurum protestatur.& prædicta petit fieri & executioni mandari per vos &c. deducendo in præsenti iudicio saluo iure &c. non astringens se.&c.

EPITOME.

1 *Quot sint substantialia contractus emptionis & venditionis.*
2 *Venditio dissoluitur per contrarium dissensum.*
3 *Venditio præsumitur simulata, venditore probante deceptionem vltra dimidiam iusti precij.*

CORAM VOBIS. Quantum quotidianus &practicabilis sit hic tractatus venditionum nouit totus causidicorum cœtus

ideoque bene studendus memoriæque commendandus. Ad cuius euidẽtiam est sciendum quòd regulariter quælibet res nedum propria sed etiam aliena potest vendi, duntamen sit in nostro commercio: vt in l. rem alienam. ff. de contrahen. em. & in l. ij. co. ti. fallit in pluribus casibus, qui habentur in l. sed celsus. in prin. cum simi. ibi no. ff. de contrahen. empt. quos posui suprà in primo libello. in gl. sup ver. veris & legitimis titulis.

1 †Deinde sciendum est quòd tria sunt de substantia venditionis, & altero ex his deficiẽte redditur venditio ipso iure nulla. Primum substantiale est partium consensus: vt l. j. in fi. & l. in venditionibus. in prin. ff. de contrahen. emp. cum simi. ibi no. facit l. consensus. ff. de act. & obli. Secundum substantiale est precium in pecunia numerata non in specie vel in re: vt in d. l. j. ver. sed an substãtiæ. & l. ij. in fi. ff. e. tit. de contrahen. emp. & in §. precium. institu. de emp. & ven. Tertium substantiale est res quæ vẽditur: quia sine re non potest cõtrahi venditio: vt in d. §. precium. & ff. de contrahen. em. l. nec emptio. facit l. naturalis in prin. ff. de præscri. ver. cum sim. Et sic hæc vera in venditionibus communibus rerum priuatarum. In venditionibus rerum ecclesiæ, ciuitatum, aut pupillorum & minorum vltra prædicta requiruntur & alia. In rebus quidem ecclesiæ decurritur ad formam traditam in auth. hoc ius porrectum. C. de sa. san. ec. & xij. q. ij. sine excep. & in c. dudum. de rebus ecclesi. non alienã. lib. vj. In rebus autem ciuitatis seruatur forma tradita in l. fi. C. de ven. re ciui. li. xj. In venditione rerum pupilli & minorum seruanda est forma tradita in l. magis puto. in §. ne passim. ff. de reb. eorum. & l. lex quæ tutores. C. de admini. tuto. In venditione insuper rerum fiscalium decurrimus ad formam traditam per tex. & gloss. in l. j. C. de fide instrumen. & iur. has. fis. li. x. cum similib. ibi not. Veruntamẽ si fiat cõtractus simpliciter inter priuatos, debet attẽdi forma quę consueuit seruari in loco contractus: vt in l. quod si nolit. §. qui assiduè. ff. de ędi. edict. no. per Bartol. in l. ex ea parte ff. de verbo. obligatio. & in l. si prius. §. placuit. ff. de aqua pluuia arcen.

2 †Et no. quòd sicut ipsa venditio consensu perficitur, ita econtrario partium consensu dissoluitur, & resoluitur: iuxta doctri. traditam in l. ab emptione. ff. de pac. & ff. de rescin. vẽdi. l. emptio. & l. cùm emptor. insi. facit l. j. & ij. per totum. C. quando lic. ab em. dis. & de rescin. vendi. Præmissa autem habent locum in vera venditione, sed in simulata non procedunt: quia in ea deficit consensus, cùm aliud agatur quàm dicatur: vt in l. nuda. ff. de contrah. emp. & in l. ij. C. plus va. quod agi. & ibi no. Et ob hoc nulla emptio censetur intantum quòd ex ea nõ transit dominium nec
a possessio[a] in emptorem: vt deter. Bar. in l. emptor. ff. de aqua pl. ar. in dubio tamen statur instrumento, & præsumitur vera venditio, & non simulata alio in contrarium non probato: vt deter. gl. in l. quamuis. C. si quis al. vel sibi. & l. cum propriam & l. multum interest. ij. respon. C. eodem titu. cũ l. precibus C. e. tit. & l. optimam. C. de contrahend. & commit. stipula.

3 †Veruntamen si venditor probat se deceptũ vltra dimidiã iusti precij & qđ sibi facta sit licẽtia de retrouẽdẽdo tũc vẽditio simulata p̃sumi-
b tur[b]. Aliqui tamẽ requirunt tertiũ s. quod emptor sit solitus fœnerari: vt plenè de his traditur per doc. in c. ad nostram. extra de em. & ven. & in c. illo vos. de pig. & in l. ij. de pac. inter em. & ven. Præsumitur etiam simulata venditio si venditor post ven-

a *Nec possessio. quod ex cõtractu simulato trãsire nõ possit dominiũ est clarum quid de possessione hîc tenet quod non transit, & ita Bar. quòd vẽditiones requirũt consensũ l. ij. C. de contrahen. em. & ideo consensus est de substantia, quia simulata venditio nõ est traditio ratione consensus nec habet substantiam quia quod procedit nihil operatur nisi tradicetur ex mente ff. de sup. le. l. Labeo. §. idẽ Tubero ita tex. cum glo. & Bal. in l. ij. c. de contrahend. emp. quod ex simulata contractu non transferatur etiã possessio, licet ex inutili, sic videtur tenere in allegã. pro casu singulari l. emptori. l. j. §. si vir. ff. de ac. pos. et merito quia in contractu inutili non deficit consensus, in simulata sic, & sic substantia deficit. & in acquisitione possessionis requiritur animus d. l. iij. §. neratius. ff de acq. pos. sed Bar. ĩ d. l. emptor. videtur tenere qđ possessio trãsferatur si hoc agatur, sed quomodo potest hoc agi, vt dictũ est s. si deficit cõsensu. Ego reperto decisio. d. Bal. quæ oĩa declarat in c. imperialem. §. calidis. de pro. alien. feu. per Fed. qui determinat per illũ tex. quod si interuenerit traditio possess. in cõtractu simulato qđ transfertur pos. alias, nõ. p. d. l. emptor ista sunt eius verba aurea, quæ sic intelligo qđ requiratur realis traditio & sic non sufficeret cõstitutũ præcarium nec qualibet alia clausula apposita in instrumento, quia si nõ cõsentiũt in principali cõtractu multominus in accessorijs & p̃missis & post hãc opi. meã vidi aurea verba Bal. in l. ij. C. plus val. qđ agi. vbi dicit quod constitutio præcarij nõ operatur in tali cõtractu, & in dubio nõ videtur animus trãsferandæ possessionis, & ideo requiritur quod recedat de pos. alias non recessit in veritate, & sic declarat verba Barto. in d. l. emptor. vide aurea eius verba quod no.*

Quæro an simulatio possit probari. & qualiter p̃betur. dic quod sic, & si allegetur pro tertiũ probetur per cõiecturas, vt quia venditor stetit post venditionem in pos. vide Bal. in l. ij. C. plus va. qđ agi. No. qđ multæ sunt species simulationis & modi, de quibus per Bal. in d. l. post contractum ff. de dona. & in consi. quod incip. pone P. donauit, & iõ debet exprimi, maximè si petantur? Bal. in l. ab Anastasio. C. manda.

b *Simulata. No. quod illud quod fit occulè p̃sumitur fictũ, & si cõsilium apparet expressum illud expressum præsumi-*

simulatum & fictum, tex. in l. ab anastasio. ver. sancimus. et ibi Bal. C. man. quod facit ad materiam l. emptione. C. plus va. quod agi. & ad ea quæ ibi primò ponit Bal. quia semper præsumitur prima facie instrumentum verum, nisi simulatio detegatur. l. cum precibus. & ibi Bal. C. de probatio. & in proposito vide Alex. in l. si procurator. §. idem papi. in apo. ff. de actio. empt.

Vide omnino Bal. in l. ij. C. plus va. quod agi. vbi dicit quod sufficit hoc probari per tertium adverificandum simulatio & ita Spe. secus si opponatur de simula. per ipsum contrahentem vide ibi latè &c.

Quæro an contra emancipa. possit opponi de fraude & simula. dic quòd sic. ita Bald. in l. cum oportet. § cum autem. C. de bonis quæ lib. per text. in l. ij. §. planè. ff. de coll. bo. idem Bald in l. fraus. ff. de leg. per dictum versi. planè in §. his quoque. in d. l. ij & dicit ibi Baldus quod præsumitur simulata, et fraus si diu stetit occulta: vt l. si filius. & ibi Iaco. de are. ff. so. ma. & in d. l. fraus. ponit aliqua de simula.

ditionem permansit diu in possessione rei venditæ sine alia noua causa colligendo sibi fructus spatio triennij vel vltra: vt deter. Bar. in l. post cõtractum. ff. de do. ar. l. si quis. in fi. C. de nã. li. & l. si is qui. ff. de acqui. hære. & l. sicut. in §. superuacuam. ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. & pro tanto consuetum est à pluribus obseruari quòd statim vel post aliquot dies venditione contracta faciunt locationem in ipsum venditorem de ipsa re vendita sub certa annua mercede, vt videatur venditor, tenere & possidere ex noua causa. crederem tamen consultius esse quòd emptor alij rem locaret quàm ipsi venditori. Item præsumitur venditio simulata, si creditor pactus sit cum debitore vt res pignori obligata non soluta pecunia ad terminum deputatum sit vendita pro pecunia debita: vt lege prima: & ij. C. de pac. pig. secus autem si pactus sit vt sit empta iusto precio, quia tunc fiet æstimatio, & secundum ipsam æstimationem intelligitur facta vera venditio: vt l. si fundus. §. fi. ff. de pig. & not. in d. l. j.

DE ANNO curso M. cccc. Ista incipit esse noua ætas, quia ætas hominis est c. anno. sicque de centennio in centennium incipit esse noua ętas. Et consueuerant antiqui tali adueniente ætate magna festa celebrare, & laudabile esset repetere: quo anno mense Septembris natus est prædictus Manfredus filius meus, ad ipsius & publicam vtilitatem maximè notariorum ciuitatis Papiæ Ego Ioan. Pet. cœpi exordiũ sumere in huius operis compilatione, in quo decennium & vltra non destiti laborare. quæritur an de necessitate sit in libello exprimenda dies celebratæ vẽditionis, dicit Inn. quòd non, vt per eum nota. in c. fi. de re iu. quod sequi. Bart. in l. j. in prin. ff. de eden. & in l. j. §. hoc interdictum. ff. vti. pos. & dixi super libel. in actione hypotheca.

EPITOME.

1 *Bona immobilia, an hodie possint cuicunque vendi.*

2 *Venditio quotuplex sit. 2. & 3.*

4 *Substantia venditionis, an possit committi in emptorem & venditorem.*

5 *Quis sit effectus traditionis.*

1 VENDIDIT & tradidit. † Debes scire quòd olim poterat quis vẽdere rem immobilem omnibus personis, sed illis tantùm qui erãt ex cõsortibus & propinquis vẽditoris quod hodie ius obseruatur in feudis & in pluribus locis obseruatur etiã in allodialibus, hodie verò corrigitur in allodialibus, quia põt quilibet vendere libere cuicũque: vt in l. dudũ. C. de contrah. em. præter quã res feu-
2 dales † Vltra præmissa est aduertendũ quod duplex est venditio, quædam in scriptis, quædam sine scriptis. Est autem venditio in scriptis illa, quando inter partes agitur, quòd fiat scriptura, nec aliter valeat, nisi scriptura appareat, quo casu non posset venditio probari per testes, & sic de ipsius substantia est scriptura, vt plenè traditur, in l. contractus. C. de fide instrumento. & insti. de emptio. & venditio §. j. nec ex hoc propterea infertur quod oẽs vẽditiões moderni tẽporis, de quibus fiunt instrumẽta, & mãdatur à partibus notarijs fieri instrumẽtũ publicũ quod sint venditiones in scriptis, quia de eis non agitur expressè, quod nõ aliter valeat nisi fiat scriptura, licet ad memoriã fiat inde scriptura: ar. l. cõtrahitur. ff. de pign. & ibi not. Alia est venditio sine scriptis, & ista est prout in vsu habemus de qua loquitur totus ti. ff. de cõtrahẽ. em. & in d. l. cõtrahitur. quæ probatur per testes & instrumenta: vt in l. cum res. C. de proba. cum multis simili.

3 † Item est sciendum, quod quædam est venditio pura, quædam in diem, quedam conditionalis, vt traditur in l. hæc venditio. ff. de contrahen. emp. & in §. emptio. institu. eod. facit l. j. & iiij. C. de leg. commis. & l. ij. ff. de in diem adiectio.

4 † Item est sciendum quòd substantia contractus venditionis non potest committi in arbitrium emptoris & venditoris, vt perpetuò in eius dependeat potestate obligari vel non obligari, ideoq; non valet hæc venditio facta sine aliqua temporis præfinitione vel expressione, si venditor dicat vel emptor emo vel vendo hunc librum, si mihi placuerit: vt in l. in ementis. C. de contrahen. emptio. & ibi plenè per Cy. & in l. quod sæpè. §. j. ff. eo. ti. Secus si dicatur emo vel vendo si mihi placuerit infra mensem: vt in d. §. institu. de emptio. & vendi. Et valet etiam venditio & censetur esse pura, sed resoluitur sub conditione si dicatur vendo vel emo hunc librum. & si infra calendas displicuerit sit inemptus. vt habetur in l. iij. ff. de contrahen. emptio. & l. ij. cum simi. ibi no. ff. de in diem adiectio. Traditio autem ipsius rei venditæ probatur per constitutum, de quo subiungitur: vt l. quod meo. ff. de acquiren. poss. & c. licet. extra de proba. Quid ergo si nullum constitutum interuenit, sed simpliciter in instrumento dicitur, quòd tradidit, an ex hoc probetur traditio: Dic quòd non secundum Iaco. de Are. & Barto. in l. prædia. ff. de acqui. possess. probatur tamen secundum eos quod si data sit per hoc licẽtia

rem

rem ingrediēdi propria auctoritate, qđ etiā sequitur Cy. in l. ij. C. de acq. pos. Et hæc vera sunt, cum venditio esset facta in absentia ipsius rei. Vbi autem facta esset in ipsa re vel eius conspectu, tunc probatur per hoc verbum tradidit de vera traditione ipsius rei, vt in dicta. l. ij. cum ibi no. vt habetur in l. j. §. si iusserim. & l. quod meo. § si per venditorem. ff. de acqui. pos. quod sequitur Spe. in ti. de emp. & ven. §. j. & Cy. in l. cum res. C. de proba. †Effectus autem traditionis est valde magnus, nam in transferendo dominium vel causam vsucapiendi magis attenditur traditionis tempus quàm tempus titl. traditionibus. C. de pac. l. si ager. ff. de rei vend. adeo quod si duobus eadē res fuerit vendita diuersis temporibus, ille præfertur in iure, cui prius tradita fuerit. l. quoties. C. de rei ven. & l. si duobus⁹. in fi. ff. de di. & tempo. præscrip. cum simi. ibi no. Et pro tanto, vt dominium rei venditæ transeat in emptorem, si venditor erat dominus vel vsucapiendi conditio si non erat dominus, semper apponitur in instrumentis quod venditor tradidit, & constituit se tenere & possidere nomine emptoris & c. vt in. l. clauibus. ff. de contrahen. emptio. Est tamen speciale in ecclesia & ciuitate vt rei venditæ dominium acquiratur sine traditione, vt l. fi. C. de sa. san. ec. & in aliquibus casibus no. per glo. in. l. ij. ff. de pub. & in l. pe. C. de rei vend. Et præmissa procedunt in eo qui emit de pecunia sua propria, si vero emeret de pecunia aliena vel communi, tunc distinguitur, aut emit suo proprio nomine tantùm, aut nomine communi vel alieno. Primo casu traditione sequuta sibi soli quætitur dominium rei emptæ, vt l. si patruus meus. C. communia vtriusque iur. & d. l. qui alienam. & l. j. cum ibi not. C. si quis alter. vel sibi. & l. si ex ea. C. de rei vendic. cum simi. Secundo casu distingue vt no in dicta l. j. & l. multum interest. eodē titul. &c.

a *Quid autem si deceptus est vltra dimidiam iusti pretij, vide plenè per Bald. in l. 5 rem minoris. C. de resein. vendi. & per scribentes in d. l. & in l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. Alexan. in consil. cxx vol. iij. Ias. in l. admonendi. col. iij. ff. de iureiurand.*

EPITOME.

1 *Data tantum arra, an liceat vtrique ab emptione discedere.*

2 *Carius vendere, & vilius emere in foro conscientiæ, an sit peccatum.*

3 *Decepto vltra dmidiam iusti precij quomodo succurratur de iure humano.*

4 *Qualis dicatur esse deceptio vltra dimidiam iusti precij.*

5 *Quod sit iustum precium.*

6 *Pœna precij non soluti ad tempus, an exigi possit?*

7 *Pœna adiecta quantitati & commissa, an hodie infra legitimum modum vsurarum exigi possit.*

a PRO PRETIO florenorum centum.ᵃ †Quid si non fuerit
1 precium solutum, sed solùm arra data est per emptorem, an licitū erit vtrique ab emp. & vendi. disce. dic quòd sic, vt l. ij. C. quādo li. ab ēp. & vē. dis. & ibi p Cy. & insti. de emp. & vē. §. j. precium enim est vnū de substantialibus venditionis, vt suprà dixi & debet esse precium iustū respectu rei, vnde si appareat iniustū qđ vel emptor vel venditor sit decept⁹ vltra dimidiam iusti precij succurritur vtrique. vt l. ij. C. de rescin. ven. infra autem dimidiā licet de iu. ci. cōtrahētibus se decipere, & p hoc nulli eo casu succurritur, quia imputet sibi & suæ prudētiæ, qui cōtraxit. vt in l. causæ. §. pōponius. ff. de min. & no. in d. l. ij. †Sed an in foro cōscientiæ
2 in d. l. ij. †Sed an in foro cōscientiæ
b sit peccatū carius vendereᵇ & vilius emere? hāc q. latè disputat Tho. de aquino in scda secūdæ in ti. de frau. quæ cōmittitur circa em. & ven. in q. xxvij. vbi determinat quòd si res vēdatur maiori vel ematur minori precio quā sit cōmune preciū quòd sit peccatum, nisi forte esset modica & pua deceptio de qua paruū infertur dānum, quo casu non est peccatum, licet enim lex humana sustineat maiorē deceptionē, hoc cōtingit causa euitādi maiorē cōfusionē, ne contingat turbari & impediri negotiatiōes, & lata est lex ipsa tam vitiosis quā virtuosis. At lex diuina tantū virtuosis data est, apud quos nihil esse debet quod sit virtuti contrarium, ideo ipsa lex diuina omnem inæqualitatem tanquam virtuti contrariam reputabit esse contra diuinam iustitiam, &
3 sic peccatum esse. †Sed quomodo succurretur decepto vltra dimidiam iusti precij de iure humano, dic quòd si deceptus est emptor, tunc erit in electione venditoris vel rescindere venditionem vel precium ad æqualitatē reducere, & si sit decept⁹ vēditor, erit in electiōe emptoris vel precium iustum supplere, vel quòd venditio rescindatur. vt l. ij. præal. C. de rescindend. vendi. quòd & con-

b *Vendere. An emens vt carius vēdat, peccet vide text. in c. cùm autem xiiij. q. j. quē allegat Roma. in singul. suis & vide Alexād. in l. item si pretio. §. quanadmodū. ff. loca. in appost. ad Bald. & de hoc p dom. Sozin. in consil. clxxvj. col. penult. vers. j. difficultas; & de frumento an liceat carius vendere ppter dilationem datam ad soluendum vide per Alexand. in cōsil. lxxij. in j. vol & in cōsil. clxxvij. in ij. vol.*

firmatur de iure canonico. vt in ca. cùm dilecti. & in ca. cùm causam. & ibi plenè not. de empt. & vendi.

4 †Amplius quęritur quæ & qualis dicatur esse deceptio vltra dimidiam iusti precij. Dicunt quidam poni exemplum in vẽditore decepto, hoc modo, si res valet decem & vendita est quatuor, vel pro tribus, nam hoc casu dimidia dicti precij est quinq;, ergo quatuor est vltra dimidiam. In emptore autem decepto exemplum ponunt, si res valebat decem, & emit pro vigintivnum, vel pluribus, quod exemplum reprobat glos. in d. l. ij. quia non tantùm excedit dimidiam imò totum ipsum pretium.

Et ideo dicit gloss. verum exemplũ in emptore esse si precium erat decem, & emit pro vigintiquinque quod exemplum confirmat gloss. in d. c. cùm causam. de empt. & vend.

5 †Item quæritur quod appellatur iustum precium, dicunt quidã quanti reperit emptorem, nam solet dici quòd res tantùm valet, quantũ vendi potest: vt l. si seruus. in fi. ff. de condi. fur. Alij quos sequitur glos. & Cyn. in d. l. ij. dicunt quòd in hoc debet attendi valor rerum circunstantium non affectio singulorum. arg. l. precia rerum. ff. ad legem Falcid. per quod ibi sequitur quòd inepta est illa depositio testium, qui deponũt quòd ipsi darent tantum de ipsa re, quia debent deponere, quòd cõmuni cursu & æstimatione valet tantum. Sed Iac. But. dicit in d. l. ij. quòd etiam potest sustineri dicta depositio, quando testes sunt tantæ auctoritatis, quòd in eis non cadat verisimiliter præsumptio affectionis. Puto tamen consultius tenere glos. & Cyn. opin. Nec obst. d. l. si seruus. quia intelligitur quòd res tantùm valet &c. s. communi & singulari æstimatione. Alij dicunt quòd debet æstimari secũdum rei qualitatem.[a]

a Quantitatem. Sed quid si sunt diuersi in æstimatiõe vide per Aret. in consil. lxv.

a per tex. in l. si quos. de rescin. vend. & ibi not. per gloss. & in l. iij. §. diui de iure fisci. in l. mortis causa. in fin. ff. de donatio. causa mort.

6 †Quid si emptor promisit soluere dictum precium ad certum terminum sub pœna dupli ipsius precij, nec illud soluit, an pœna exigi poterit? Dicunt gloss. in l. Iulianus. §. idem papinia. & l. Lucius. ff. de acti. empt. & l. cùm allegas. C. de vsur. & ibi per Cynum esse distinguendum. aut pœna adijcitur quantitati, & tunc quantum excedit legitimum modum vsurarum, non poterit exigi, aliâs sic, vt in d. §. idem Papinia. cum simil. aut pœna adijcitur facto, puta quia promisit scribere librum, vel quid simile sub pœna, & tunc poterit exigi pœna: vt in d. l. Lucius.

7 †Sed in primo casu, quando pœna adijcitur quantitati solet quæri an infra legitimum modum vsurarum posit hodie inspecto iure canonico exigi pœna? Et gloss. in d. §. idem dicit quod aut emptor percepit fructus, & tunc venditor poterit pœnam exigere tanquam interesse. argumen. l. curabit. C. de actio. empt. Aut nullos percepit fructus, & tunc in nihilo hodie admittitur talis pœnę petitio. Quod autem dictum est pœnam dupli adiectam quantitati videri appositam in fraudem vsurarum, & sic non posse exigi, fallit in pacto leg. commissoriæ. vt dicto §. idem. & l. si fundus. ff. de lege. commis. Item fallit in stipulatione duplæ, quæ interponitur super rei euictione, vt l. prima & l. Lucius. in fin. & l. si seruus. §. fin. ff. de euictio. cum similibus.

Item fallit in pœna apposita in compromisso, vel sententia arbitri, vel iudicis: vt in capitu. dilecti. & in capitu. per tuas. extrà de arbitr. & l. cùm pœna. & l. fin. ff. de arbitris. & l. j. ff. si quis ius dicen. non obtempe. cum similib. ibi nota. Ex præmissis itaque patet quòd l. eadem. in §. finali. ff. de verborum obligationibus. & omnia alia iura, quæ loquuntur de stipulatio. pœna adiecta quantitati sunt hodie correcta per vtrumque ius. de his not. per Barto. in l. cùm seruus. ff. de conditionib. & demonstratio. & dixi infrà super libello in actione hypothecaria.

PETIAM VNAM. vineæ Ecce aliud substantiale venditionis videlicet ipsa res, quæ venditur: vt l. nec emptio. ff. de contrah. emptio. & dixi suprà quòd res debet esse talis naturæ. vt in ea cadat commercium, nam sunt res aliquæ super quibus non cadit commercium in specie, sed in genere sic de quibus traditur in l. liberi. cum l. seq. ff. de contrahen. empti. & tetigi suprà maximè in primo libello in glo. super verbo, legitimis titulis.

EPITOME.

1 *Qualitas & quantitas rei quæ petitur est exprimenda.*

2 *Si reperiatur defectus in qualitate & quantitate rei immobilis, qualiter succurratur actori.*

3 *Emptor an habeat regressum ad interesse contra venditorem, si reperiat rem subiectam consuli quantumcunque ad mensuram reperiatur.*

4 *Reperto vitio in re vendita ad pondus vel mensuram qualiter succurratur emptori.*

5 *Res vendita ad pondus vel mensuram, ad quod pondus vel mensuram vendatur.*

1 PERTICARVM centum. †Aduerte quòd semper in libello debet exprimi quantitas & qualitas rei quæ petitur, prout eius natura

tura importat, vt l. si in rem. in fi. ff. de rei ven. vt supra dixi in j. libello.

2 †Quid autem dices si in qualitate vel quantitate rei immobilis venditæ reperiatur defectus, qualiter succurretur ipsi emptori, breuiter puto super hoc sic distingui posse: aliquando reperitur defectus in sola rei qualitate, vt puta dixit venditor quòd erat terra vineata, & reperitur terra aratoria, vel econtra in toto vel in parte, & hoc casu tenetur venditor ad interesse, habita ratione bonitatis deficientis, vt probatur in l. si in qualitate. & l. si duorum. & l. si fundo. §. & si modus. ij. respon. ff. de act. emp. non habita differentia inter venditorem scientem vel ignorantem. Aliquando defectus reperitur in sola quantitate vel mensura rei venditæ, vt quia venditor dixit quòd vinea erat perticarum, c. & reperitur tantum esse quinquaginta & si. & hoc casu subdistingue, quandoque precium fuit limitatum per singulas perticas. v. g. dicit venditor ego vendo tibi hanc petiam vineæ ad rationem & computum pro singula pertica flore. vnius & similium, tunc partibus deficiētibus agitur ad interesse contra venditorem, vt l. si in emptione. in prin. & l. si seruum. §. si modus. ff. de act. em. siue venditor fuerit sciens, siue ignorans, vt l. tenetur. in prin. eo. ti. & est tex. clarus & no. in l. si fundo tradito. ff. de euic. quandoque ipsum fuit limitatum habito respectu ad ipsam rem, prout est quoddam totum certis finibus contentum, vt puta vendo tibi talem vineam positam in tali parte, cui cohæret &c. pro precio in sum. flo. c. & in hoc considerandum est, an fuerit expressa quantitas vel mensura rei, dicendo, quòd erat perticarum c. & reperitur quòd est solum quinquaginta, & tunc

a quantum ad partem deficientem tenetur[a] venditor ad precij restitutionem pro rata, siue fuerit sciens siue ignorans, quò autem ad interesse non ignorans, sed sciens tenetur, vt hæc probantur in l. emptorem. §. si. ff. de actio. emp. & l. qui fundum. ff. de euic. facit l. quæro. ff. de actio. emp. Aut nulla quantitas seu rei mensura fuit expressa, & tunc sibi imputet, & nullum regressum habet, arg. l. veteribus. ff. de pac. cum sim. ibi not.

3 †Quid autem si res reperitur ad mensurā, sed credebatur libera, & reperitur serua, vel obnoxia censui vel alteri oneri, an emptor habebit regressū cōtra ipm venditorē ad interesse, dic quòd debet distingui. Aut vēditor fui sciens & emptor ignorans, & tūc tenetur ad interesse. Aut vēditor fuit ignorans, & tūc nō tenetur, vt plenè traditur in l. quoties. ff. de ędil. edic. & in l. ne. ff de euic. & in l. cū vēderes. & l. vēditor. ff. de cōtrahē. emp. cum simil ibi not in l. si minor. C. de ac. emp.

4 †Sed quid in re mobili vēdita ad pondus vel mēsurā. vt drapus, oleū, vel granū, & in pōderib⁹ vel mēsuris reperitur viciū seu falsitas, qualiter tenebitur vēditor sicut faciūt multoties isti beccarij, & frumētarij qui vtūtur multoties falsis pōderibus, & mēsuris, dic quod cōtra tales potest agi dupliciter, vno modo criminaliter ad pœnā relegatiōis, vt l. annonā. §. fi. ff. de extraor. cri. Alio modo ciuiliter ad interesse quo casu distinguitur, aut ambo cōuenerūt sta re ipsis pōderibus viciosis, & tūc alter cōtra alterū agere nō potest, aut nō cōuenerūt de eis, & tūc distinguitur, aut emptor fuit deceptus à vēditore, aut ecōtra & in vtroq; casu distīguitur aut decept⁹ fuit sciēs, & alter ignorās, vt plenè traditur p tex. & gl. in l. arbitrio. §. de eo. ff de dolo, & l īperatores. ff. de cōtrah. em. & ibi vide.

5 †Sed pone quòd res immobilis est vēdita ad mēsurā, vel res mobilis ad pōdus, & nascitur cōtētio inter emptorē & vēditorē, ad quā mēsurā, siue ad quod pōdus ponderari vel mēsurari debeat res vēdita, quid erit. Dic quòd seruari & attendi debet mēsura illa quæ cōsueuit seruari in loco cōtractus, vt in d. l. imperatores & no. per gl. in d. §. de eo. & habetur in c. ex parte. de cēs. Sic itaque patet ex prædictis, quòd licet admittatur & toleretur deceptio aliqua in precio, nulla tamē toleratur in pōdere vel mensura &c.

CVI COHAERET & cætera. Aduerte quòd res quæ petitur per coherentias certificanda est: vt l for ma. ff de cēs. de quo suprà dixi in j. libel. Et amplius quod est no. tenetur vēditor dicere emptori, an ipsi cōsortes sint boni vel mali: vt determinat gl. in l. quod sępè. §. fi. ff. de cōtrahē. em. quod intelligo verū, si requiritur ab emptore. ar. l. q cū alio. ff. de re iu. cū ibi no. nec mirū, quia aliqn expedit potius rē relinquere quā malos cōsortes habere. l. fi. C. de pac. inter emp. & vend.

a Tenetur. adde vt per Alex. cons. viij. iiij. vo. & per Ol. cōs. cxc. & p eū. Alex. in cōs. xc. in ij. col. in v. vol. in cons. cxxj. in ij. vo. & p eū. in l. si titi⁹ ff. de acti. em. et Pan. in c. p tuas de don. adde tamen qd si vēditus fuisset fūd⁹ & in captum à corpore & post deducta mēsura quòd tūc totus fūdus diceret vēditus. ita ale. cōs. cxxviij. colū. ij. ver. præterea etiā dato. in j. vol.

EPITOME.

1 Cessit & mãdauit oĩa iura. †Debes scire quòd illud qđ operatur traditio in rebus corporalibus, illud idẽ operatur cesio in iuribus incorporalibus, vt traditur p glo.& doc.in l.j. C.de act.& obli.& l.p diuersas.& l.ab anastasio.C. mã. Quærẽdũ est ergo.qd sit cedere & mãdare. p cuius latiori intellectu sciẽdũ est ꝙ habem⁹ tria quæ prima facie videntur idem,& sunt diuersa videlicet cedere,mandare,& concedere,vt no.Bar.
2 in l.fi.C.de do.dic † ergo,quòd cedere est ius aliquod incorporale in alium transferre, vt in d.l. j.C.de actio.& ob.sicut tradere est rem corporalẽ in alium transferre,vt l.traditio C.de pac. Mandare autem est solum exercitiũ alicuius iuris alteri cõmittere,vnde morte mãdantis finitur exercitiũ mandati,vt in l.& quia.in fi.ff.de iu. om.iu.& d.l. j.de ac.& ob.Concedere verò est aliquid cõmittere,& idẽ importat quod mãdare,vt no.per glo.& Bar.in d.l.fi.de don. licet aliquid plus importare videatur per tex.in l.j.§.cùm vrbẽ.ff.de of.pręfec. vr.& l.j.ff.de consti.prin. & in c.abbate.de ver.
3 †Potest autem omnis societas siue sit specialis, siue generalis, contrahi purę & in diem, & sub conditions, & vsque ad terminum vitæ ipsorum sociorum, vt in l. j. in prin. ff. pro socio. non autem fieri posset, vt duraret inæternum, imò nec ad hæredem transiret. vt l. nulla. & l. nemo potest. ff. pro socio. Fallit in societate vectigalium, quæ ex pacto transit ad hæredem. vt l. adeò morte. in principio. ff. eodem titulo.

4 †Nunc quæro quæ sunt illa quæ in generali societate veniunt, & sunt communicanda inter socios, & quæ sunt illa quæ in speciali

societate communicantur. vbi aduertendum quòd in societate generali communicanda sunt omnia bona quæ tempore societatis possidebantur à socijs: vt l.j.& l.iij. §.j.ff.pro socio. nec mirum quia talium bonorum ipso iure statim contracta societate, transit de vno ad alium possessio,&dominium absque alia traditione pro ęqualibus portionibus: vt habetur singulariter in l.ij.ff.eodem titul. Amplius debent communicare, inter eos omnia alia bona per eos acquisita, siue ex personæ industria, siue à fortuna, siue ex contractu inter viuos, siue ex vltima voluntate: vt l.iij.§.j.& l.societatem vniuersorum. ff. pro socio. dummodo sint quæsita ex honesta causa. Vbi aut essent quæsita ex inhonesta causa, puta furto, vel violentia: vel turpi causa, non sunt communicanda. vt in l.cum duobus. in fine.& l.quod autem ex furto. cum l.seq.& l.nec permittendum cum si. ff. pro socio. Si tamē socius cōstitutus esset pœnam iniuriæ, vel damni sibi illati teneretur illam communicare, vt in l.cum duobus. §. socium vniuersa.ff.e.titu. Abhorruit ergo lex quòd quæsita ex turpi, vel inhonesta causa, venirent in actione pro socio. sicut & alibi non veniunt in actione mandati: vt l.si remunerandi. §. si turpis.ff. manda. nec similiter veniunt in actione communi diuidundo .l. communi diuidundo. §. inter prædones. ff. communi diuidundo. nec in actis ex stipulatus.l.& generaliter.& l.si plagij.ff.de verbor. obligatio. Ex quibus potest inferri ad duo sepius occurrit.

a Vsurariā. adde Ang. consi.lxxxj.

5 †Primo quòd quæsita per vsurariā [a] prauitatē non sunt cōmunicāda in societate generali oīm bonorū, cū vsura sit omni iure tā humano quā diuino ꝓhibita,& si res turpissima & inhonesta. licet astenses & placentini cōtarium seruent.

6 †Secundo infertur quod isti armigeri qui vactunt derobando mundum prout fecerunt quinque annis, & pluribus proximè præteritis totam Lombardiam, & maximè de anno proxime elapso occurrente M.ccccxj. ciuitatem magnificam Papiæ, pro istis talibus derobationibus, & violentijs non habent inter se aliquod iuris suffragium quo mediante alter alterum super talium bonorum diuisione possit conuenire, nisi mediante ense, de quo Deus iudicat eos inuicem trucidare. nec mirum quia non merantur, iuris habere suffragium, qui legem offenderunt: vt in l.auxilium. in fi. cum simi. ff. de mino.

b Superstes. in hoc dic, vt latè per Io.ro. consi.xxvj. & ibi quid si est iurata & an possit reuocari prætextu ingratitudinis & superuenientis liberorum.

7 †Quis autem dicendum si in hac generali societate quæ impropriè apud aliquos fraternitas appellatur ipsi socij simul conuenerunt, & solenniter ad inuicem promiserunt, quòd si alter alteri ex eis prædecesserit, quòd superstes [b] eidem succedat in omnibus suis bonis, prout sepius vidi de facto contingere in pedemontibus & monteferrato, an ex eis altero premoriente poterit superstes proximiores ab intestato defuncti excludere ab eius hæreditate stante dicta conuentione, & eodē modo hæredes ex testamento ab ipso præmoriente institutos, si alios instituisset hæredes. Dic breuiter quòd non, sed ipse socius superstes ab ipso instituto vel proximiore ab intestato penitus excludetur, vt puta nulla ipsa conuentione quoad hoc de iure existente. vt habetur in d.l. si inter fratres. ver.j.ff.ꝓ so.& in l.pactū. quod dotali.& l.licet in priuatis. C.de pa.& per Cy.& alios doc. in l.fi.C.de pac.ver.iij.quæro.& l.hereditas.C.de pac.conuen.super do.& per Bar. in l.stipulatio hoc modo.ff.de ver.ob. Ad quod etiam facit l.cum donationis. in fi.C.de transa. cum enim tale pactum infringere habeat libertatem testandi merito reprobatur à iure vt in d.l.stipulatio cum si. Ex quo sequitur quòd si tales socij simul paciscuntur nec quisquam eorum possit aliquid alienare, quòd per hoc non impeditur testari & de rebus ipsis vltima voluntate disponere. vt in d.l.si inter fratres versi.j cum similib.

8 †Dicet aliquis, quis ergo erit modus, vt vnus socius taliter prouidere possit inter viuos, quòd alter socius habeat bona sua, alijs ddlusis post eius mortem. Cy. in d.l.fi. latè hunc articulum & refert plures opin. Finaliter concludit cum Petr. quod fiet promissio per stipulationem causa donationis inter viuos bonorum præsentium tantùm.s.tempore donationis non autem futurorum. In qua opinione residet Bar. in d.l.stipulatio hoc modo. Secundum quem sit latius collige, interdum quis promittit socium, vel alium hæredē instituere, vel eidem hæreditatem legare, vel dimittere, & tunc talis promissio etiam si esset iuramento vallata ipso iure est nulla, quia interposita super successione futura. vt d.l.fi. cum similib. quod apparet ꝑ ipsa verba directa ad hæreditatē. Interdum promissio concipitur per alia verba quæ non sunt iuris hæreditarij significatiua, vt puta si promisit omnia bona sua post mortem suam, & hic aduertendum qualiter concipiatur promissio.

Aut enim sit promissio ex causa donationis inter viuos generaliter de omnibus bonis præsentibus & futuris, & tunc est ipso iure nulla, quia per eam auferetur libera testandi facultas

vt

vt d.l.stipulatio hoc modo. Aut fit promisſio de bo-
nis præſentibus tantùm, ita quòd in futuris re-
maneret teſtandi poteſtas, & tunc valet: & ita
procedit opin. gloſſ. in d.l.fi. & eorum qui ſen-
tiunt cum ea. Eſt ergo in talibus bonum conſi-
lium quòd ille qui promittit, ſemper in ſe reti-
neat aliquid in quo teſtari poſsit, & eodem mo-
do ille qui purè omnium bonorum generalem do-
nationem facit, aliter donatio inutilis redditur,
& vidi multos in hoc errare, & multas do-
9 nationes infringi. † Nunc autem eſt de ſe-
cundo principali dicendum, quando particu-
laris ſocietas contrahitur, puta lanæ tantùm
vel vini, aut alterius ſimilis negotiationis, quę
ſint in hac ſocietate communicanda. Ad quod
breuiter reſpondendum quòd omnia illa quæ ex
a negotiatione[a] illa procedunt, alia autem aliun-
de quæſita ſiue ex induſtria perſonæ, ſiue ex fortu-
na, non ſunt communicanda: vt d.l. coiri. cum
l.ſequen. in fine. & l.duo ſocietatem in fine.
& l. cùm duobus. §. cùm erant. ff. pro ſocio. &
hæc procedunt in ſocietate vectigalium, vel vnius
rei tantùm, vt in iuribus præalle. cum ſi. & ſic
10 patet declaratum tertium & quartum. † Quid
autem de quæſito per fratres ſtantes in commu-
nione poſt mortem patris, vide plenè infrà
ſub titu. de forma libelli de hæreditate vel re
ſingulari diuidenda.

PER PACTVM SPECIALE & expreſſum. Hîc aduerte quòd in quali-
bet ſocietate contrahenda, licet cuicunque paciſci
de parte lucri & damni inter eos ſuſtinenda,
quòd autem vnus ſolus dãnum ſupportet & alius
b lucrum ferat, paciſci non poteſt,[b] & tanquam
leonina conuentio eſt à iure reprobata, vt tra-
ditur in l.ſi non fuerit. in prin. ff. pro ſo. & inſti.
e.titu. §.j. vbi verò de partibus lucri & damni ni-
hil extitit conuẽtum, tunc pro partibus æqualibus
ſuſtinebunt illud: vt inſti. eo. titu. in prin. & in
l.ſi non fuerit. & ſi fortaſſe neſcirent ſe inuicem
conuenire ſuper patribus lucri & damni, poſſent
hoc determinandũ committere arbitrio alicuius
perſonæ, ſi tamen timent quòd iniuſtè arbitretur
habeant recurſum ad arbitrium boni viri: vt l.ſo-
cietatem mecum. in prin. §. arbitrorum. cum ſeq.
ff. pro ſocio.

EPITOME.

1 *Pactum de communicandis quæſitis, & quærendis an ſit neceſſarium in generali ſocietate.*
2 *Dos ſocij generalis an ſit communicanda.*
3 *Socius an poſſit dotare filiam de bonis communibus.*
4 *Socius bonorum, an poſſit alienare vltra partem ſuam de bonis communibus.*

1 VNDECVNQVE Quæſita & quæ-
renda &c. † Licet hoc pactũ nõ eſſet expreſ-
ſũ quãuis illud exprimere ſit bonũ cõſiliũ, ta-
men haberetur pro expreſſo, hoc caſu quando ſub
nomine vniuerſali contracta eſt ſocietas genera-
2 lis, vt ſuprà dixi. † Quid autem
dices ſi ambo ſunt ſocij omnium
bonorum, & vnus ex eis dotem re-
ceperit vel in rebus mobilibus vel
c immobilibus, an fier dotis[c] commu-
nicatio in hac generali ſocietate.
Dic aut matrimonium & dotis. da-
tio præceſsit ſocietatẽ, aut econuer-
ſo, & vtroque caſu ſubdiſtingue, quia
aut durat ſocietas & matrimonium
& tunc fit communio vſusfructus
dotis tantùm, proprietate ſalua. aut
ſocietas diſſoluitur & durat matri-
moniũ. & tũc nulla fit dotis cõmunio
ſed ipſius dotis tanquã nõ cõmuni-
catæ fit ante partes reſtitutio: aut
econuerſo durat & perſeuerat ſo-
cietas, ſed matrimonium diſſolui-
tur: & tunc ſi morte vxoris, ita quod
maritus lucretur dotem vel ex
pacto vel ex lege fit communio ip-
ſius dotis. Si morte viri, fit reſti-
tutio ipſius dotis vxori & non com-
munio. vt hæc probantur in l.
actione. §. fi. cum l.ſe. in prin. ff. pro
3 ſocio. † Deinde quæritur ſi alter
ex ſocijs habeat filiam nubilem, an
poterit ipſam dotare de rebus com-
d munibus,[d] dic quòd non niſi ſuper
hoc pactum interceſſerit ſpeciale,
etiam ſi ſint ſocij omnium bono-
rum: vt habetur in l.ſi ſocius pro
filio. ff. pro ſo. & eſt ſingulare. aliâs
autem ſocij tenentur ſimul contri-
buere ad ſolutionem cuiuſque de-
biti ipſorum: vt in l.omne ęs alie-
4 num. cum l.ſeq. ff. pro ſo. † Sed
nunquid ſocius omnium bonorum
poſsit alienare vltra partem ſuam de
bonis communibus? Dic quòd non, vt
l.nemo ex ſocijs. ff. pro ſo. & hæc re-
gula poteſt eſſe ratio. d.l. ſi ſeruus.

SVPERLVCRATVS eſt. Regulariter inter ſocios om-
ne lucrum & dãnum eſt communi-
candum, & in lucri cõputatione fieri
debet deductio dãni, & omnium ex-
pẽſarum factarum occaſiõe ipſius ſo-
cietatis, etiã ſi dãnum cõtingeret in
caſu fortuito: vt probatur in l.lucius.
& in l.cum duobus. §. ſi quis ex ſocijs.
aliâs eſt l.ſi inter fres. §. ſi quis. &
§. quidam. ff. pro ſo. vbi autem dãnum
emergeret culpa, dolo, ſeu cauſa,
remiſſa negligẽtia quam pprijs reb⁹
non adhibuiſſet, tunc ipſi non fieret
computatio vel deductio talis dãni,
quia ſocius ſolum tenetur de dolo,
lata culpa, & leui. non autem de leuiſ-
ſima, nec de caſu fortuito vt l.

a *Negotiatione. vide per Pet. de Anch. conſi. ccciij.*
b *Paciſci nõ poteſt. vide per Ludo. Ro. conſi. cccx.*
c *Lucro dotis. vide per Lu. Ro. conſi. cccclxv.*
d *De cõmuni. vide Alexan. conſ. lcxlj. ij. vol.*

nõ ob eam.cum l.seq.ff.eo.ti.facit l.
cũ duobus.§.venit autem.& l.socius
socio.ff.ꝓ so.nec mirũ si de lucro de
ducatur dãnũ qa lucrũ ꝓpriè intelli
gitur omni dãno omniq; expẽsa de-
ducta:vt in d.l.lucius.& no.ꝑ gl.inst.
eo.ti.§.de illa cõuẽtiõe.facit ꝙ no.
Inn.in c.pastoralis.extrà de deci.sic
dicitur in fructibus qui intelligun-
tur deducta expensa:vt l.si à do-
mino. in fi.de peti. hære. cum si.

QVARE CVM PRAE-
dicta. Hæc est conclusio libelli ad
quam semper attende.

EPITOME.

1 *Pendente societate, an intentetur actio pro dote.*
2 *In societate contracta ex causa donationis, an vnus agat contra alium.*
3 *Pendente tempore societatis, an socius qui solus posuit pecuniam in societate ea deperdita tantumdem subrogare teneatur.*
4 *Ponens solus pecuniam in societate, an prius detrahat suum capitale.*
5 *Socius imponens ad restituendum quæ habuit in societate qualiter condennatur.*

AD DIVIDENDVM
1 & diuisionẽ faciẽdũ.†Quærit
ꝓ declaratione hui⁹, an pẽden
te societate possit actio ꝓ socio intẽ
tari?videtur quòd non,quia non est
nata ante finitam societatem:vt in l.
tandiu.C.pro socio.& l.actione.§.nõ
nunquam.ff.eo.ti.sed plenius distin-
gue,vt no.per Cy.in d.l.tandiu.Aut
agitur pro certa quantitate vel sin-
gulari re communicanda,& tunc agi
potest pendẽte societate.aut agi põt
generaliter pro tota societate & sic
iudicio generali societatis, vt de
omnibus ratio videatur & calculetur
& tunc nõ potest agi nisi finita socie
tate, sicut in simili dicitur in l.ij.
& quod ibi no.C.de admi.tuto.cum
2 si.ibi no. †Sed quod dices de no.
q.pone societas est contracta ex cau
sa donationis,qa alter posuit vniuer-
sa bona:an aget vnus contra aliũ &
dic quòd non,quia talis societas est
nulla:vt in l. societates contrahun-
tur.in fi.ff.pro so.& eodem modo est
nulla si fuerit contracta ex causa
donationis vel causa mortis: vt l.
senatus.§.si quis.ff.de don. causa
[illegible] & probatur in l.cum hic status
§.si inter virum.ff.de do.inter vi-
3 [illegible] xo. †Vlterius quæritur,
[illegible] ure valet societas in qua
[illegible] exercitium personæ, &
[illegible] certam quantitatẽ pecu

Certã quãtitatem. vide Alexan. de imo.consil. cxvij.j. volu. & cõsil. cxxxj. ij.volu.

niæ puta x.vel mille,vt in l.j.C.pro socio.& insti.
e.ti.§.de illo. in fi.pone ergo quòd ad certũ tem-
pus huiusmodi cõtracta societate ꝑdita est pecu-
nia posita in societate ipso tꝑe pẽdẽte,& adhuc
supstite vtroq; socio,an tenebitur ipse idẽ socius
adhuc tãtũdẽ pecuniæ subrogare,& ꝗdẽ gl.in d.l.
j.& l.si nõ fuerit.ff.eo.tit.tenet quòd nõ,quasi inte
ritu ipsius pecuniæ sit societas dissoluta: vt in l.
verũ.§.pe.eo ti.Alij dicũt ipsius pecuniæ periculũ
fore cõmune:& ideo pecuniã cõiter subrogãdã.
argu.l.cũ qb⁹.§.qdã sagariã.ff.ꝓ socio.& l.id ꝙ.ff.
de pericu.& cõmo.rei vẽdi.Alij dicũt aut pecunia
fuit statim ꝑdita,Aut ex interuallo.Primo casu fit
periculũ cõmune,ne cõtract⁹ reperiatur claudica-
re:vt in l.ij.ff.mãda.& l.si id qđ.in fi.eo.ti.Secũdo
casu dicendum finitã esse societatẽ,& per conse-
quẽs à neutro socio pecuniam subrogãdam.Puto
quòd gl.melius determinaut vbi suprà vt idẽ sit
in pecunia quod iure aliàs perempta. de quo per
4 Cy.in d.l.j. †Posteà quæritur,an ille qui posuit
pecuniam,& alius ꝑsonã,debeat in diuisiõe fien-
da prius detrahere totam suam pecuniã & suũ capi
tale saluum facere,& de reliquis diuisionẽ face-
re,an verò oĩa sint cõiter diuidenda:Sup hoc gl.
in d.l.j.distinguit aut est actum inter partes quid
de eà fieri debeat,& stãdum est conuẽtioni:vt.l.j.
§.si conuenerit ff.deposi.cum si.aut nihil est actũ,
& tũc secundum gl.oĩa debẽt cõmunicari,licet cõ
trarium de consuetudine obseruetur,& per cõse-
quens ipsa pecunia non est cõicãda.quæ consue-
tudo secundum Iac.de are.fundatur super iure scri
pto:vt colligitur ex his quæ habentur in l.cum
duobus.§.damna.& §.si coeũda.& §.item ex facto.
5 ff.pro soc.& no.per Cy.vbi suprà. †Quid autem
si socius est factus non soluẽdo, ita quòd impotẽs
est restituere quæ ad eius manus ex societate per
uenerunt,qualiter condemnabitur,dic quòd solùm
in eo quod facere potest,deducto ne egeat.& sic
in hoc est priuilegiata societas,quæ fraternita-
tis vicem gerit,vt suprà dixi,probatur per tex.in l.
verum in prin.ff.pro socio.& l.sunt qui.ff.de iudi.

EPITOME.

1 *Renuntiatio societatis qualiter admittatur.*
2 *Renuntiatio societatis quotuplex sit.*

NEC PERSEVERARE IN
1 societate. †Patet ergo ꝑ hoc de expressa
renũtiatiõe,quòd ita demũ admittatur si al
ter socius cõsentiat:nam eo inuito non licet regu-
lariter à societate intempestiuè discedere:vt l.
actiones.§.Labeo.& in § se.ff.pro so.nisi alter so-
cius sibi sit iniuriosus aut damnosus,vel conditio
societati apposita non seruetur:vt l.si conuenerit.
2 in fi.ff.pro soc. †Et no.quòd duplex est renun-
ciatio societatis, quædam expressa,de qua hîc,
& idem si petatur ratio reddi totius societatis.
vt d.l.verum est.§.pe.& l.fi.& l.actione.in prin.
ff.pro so.quædam tacita, & hæc fit quando pe-
reunt res an societate positæ,vel pereunt socij
vnus

vnus vel omnes, siue morte naturali, siue ciuili: vt d. §. penul. & l. actione. §. morte. Idem si mutetur status personæ in malum, vel eius bona publicentur: vt in d. §. pe. & l. actione. §. publicatiōe. & insti. pro socio. §. manet. & §. soluitur cum seq. Alio etiā modo notabili & singulari inducitur quædā tacita renūciatio inter socios omnium bonorum, quando stant & habitant separatim & pluri tempore nego ciationis sunt separatim: vt habetur in l. itaque cùm separatim. ff. pro socio. quod tene menti.

DEDVCENDO. Hæc clausula cum sequēti extenditur, vt aliâs dixi. Vt præsens tractatus aliquid moralitatis ad se trahat, Attende quòd dixit ille Seneca epistola vj. ad Lucilium. Nullius boni sine socio iucunda possessio est. Veruntamen, vt idem ait epistola iij. & ix. Diu delibera, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit, & cùm placuerit id fieri, toto illum pectore admitte. & tam audacter cum illo loquere, quàm tecum. Nā si aliquem amicum existimes, cui non tantum credas, quantum tibi, vehementer erras, & non satis noscis vim veræ amicitiæ: cum amico omnes curas omnesque tuas cogitationes misce. fidelem si putaueris facies, nā quidam fallere docuerūt dum falli timuerunt. Sapiens etiam si cautus est, se tamen habere amicum vult. Sed id ob nihil aliud, nisi vt exerceat amicitiam, & ne tam magna virtus labatur. Nam aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiæ: quomodo solitudo in odio est sic in dulcedine appetitus societatis. Et quomodo hominem homini humana natura conciliat, sicque inest huic quòd rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat.

Forma libelli contra plures reos debendi.

CORAM VOBIS, Do. vica. &c. Agit & in iure proponit Verulphus de ve. contra & aduersus Si. cicollelum & secundinum de castello, & contra quālibet aliam personam ꝑ eis vel ipsorū nomine in iudicio legitimè comparentē, dicēs ipse Verulphus quòd suprascripti Simo. & secū. fuerunt confessi versus ipsum Verulphum se ab eo habuisse & recepisse, & in veritate habuerunt & receperunt mutuo & ex causa mutui flo. mille boni auri & iusti ponderis, quos florenos mille eidem Verulpho præfati Si. & secun. & quilibet ipsorum insolidum promiserunt & conuenerunt dare, soluere, & restituere infra certum terminum iam diu elapsum, eorumque precibus & mandatis pro pecunia restituenda intercesserunt & fideiusserunt versus dictum Verulphum, Berretus & Bellus de bustis. obligantes expressè ipsi principales & fideiussores dicto Verulpho omnia & singula bona ipsorum, mobilia & immobilia, insolidum pignori & hypothecæ ac vlterius renuntiare versus Verulphum beneficio nouarum constitutionum de pluribus reis debendi, de fideiusso. & epistolæ diui Adriani, & legibus dicentibus principalis non tenetur, nec fideiussor eius. Alijsque omnibus legibus, constitutionibus, statutis, & decretis, nec non probationibus & defensionibus quibuscunque in contrarium facientibus, per quæ se defendere ac tueri possent &c. prout hæc & alia patent publico instrumento facto & tradito per Iaco. Cimosam notarium, de qua quidem florenorum mille quantitate, suprascripti Si. & Sec. vsquehuc, licet sæpius requisiti, solutionem & restitutionem facere recusarunt, seu distulerunt, ac principaliter differunt seu recusant indebitè & iniustè. Quare cùm prædicta vera sint, petit & requirit dictus Verulphus à vobis suprascripto domino vicario quatenus ex officio vestro ac per vestram diffinitiuam sententiam condemnetis & iuris remedijs condemnatos compellatis suprascriptos Si. & Secun. ad dandum & soluendum ipsi Verulpho ad restituendum prædicta florenorum quantitatem, simul cum omnibus & singulis expensis damnis & interesse passis & factis per ipsum Verulphum & in futurum fiendis & patiendis. Et prædicta petit per vos fieri & executioni mandati omnimodo &c. deducendo in præsenti iudicio &c. saluo iure addendi &c. non astringens se &c.

EPITOME.

1 *Nomen plurium reorum debendi vel stipulandi quando locum habet in iure.*

2 *Plures rei stipulando an per solam stipulationem restituantur.*

3 *Plures personæ ab vtraque parte pacem facientes, an possint appellari plures rei.*

4 *Quæ sit natura plurium reorum.*

1 CORAM VOBIS. Sciendum est ad huius tractatus faciliorem intellectum quòd materia plurium reorum est satis difficilis & diffusa, quæ tamen per sequentia demonstrabitur satis facilis & clara. Ideoque est aduertendum quòd plures debitores vel creditores aliquando stant sub simplici nomine creditorum vel debitorum, aliquando assumunt nouum nomen, & appellantur plures creditores rei stipulandi, & pluries debitores appellantur rei debendi. Hoc autem nomine baptizantur, cum eiusdem rei & obligationis sunt creditores vel debitores: vt l. ij. ff. de duo. re. & insti. eo. tit. § j. vbi autem sunt creditores vel debitores diuersarū rerum & obligationum, tunc stant in suo generali nomine simplici creditorum & debitorum: vt l. creditores, cum l. se. ff. de ver. signi. per quæ patet quòd non dicuntur nec appellantur rei à reatu, sed ab identitate rei & obligationis, licet aliâs reus appelletur debitor vel conuentus: vt in l. properandum. §. finautem reus. C. de iudi. cum infinitis si.

2 †Et no quòd huiusmodi rei stipulandi, vel deben

di licet dicantur stipulandi, non tamen constituuntur semper per stipulationem, sed etiam alijs mod s: vide licet per emptionem & venditionẽ, ac locationem per testamentum & similes contractus & vltimas voluntates: vt l. eadem. in prin. ff. de duo.
3 re. & insti. eo. §. pe. †Ex quibus determinatur secundum Bar. talis quæstio, pone quòd plures personæ ab vna parte & totidem ab altera pacẽ faciunt simul, & promiserunt se inuicem nõ offendere sub certa pœna, an isti erunt plures rei debẽdi & credendi? Certè dicendum quòd nõ: secundum eum, quia ad hoc vt constituantur plures rei, necesse est quòd sit eadem res. sed hæc sunt diuersæ res cum alia sit offensio vnius alia alterius. ergo &c. ita nõ per eum in l. si quis id quod. ff. de duo. reis. & in l.
4 opere. ff. de op. li. †Deinde sciendũ quòd horum reorum natura est, vt singuli insolidum teneãtur & singulis insolidũ actio cõpetat, nisi aliud in contrarium agatur, tam olim quã hodie secundum veram opi. de qua infrà no. quã sequitur Bart. in d. l. ij.

Eodem libello. Adde Lu. Ro. consil. ccxliij. Spe. de libel. concep. §. xv. versi. ij.

VERVLPHVS Iste creditor & eius debitores erant Cancellarij & familiares illustrissimi domini Theodori Marchionis Montisferrati, cuius & ego fui pluri tempore & hodie sum anno presenti currente M. ccccxiij. vicarius generalis.

EPITOME.

1 *Plures rei debendi, an possint conueniri in eodem libello.*
2 *Plures rei debendi, an possint conueniri diuersis libellis & separatim insolidum.*
3 *Plurium reorum credendi, an singulariter libelli admittantur.*

1 CONTRA ET aduersus Simonem & Secun. †Hîc reuoco in dubium an plures rei
2 debendi possint in eodem libello a simul contrauenire. de qua quęstione plenè disputatur per eundem Bar. in dicta l. iiij. §. vbi duo. ff. de duo. reis. Finaliter sic distingue, aut quis vult conuenire plures reos pro partibus virilibus, aut omnes insolidum. Primo casu dico quòd tam in eodem libello quam in diuersis quilibet conueniri potest pro parte sua. vt in l. eos. ff. de duo. re. ad hoc facit authenti. hoc ita. C. eodem titulo. & l. si quis separatim. in princi. & §. fin. ff. de appel. & §. vbi duo. l. duos ff. de duo. re. & optime ꝓbatur in l. si accusatoribus. C. de ac. Secũdo casu principali sic distingue, aut qs vult cõuenire oẽs insolidũ cũ expressa in ipso libello ꝓtestatione quòd vnica solutio sufficiat, & tunc oẽs poterũt insolidũ, cõueniri, vt in d. auth. & in corpore vnde sumitur, ꝓbatur in l. j. C. si plu. vna sen. & in l. si mãdato titij. §. paulus. ff. man. quod sequitur Dy. & Ia. de are. Aut vult eos simpliciter cõuenire sine ꝓtestatiõne, & tunc nõ potest nec admittitur libellus. arg. in l. j. C. de fideiuss. tu. Ex prædictis rationibus est idem dicendum & distinguendũ de pluribus reis credendi vt possint simul in eodem libello cõtra debitorẽ agere.
2 argu. d. l. si accusatoribus. C. de accu. †Quando que etiam cõtingit quòd quis vult plures reos debendi cõuenire separatim & insolidum in diuersis libellis, & tunc aut eodẽ tẽpore aut diuersis. Si eodẽ tempore, aut ipsis cõsentientibus, & põt, aut ipsis contradicentibus & tunc non potest, ne in diuersis instantijs molestẽtur & aggrauẽtur scd̃m Bart. argu. in l. non est nouũ. ff. de ac. emp. & in l. huiusmodi. in §. stichum. de lega. j. facit l. supra ite. §. cassius ff. de aqua plu. arcen. Si aũt eos conueniat in diuersis temporibus, tũc glo. in auth. de duo. re. dicit quòd non potest, quia vno nunc conuento alius interim iudicio pendente conueniri non potest quam opi sequitur Azo. in sum. eiusdem titul. & glo. in l. ij. ff. de duo. re. quam tamen opi. intelligit Dy. procedere pendente iudicio causæ principalis, secus si appllationis. l. si quoties. §. si creditor. ff. de pecu. coniuncta l. creditor. in princi. ff. man. Ia. de are. tenet indistinctè veram opinionem glo. quocumque iudicio pendẽte, quã etiam sequitur Bar. in d. §. vbi duo. Nec ob. scd̃m eum dict. §. creditor. quia distinguendum est, nam quidã sunt debitores talis conditionis & naturæ, quòd vno conuento alius liberatur, & de hoc loquitur di. §. creditor. Quidam sunt talis conditionis, quòd per electionem vnius, alius non liberatur, & tũc proce
3 dit quod suprà dictum est †Quid autem dices in pluribus reis credendi, an eorum singuli libelli admittuntur diuerso tempore contra ipsorum debitorẽ & dicendũ est quòd non. quia lite contestata per vnum præcluditur via alteri agendi. vt l. ex duobus. ff. de duobus reis. & ibi notatur.

RECEPERVNT MVTVO. Hoc autem fieri videmus in practica quotidie, nam contingit frequenter plures personas simul pecuniam ab eodem mutuo accipere per quod constituuntur rei debendi ex causa mutui. Fiunt etiam duo rei ex alijs causis, vt suprà dixi & habetur in l. eadem in principio. ff. de duobus reis

BONI AVRI. Quid autẽ si in instrumento simpliciter dicatur quòd fuit confessus habuisse flo. mille, nec exprimitur boni auri vel argenti, de quibus intelligimus. puto quòd debe

debet intelligi de illis flo. qui sunt in communi cursu seu vsu in loco contractus :ar.l.si stipulatus.ff. de vsu.& not per Barto.in l.paulus respondit.ff.de solu.&c.

EPITOME.

1 *Iure nouissimo plures rei debendi qualiter teneatur.*
2 *In modo constituendi plures reos, quæ iura teneantur.*
3 *Antiquum ius de conueniendo insolidum quemlibet plurium reorum, an hodie corrigatur.*
4 *Practica in casu renuntiationis auth. hoc ita.*
5 *Ex pluribus tutoribus potest contutor offerre satisdationem pro sua parte, & quod conueniatur cōtutor pro sua.*
6 *Correus ad quem non peruenit pecunia veritate inspecta si sit insolidum conuentus, an possit se tueri beneficio excussionis.*
7 *Factum vnius plurium reorum credendi, an noceat vel prosit alteri.*
8 *Extra iudicium facta integra solutione vni soli reorum an alteri sit sublata actio.*
9 *Simplex pactum vel transactio facta ab vno ex reis credendi, an noceat alteri.*
10 *Correus, an possit habere regressum contra correum totum exigentem.*
11 *Pactum vel transactio facta per vnum reum debendi, an noceat vel prosit alteri.*
12 *Correus credendi accipiens partem debiti ab vno reorum debendi, an videatur debitum diuisisse.*

1 QVILIBET IPSORVM INsolidū. †Hic est aduertēdū quòd de iure antiquo ſſorū natura istorū siue credēdi siue debēdi est, vt omnes teneātur insolidum & singulis insolidū debeātur: vt in d.l.ij.ff.de duo.re. An aūt iure nouissimo auth. hoc sit correctū in pluribus reis debēdi, sub iudice lis est, nā gl. in l.ij. tenet quòd hodie nō teneātur duo rei debēdi in solidū nisi expressè agatur. & sic quoad hoc in modo constituēdi & obligādi corrigitur ius antiquū ꝑ ius nouissimū, de quo habet in auth. hoc ita. C. de duo. re. & in auth. de duo. re. §. j. quā opi. etiā sequit alia gl. in l. eadem. §. cum in tabulis. ff. eo. ti. & l. si man-
2 dato. §. paul⁹. & l. creditor. §. duob⁹. ff. mā. † Alij verò tenent quòd in modo constituendi nihil corrigitur, sed conueniunt omnia iura, tā vetera quā noua: vt in dubio semper insolidum teneantur. sed in modo exequendi differunt ista iura. nā iure nouissimo licet omnes insolidum teneātur, tamen si sunt præsentes & soluendo, solum exigūtur ꝑ parte; aliâs autem fieret exactio insolidum: vt d. auth. hoc ita. quam opi. ind. auth. sequitur gl. ibi posita & insti. de fideius. §. si plures. & Bar. in d. l. ij. de duo. re. & hæc est verior & cōmunior, & quę dicta sunt, locum habēt in pluribus reis credēdi. vt dixi. In pluribus autem reis credendi cessat dicta disputatio, quia in eis nihil est immutatum in modo cōstituēdi. vt determinatur in gl. in d. authent. de duo. re. circa fi. patet itaq; ex ꝑmissis secūdum verā opi. quòd hodie pluribus reis debēdi pro parte suā quilibet debet cōueniri & exigi, nisi in talib⁹ casib⁹ in qb⁹ pōt qs insolidū cōueniri & exigi. vide licet si renūciatum sit per eos beneficio, d. aut. hoc ita. prout fit quotidie in instrumentis. Secūd⁹ si alius correus sit absens. Tertius si sit inops: vt in d. authē.
3 hoc ita. †Pro cuius pleniori doctrina formo aliam quæstionē. Ecce quòd olim in pluribus reis debendi erat in libera potestate creditorū agere insolidū cōtra quē vellet, & ipsū eligere: vt in l. j. C. de duo. re. & in l. ij. §. j. ff. eo. An hodie hoc sit correctū ꝑ ius authēticorū. Et breuiter distingue ſcđm Bar. in d. l. iij. aut loquimur in plurib⁹ correis obligatis ex facto alicui⁹ institoris vel exercitoris. & tūc nihil est correctū, sicq; poterūt ita hodie, sicut olim omnes insolidum conueniri: per tex. & eius rōnem in l. ne in plures. ff. de exer. aut loquimur in pluribus obligatis ex contractu celebrato principaliter inter eos cum creditore, vt fit communiter. vt in casu præsentis libelli. & tūc aut in obligatione est aliquod indiuiduum. & tunc nihil est correctum nec immutatū, sicque poterit quilibet exigi & conueniri etiam insolidum hodie sicut olim. qa diuisio corrumperet stipulationem. vt l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obli. licet glo. in d. auth. hoc ita. contrarium senserit & malè secundum Bar. Aut in obligatiōe est aliquod diuiduum. vt in præsenti casu. & tunc in mō constituendi obligationem nihil est immutatū vel correctum, vt dictum est. sed in modo exigendi seu obligationem exequēdi bene est immutatum quolibet correorum ꝑ parte existāte soluēdo, vt in auth. hoc ita. & ibi plenè per Cy.
4 †Erit ergo practica in casu quo non sit renunciatum bñficio d. aut. hoc ita, quòd iudex mittat nuncium ad inquirendum de præsentia vel absentia & facultate & habilitate soluēdi ipsorum correorum, sicut fit quando proceditur ad executionem bonorum pignori obligatorum, de qua excussione personali dixi in titu. de forma responsionis qua vtitur qui hypothecaria conuenitur. & tangitur per doc. in d. auth. præsente. C. de fideius. & per Bart. in l. iij. §. vbi duo. ff. de duo. reis. & in l. in stipulatione. & in l. decē. de ver. ob. Dicitur autem quis a fore absens, [a] si est extra suum domicilium in alia ciuitate, vel alio territorio, vt not. per doct. in d. auth. præsente. & in d. §. vbi duo. Ratio

a *Absens. quis dicatur absens. vide per Lud. Ro. cō si. cccliij.*

autem huius excussionis est, quia, hi correi inuicem videntur fideiubere, ideoque æquum est ne vnus pro alterius parte priusquam ipse principalis conueniatur, vt in d. auth. præsentẽ. qđ autem videatur inuicẽ fideiubere, probatur, & no. in l. j. C. de duo. re. & per Bart. in l. reos. ff. de duo. re.

5 †Vbi autem essent plures tutores vel curatores, quorum alter insolidum conueniretur, tunc posset dicere & opponere quòd eius contutor conueniatur periculo suo pro eius parte, & offerre satisdationem de hoc, dic vt habetur in l. si dubitetur. ff. de fideiuss. & sic conuentus grauatur satisdare vel probare alium esse soluendo: vt in l. ij. §. nunc tractemus. ff. de tu. & rõ. distra.

a Ad alium peruenisse. de hoc dic vt per Lud. Ro. consi. cxiij.

b Credendi. vide per Pau. de castro consil. ccxxxj.

6 †Vlterius quæritur, si ille correus ad quem non peruenit pecunia, veritate inspecta, fuerit insolidum conuentus, an poterit se tueri beneficio excussionis, distingue secundum Bar. aut hic conuentus expressè probat pecuniam re vera ad alium peruenisse,[a] & tunc audiendus est hanc exceptionẽ excussiõis objiciẽs. ar. l. quæritur. in prin. ff. cõmo. nec huic obstat si dicatur quãdo vn⁹ tenetur alio pri⁹ excusso, tũc nõ sũt duo rei debẽdi: vt in l. decẽ. ff. de ver. ob. & in l. fi. ff. si cer. peta. quia respõdetur ꝙ cõtraria loquũtur quando obligatio secunda differtur in defectum primæ. & sic in huius conditionis euentum incipit obligatio in secundo, sed hîc loquitur cum obligatio in persona vtriusque à principio contrahitur, sed sola excussio differtur, quod non impedit constitui ipsos reos. aut nihil probat, sed simpliciter allegat, & tunc, aut fuit renunciatum per eum beneficio excussionis. vt fit communiter in instrumento. & tunc vlterius non auditur, Aut non fuit per eum renunciatum, & tunc aut fuit veritate attenta illius fideiussor & hoc constat & admittitur talis exceptio excussionis, vt in d. auth. præsente, & in auth. de fideiuss. §. j. si verò non constat ipsum esse fideiussorem, quia instrumentum aliter sonat & tunc non auditur nisi ꝓut dictum est suprà in duobus reis, probatur in d. auth. in §. si vero minus. cum simi.

7 †Quid autem dicemus in pluribus reis credendi, an factum vnius prosit, vel noceat alteri, siue petendo siue paciscendo, vel transigendo, aut iuramentum deferendo, vel exigendo, vel alia similia faciendo. In qua qõne licet subtiles, & variæ sint considerationes, tamen sub breuitate põt sic cõcludi. aliquãdo quæritur ꝑ se, de sola petitione facta per vnũ ex creditoribus in iudicio vel extra, & hîc distingue secundum Bar. vt ꝑ eũ no. in l. ex duobus. de duo. re. Aut fuit simplex petitio extra iudicium vel in iudicio, sine aliqua litis cont. & tũc nullũ fit alteri præiudiciũ, Sed poterit alter petere quãdocũq; proderit tamen eidẽ hæc petitio quoad interrũpendã præscriptionẽ: vt l. fi. C. de duo. re. aut fit petitio cum debita lit. conte. & tũc remanet alteri via præclusa agẽdi propter illius præoccupationem: vt no. in d. § ex duobus. siue sint socij, siue nõ, secũdum Bar. ar. in d. l. fideicõmissa. §. plerunq;. coniũcto §. fi. ff. de leg. iij. Idem dicendũ in sentẽtia lata pro vno vel cõtra vnũ ex reis credendi, quod alijs prosit & noceat: vt d. l. ex duobus. secũdum vnã lec. nec ad hoc repugnat l. fi. ff. de arbi. quia ibi loquitur in arbitri sententia, quæ non producit actionem: vt l. j. C. de arbi. Similiter per omnia dicendũ in iuramẽto cũ ipsum vicẽ litis conte. obtineat: vt in l. nam posteà. §. si is qui ꝑ temporali. ff. de iureiu. & l. duobus. in prin. ff. eo. ti. Aliquando obtinet vim sententiæ: vt l. ij. ff. de iureiu. Aliquando vim solutionis: vt in l. iusiurandum etiam loco. ff. eo. ti. aliquando vim trãsactiõis: vt d.

8 l. ij. ff. eo. Quid ergo dicemus si extra iudicium facta fuerit vni soli integra solutio, an alteri sit sublata actio. dic breuiter quòd sic, vt l. ij. & iij. in fin. de duo. re. & ff. de pactis. l. si vnus in prin. ff. de noxa. l. si in rem. cũ si. vbi autem solutio facta esset ꝑ parte, tunc ꝑ alia parte remanet alteri correo integra actio: vt l. qui hominem. in §. j. ff. de solu. de quo latius per Bar. in d l. ex duo-

9 bus. †Sed nunc circa hoc occurit declarare aliud dictum, an simplex pactũ vel trãsactio facta

b ab vno ex reis credendi[b] alteri noceat, de quo plenè tangitur per ipsum Bar. in l. duobus. præalle. Sed conclusiuè sic distingue. aut sunt plures rei credendi ex causa onerosa, aut ex causa lucratiua, si ex causa onerosa, tunc pactum vel transactio vnius alteri non nocet, vt probatur ex his quæ habentur in l. si vnus. in prin. ff. de pact. & ff. de noua. l. si in rem. §. si. duo. nisi pecunia appareret ex eo socio ꝑfecta, & per cõsequẽs veritate inspecta esset debitum suum in totũ. nã tũc alteri noceret: ar. d. l. sed iulianus. §. non solum. & §. fi. ff. ad mace. Si autem ex causa lucratiua fuerunt rei credẽdi tunc attenditur, an fuerint socij vel nõ, vt si sint socij prosit & noceat aliàs nõ, vt plenè disputat gl. in l. vir vxori. ff. ad velle. & l. quamuis. §. quãqam.

10 eo. ti. †Cũ autẽ, vt prædicitur, solutio totalis facta vni alteri noceat, quæritur an eo casu ille alius correus poterit habere regressum contra recipientem, & ab eo repetere partem, distingue secundum Bar. vbi suprà, aut sunt rei credendi ex causa lucratiua merè. & tunc non cogitur alteri quicquam restituere nec communicare, sed inter

eos melior est conditio occupantis, si nõ sint socij vbi autem essent socij, tunc restituere & communicare tenentur. vt probatur, in l. fal. hoc 'obseruã. ff. ad leg. fal. & quod not. in l. qui hominem. §. j. ff. de sol. Et quo ad hoc redditur falsa glosa, quæ sensit contrarium in l. si titio seyo. ff. de le. ij. aut sunt rei credendi ex causa onerosa, & tunc aut negotiũ ipsum, inspecta veritate pertinet ad ipsum solum recipientem, quia ipsa pecunia deposita vel commodata erat ipsius tantum, & tunc alius correus nil ab eo potest petere. vt in d. l. sed iul. § non solum. & in §. se. ff. ad macedonianum. Aut econtra negotium pertinet, in totum ad alium vel pro parte, & tunc quãtum ad eum pertinet, poterit ab eo qui recipit repetere. vt l. si communi. ff. de

11 noxa. argu. l. si me & titium. ff. si cer. pe. † Nunc autem quæramus quid econtra ad præmissa, an pactum vel transactio facta per vnum reum debendi prosit vel noceat alteri correo debendi. Super qua quæstione consueuit communiter sic distingui, aut non sunt socij, & tunc prodest & nocet alteri, aut sunt socij. & tũc secus, per ea quæ habentur in l. idem in duobus. in principio. ff. de duo. re. & de arbi. l. si duo. ff. de libe. leg. l. iij. §. nunc de effectu. Sed Bart. vbi supra dicit quòd siue sint socij siue non, pactum siue transactio vnius prodest & nocet alteri, quatenus interest paciscentis illi alteri prodesse vel nocere, & non aliter, prout no. glo. in d. §. nunc de effectu, & plenius per eum in d. l. ex duobus, similiter quid iuris in nouatione &

12 acceptilatione ibi vide per eum. † Quærendum restat an si creditor recipiat partem debiti ab vno ex correis debendi, videatur debitum diuisisse, & sic per hoc non possit vlterius contra eundem pro alijs partibus regressum habere. Super quo dubio sic distinguit Bar. vbi supra. aut sunt tales rei debendi, qui non habent beneficium diuisionis quia illi renunciauerunt, vt communiter in instrumentis fit, & recipiendo partem, videtur debitum diuidere, vt l. si creditores. C. de pac. Fallit hoc fauore legatorum, in quibus non præsumitur facta diuisio. vt l. si ex toto. ff. de lega. j. & ibi per eum. aut sunt tales rei debẽdi, qui habẽt hoc beneficiũ diuisionis, quia noluerunt eidem renunciare, sed reseruare. & tunc aut soluit pro parte sua tantum, & tunc ipse solus liberatur pro parte sua quia videtur facta diuisio pro alia parte liberatur ope exceptionis. vt. ff. de solu. l. in his. §. j. cum simi. Aut soluit simpliciter, non expresso pro parte sua, & tunc non videtur in dubio facta diuisio de iuris rigore, ideo pro residua parte tam ipse quàm cæteri possunt insolidum conueniri. veruntamen de æquitate ille qui soluit competit exceptio diuisionis, nisi huic beneficio renunciatum esset. arg. l. inter eos. §. j. ff. de fideius.

EPITOME.

1 *Fideiussio qualiter fiat.*
2 *Fideiussores inquantum teneantur.*
3 *Fideiussor nolens vti beneficio diuisionis, an possit petere cessionem actius contra confideiussores & principalem.*
4 *Fideiussor se tuetur defensionibus rei.*
5 *Fideiussores non vtentes exceptionibus debitoris, an habeant regressum contra debitorem.*

INTERCESSERVNT & si

1 fideiusserunt &c. † Vt cautius & fortius succurratur & prouideatur ipsis creditoribus consueuerunt accedere fideiussores, quorum fideiussorum conditio & natura est, vt si principalis non tenetur, ergo nec fideiussor. vt insti. de fideius. §. fideiussores. & l. græce. in §. illud. ff. de fideius. cum simi. imò nec in plus vel vltra tempus vel quantitatem obligatur fideiussor quam principalis. vt l. hi qui. in princi. cum similib. ibi nota. ff. de fideiu. in qua obligatione fideiussoria est necessaria stipulatio solennis, nec sufficeret pactum nudum. vt C. de fideiuss. l. blanditus. & insti. eod. §. fin. &, ibi no. de qua tamen stipulatione præsumitur si in instrumento publico vel priuato dicatur, quod talis promisit pro tali vel fideiussit pro tali. vt d. §. fina. & l. sciendum. ff. de verbo. obliga. & l. j. C. de contrahend. & committen. stipulatio. licet tale verbum promisit a prolatum à teste non importet nec includat stipulationem. & sic non probaret fideiussoriam obligationem, sed ad nudum pactum simpliciter refertur. vt habetur in l. j. C. de vsufru. & notatur per Dynum & Bartol. in d. l. sciendum. Alius est etiam singularis casus in quo fingitur stipulatio, si quis apud acta patiatur se scribi pro fideiussore. vt l. cum ostẽdimus. ff. de fideiusso. tuto. nisi forte quis dixerit non incongrue hunc casum comprehendi sub priori regula l. j. C. de contrahend. & committen. stipulatio. & d. §. fina.

a *Promisit. vide Paul. de castro. cõsi. lxxxj. per Alexã. consil. xcvj.*

2 Quæritur inde qualiter & inquantum hi fideiussores teneantur, & vtique dicendum est eos teneri insolidum sicut plures rei debendi, tamen eis ope exceptionis succurritur. vt inter eos actio diuidatur ex epistola diui Adriani. si tamen sunt locupletes & soluẽdo, aliàs secus. vt l. inter eos. in princi. §. penul. ff. de fideiusso. & in l. inter fideiussores eorũ. sic

ergo paupertas priuat eos tali bene
ficio.sicut supradictum est in cor-
reis.Itē priuatur hoc beneficio fide-
iussor conuentus si negat se fideius-
sorem:vt in l. si dubitetur.§.j. ff.de
fideius.Item si renunciauit huic be-
neficio,vt fit quotidie in instrumen-
tis,& infra dicam.Item si separatim
& non eodem tempore fideiusserit
vt l.si à titio.& l.titius.& ibi no.& l.
3 si plures.ff.de fideiuss. † Quid au-
tē si fideiussor conuentus noluit al-
legare beneficium diuisionis, vel
quia non vult,quia non potest,an po
terit petere quod cedātur sibi actio
nes per creditorem contra alios fi-
deiussores & reum principalem,dic
quòd sic,vt in l.vt fideiussor.& l.cùm
is & l.vranius.ff.de fideius.& nedum
personales,sed etiam hypothecarias
l.paulus,& l.fideiussoribus & ibi no.
ff.eo.ti.quas actiones si ipse creditor
facto sui cedere non potuit, repelle
tur ab agendo exceptione cedenda
rum,vt no.in l.stichum.§.pe.& ibi
not.per Bar.ff.de so.& l.stipulatus.§
si.ff.de fideius.faciunt quæ scripsi in
forma responsionis:qua vtitur hypo
thecaria conuentus,super glo.si.quic
quid tamē hi fideiussores soluerint
repetere poterunt per actionem mā
dati ab ipso principaili debitore.vt
insti.de fideius.§.pe.& l.si mandaue
ro tibi.in prin.ff.manda. & not.in l.
4 fideiussor.ff.de fideius. †Et notandū
quod quando fideiussores,conueniū
tur,possunt vti & se defendere om
nibus exceptionibus & defensioni-
bus ipsi reo principali competenti
bus,vt habetur in l.ex persona.ff.de
fideius.& l.omnes. C.de excep.& in
l.exceptiones.§.rei coherentia.ff.de
excep.& inuito ipso principali debi
tore,vt habetur in d.l.si stipulatus
5 in prin.cum si.ff.de fideius. †Quid
igitur si fideiussores conuenti non
a oppofuerunt[a] exceptionem seu de-
fensionem ipsi debitori cōpetetē,an
poterunt postea cōtra ipsum debito
rem regressum habere, distingue,
aut ignorabant hanc exceptionem,
& excusantur,aut sciebant, & tunc
aut erat exceptio perēptoria pacti
vel solutionis,& si. & tunc eis impu
tatur si non opposuerunt, & per cō-
sequens non poterunt habere regres
sum contra ipsum debitorem:vt l.si
fideiussor.in principio.& §.j.& ij.ff.
mandati.aut erat exceptio dilatoria
vel procuratoria,& dic vt no.plenè

a Non oppo-suerūt.vide per d.Abb. consil.lxxij j.libro & an posset agere cōtra principalē ad damna & interesse & quid si metu credi toris non opposuit ibi vide.

b Et priuile gio,de quo etiam in c. accedētibus de priui.Ab ba. in c. cū accessissent de constitu.

per glo.in dict.l.si fideiussor.§.quędam.ff.manda.
Tenentur etā hi fideiussores appellare à sententia
contra eos lata alioquin non agerent mandati con
tra principalem.vt not.in l.si procuratorem. §. si
ignorantes.ff.mandati. & si conueniatur antequā
reus principalis,possunt hodie iure nouissimo op
ponere exceptionem excusionis,vt prius conue
niatur principalis antequàm ipse fideiussor,vt in
auth. præsente.C.de fideius.& in corpore vnde su
mitur,nisi renunciassent beneficio illius auth.vt
ibi not.sicut fit quotidie in instrumentis. Olim
autem de iure.C.& digestorum liberum erat ipsi
creditori agere contra quos vellet,& cessabat di
cta excusio:vt in l.iure nostro. & in l.non rectè.
C.de fideiussor.cum simi.ad quod ius antiquum
reducuntur hodie omnes fideiussores propter re
nuntiationes quas faciunt in instrumentis

AC VLTERIVS RENVNCIAN-
tes. Scribitur in iure quòd licet cuicunque re-
b nunciare beneficio suo & priuilegio [b] sibi à iure
collato.vt l.si iudex.ff.de mino.& l.si quis in con
scribendo.C.de pact.de qua materia plenè not.
per glo.in auth.vt matres debi.& credi.in prin.&
ibi per Iaco.de belui.& Cy.in d.l.si quis in conscri
bendo &.C.de episcop.& cleri l.si quis in conscri
bendo & imputetur sibi qui renunciauit,quia am
plius ad beneficium renuntiatum non poterit ha
bere regressum,vt in l.quæritur.§.si venditor.ff.
de ędili.edic.

EPITOME.

1 *Quid sit beneficium nouarum constitutionum.*
2 *Beneficium diuisionis an possit allegari in quacunque parte litis,si ei non sit renunciatum.*
3 *Fideiussor constituens se principalem debitorem,an vta tur beneficio excusionis.*
4 *Creditor petens partem debiti ab vno ex fideiussoribus an videatur in dubio debitum diuisisse.*

BENEFICIO nouarum constitutio
1 num † Illarum constitutionum dispositio
quædam pertinet ad reos debendi de quibus
traditur in authentica de duobus reis. & dicto
authentica hoc ita.C.eodem titulo.quædam per-
tinet ad fideiussores,vt est epistola diui Adriani.
per quam consequuntur diuisionem debiti inter
se,vt solum pro parte conueniantur.licet insolidū
sint obligati,de qua epistola & eius effectu plenè
habetur in l.inter eos,& l.inter fideiussores.ff.de
fideiussoribus.cui beneficio si renūciant cōueniri
2 possunt insolidum † Sed posito quod non fuerit
huic beneficio renunciatum,an hæc exceptio diui
sionis poterit opponi per fideiussorem in quacū-
que parte litis, quam quæstionem plenè exami-
minat Bart.in l.si dubitetur.ff.de fideiusso. Sed cō
clusiuè veritas est,quod ante lite conte. & post op
poni potest.sicut de cæteris peremptorijs dicitur
pro quo facit l fideiussor.cum glo.sua .C. de fide-
ius.& hoc sequitur etiam Specu.in tit.de renun.&
conclu. ver. in primis licet gloss.teneat contra &

malè

malè. insti. de fideiuſ. §. ſi plures ſecundū Dyn. &
3 Barto. †Sed quid ſi iſti quos dicimus fideiuſſores conſtituant ſe principales debitores ſeu pagatores, vt fit quotidie in inſtrumentis, an poterunt vti beneficio excuſsionis & alijs beneficijs quibus vtuntur fideiuſſores. Breuiter dic quòd ſic, & idē dic in quocunque cōſtituēte debitū alienū. de quo loquitur totus tit. ff. & C. de conſti. pecu. & determinat glo. in authen. de fideiuſ. in princi. & ibi per Iac. de Bel. cuius determinationem ſequūtur omnes docto. niſi, vt dictum eſt, dictis beneficijs renunci
4 ent ſeu renūciauerint. †Deinde quæritur an creditore petente partem debiti ab vno fideiuſſoribus, videatur in dubio debitum diuiſiſſe, & videtur quòd ſic, per ea quæ habentur in l. fin. C. de fideiuſ. & no. in l. reos. & in l. liberos. C. de fideiuſ. Tu autem plenius ſecundum veriorem opin. diſtingue, vt per eum no. in d. l. inter eos. in prin. ff. de fideiuſ. tut. Aut conuenit creditor in iudicio fideiuſſorem pro parte tantum. Primo caſu ſubdiſtingue aut conuenit eum ſolum tantum pro parte vel inſolidum. & tunc non videtur diuidere debitum, ſed ſolam perſonam eligere: vt in d. l. reos. eo tit. & l. liberum. aut conuenit cum eo alios fideiuſſ. pro parte. & videtur debito diuidere. in d. l. reos. & l. liberum. cum ſi. ibi no. Ex quibus patet quod gl. in l. ſi creditores. C. de pac. non bene nec perfectè loquitur. Secundo caſu principali quando partem exigit extra iudicium. & tunc aut recepit ab alio à quo poterat cogi partem recipere per beneficium diuiſionis. & tunc videtur eligere & non diuidere. vt in d. l. inter eos. §. j. Aut recepit ab eo à quo non poterat cogi partē recipere, vt quia renunciauerat epiſtolæ diui Adriani, & tunc recipiendo partem debiti, videtur debitum diuidere vt in d. l. creditores. C. de pac. fallit fauore vltimæ voluntatis: vt l. ſi ex toto. §. j. ff. de lega. j. & ibi per eum. Cum ergo communiter omnes in inſtrumētis renūcient beneficio d. epiſtolæ diui Adriani, & cuiuſcūque diuiſionis, meritò ſequitur quòd creditor partē debiti recipiendo attamē intelligatur debitū diuidere, ſimiliter nec partē debiti petēdo, attamē laudarē quòd quādo creditor petit vel exigit partē debiti quòd ſemper proteſtetur quod non intendit per talem particularem petitionē vel exactionem debitum diuidere.

Et illegibus dicentibus ſi principalis nō tenetur &c. Iſtæ ll. habētur in l. grecè. §. illud. ff. de fideiuſ. & inſti. eo. §. fideiuſſores. Putarē tamē hāc renūtiationē nō tenere, eo caſu quo ipſo iure & in effectu debitor non fuiſſet obligatus à principio, quia nō poſſet obligatio fideiuſſoria accedere principali, quę nulla eſſet. l. cum leg. ff. de fideiuſ. & l. cū principalis. ff. de regu. iur. & l. fideiuſſor obligare. in princi. ff. de fideiuſſo.

EPITOME.

1 Generalis renunciatio beneficij, an proſit & qualiter.
2 Renūciās alicui iuri, an prius debeat eſſe de eo certificat?
3 In ſpiritualibus ſemper fit certificatio iuris renunciati.

1 Aliisque omnibus legibus. †De hac renunciatione generali eſt text. & gloſſ. in l. fi. ibi omnique alio auxilio. C. quando mu. tu. offi. fungi poteſt. Sed hic aduerte quòd hæc generalis renunciatio nō porrigitur vel extēditur ad ea de quibus veriſimile nō eſt quēquam ſpecialiter renūciaſſe. & ob hoc nō extēditur ad incognita ſeu ignorata. vt ꝓbatur in l. mater decedēs. ff. de inof. teſt. facit l. qui cū tutoribus. ff. de trāſact. & l. tres fratres. & l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. & quod no. per Dy. in regula in generali. de reg. iur. lib. vj. & l. obligatiōe generali. ff. de pi. nec etiā extēditur hæc renunciatio ad caſus fortuitos niſi expreſsè ſpecialiter iſtis renuncietur. vt plenè traditur per Cy. in l. j. C. commo. & l. j. & l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & per gl. & Bar. in l. ſed & ſi quis. §.
2 quæſitum. ff. ſi quis cautio. †Horū autem gratia in dubium reuoco an ad hoc quòd valeat renunciatio vel refutatio alicuius iuris ſit neceſſe quòd ille qui renunciat prius de illo iure cui renunciat certioratus ſpecialiter & certificatus ſit, & quidē reperio quòd gl. in §. j. in auth. quomodo opo. epi. col. j. determinat ſimpliciter quòd ſic. Tu aūt latiꝰ diſtingue prout tangit Iac. de bel. in d. §. j. Aut ius cui renunciatur cōſiſtit in iure ſcripto cōmuni vel municipali, aut in facto proprio ipſius renunciantis. aut in facto alieno. Primo caſu, quando conſiſtit in iure ſcripto. tunc aut is qui renūciat, eſt de perſonis quibus permittitur ius ignorare, vt mulier vel ruſticus & ſimiles. & tūc debet certiorari alias ſecus. vt l. regula. ff. de iur. & fact. ignorā. & ſic intelligitur quod traditur in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſactio. & l. mater decedens. ff. de inoffi. teſt. cum ſimi. Secundo caſu quando conſiſtit in facto proprio tunc non eſt neceſſaria certioratio. vt l. quāquam. ff. ad Velleia. & l. quiſquis. C. de reſcind. vend. licet ſit vtilis certificatio. vt renuncians excludatur à probatione erroris. C. de iur. & fac. ign. l. error. ff. de condi. indeb. l. ſed ſi me putem. & ff. de in inte. reſt. l. de ætate. §. j. & fi. Tertio caſu quando conſiſtit in facto alieno, tunc aut fit renunciatio ꝑ pactū, & non exigitur certioratio. vt in l. emptor. in §. Lucius. ff. de pac. licet poſsit eſſe vtilis vt excludatur à probatione erroris. vt dictū eſt. Aut eſt ſimplex renūciatio ſine pacto, & tunc eſt neceſſaria certioratio. vt in d. l. mater decedens. cū ſi. ibi not.
3 Et præmiſſa procedūt in iuribus tēporalibus †In ſpiritualibus autem ſemper eſt neceſſaria certioratio. vt in d. §. j. in auth. quomodo oportet epiſ. & pro tanto in practica ſolēt prudētes notarij adijcere in inſtrumentis poſt factas renuntiationes hanc clauſulam, de quibus omnibus iuribus & beneficijs & eorū effectibus fuit dictus Ty. plenè & clarè ad eius plenam intelligentiam certioratus & informatus per me notarium infraſcriptum.

EPITOME.

1 Vnumquodque municipium poteſt ſibi condere legem.
2 Statuto ciuitatis, an renunciari poſsit?

a 1 STATVTIS a & decretis. † Ista appellantur iura municipalia, quia vnum quodq; municipium potest sibi cōdere legem: vt l. cunctos populos. cum sua materia. de sum. tri. & fid. catho. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

a Statutis vide An. cōs. xciij. Fran. de aret. cōsi. xciij. & an iuri probibitiuo possit renunciari, per eundem consil. cij.

1 † Solet ergo quæri an his legibus vel statutis possit renunciari. circa quod sic considera, quædam sunt statuta quæ principaliter respiciunt publicam vtilitatem & talibus non potest renunciari, sicut non renunciatur talibus legibus communibus. vt in l. iurisgentium. in §. paciscar. ff. de pact. cum si. ibi no. ad quod facit c. intellecto. & quod ibi no. de iureiur. & in c. si diligenti. de for. compe. Quædam verò sunt statuta quæ respiciunt vtilitatem priuatā, & istorum quædam sunt quæ in compositione actus qui geruntur nullam solennitatem nec formā exigunt nec requirunt, sed sufficit solū consensus partium, & talibus regulariter potest renunciari: vt l. pacisci. ff. de pact. & l. si iudex. ff. de mino. & d. l. si quis in conscribendo. C. de pact. cū si. cū distinctione de qua suprà. Quædam sunt quæ rerequirunt certam formam vel solēnitatem in compositione actus prędicti, & his non potest renunciari, sicut nec similibus legibus cōmunibus. arg. l. nemo potest. de leg. j. l. cū hi. §. si prætor ff. de transact. cū simi. Similiter, vt generaliter loquamur renuntiari non pōt illis legibus statutis & casibus in quibus & super quibus iuramentum interpositū nō ligaret, nec obesset, quia si iuramētum non operatur nec ligat iurantū, multò minus simplex renūciatio de quibus omnibus plenè tractauit Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & ego tetigi in forma libelli super cōtractu venditionis. suprà eod.

b Pro sorte. vide. Rom. consil. cvij.

c Cōsenserit. vide per andreā barbat in c. constitutus. de fideius. in vj. col. per Ful. consi. cxxx. de quo ibi Barba. mētionem non facit.

EPITOME.

1 Probatio & defensio, an differunt.

2 Probationibus testium & instrumentorum renunciari valeat.

PROBATIONIBVS & defensionibus. 1 † Aduerte quòd inter hæc est differentia: nam hoc nomen defensio comprehēdit etiam officium iudicis & quodcunque aliud auxilium in iure descriptum, ad quod nō traheretur istud verbum probatio, vt no. per Bart. in l. j. ff. quod vi aut clam. & l. planè. & l. fi. ff. de peti. hær. Si ergo quis renūciat probationibus testiū & instrumentorū, an valeat? & glo. in auth. iubemus. C. de fide instr. & ibi per doct. tenet ꝙ non, de quo plenè per Inn. in c. cū venissent. extrà de testa. Si autē renūciat defensionibus in genere, puto distinguendum, vt suprà tactum est in proxima gloss.

EPITOME.

1 Mora debitoris an noceat fideiussori.

2 Fideiussor, si vult persistere in obligatione, debet consentire prorogationi termini factæ per debitorem.

1 SOLVTIONEM facere recusauerūt. † Hic quæritur an mora seu culpa debitoris noceat fideiussori: ad qđ breuiter respondendū est ꝙ sic, siue sit culpa vel mora commissa faciendo vel omittēdo, vt probatur in l. mora. ff. de ver. ob. & l. si seruū. §. nūc videamus. ff. eo. Et eodē modo scđm aliquos nocet fideiussori interruptio pscriptionis facta contra debitorē principalē, sicut in simili facta cōtra vnū ex correis debēdi porrigitur ad aliū vt no. per gl. & Cy. in l. fi. C. de duo. re. Alij, quorū opi. sequntur Cy. in d. l. fi. dicunt ꝙ non porrigitur ad fideiussorem, nec ei nocet. & eam sequitur Bar. in l. cū quis. §. si quis pro eo. ff. de solu. de quo vide quod scripsi suprà circà formā respōsionis primi libel. in gl. super ver. pscr. Et ex his patet scđm aliquos quod si fuit pœna cōmissa propter morā debitorū, ꝙ fideiussor possit tam pro sorte quē ꝓ pœna conueniri, pro quo facit l. si quis pro reo. §. si nūmos. ff. de fideius. & l. pe. ff. vt le. no. ca. Distinguendū tamē est, aut ipse fideiussor simpliciter fideiussit, aut in omnē casum & euentū. Primo casu non
b tenetur nisi pro sorte b tantū & non pro pœna, vt l. fideiussores magistratuū. ff. de fideius. & in l. centum capuę. ff de eo quod cer. lo. facit l. item veniūt. §. cū prædiximus. ff. de peti. hære. & l. j. ff. de in lit. iur. & in l. libertus. §. fi. ff. ad muni. & per gl. in l. iij. ff. qui satisda. cog. Secūdo casu tenetur ad pœnā & interesse. vt d. §. si nūmos. cū si. vnde si cautus notarius in formando verba fideiussionis.
2 † Sed circa hoc quæro de vno ad quod parū prospicitur & multi decipiūtur. Ecce ꝙ quotidie videmus in instrumētis depositi & mutui apponi terminū solutionis fiendæ per debitorē, qui dat fideiussores de soluendo. cōtingit ꝙ ipse debitor facit prorogari sibi hūc terminū per creditorē. quæritur an fideiussor post lapsum primi termini teneatur. Respon
c detur ꝙ non nisi prorogationi cōsenserit: c vt probatur in l. cùm hermes. C. lo. & l. item quæritur. §. qui impleto. ff. lo. & no. per gl. in c. constitutus. de fideius. facit qđ no. in l. pe. ff. de præto. stip. per q̄ patet ꝙ obligatio limitata ad tempus certū non pōt inuito obligato in tēpus prolixius prorogari. ad qđ facit l. fi. ff. de pac.
3 † Esset ergo cautela ꝙ fideiussores facerent & curarēt cū debitore ꝙ tēpus solutionis prorogaretur per creditorē, & sic liberarentur ab obliga. sua, dum tamē prorogationi nō consen-

sentiant, quod tene menti.

QVARE CVM prædicta. Hæc est conclusio libelli quæ semper notanda est.

CONDEMNETIS. Quid autem si ab hac sententia alter correus appellauerit, an eius appellatio alteri proderit? dic quòd sic, vt probatur in l. j. C. si vnus ex pluribus. & l. si quis separatim. in prin. & §. fin. ff. de appel. & ibi no per gl. & docto.

SIMVL CVM damnis. An ad hæc damna vel pœnas teneantur fideiussores, dictum est suprà proximè, vbi vide. Reliquas clausulas declara prout suprà in proximo libello. in fin. dictum est. Et quia tam hîc quàm in proximis præcedentibus ti. agitur de diuersis negotijs quibus homines pro eorum status & vitæ substentatione diuersimodè implicantur, attende tu iurista, vel alteri scientiæ deditus, qui de sola arte scientiæ vis viuere, quod vos admoneat facere ille moralis philosophus exẽplo romanorum antiquorum, cùm doctus enim erat, inquit prudẽtissimusq; quis magis negotiosus erat & nemo ingeniũ sine corpore exercebat &c. Itaque crede mihi ne attendas ad nudam scientiã si laicus es, quia viues in miseria & paupertate, sed velis negotiari & mercari tam per teipsum quàm per alios & prudentium conformare te cum gestis antiquorum.

Forma libelli quo agitur pro donatione.

CORAM VOBIS &c. agit & in iure proponit Ioan. Oliarius suo nomine contra & aduersus spectabilem militem dominum Manfredum de plebe & contra quancunque aliã personam pro eo, seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens & proponens idem Ioan. quòd præfatus domi. Manfredus ti. & ex causa donationis inter viuos purè, merè, & solenniter & irreuocabiliter donauit & tradidit ipsi Ioan. pro se & suis hæredibus recipienti domum vnam muratam & coopertam positam in Papia in porta pertusij cui cohęret &c. & prout hæc & alia latius cõtinentur in instrumento dictæ donationis tradito & rogato per M. notarium Papiæ anno mense & die in eo contentis. Quod quidem instrumẽtum pro informatione & probatione præmissorum ex nunc producit & exhibet idem Ioan. coram vobis in forma publica. Amplius dicit & proponit idem Ioan. quòd præfatus domi. Manfre. de facto & contra voluntatem ipsius Ioan. dictam domum à tempore dictæ donationis citra detinuit & adhuc hodie detinet occupatam ipsamque domum, licet sepius requisitus, hucusque adhuc dimittere & relaxare recusauit, & iniustè recusat. Quare cum prædicta vera sint, petit & requirit idem Ioan. quatenus per vestram diffinitiuam sententiam condemnetis & condemnatũ iuris remedijs compellatis suprádictum do. M. ad dimittendum & relaxandũ liberè & expeditè suprascripto Ioan. domum antedictam, ac insuper ad dãdum & soluendum eidem fructus, redditus, & prouentus quos ex dicta domo percepit & percipere potuit à dicto tempore citra, simul cum cæteris damnis & expensis passis & factis per ipsum Ioan. ac in futurum fiendis & patiendis, de quibus protestatur: & prædicta petit &c. saluo iure &c. non astringens se. &c.

CORAM VOBIS. Attende ad hanc materiam de qua infrà dicam, quia frequenter accidit inter coniunctos & amicos, & fit plerunq; liberali animo & illa est propriè donatio. vt in l. donari. ff. de regu. iuris. Quandoque fit simulatè ex aliqua causa necessaria prout partes conueniunt & illa est impropriè donatio. argu. l. imaginaria. ff. de contrahend. emptio. cum simi.

EPITOME.

1 *Quot sunt species donationum.*
2 *Quid sit donatio inter viuos.*
3 *Donatio facta inter viuos & collata post mortẽ qualis sit.*
4 *Quot modis celebretur donatio.*
5 *In quibus differat donatio inter viuos à donatione causa mortis.*
6 *Donatio causa mortis qualiter differat à legato.*
7 *Donatio inter viuos & causa mortis, an possit fieri tam absenti quàm præsenti.*
8 *Donatio causa mortis an semper habeat effectum post mortem donantis.*
9 *Donatio causa mortis facta à filio de consensu patris, qualiter confirmetur, vel reuocetur, & quando.*
10 *Donatio inter viuos, an sit contractus nominatus vel innominatus.*
11 *Donatio inter viuos est contractus stricti iuris.*
12 *Donatio coniugalis quotuplex sit.*
13 *Donatio inter virum & vxorem morte confirmatur ita quòd trahitur retrò.*
14 *Pignoris remissio est permissa inter coniuges.*

1 EX CAVSA donationis inter viuos. †Notandum est quod quatuor sunt species donationum, quędam est donatio inter viuos, quędam causa mortis quædam coniugalis seu matrimonialis, quædam quæ appellatur legatum: vt habetur insti. de dona. §. j. & seq. cum simi. ibi no.

2 Est autem donatio inter viuos illa quam quis facit animo liberali, vt dixi, nulla ductus mortis cogitatione vel respectu: vt d. l. donari. & l. j. cum seq. ff. de dona. & C. de do. per totum. & ea intentione & proposito, vt statim ipsius rei donatæ dominium transeat in accipientem vel euentum alicuius alterius conditionis vel temporis: vt in §. aliæ. insti. de dona. & hæc dona. continet in se hodie necessitatem traditionis. quia donans cogitut rem donatam tradere: vt l. si quis argentum. §. sed & si quis ver. sin autem. C. de don. sicut videtur in cæteris contractibus. le. sicut. C. de actio. & obligati. Mortis causa dona. est illa quæ fit in euentum mortis ipsius donantis, vt sic morte demum secuta sortiatur effectum, & non aliter, vt insti. de donatio. §. j. & ff. de donatio. causa mortis. l. j. C. eod. titu. & per totum in qua donatione debet

donans exprimere, quòd donat cau
ſa mortis vel poſt eius mortem aliâs
autem ſi non exprimatur, videtur
in dubio & præſumitur donatio in
ter viuos. vt determinat glo. in l. fi.
C. de donatio. cauſa mor. & d. §. j. in-
ſtitu. de donatio. & ff. ead. l. ſena-
3 tus. §. mortis cauſa. † Ex quibus
poteſt colligi deciſio illius quæſtio
nis quæ plerunque de facto contin-
git. Pone aliquis donauit aliqua
bona ſua Titio poſt mortem ipſius
donantis, quam donationem promi-
ſit nullo tempore reuocare aliqua
occaſione vel cauſa &c. Quæri-
tur an hæc donatio erit inter vi-
uos vel cauſa mortis, & videtur quòd
ſit donatio cauſa mortis quia collà-
ta eſt poſt mortem donantis ergo
&c. vt ſuprà dictum eſt. in contra-
rium videtur quia promiſit non re-
uocare aliqua cauſa, quod eſt oppo-
ſitum donationi cauſa mortis, quæ
reuocari poteſt. vt infrà dicam. Bre
uiter dicendum eſt quòd ſit donatio
inter viuos & non cauſa mortis per
tex. ſingularem in l. vbi ita donatur.
ff. de donatio. cauſa mortis. & ibi per
Bar. ſecundum quem habes talem re
gulam colligere quòd vbi cõuentio
eſt contra ſubſtantiam contractus de
quo agitur facit ipſam conuentionẽ
tranſire, & reſolui in aliud nomen cõ
tractus, ſi verborum ſignificatio pa-
tiatur. nec huic regulæ obſtat l. cum
precario. ff. de precar. & quod ibi no.
vbi ſi tibi concedo precario domum
hoc pacto, quòd non liceat mihi re
uocare precarium, vitiatur contra-
ctus precarij, quia pactum eſt cõtra
eius ſubſtantiam, nec tranſit nec re-
ſoluitur in aliud nomen contractus,
ideoque ſic eſſe deberet. in qua quæ
ſtione prædicta, quia reſpondetur ſe
cundum eum quòd talis cõceſsio pre
carij non poteſt tranſire in aliud no
men contractus, quia verborũ ſigni
ficatio vel ſonus non patitur. nam po
teſt tranſire in nomen donationis,
quia nomẽ donationis eſt penitus ſe
paratum à nomine precarij. & ſic eſt
diuerſitas in nomine appellatiuo, nec
ſimiliter tranſire poteſt in nomen
venditionis nec locationis, quia mer
ces non interuenit nec precium. Sed
iſta verba dono cauſa mortis ſi intel
ligantur de donatione ſimplici inter
viuos non repugnat ſignificatio ver
borum preciſè, nam poſſunt intelli-
gi dona cauſa mortis hoc eſt ꝓpter
cauſam mortis moueor nunc ad donandũ tibi in-
ter viuos, adeo quòd non poſſum vlterius reuoca-
a re[a] & ſic illa verba cauſa mortis erunt ſignificati
ua cauſæ inductiuæ contractus potius quã nomi-
nis ipſius contractus ad quod faciunt quæ haben-
tur in l. libertorũ. §. quod tamẽ caſsius. ff. de leg. iij.
vbi autẽ nullũ nomẽ contractus exprimeretur ſed
factũ ſimpliciter narraretur hoc modo. Cõcedo ti
bi domũ tali pacto, quod nõ liceat reuocare vel ſi-
milia, tunc intelligeretur conuentio de eo contra
ctu qui melius ex verbis colligi poſsit. arg. in l. inſu
lã. ff. de preſcri. ver. & qđ no. in l. ſi quis ante. ff. de ac
qui. poſ. Si verò pactum non ſit contra ſubſtantiã
contractus, ſed ſolũ contra naturã rei in diſpoſitio
ne deductæ, tunc diſtinguendũ eſt aut pactum in
teruenit à principio, aut ex poſtfacto, & an ſit cõ
tra accidentalia rei, vel contra rem ipſam: vt tra-
ditur in l. per ſeruum. §. fina. ff. de vſu & habi. &
4 l. j. §. j. ſi. ſi vſusfru. petatur. † Fit etiã donatio nõ
ſolùm purè, & ob cauſam, & ſub modo, vel condi
tione, ſed dato in eo ſubſtituto vel omiſſo: vt d.
l. ſenatus. §. mortis cauſa. & l. j. C. de donatio.
quæ ſub modo. & l. ſi cui mortis in princi. ff. de do
natio. cauſa mortis. facit l. quòd conditionis. ff.
eodem titulo. & l. ij. in fin. ff. de donatio. quæ ſub
modo. & l. ſi cui mortis in princi. ff. de donatio.
5 † Quæri autem conſueuit quid differat donatio
b inter viuos[b] à donatione cauſa mortis. Reſpon-
detur quòd differt in forma, videlicet in modo cõ
cipiendi, vt ſuprà dictum eſt. Item differt in
ſubſtantia, quia donatio cauſa mortis regulari-
ter ſola pœnitentia reuocatur: vt in l. qui mor-
tis. & l. ſenatus. in §. donationis. & l. mortis cau
ſa. ff. de donatio. cauſa mortis. cum ſimi. Sed do-
natio inter viuos non reuocatur niſi certis caſi-
bus: vt l. fina. C. de reuo. dona. & l. poſſeſsionem.
& l. cum profitearis. cum l. ſequen. C. eod. tit. facit
l. ariſto. cum ſimi. ff. de dona. ſunt etiam aliæ diffe
6 rentiæ, de quibus infrà patebit. Quid autem,
an hæc donatio cauſa mortis differat à legato ple
nè no. glo. in §. j. inſti. de dona. & d. l. ſenatus. §.
fina. & plenè per Cyn. in l. fin. C. de reuo. dona.
7 † Amplius quæritur an vtraque donatio fieri poſ-
c ſit tam abſenti[c] quàm præſenti? vbi aduertendum
quòd olim donatio inter viuos fieri poterat
tam abſenti quàm præſenti per nuncium vel
epiſtolam: vt in l. etiam. & l. abſenti. & l. quæ
mihi. ff. de donatio. Sed donatio cauſa mor-
tis ſolùm fieri poterat præſenti non abſenti: vt
l. inter mortis. in princi. ff. de donatio. cauſa
mortis. hodie verò vtraque donatio fit pacto
nudo: vt l. ſi quis argentum. §. finali. C. de do-
natio. & notatur per Cynum in d. l. fina. C. de do
natio. cauſa mortis. & fieri poteſt tam abſenti
quàm præſenti, per nuncium vel epiſtolam: vt
notatur per Cynum. in l. nec ambigi iuri. C.
de donatio. cauſa mortis. & per Bartol. in l. Thais.
& l. j. ff. de donatio. cauſa mortis. Et hoc multum
no. q̃a vides quotidie apponi clauſulã in omnib⁹ te
ſtamẽtis, in qua dicitur qđ valeat iure donationis
cauſa.

a Reuocare de hoc plenè per Ange. cõſil. clxxix. & Alex. cõſi. xiiij.

b Inter viuos. vide Frã. de Are. conſil. lxxiiij. & per Alexan. de Imo. cõſi. xiiij. in j. volu.

c An donatio poßit fieri abſenti. vide per Alexã. de Imo. cõſi. clxviij. in fin. in v. volu. & Frãciſ. de Are. cõſil. xvij. Ludo. Romanè conſil. clxxxj.

causa mortis &c. nam si is cui fit donatio est ab-
sens, nec interuenit nuncius vel epistola, non po
terit agere ex causa donationis nisi notarius tan-
quam publica persona recepisset hanc donationē
eius nomine vel cuiuscunque &c. posset tamen
agere ex caussa fideicommissi, quia si non opera-
retur vt donatio saltem operaretur vt fideicom-
missum secundum Barto. per l. fideicommissa. in
princi. ff. de leg iij. & no. per eū in d. l. j. & l. Thais.
8 †Item ad aliud aduerte videlicet quòd donatio
causa mortis nedum post mortem donantis conci-
pi potest, sed etiam post mortem alterius tertiæ
personæ, vt si donet quis post mortem filij sui vel
fratris, aut alterius: vt traditur in l. qui precio. in
fin. & l. mortis causa filij. & l. nec fratris. ff. de do-
9 na. causa mor. †Quid autē dices si filiusfamiliâs
a donet causa mortis de consensu patris,[a] quod face-
re potest: vt d. l. thais. §. j. not. per glo. & Cy. in l. se-
nium. C. qui testamen. facere possunt. cuius pœni-
tentia vel morte patris vel filij reuocab tur vel
confirmabitur hæc talis donatio. dic plenè p Bar.
in l. ij. ff. de dona. si autem filius donet causa mor
tis patri suo, non sufficeret in hoc patris assensus.
vt determinat glo. in l. j. §. j. ver. j. ff. de author. præ
10 stan. † Vlterius quæritur an hęc donatio inter
viuos sit contractus nominatus vel innominatus.
& glo. communiter dicunt quòd olim erat inno
minatus. hodie verò est contractus nominatus: vt
no. in l. fi. ff. de condi. ob causam. & l. iurisgentiū.
§. j. ff. de pact. & l. ij. C. de condi. ob causam. & l. pa-
cta conuenta. ff. de contrahen. empti. Alij dicunt
quos sequitur Cy. in d. l. ij. qđ olim & hodie fuit
contractus nominatus, quia speciale nomen habet
nec stat in nomine generali. vt no. super rubri. C.
de re permu. Iaco. autem But. in d. l. ij. tenuit quòd
olim & hodie sit cōtractus innominatus, dic vt ibi,
Item iste contractus donationis inter viuos secun
11 dum aliquos est bonæfidei. † Sed alij dicunt qđ
est verius, quòd est stricti iuris, vt refert Barto.
in l. ædibus. ff. de donatio. & est ratio quia non re-
peritur nominatus in §. in bonæfidei. insti. de
12 actio. † Nunc sequitur videre de donatione
coniugali quæ duplex est. nam quædam est dona
tio facta propter matrimonium futurum de qua
loquitur titu. C. de donatio. ante nuptias. quæ-
dam quæ fit post matrimonium perfectum de
qua loquitur titulus ff. & C. de donatio. inter vi
rum & vxorem. facit ad prædicta quod habetur
in §. est & aliud. insti. de donatio. Quæ autem
sit inter has donationes differentia plenè no. Azo.
in summa in titu. præalle. circa tamen donatio-
nem quæ fit post matrimonium inter coniuges.
sed nō propter ipsum matrimonium, sed simplici
amore & affectione eorum. est aliud attendēdum
& regulariter talis donatio inter viuos est ipso
iure nulla, ne mutuo amore se spolient; vt in l. j.
cum multis simi. ff. de do. inter vi. & vxo. si tamen
nō fuerit expresè reuocata morte donantis cōfir-
matur. vt in l. j. & ij. C. de dona. inter vir. & vxo. cū
si. ibi no. quæ cōfirmatio ita demum effectū habet
si res donata fuerit tradita. non au-
tem simpliciter promissa, vel nudo
modo donata. vt singulariter habe
tur in l. Papinianus. ff. de dona. inter
13 virū & vxo. †Traditur autem hęc
donatio morte confirmata, retro ad
id tempus quo à principio fuit facta
quod est not. vt sic valeat tanquam
donatio mera inter viuos, non autē
tanquam donatio causa mortis: vt
est tex. in l. sed interim. §. si vxorem.
cum §. seq. ff. de do. inter vi. & vxo. &
no. per Cy. in l. à marito. & l. donatio
nes. C. de do. inter. vi. & vxo. ideoque
vt hæc donatio morte confirmetur,
expedit si legitimā summā florenorū
quingētorū excedat, qđ fuerit insi
nuata: aliâs non confirmatur: vt est
tex. in d. l. donationes. quòd no. pro a
statutis quæ aliquando prohibent do
natiōes infra summam maiorē fieri.
14 † Ad vnum tamen aduertendum
quòd licet dicta rerum donatio sit
prohibita inter coniuges, pignoris ta-
men remissio est concessa tam gene-
raliter quam specialiter in alio con-
tractu. vt in l. etiam. & l. iubemus. C.
ad velle. & ideo consuetum est quan
do vir aliquam suam rem vendit, quę
eius vxori est pro dote obligata, qđ
ipsa renunciet iuri pignoris, & hypo
thecæ quod in ipsa re habet, que re-
nunciatio ita demū sibi nocet si alia
sunt bona ad restitutionem ipsius do
tis sufficientia: aliâs autem secus: vt
no. per Dyn. & Bar. in l. meuia. §. fun-
dus. ff. so. matri. & per Ia. de Are. &
Rav. in d. l. iubemus. & plenius per
Iac. de Bel. in authen. vt immobili.
ante nupti. do. §. j. col. v.

PVRE MERE. Hæc quidem
donatio, vt dictum est, potest fieri pu
rè, & in diem, ac sub conditione, si-
cut ceteri contractus ac sub modo.
vt l. donatio in princi. C. de donatio.
& C. de dona. quæ sub modo. l. j. cum
simi. ibi nota.

a Patris. vide per Old. consi. xxvj. per Lu. Ro. consi. clxv.

EPITOME.

1 *Solennitas insinuationis quomodo sit ac quisita contractui donationis.*
2 *Insinuatio quid sit.*
3 *An vitietur donatio deficiente insinuatiōe.*
4 *Pro pluribus donationibus factis ab eodē excedentibus summam à iure taxatam, an sit necessaria insinuatio.*
5 *Protestatio quòd tot sunt donationes quot res donata, an impediat coacernationem.*
6 *Donatio ob causam, an requirat insinuationem.*

Tacita

7 *Tacita donatione, an sit necessaria insinuatio.*

8 *In dote, an sit necessaria insinuatio:*

9 *Donatio facta sponte in iudicio per confessionem partis an egeat insinuatione.*

10 *In remißione iurium, an sit necessaria insinuatio.*

11 *Quo tẽpore debeat interuenire insinuatio.*

12 *Renunciatio facta iuribus loquentibus de insinuatione, an confirmet donationem.*

13 *Donatio alicuius scientiæ an egeat insinuatione.*

a *Quid est insinuatio Bald. in l. sancimus. C. de diuer. re. per Bal. in l. modestinus. ff. de don. Ange. consilio. cclxxxj. incip. visis instrumẽtis. Pau. de castr. consi. cccix.*

SOLENNITER. Hîc est aduertendum quòd licet in alijs regulariter contractibus alia solennitas extrinseca non requiratur, sed sufficiat partium interuenire consensum: vt l. consensu. ff. de verborum obliga. tamen in hoc contractu donationis inter viuos ad omnem suspitionem & fraudem euitandam, seu remouendam, vt dicit & probat tex. in d. l. data. C de dona. quædam solennitas requiritur, quæ insinuatio appellatur: ex eo sic dicta quia partes patefaciunt & aperiunt iudici talem velle facere, & contrahere donationem, quæ insinuatio non indifferenter requiritur in omni donatione, sed in ea tantùm quæ florenorum quingentorum summam excedit: vt l. in donationibus. & l. sancimus. C. de donatio.

b *Alteri. idẽ dic si sit facta ab alio inferiori domino vt voluit Old. cõsi. cc. & post eum Rom. consil. lix latius per Alex. in cõsilio clviij.*

2 Videamus ergo pro pleniori huius doctrina quid sit insinuatio [a] coram iudice in scriptis donationis. Respondetur quòd insinuatio est quidam actus fiendus declaratorius, & denuntiatorius, in quo iudicis ordinarij. assensus petitur & requiritur: vt probatur in l. donatio. in fin. & in l. donationibus. & l. in hac. C. de donatio nec propterea est ipsius iudicis necessarium decretum, sed simpliciter consensus sufficit secundum Barto. vt plenè not. per eum de hac materia insinuationi. in l. modestinus. ff. de do. arg. in l. omnium. C. de test. licet Guil. de cu. teneat contrarium in l. illud. C. de sa. san. ec. vnde cõsultè faciet notarius talem clausulam quibus omnibus d. dominus iudex auctoritatem suam interposuit, & decretum, ne credas quòd sit necesse partes esse de iurisditione iudicis coram quo fit insinuatio; vel quòd res quę donatur fit sub sua iuriditione, sed sufficit quicunque iudex dumtamen habeat iurisditionẽ ordinariam, vt in l. data. in fine. & in l. in hac. C. de donationi.

3 Quid autem si deficit hæc insinuatio an in totum vitiabitur ipsa donatio? Dic quòd non, sed solum pro ea parte quæ legitimam summam excedit. vt in d. l. sancimus. §. j. quia regulariter vtile per inutile non debet vitiari, vbi alterum ab altero potest esse separabile, vt plenius no. per Dy. in c. vtile per inutile. de reg. iur. in vj. & per Bar. in l. grece. in §. illud. ff. de fideius. est ergo regula quòd quælibet donatio inter viuos excedens summam quingentorum aureorũ, debet insinuari, quæ regula fallit in pluribus casibus. Primò in donatione facta ꝓ redemptione captiuorum Secundò in donatione facta de rebus mobilibus per magistrũ militum, quem hodie capitaneum appellamus alicui de sua societate. Tertiò in illa donatione que facta est pro reparatione domus exustę. vt habetur per tex. in l. si quis pro redemptione. C. de dona. & ibi no. per glo. Quartò in donatione ĩperiali ꝑ eum
b alteri [b] facta, vt l. sancimus. in prin. C. de donatio. Quintò in donatione ipsi impatori ab alio factæ, vt in aut. Item in prima ibi posita. Sextò in donatione ꝓpter nuptias quãtum ad mulierem, licet quoad virum, vbi est pactũ de lucrando egeat insinuatione, vt traditur in aut. eo decursum est. C. de don. ante nup. & no. in l. minoribus. C. eo. tit. Septimò in donatione causa mortis quæ tali insinuationis indiget. vt l. fi. C. de dona. causa mortis & per hoc patet alia differentia inter vtrãque donationẽ. Octauò fallit in donatione quæ fit ex causa renũciatiua, circa quam sic plenius distingue vt no. per Barto. in l. Aquilius regulus. ff. de donationibus. Aut ista donatio remuneratiua fit ex causa de præterito, & tunc non eget insinuatione. vt in d. l. Aquilius. Aut fit ex causa de futuro, & idẽ vt in d. l. fi. in prin. C. de iu. do. Aut fit simpliciter, & tũc eget insinuatione. vt in d. l. donationibus. cum si. Sed licet, vt dixi, donatio causa mortis propria non egeat insinuatione, illa tamen donatio inter viuos quæ morte confirmatur eget insinuatione, vt est donatio inter virum & vxo. & si. nisi cõfirmaretur expresse in testamento per ipsum donantem quia tunc assumeret vires potius legati quàm donationis, & sic non esset necessaria insinuatio. vt dicta l. donationis. C. de dona. inter vir. & vxo.

4 † Pro declaratione aũt præmissorum quæritur de questione quotidiana contingente de facto. Ecce quòd aliquis fecit plures donationes quę simul coaceruatæ excedunt summam legitimam & separatæ sunt infra summam legitimam, queritur an sit necessaria insinuatio. Circa quod distingue. aut istæ donationes numero plures factæ sunt eidem personæ & ab eadem persona temporibus diuersis, aut eodem tempore simul. Si diuersis temporibus factæ sunt de ipsis tanquam separatis & distinctis disponitur, ideoque si singulę sunt infra legitimã summã, nõ eget insinuatiõe: alias secus, vt in l. sancimus. §. si qs autẽ ꝑ diuersa tẽpora. C. de dona. Si verò factæ sunt eodẽ tempore

pore, & tunc aut est donatio quæ recipit iteratio-nem, & multiplicationem per tempora, vt donatio annua. aut est plurium rerũ simpliciter sine alia iteratione vel multiplicatiõe. Primo casu subdistĩ guitur, aut donatio est personalis, quæ extinguitur cũ persona, vel morte donãtis, vel donatarij, & tunc de ea disponitur tanquam de pluribus donationibus simpliciter separatis. Aut est realis quæ transit ad hæredes, & tunc reputabitur esse vnica tantum donatio pro omni tempore, & sic fiet ipsarum coaceruatio, vt appareat an legitimã summam excedant an non: vt hęc oĩa hñt in d l. sancimus. §. si quis autem talẽ. Secũdo casu prĩcipali quãdo fit donatio plurium rerũ puta domus, vineæ, & prati, nec recipit iterationem tũc si facta fuerit simul clarum est omniũ rerũ fieri coaceruationem, alias secus, vt in iuribus antedictis.

† Sed dubitatur hoc casu si donãs dicit in tali donatione quod tot sunt donatiões quot sunt res, prout quotidie dicunt notarij in hmõi donationibus, an talis protestatio impedit coaceruationem & videtur quòd sic: ar. l. si pluribus & l. scire debemus ff. de ver. ob. nam licitũ est cuicũque sup re sua legẽ imponere. l. legẽ. ff. de pac. cum si. In contra-
a rium[a] determinat Cy. in d. §. si quis autẽ talem. & Bar. in d. l. modestinus. ff. de do. Et est ratio quia talis protestatio, & lex videtur adiecta in fraudem, & ideo nil habet impedire, nec nocere. ar. in d. §. si quis autẽ. & l. quemadmodum. C de agri. & cens. facit l. data. C. de do. & l. senatus. §. fi. ff. eo.

6 † Quid de donatiõe q̃ fit ob causam, an in ea sit necessaria insinuatio distinguit Bar. in d. l. aquilius. aut fit ex causa de pterito vel futuro, & tunc non eget insinuatione. d. l. aquilius. & l. fi. in princip. C.
7 de iur. do. adde quæ suprà dixi. † Deinde quia prædicta locũ habent in donatione expressa, quæritur quid in tacita, puta quando soluitur indebitum vel cũ dos per extraneum datur animo donandi, vbi secundũ Bart. distingue, vt per eum no. in l. j. ff. de do aut soluitur indebitum vtroque modo ciuiliter & naturaliter & scienter ab vtraque parte & tunc est necessaria insinuatio quia in hoc attenditur causa tacita ab vtraque pte q̃ tm̃ operatur quantum expressa: vt l. cũ quid. ff. si cer. pe. & arg. ad hoc in l. donationis. C. de contrahen. em. & l. imaginariã. ff. de re. iudic. facit l. fi in prin. per locũ à speciali. C. de iure dotium. Aut indebitum soluitur ex casa putatiua ignoranter ab vtraque parte vel ex parte recipientis tantum, & tũc non erit propriè donatio, ideoque non eget insinuatione, & sic debet intelligi opiñ. gl. & Iacob. de Aret. de qua habetur in l. j. ff. de dona. l. donari. de reg. iuris.

8 † In dote autem aliter est dicẽdum, nam aut dos cedit lucro ipsius mulieris & tunc non eget insinuatione. aut eius lucro non cedit. quia is qui dedit est pactus in omnem casum sibi restitui, & tunc est necessaria insinuatio. vt in l. fi. C. de iu. do. quibus adde quæ not. in auth. eo decursum. C. de
9 do. ante nup. † Rursum quæritur quid in donatione facta per concesionem partis in iudicio spõte sua, verbi gra. dũ indebitè peteretur centum in iudicio à Sẽpronio ipse scienter cõfessus est se debere: an talis tacita donatio egeat insinuatione. docto. dicunt quòd non. quod sequitur Barto. in l. quidam in iure. ff. de don. & hoc operatur iudi a cis præsentia. quę pręsentia, & consensus operatur quandam insinuationem, in qua, vt dictum est, sufficit ipsius iudicis sola presentia & consensus: nõ aũt requiritur decretũ, licet sit impropria in casu isto insinuatio, quia iudex non informatur nec instruitur an partes velint donare & sic ignorat quid per eos agatur cuius contrarium fit in ppria b & mera insinuatione.

10 † Quid autem dices in remissione iurium, vel pacto de non petendo liberaliter facto, an erit donatio & sic egeat insinuatione, dic quod non, etiam si factum sit extra iudicium ex causa lucratiua: vt in l. si do nationis. C. de do. & determinat gl. in l. fina. C. ad maced. pro qua facit l. quidam in iure. in prin ff. de don. & quod nota. per Bar. in d. l. si quis delegauerit. ff. de noua.

11 † Post predicta adhuc quæritur an hec insinuatio fieri debeat tempore donationis, an sufficit quòd etiã post donationem interueniat. Et videtur quod sit necesse fieri insinuationem tempore donationis. ar. in l. obligari. §. tutor. ff. de auct. tuto & quod not. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hære. & in c. j. de re. eccle. non alie. lib. vj. In cõtrarium determinat Bar. in d. l. modestinus. ff. de dona. per tex. in l. fin. § penulti. C. de donatio. ante nupt. quod multum nota.

12 † Vltimò circa premissa queritur quid si facta est donatio sine insinu
b atione, & partes renũtiauerunt[b] expresse omnibus legibus quæ de insinuatiõe loquũtur, an per hoc cõfirmabitur donatio, vel infirmabitur. Communiter omnes doct. dicunt quod talis renunciatio nihil operatur, vt refert Cyn. in l. si quis pro redemptionẽ. C. de do. Et sit ratio quia legi prohibitiuæ aliquis contractus, vel dispositionis sine certa mediente solennitate nõ potest renunciari à partibus, vt patet institu. in l. nemo potest. ff. de legat. j. & in alienatione rerũ eccle. ciuitatis vel

a *In contrarium. Adde Old. cõsil ccliij.*

b *Renunciauerũt. an insinuatio omitti possit etiã iuramẽto, vide per Frã. de Are. cõsilio lxxvij. & ibi ad quæ debeat fieri insinuatio & an possit fieri mortuo donatore per eundẽ consi. cxxiij.*

pupilli.l.quidam decedens.ff.de admi.tut.& l.j.C.ne fideiuſ.do. den.& ibi not. Nam hæc ſolennitas inſinuationis eſt inuenta etiã in aliorũ quàm ipſorũ cõtrahentiũ fauorẽ, vt d.l.data.C.de don.de qua renunciatione,& alijs plenè traditur per gl. in auth.vt ſine prohi.ma.cre.§.quia verò.col.vij.& ibi per Iac.de bel.Voluerũt ergo iura prouidere ne quis effundere poſſit patrimoniũ ſuum inconſulto iudice per viam indiſcretæ donationis.Nã vt inquit Tulli[9] in li.de off. Multi patrimonia effuderunt incõſultè largiendo,vnde iudex aditus ſuper donatione non debet,vt faciunt ignorãtes,ex abrupto & præcipitãter aſſentiri donationi, ſed debet inueſtigare & quærere ab ipſo donãte,quã de cauſa mouetur ad donandũ,& reprehendere ipſum ſi cauſa nõ ſit ſufficiens & eundem admonere qđ lex inquit ꝙ donare eſt perdere.l.filiusf.in prin.ff.de do. & ꝙ melius eſt alij reſeruare quã ſe perdere, vt ſcribitur in epiſtola Bern.ad Raymundũ.Ex talibus aũt donationibus plerũq; mala ꝑducuntur.Nã, vt inquit idẽ Tul.ſequũtur largitiones, rapinæ, & cùm egere incœperint, alienis bonis manus inferre coguntur, & maiora ſunt odia eorũ quibus ademerũt,quã fauores eorum quibus dederũt &c.

a Reuocari. quibus modis donatio inter viuos poteſt reuocari, vide Frã.de are. cõſ.lxxiij.

13 † Sed quid dicã de donatione præſentis libelli quã filio meo,& in cõſequentiã toti notariorũ collegio facioquã qđ donationẽ ſummã flo. quingẽtorũ excedere nõ dubito,an requiratur in ea inſinuatio.Et vtiq; dico ꝙ nõ,quia eſt quædã donatio legalis ſciẽtiæ,quæ nõ recipit æſtimationem:vt l.j.§.j.verſ.fi.ff.de va.& extraor.cog.prædicta aũt loquũtur in rebus quæ æſtimationẽ recipiunt.Exultent itaque tali donatione iuuenes cupidi huius doctrinæ, nã amodo facilius ad eã peruenięt in triẽnio quã facere conſueuerant in decẽnio,& rogo donãtis defendant honorẽ à morſibus detrahentiũ,qui enim detrahit fratri ſuo homicida eſt:vt vj.q.j.c. ſummam. licet,vt inquit Greg.Deus aliquando permittat malos in bonorum detractionẽ,& obiurgationẽ ꝓrũpere,vt ſi qua gloria ab ore laudãtiũ ĩ corde naſcitur,ab ore vituperantiũ ſuffocetur,vt in d.vj.q.j.c.ſunt plurimi. nec credat quis ꝙ effugere per hoc intendã prudentiorũ correctionẽ aut ſuppletionẽ, vel emendationẽ,quia his oĩbus me humiliter ſubmitto:cũ omniũ habere memoriã,& penitus in nullo peccare,potius ſit diuinitatis quàm humanitatis. vt in l.ij.§.tanta.C.de vet.iur.enu.

EPITOME.

1 *Donatio inter viuos,an reuocetur.*
2 *Donatio facta per patrem,an poßit reuocari per filium.*
3 *Donatio quæ reuocatur per filium an in totũ reuocetur.*
4 *Volente filio reuocare donationem patris,an ſit neceſſarium proponere querelam inofficioſæ donationis.*
5 *Renuntiatio facta per patrem in instrumento donationis filijs non nocet quantũcunque ſit iuramento vallata.*
6 *Renuntiatio donationis, an poßit fieri per filium in vita patris.*
7 *Filius an poßit reuocare venditiones factas per patrem in præiudicium ſuum.*
8 *Filius institutus & agnoſcens hæreditatem,an poßit reuocare donationem patris.*
9 *Legatum eiuſdem rei factum poſt donationem,an deroget donationi.*
10 *Quot teſtes requirantur in donatione cauſa mortis.*
11 *Hæres an poßit reuocare donationem non reuocatam ex legitima cauſa per defunctum.*
12 *Substitutio an habeat locum in donatione.*

IRREVOCABILITER. † Aduerte hic ꝙ donatio inter viuos regulariter a nõ põt reuocari:[a] vt in §. perficiũtur.inſti.de do.& l.ſi donatis.C.de do.fallit in certis caſibus qui habẽtur,& no.in l.fi.C.de reuocan.do.quorũ primus eſt ſi donatarius atroces iniurias intulit in ipm donãtem Secđs eſt ſi in eũ manus impias inferat vulnerãdo vel ꝑcutiẽdo.Tertius eſt ſi in eius ſubſtãtiam iacturam inferat.Quartus eſt ſi periculum ſibi attulerit perditiõis vitæ.Quĩtus ſi is cui facta eſt donatio.pacta & cõuentiones appoſitas non ſeruauerit. Sextus dicĩt ibi per glo.ſi donãs effectus fuerit adeò pauper,quòd ſe alere non poſſit,& donatarius cũ poſſit ipſũ alere recuſauit. quos caſus enumerat ẽt tex.in c.fi.de do.Septimus caſus eſt quo caſu donatio reuocatur, videlicet ſi tẽpore donationis ipſe donãs nullos habet liberos, & poſt factã donationẽ liberos ſuſcepit:vt eſt tex. in l.ſi vnquã.C.de reuo.do. Quid aũt dicemus de eo qđ fit quotidie in inſtrumẽtis donationũ,in quibus donans renũtiat ne poſſit ſuã donationẽ reuocare prætextu ingratitudinis,vel ſuperueniẽtium liberorũ & prædictorum caſuũ,an hæc renũtiatio excludat eũ à poteſtate reuocandi in aliquo ſuperuenienti caſu de prædictis,dic breuiter quòd ſic ſecundum omnes prædictos docto.vt determinat Bar.in l.j.C.de inof.don.arg.in l.qui iur.ff.de teſta.mili.& ſimiliter Cyn.ibi.& etiam Bart.in l. Titia ſeio.§.imperator.ff.de leg.ij.cùm enim caſus præmiſſi excipiantur à regula fauore ipſius donantis ideo ſuo fauori poteſt renuntiare per regulam generalem d.l.ſi quis in conſcribendo C.de pact.fallit in caſu exiſtẽtium liberorũ.vt infrà dicetur. Et quæ de reuocatione dicta ſunt:& de renũciatione procedũt quãtũ ad ipſum donantẽ:quò autẽ ad

præiu

præiudicum alteri generandum ex donatione
2 ꝓcedũt quæ statim subijciũtur. †Ideo quæ ro an filius donãtis, ante vel post donationem natus poſsit donationẽ factam per patrẽ alteri personæ reuocare, dic breuiter quòd si fuerit inofficiosa poterit reuocari & infringi. Dicitur aũt inofficiosa si per eã filius priuetur sua legitima, vt habetur in.l.& si totas.C.de inoffi.
3 dona. †Sed hic insurgit dubiũ an eo casu reuocetur in totum an solũ vsq; ad legitimã suã. super quo sunt variæ opi.doc.vt refert Cy.in l.j.C.de inoffi.don.& etiã Bart.in.l.titia seio. §.imperator.ff.de leg.ij. quorum omniũ recitatio prolixa esset, & ego sæpe pollicit⁹ sum quòd præsenti opusculo cõclusionibus potius quàm sermonibus vti intendo, quidã ergo voluerunt dicere quòd in totũ fit reuocatio per.l.titia.§. imperator.præalleg.&.l.si vnquã.C.de reuoca. don. Alij dicunt quòd vsque ad legitimã per.l. si totas.C.de inoffi.do.&.l.si liqueat.eo.tit.& in auct.vñ si parẽs.C.de inoffi.test. Alij verò distinguunt, aut donatio est facta filio, aut extraneo, primo casu reuocatur vsque ad legitimam tãtùm. In Secũdo subdistinguitur, aut fuit inofficiosa re & consilio & reuocatur in totũ, vt in d.§.imperator.aut fuit inofficiosa re tantũ, & tunc vsque ad legitimã, vt in.d.§.si totas.cũ si. Alij vt Dy. distinguũt, aut donatio præceſsit natiuitatẽ filiorũ, aut sequuta est. Primo casu aut donatio fuit facta alteri filio, & tunc reuocatur vsque ad legitimam, vt in.d.l.si totas.cũ si.aut extraneo, vel liberto & reuocatur in totum, vt dicta.l.si vnquam. Secundo casu quãdo fuit facta post natiuitatem filiorum, tunc subdistinguitur, an sit inofficiosa re & consilio, vel re tantum, vt supra dictũ est, alij autem dicunt cõsiderandum esse an sint factæ plures donationes, an vna tantùm. Primo casu reuocatur posterior. Secundo casu aut est facta in alium filium, aut in extraneum, sed Barto. omnium vltimus dicit aliter in.d.§.imperator, distinguendo sic, aut quæritur de reuocatione quæ fit ex præsumpta voluntate donantis cõiecturata per l.propter superuenientiam liberorum, de qua loquitur.d.l.si vnquam.cum si.aut quæritur de reuocatione quæ fit contra voluntatem donantis de qua loquitur ti.C.de inoffi.do. Primo casu aut donatio fuit collata in extraneum, vel libertum, & tunc propter superuenientes liberos reuocatur in totũ, vt.d.l.si vnquam. etiam si fuerit beneficio.d.l.renunciatum, vt infra dicetur, aut fuit collata in alterum filium & tunc reuocatur vsque ad legitimam tantũ, vt in.d.l. si totas. cum si. Secundo casu principali cum quæritur de reuocatiõe quæ fit per tit.de inoffi.do.tunc subdistinguitur aut donatio fuit collata in aliquem filium, & reuocabitur vsque ad legitimã tantũ quouis modo fuerit in officio, vt in.d.l.si totas.&.d.l.si liqueat.aut fuit collata in extraneum, & tunc aut ipsi filio qui vult reuocare fuit aliunde aliquid relictum, & tunc non reuocatur in totum, sed solũ agit ad supplementum legitimæ, vt.l.omnino. C.de inoffi. test.& no.in.l.j.&.l.fi.C.de inof.do.aut nihil fuit eidem relictum, & tunc aut donatio fuit inofficiosa re & consilio, & reuocatur in totum, ar.l.si libert⁹.§.pe.ff.de iure pa. aut fuit inofficiosa re tantòm, & tunc reuocatur vsque ad legitimam tantùm, & sic intelliguntur l.j.ij.&.iij. &.l.cũ donatio.C.de reuo.do.& hoc modo saluãtur, & ad cõcordiã reducũtur opi.prædi
4 ctæ. †Sed nũquid sit necesse in prædictis casibus ꝓponere querelã inofficiosæ donationis. Breuiter dic scd̃m Bar. quòd si fit reuocatio ꝓpter superueniẽtes liberos, tunc illa fit ipso iure legis potestate p.d.l.si vnquã adeo, quòd res donata potest cõdici & vẽdicari, vt ibi nota.& in.d.l.j.C. de inoffi.don. In alia aũt reuocatiõe quæ fieret tanquam inofficiosa opus esset querela, quã querelã ꝓponere necesse est infra qnquẽnium ad exẽplũ inofficiosi testamẽti, vt est tex.in.l.fi.C.de inof. a
5 don. †Patet ergo ex præmiſsis quòd renũtiatiões quæ fiũt quotidie in instrumẽtis donationum nõ nocẽt filijs, etiã si fuerint iu-
a ramẽtis [a] vallatæ scd̃m Bar. quia quotiescũque cõtractus infirmatur fauore alterius, iuramentũ cõtrahẽtiũ nil operatur in alterius dispendiũ, vt in.c.quanuis.extra de iureiu. sed solũ operat̃ quo ad dãnũ & ꝑiudiciũ ipsius donãtis & renũciãtis in oibus casibus supra enumeratis, ꝑterquã in casu subueniẽtiũ liberorũ, de quo loquit̃ d.l.si vnquã. in quo casu dicit se cõsuluisse simul cũ Cy.& dñio recuperato, non obstante iuramento, poterit hæc donatio per ipsummet donantem reuocari tanquã inofficiosa ꝑ tit.de inof.do. Et est ratio scd̃m eos, quia in tali donatione inerat ista tacita conditio si liberos nõ habuerit quæ cõiecturatur per.l.ex præsumpta ipsius donantis volũtate, vt in.d. l.si vnquã. sicut aliàs in simili.l. coniecturatus ex tacita mente defuncti hanc cõditionẽ non existẽtium liberorum inesse in substitutione, vt in.l. cum virum aliàs.l. cum acutiſsimi.C.de fideicõ.&.l. papinianus.C.de fideicõ.&.l.cum

a Iuramẽto. adde Oldr. cõ.cclxxiij. & consilio ccxxviij. & per Ro. cõsil. xxvj. & ibi de clausula qđ prætextum gratitudinis, & quãdo talis donatio non poſsit reuocari

auus.ff.de cődi.& demonst. quæ
quidẽ cõditio ita est in ipso iura
mẽto sicut in donatione,ergo de-
fecta cõditione deficit iuramẽtũ.
argu.l.fi.C.de non nu.pe.&.ff.ad
muni.l.fi.in prin.&.l.fi.ff.qui sa-
tis.cog.& eorũ quæ dicũtur de eo
qui iurauit nõ venire cõtra arbi-
tramentũ,vt in.c.quintauallis.de
iureiu.per Inn.& in.l.si libertus.
ff.de ope.lib.& in.§.arbitrorum.
ff.pro soc.quod multum no.& cũ
hac determinatiõe intellige quæ
supradicta sunt de renunciatiõe.
Sed circa hoc quæro,pone quòd
filij nati sunt,& sic locus est renũ
ciationi,vt dictũ est,qui tamẽ sta
tim mortui sunt,nunquid confir-
mabitur donatio.In hoc Mar.de
fano.arguit ꝓ & cõtra,& primo
videt̃ cõfirmari per.l.posthumus.
in prin.ff.de iniu.rup.& irri.test.
&.l.fœminæ.in fi.C.de sec.nup.
& per regulam cessante causa ces-
sat effectus,vt in.c.cum cessante.
extra de app.In oppositum facit,
quia sicut actio vel obligatio se-
mel extincta non resuscitatur, vt
in.l.q res.§.areã.ff.de sol.ita nec
donatio.l.meuios.§.duobus.ff.de
leg.ij.pro quo videtur tex.in.l.ii
ij.C.quando di.le.ce.& in.l.hære
dibus.in princi.ff.ad treb.&.ff.de
ope.lib.l.qui libertinos.§.amissi,
& hanc partem sequitur Bar.nec
ob.d.l.posthumus.qa loquitur in
casu quo specialiter est ꝓmissum
per æquitatem prætoriã,quæ pro
uisio nõ reperitur sic facta in isto
6 casu. †Sed an ista reuocatio po
terit fieri in vita ipsius patris per
filiũ per.d.l.si vnquã, videtur qđ
sic quasi deficit cõditio.vt sepius
tactum est.Breuiter sic est dicẽdũ
aut pater vult ipsam reuocare tan
quam defecta cõditione,& potest
vt supradictũ est,aut filius vult in
fringere eã tanquã inofficiosam,
& tunc nõ potest viuente patre,
sc̃dm quod determinat Cy.in.d.l.
j.C.de inoffi.do.Et est ratio quia
quis nõ debet esse solicitus de hæ
reditate viuẽtis,in.l.qui supersti
tis.ff.de acqui.hære.Itẽ quia hæc
quærela sapit naturã q̃relæ inoffi
ciosi testamenti quæ solum post
mortẽ intẽtatur,vt.l.fi.C.de inof.
dona.ergo &c.pro hoc facit etiã.
6 l.j.§.si impuberi.ff.de col.†Quid
si pater per viam venditionis bo-
na sua dissipauit & alienauit[a] tamẽ

a *Alienauit an talis cautela quæ fit vt filij priuẽtur legitima valeat vide per Roma. singula.suis fol. xviij.*

b *Participauerit. vide Lud.Ro. cõsili. ccxlvj.*

a *Prioris donationis. vide p Lu.ro. consil.xxij.*

quid filius poterit eam reuocare,sicut de dona
tione supradictũ est.aduerte ista est quæstio quã
format Cy.in.d.l.j.de inof.do.in qua sic breui
ter dic,aut venditio fuit fraudulenta & simula
ta,& pro minori præcio facta,& tunc ꝓ ea par
te pro qua est vltra legitimũ præcium videtur
esse quædã donatio,& reuocabitur,vt.ff.de do.
inter vir.& vxo.l.si sponsus.§.circa,aut non est
simulata,& tunc aut est deceptio vltra dimidiã
iusti præcij,& tunc reuocatur de iure cõmuni,
vt in.l.ij.C.de rescin.ven.aut nõ cõtinet dece-
ptionẽ in præcio antedicto,& tunc sc̃dm quos-
dam si pater habuit animũ fraudãdi filios,licet
b emptor non participauerit[b] in fraude reuocabi
tur per.l.non vsq;.ff.si à patre quis fue.manu.
Alij dicunt quòd de necessitate requiritur, vt
reuocatio admittatur quòd emptor fraudẽ par
ticipet, ar.l.qui autem.§.similiter.&.§.hoc edi
ctum.ff.quæ in frau.cre.&.l.vlti.eo.ti.ad.l.non
vsq; respondetur quòd illa.l.loquitur in liber-
to,non aũt in ingenuo ,& hanc partẽ sequitur
8 Cy. †Sed pone quòd filius fuit à patre hæres
institutus,& agnouit hæreditatem,an poterit
nihilominus reuocare donationẽ tanquã inoffi
ciosam,dicit Bart.quòd sic agendo ad supple-
mentũ legitimæ,arg.in.l.j.&.ij.C.si qd in frau.
pa.&.l.cum à matre.C.de rei ven.&.l.scimus.§.
in cõputatione.in gl.mag.C.de iu.deli.cũ si.Vi
sa reuocatiõe donations.inter viuos, videamus
quibus modis reuocetur donatio causa mor-
tis,& quidẽ multis modis inter quos connume
rantur,quãdo is cui collata est donatio præmo-
ritur ante donantem,vt.l.si à filio.&.l.fi.&.l.si.
mortis causa.in fi.ff.de do.cau.mort.&alijs etiã
modis qui no.per gl.in.l.ij.C.de iu.do.Itẽ præ
sentia sola ipsius donãtis fit reuocatio,vt.l.qui
mortis. &.l.senatus.§.mortis causa .ff.de do.
9 cau.mor. †Quid ergo si aliquis donauit fun
dum alicui causa mortis deinde in testamẽto eũ
dẽ fundũ alteri legauit:quis eorum præfertur,
dic quòd legatorius qa postea alteri legãdo vi
c detur pœnitere prioris donationis[c] factæ,vt pro
probatur in.l.cum pater.§.mater.de leg,ij.&ibi
per gl.nec mirum quia hæc donatio sapit natu
rã legati.l.marcellus.in fi.&.l.si debitor.in fi.ff.
de do.cau.mor.vnde sicut in lega.vlti.derogãt
prioribus sic,& hic.l.si mihi & tibi.§.in lega.de
10 le.ij. †Sed vltra quæritur quot testes requi-
runtur in dona.cau.mor.dic quòd quinq; sicut
in codicil.vt.l.fi.C.de do.causa mor.&.l.fi. C.
11 de codicil. †Quid si donatio nõ fuerit reuo
cata cũ reuocari à donãte potuisset aliqua legi-
tima cã,an hęres ei⁹ poterit eã reuocare.dic qđ
non per tex.in.l.fi.C.de reuo.do.& no.per Cy.
12 in.l.j.C.eo.tit. †An autẽ possit substitui in
vtraq; donatiõe dixi supra quòd sic.vt in.l.quo
ties.C.de don.quæ sub mõ.&.l.j.& ibi per Cyn.
C.de do.causã mor.&.l.si cui mortis.in prin.ff.
eo.dũtamen si fiat donatio extra testamentum
adsit præsentia substituti,vel alterius eius no-
mine.excipientis.vbi verò fieret in testamento
tunc

tunc non esset necessaria substituti præsentia, vt no.per Cy.in.d.l.j.C.de do.cau.mor.

1 *Omnis res cuius commerciũ haberi põt donari põt.*
2 *Donatio omniũ bonorũ præsentiũ & futurorũ, an valeat.*

1 DOMVM VNAM. †Fuit ergo donatio rei particularis quæ proculdubio valet, quia omnis res cuius cõmercium, vel quæ vendi potest donari potest, vt.l.edibus.§.fi.ff.de dona.
2 †Quid ergo si fuerit generalis, & vniuersalis donatio omnium bonorũ, an valebit, dic quòd si est facta omniũ bonorũ præsentium tantùm, tunc valet si autẽ fuerit facta tam præsentium quàm futurorum prout sepius fieri vidi in monteferrato & pedemontium, tunc non valet, quia per eam libera testandi facultas aufertur, vt determinat Bar.in.l.stipulatio hoc mõ.ff.de verb.ob.& Cy.in.l.fi.C.de pac.consilium ideo est vt in hac generali donatione ipse donator sibi seruet aliqua bona, in quibus possit testari.& vide circa hoc quæ scripsi supra in ti.de societate eius, & libelli forma.

QVARE CVM PRAEDICTA. Hæc est conclusio libelli ad quàm semper aduertendum est.

SVMMARIVM.

1 *Re euicta, an agatur de euictione contra donantẽ.*
2 *Pater an possit filijs donare inter viuos.*
3 *Pater an possit donare filio in actu quo emancipat eum.*

AD DIMITTENDVM VEL relaxandum. Ad hanc autẽ traditionem & relaxantionẽ merito cõpellendus est, quia donãs hodie necessarie tenetur tradere, & sic donationem perficere, vt in.§.perficiuntur instit.de do.d.l.si quis ar.§.j.C.de dona.&.l.perfecta eo.
1 titu.†Quid autẽ si facta traditione res donata fuerit euicta, an poterit agi de euictione contra donantem, videtur quòd non, per.l.ad res donatas.ff.de edi.edic.aduerte quòd glo.disputat hanc.q.in.l.aristo.§.fi.ff.de don.vbi per Bar.& in.l.ij.C.de euic.& ibi ꝑ Cy.vnde distingue sic aut donatio incipit à præcedenti promissione, & obligatione, & tunc donator indistincte tenetur de euictione, siue cæpit à stipulatione, siue à pacto nudo, vt in.d.l.si quis argentum.§.j.& sic loquuntur gl.prædictę, & hoc casu sequuta euictione agetur prima actione, hoc est, vel ex stipulatione vel ex conditione ex lege, quasi res ipsa non fuerit tradita, vt no.per gl.in.l.j.C.de iu.do.& probatur per tex.in.l.qui concubinã.§.si hæres.ff.de leg.iij.facit.l.iulia.§.j.ff.de verb.ob.&.l.qui decẽ.in.§.j.ff.de sol.licet aliud sit in reuẽdita actiõe sequuta quo casu non agit prima actione, sed alia noua actione, vt habetur in.l.iij.C.de euic.& est ratio differentiæ, quia contractus venditionis est perfectus traditione sequuta, cum ad hoc solum venditor ex natura contractus sit obligatus, vt in.l.ex empto.in princi.&.l.j.in prin.&.l.emptore.ff.de ac.empti.sed in donatione donans est obligatus dare, & sic rem accipientis facere ideo &c. Aut donatio cepit à sola traditione non præcedente aliqua conuentione, vel obligatione, & tunc aut promisit de euictione, & tunc indubitanter agitur de euictione, vt determinat glo.in.l.ij.C.de euic.siue fuerit pacto nudo, siue per stipulationem facta promissio secundũ gl. licet Pet.dicat contrariũm quando sit pacto nudo, vt refert ibi Cy.& male secundũ Bar.qui sequitur glo.Aut non promisit de euictione ratione cuiusdam particularis interesse extra rẽ, puta ad sumptus quos fecit in re, aut ad ipsum totum interesse tam ipsius rei quàm extra rem. Primo casu subdistinguitur, aut donãs fuit in dolo & agi potest contra eum, aut non fuit in dolo, & tunc agi non poterit, vt probatur in.d.l.aristo. §.fi.In secundo casu nõ potest agi per.d.l.ad res donatas. Alij autem voluerunt aliter dicere & male,
2 vt refert Cy.in.d.l.ij. †Vltimo quæritur an pater poterit filio donare [a]inter viuos ad quod breuiter sic respondetur, quòd aut filius est emancipatus, & tunc valet donatio ac si facta esset cuicunq; extraneo, vt.l.donationes.C.de reuo.do.&.l.cum res.&.l.si quis.C.de don.posset tamen impugnari à fratre suo si appareat inofficiosa, vt supra dictum est, aut filius est in potestate, & tunc olim non valebat tamen morte patris confirmabatur sicut illa quæ facta est vxori, vt est tex.in.l.donationis.in.§.pater.ff.de do.& no.per gl.in.l.siue emãcipati.C.de don. hodie autem valet secundùm aliquos. Tu dic quòd etiam hodie non valet, sed morte patris confirmatur, vt plenè disputat & determinat gl.in.l.ij.C.de inoffici. do.& ibi per Cy.& firmatur per gl.& Ia.de bel.in auct.de immen.
3 do.in princi. †Quid si pater in actu & tempore quo filium emancipat, sibi aliqua bona donat, an valet hæc donatio, dic quòd sic, vt l.fi.C.de eman.lib.patet ergo qđ pater nõ potest irreuocabiliter inter viuos filio suo donare añ eius emancipationem, sed tẽpore emãcipationis [b]sic confirmantur prædicta etiam per tex.in.l.facultas. C.de his qui nume.lib.lib.x.&.l.mater.C.de inoffic.don.cum si.& not.per gl.in auct.vnde si parẽs. C.de inoffi.testa.

a *An pater possit donare filio.vide Rapha.ful.consili.cxcix.Frã.de are.cõsi.xvij.Raph.cu.consilio.cxv.Pau.de castro.consilio.cv.*

b *Tempore emancipationis adde Old.consilio.clj.*

Forma lib. super peti. resti. in integrum.

CORAM vobis. D.B. vic.&c. Dicit, narrat, significat & proponit Simō de ferra. agēdo, & agere volēdo cōtra & aduersus, Ia. de. s. gre. & aliā quācūq; personam pro eo seu eius nomine in iudicio cōparentē, qđ cū ipse Simō esset an. xx. vel circa & minor an. xxv. incōsulte, & indeliberate nullius iudicis, vel curatoris auctoritate accedente, vendidit & tradidit præcio. flo. c. suprascripto Ia. domum vnā paternā positā in Papia in cōtrata vbi dicitur &c. cui coheret &c. Quā quidē venditionē & traditionē ipse Simō, tunc iurauit ratam habere & tenere, & illā nō infringere, nec annullare aliqua ratione vel causa, quāquā rei veritate inspecta ipsa domus tempore d. vēditionis, & ante & post fuerit ac hodie sit præcij valoris & æstimationis flo. ccl. & vltra propter quod cōstat manifeste ipsum Simo. occasione d. venditiōis fuisse & esse enormiter lęsum & dānificatū, circūuentū vltra dimidiam iusti precij, dicit insup, & proponit idē simon quòd post excessum sue ætatis. xxv. an. dū per cōmune Papiæ missus esset Venetias in legatione, seu ambassaria, & in ea morā traxisset longo tēpore, ecce quòd Philyppus de folbertis vēdidit & alienauit. d. Ia. perticas. xx. vineæ ipsius Simonis positæ & iacentis in territorio Clastigij cui cohæret &c. quos. d. Ia. p̄tēdit sedurante. d. abñtia. d. Si. legitimè præscripsisse quāuis idē Simō tanquā ex ipsis assertis venditione & præscriptione enormiter lęsus & dānificatus dixerit, & protestatus fuerit, ac de præsenti dicit p̄ponit, & p̄testa t se enormiter fore & esse læsum, & dānificatū, & ob hoc merito aduersus ipsam vēditionē & p̄scriptionē inquātū sint aliqua, vt alicui⁹ existētiæ, qđ tñ negatur fore & esse in integrū restituendū, & restitui debere, & reponi in illius statū & gradū in quibus ipse Simō fuerat, & erat ante eius absentiā, & tempore suæ absentiæ, & d. venditionis & præscriptionis sequutæ prout iura disponūt, quo circa sæpe. d. Simō petit & requirit à vobis domino vicario antedicto quatenus ex officio vestro, & omni alio mō iure via, & forma quibus melius fieri potest pronūcietis & declaretis omnes & singulas suprascriptas venditiones, alienatiōes, & præscrip. fuisse, & esse nulla nulliusq; valoris & momenti, & inquātum aliquæ esse appareāt pronūcietis & declaretis per vestrā sententiam diffini. prędictum minorem fuisse, & esse earum occasione enormiter læsum, & ob hoc fuisse & esse in integrum aduersus ipsas, & quālibet earum in integ. restituendū, & restitui debere eūdemq; Simo. actualiter & realiter aduersus ipsas alienationes præscriptiones, & quālibet earum in integ. restituatis, & ad statū pristinū reducatis & reponatis cū omnibus suis iuribus, actionibus, & defensionibus, inducendo & reponendo ipsum in corporalē tenutā, & possesiōnē dictarum domus & vineæ amplius condēnetis d. Ia. ad dimittendū & relaxandū libere & expeditè suprascripto Si. suprascriptas domū & vineā simul cū fructibus per eū ab hodie retrohabitis & perceptis etiā in futurū percipiendis necnon & in expensis per. d. Si. factis & fiendis. Et prædicta petit &c. dedu. in præsenti iudi. &c. saluo iure &c. non astringens &c.

CORAM VOBIS. Sciendum est pro euidentia quòd in integ. resti. fundatur super æquitate. l. j. ff. de min. & datur solum in subsidium deficiēte alio remedio cōmuni & ordinario, vt. l. in causæ. §. j. ff. de mi. ideoq; reqrit in ea legitima causæ cognitio, vt in. l. oēs. ff. de in integ. resti. l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mi. & libellus debet offerri sicut in alijs cōmunibus actionibus, vt in. l. minor. C. de mi. in fi. & in. c. fi. extra de off. iu. & no. per gl. & doc. super rub. in. l. j. ff. de interro. ac. & per Ia. bu. in. l. iij. C. de po. & per Bar. in. l. iiij. §. hoc aūt. ff. de dā. infe. & per glo. in. l. ij. §. dies. ff. quis ordo. in bo. pos. ser. Et conceditur hæc restitutio ex varijs causis, vt infra notabitur. potest autē quilibet iudex habens iurisdictionem nō autem arbiter, vel arbitrator de tali restitutione cognoscere, vt. l. j. §. fi. C. vbi & apud quos. & si forsitan aliquis esset iudex incompetens principaliter agēdo de ipsa restitutione. attamen si incidenter[a] de ea quæratur poterit de illa cognoscere, vt in. l. fi. in fi & in. c. causa de in integ. res.

ET MINOR ANNO. XXV. Scire debes quòd requiruntur copulatiue, vt detur restitutio, videlicet minor ætas & lęsio, vt. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. & debet læsio esse magna & non modica, vt in. l. scio. ff. de in integ. resti. Aetatis autem cōputatio fienda est de momento ad momentum, vt. l. iij. §. minorem. ff. de mi. & dies vltima ætatis incepta,

[a] *Incidenter. Adde vt p Old. consi. clxxij.*

cepta, habetur pro completa sicut in alijs casibus speci alibus no. in d. §. minorem. &c.

VENDIDIT ET TRADIDIT. Sic ergo petitur restitutio aduersus vēditionē: vt l. j. & ij. C. si aduer. vē. & contra ipsū emptorē, vt ibi & si nō est soluēdo. dabitur etiā hoc remediū cōtra eū ad quē res ipsa peruenit, & sic apparet quòd est in rē scriptū hoc auxilium: vt habetur in l. causæ. la. j. §. fi. cū l. seq. ff. de mi. Cōpetit etiā hoc remediū aduersus diuisionem, & transactionē. C. si aduer. transac. l. j. & l. seq. & etiam aduersus præscriptionem: vt l. j. C. si aduer. vsuca. & etiam aduersus rem iudi. vt l. j. C. si aduer. rem iud. & generaliter competit minori læso aduersus quemcunq; contractum vel distractum, quocūq; nomine censeatur: vt l. ait prætor in prin. & §. j. cum se. ff. de mino. nedum si rem amiserit, sed etiā si lucrū perdiderit, quia tam danni quàm lucri ratio habetur: vt ff. de mino. l. ait prætor. in fi. & l. si fine. §. quæsitum cū si. & nedū in pmissis succurritur sed etiam in legatis: vt l. si fine. in prin. & l. iij. §. si quid minori. ff. de mi. ac etiā in hereditatibus. ff. e. l. ait prætor. §. nō solum. & d. l. si fine. §. restitutus. cum seq. & similiter in iudicijs. l. minor omissam. e. ti. & d. l. si fine. §. fi. cum l. seq. facit regula quæ ponitur in l. non omnia. ff. eo. ti. Et hæc procedunt quando nulla legitima solennitas in alienatione intercessit, quia per seipsum vendidit carens tunc curatore, vbi autem habuisset tutorem vel curatorem, tunc à seipso facta venditio esset ipso iure nulla. sicq; cùm tutus esset iure communi non haberet locum hoc remediū restitutionis. l. magis puto. in §. ne passim. ff. de re. co. & l. si curatorem habens. C. de in integ. resti. min. cum si. Si autem habuisset curatorem, & eius autoritate alienatio facta esset, adhuc interueniente læsione restitutio competeret: vt in l. etiam. C. si tu. vel cur. interue. & l. ij. eo. ti.

EPITOME.

1 *Iuramentum an excludat minorem à restitutione in integrum nume. 2.*
3 *Interuentus iuramenti priuat debitorem, ne aliquid alleget contra contractum.*
4 *Interuētus iuramēti facit ne possit mulier fundū dotale repetere.*
5 *Iuramentum priuat mulierem ne habeat regressum ad bona paterna.*
6 *Quibus contractibus adijciatur iuramentum.*
7 *Cōtractum contra bonos mores, an iuramētū corroboret.*
8 *Iuramentum an firmet primum testamentum, in quo filius emancipatus est præteritus, ita quòd non valeat secundū in quo filium instituit.*
9 *Iuramentum an firmet contractum reprobatum ratione publicæ honestatis.*
10 *Contractus contra priuatam vtilitatem an firmetur iuramento.*
Iuramentum an firmet contractum fauore debitoris tantùm.
12 *Iuramentum quid operetur in casu dispositionis reprobatæ ex defectu interesse ex parte acquirentis.*
13 *Iuramentum quid operetur quādo adijcitur obligationi ex se naturaliter debili.*
14 *Quando adijcitur iuramentum dispositionis reprobatæ propter varias subditorum vtilitates quid sit.*
15 *Quando adijcitur iuramentum dispositioni reprobatæ ex defectu formæ vel materiæ.*

TVNC IVRAVIT RAtam habere. Hîc est multùm aduertēdū sup effectibus qui insurgunt ex iuramento.
1 †Primo itaque sciendum est quòd iuramentum excludit minorem à beneficio restitutionis in integ. per quod infiniti minores remanent consumpti, vt plenè traditur in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Cuius ratio est secundum gl. quia hoc iuramentum facit eum maiorē, vnde qua ratione maior vendens non possit petere se restitui, sic nec iste minor qui taliter iurauit, vbi ergo interueniret in alienatione talis deceptio in præcio propter quam maior iuuaretur, vt exemplum in l. ij. C. de rescin. ven. vel si dolus aut metus dedisset causam contractui, tunc etiam minor interposito iuramento iuuaretur secundum aliquos, vt plenè no. per gl. & doc. in d. l. ij. & ego plenè scripsi in forma libelli in quo agitur contra venditorem &c. vbi plenè vide.
2 †Item procedit dicta regula quæ est quòd iuramentum habet firmare contractum & minori auferre in integ. resti. beneficium in quocunque alio contractu, vel distractu seu quasi tam donationis quàm locationis compromissi, & si. vt plenè no. per gl. in ti. de pa. iur. fir. §. item sacramenta. & per doc. in d. authē. sacramēta. Operatur etiam hoc iuramentum alios effectus.
3 Nam priuat debitorem, ne possit allegare contractum initum esse
a simulatum[a] vel fœneratitium, nisi prius ab episcopo fuerit absolutus: vt in c. debitores. de iureiur.
4 †Priuat etiam mulierem ne possit fundum suum dotalem ab emptore reuocare si eius alienationi consenserit. vt in c. cum contingat. de iureiur. & in c. licet mulieres. de iureiur. li. vj. nisi fortè, quod est menti tenendum, ipsa mulier

a Simulatū istud nō est verum de contractu simulato, quia sicut est simulatus contractus, ita & iuramentū ita glos. & Bal. in l. ij. C. plus va. quod agi. ita Bart. in l. si quis p eo. ff. de fide iuss. ita Ab. sic. no. in c. ad nostram de emp. & vendi.

a prius iurasset[a] se nunquam consentire alienationi, vel nunquam alienaturam, quia tunc sequens iuramentum nullius esset effectus, & audiretur mulier repetens suum fundum isto secundo iuramento non obstante, vt determinat Host. & Ioam. An.
5 in d. c. licet quod no. semper. †Priuat etiam mulierem quae iurauerit se non habituram regressum ad bona paterna, dicens se dote sua fore contentam: vt in c. quamuis. de pact. lib. vj. & no. pær doc. in l. pactũ quod dotali. C. de colla. licet regulariter pactum de futura successione non teneat: vt in l. fi. C. de pact. & l. stipulatio hoc mõ. ff. de veb. obl.
6 & ibi plenè p Bart. †Et quoniam huiusmodi iuramẽta solẽt interponi super varijs speciebus cõtractuũ, qui qñq; sunt validi quãdoq; inualidi, & dubitatur qd operẽtur iuramẽta sup eis interposita, pro tanto sciendum est qui contractus sunt inualidi, vel quae dispositiones inualidae, & econtra, vbi sic collige sua breuitate quòd aliquando & primò contractus vel dispositio reprobatur à iure quia est cõtra bonos mores. secũdo reprobatur ratione publicè vtilitatis principaliter, & secundariò ratione priuatae. Tertiò econtra reprobatur ratione priuatae vtilitatis principaliter & secũdariò ratiõe publicae. Quartò ex defectu solennitatis probatoriae. Quintò ex defectu solennitatis formalis. Sextò ex defectu rei, vel personae seu materiae.
7 †Redeo ad primum quando reprobatur quia contra bonos mores, cuius exempla sunt plura videlicet in pacto de succedendo affirmatiuè concepto per quod inducitur votum captandae mortis alterius: vt in l. fi. C. de pac. & in c. ne captandae. de praeben. Item in pacto per quod libera testandi facultas aufertur, de quo in l. stipulatio hoc modo. & ibi per Bar. de verb. obli. Item in pacto per quod aufertur matrimonij libertas: vt in l. Titia. in prin. de ver. ob. Item in omni turpi, & inhonesta conuentione, quando turpe est in obligatione, vt habetur & nota. in l. generaliter. & l. si plagij. ff. de ver. ob. in quibus casibus & similibus iuramentum hoc interpositum est nullius effectus: vt plenè traditur per Dy. in regula non est obligatorium.

8 de regu. iu. li. vj. †Et haec faciunt ad quaestionẽ p me publicè disputatã. Ecce quòd testator filium suũ emancipatũ praeterijt extraneo instituto, & in ipso testamẽto iurauit ipsũ testamẽtũ nõ reuocare deinde facit aliud testamẽtũ in quo dictũ eius filium sibi haeredẽ instituit, quaerebatur an secũdum testamẽtũ valeret nõ obstãte iuramẽto, & determinaui distingendo, aut filius cõmiserat talẽ ingratitudinem propter quam poterit licitè exhaeredari, vel praeteriri, & tunc secundum testamentũ nullum erit non obstante iuramento adhibito in primo. Aut non commiserat talem ingratitudinẽ, & tunc tenebit secundum & non primum, quia hoc casu iuramentum interpositum fuit contra bonos mores, qui volunt quòd bona patris deferantur in filium: vt l. si. quae incipit cum ratio in prin. ff. de bo. dã. & l. in suis. ff. de libe. & post. Bart. hanc q. ponit in l. si quis in prin. testa. ff. de leg. iij. &
9 determinat secundum valera. †Venio ad secũdum articulum qui est, quando contractus reprobatur ratione publicae vtilitatis principaliter, cuius exempla multa sunt, videlicet quando fit
b alienatio iurium regni,[b] vel ducatus, aut comitatus, & interponitur iuramentum super tali alienatione, nam nullius redditur effectus talis alienatio: vt habetur in c. intelligo. de iureiur. Est etiam exemplum in prorogatione iurisdictionis facta per clericum in iudicem laycum: vt in c. si diligenti. de fo. compe. & in venditione, vel legato rerum quae aedibus sunt affixae. ff. de contrahen. emp. l. senatus. & in l. caetera. ff. de leg. j. & in pacto prorogationis instantiae: vt l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. & in alijs multis similibus de quibus in l. iurisgen. §. si paciscar. ff. de pact. & l. ij. & l. quemadmodum C. de agri. & censi. in quibus iuramentum interpositum nihil operatur nec confirmare habet huiusmodi dispositiones, & per hoc sequitur quòd si per statutum aliquid disponatur fauore publicae vtilitatis principaliter, quòd tali statuto non potest renunciari, quia si iuramentum non operatur,
10 multò minus simplex renunciatio. †In tertio articulo qui est econtra ad proximum, videlicet quod reprobatur ratione priuatae vtilitatis principaliter, considerandum est quòd aliquãdo cõtractus, vel pactum siue dispositio reprobatur odio creditoris, aliquando fauore debitoris, aliquando ex defectu interesse ex parte acquirentis, aliquando ex debilitate virtutis ipsius dispositionis, aliquando propter alias subditorum diuersas vtilitates. Si quidem reprobetur dispositio odio creditorum, exemplum habetur in filiofami. sumente pecuniam mutuo: vt l. j. cũ seq. ff. ad mace. & C. ad maced. p totũ, & in pacto legis cõmissoriae super re pignorata: vt l. j. C. de pact. pig. tunc iuramentum super his intepositũ operatur effectum cõfirmatoriũ ipsius cõtractus, & cõuentionis: vt in c. significante. extrà de pig. & ib i per Inn. licet Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. dixerit hoc iuramentum solũ sup his interpositum

a Iurasset. not. tamen quòd licet de iure cõmuni cõtractus minoris vel mulieris iuramẽto firmetur, tamen quãdo adest statutũ requirens in cõtractu cõsensum proximorũ nihil operatur iuramẽtum absque cõsensu, ita Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fi. deiu. ita Bal. in l. ij. C. de rescin. ven. & in l. non dubium. C. de leg. qd not.

b Iurium regni. limita v: per Old. consi. xciij. vbi de regia donatione iurata.

ſitum ſeruādum non aūt cōfirmari contractū,vnde ſecundum eū poterit impetrari abſolutio à iuramento:per no.in c.debitores.de iureiu.& inde quod ſolutum fuerit repeti poterit per conditionē ſine cauſa, quod fieri non poterit ſecundum opi. Iun.Item eſt ad idem exemplum in officiali emēte,& contrahente eius officio durāte,vt in l.non licet.C .de contrahen.emp.& l.fi.C.ſi quis alteri
11 vel ſibi. †Dixi ſecundo quòd reprobatur interdum fauore debitoris eius exempla ſunt in muliere intercedente pro alio,cui ſuccurritur beneficio velleiani.vt l.j.cū ſe.ff.&C.ad velle.per totū.Idem in minore læſo ex venditione rei ſuæ,vt in præſenti libello cui datur reſtitutio.vt in l.ait prætor. de mino.&C.ſi aduer.vē.l.j.& ī alijs ſimilibus caſibus dicendum eſt quòd iuramentum interpoſitū operatur effectum confirmatorium . vt in c.cum contingat extra de iuiu. & in d.auth. ſacramēta. Veruntamen ſecundum Bar.in d.l.ſi quis pro eo. multum conſiderandum eſt in præmiſsis caſibus quando fauore debitorum,vel odio creditorum cōtractus reprobatur qualiter verba legis,vel ſtatuti ſint concepta,aut enim verba prohibitiua referuntur ad perſonam diſponentem,aut referuntur ad ipſam diſpoſitionem. Primo caſu.v.g.ſi ſtatutum dicat mulier, vel minor,aut filiusfa.non poſsit contrahere,vel diſtrahere ſine tali ſolennitate,vel abſolutè diſponat,& tūc iuramentum nil operatur.nec confirmationem inducit,quia reperitur factum & interpoſitum contra præceptum legis,& per hoc inducit peccatum mortale vt in c.ij.de mai.& obe.ergo non eſt obligatoriū: vt in d.reg. nō eſt obligatoriū licet Io.teneat cōtrariū in c.veritatis.de iureiu.Scdo caſu v.g.ſi ſtatutū dicat cōuentio facta cū muliere minore,aut forenſi nō teneat,& tūc firmatᷓ iuramēto ſecundū eū,ar.d. c.cū cōtingat.q̄ oīa ſunt multū notāda,quia per ea poſſunt decidi multæ quæſties quæ deſcendūt ex
12 ſtatuto. †Tertio caſu quando diſpoſitio reprobatur ex defectu intereſſe ex parte acquirentis,vt patet ex ſtipulatione facta alteri de qua in l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de ver.ob.& in §.alteri.inſt. de inutili ſtipu.tunc iuramentum operatur & habet confirmare contractum,qui fundatur ſuper obligatione naturali vt no.in c.j.extra de pact.
13 †Quarto caſu quādo reprobatur ex debilitate ſine virtutis cuius exemplum eſt in pacto nudo quid per ſe non producit actorē,vt plenè traditur in l.iuriſgentium.§.ſed cum illa.ff.de pac.tunc etiam tale pactum ſeruatur iuramento, & efficitur efficax ad agendum per regulam quę eſt quòd omne iuramentum quod non vergit ad interitum ſalutis æternæ ſeruandum eſt,vt in d.c. cum con-
14 tingat,cum ibi no. †Quinto verò caſu quando diſpoſitio reprobatur propter varias ſubditorum vtilitates multa referuntur exempla ,videlicet in alienatiōe facta fundi dotalis,de qua habetur in l. j.cū ſe.ff.de fun.do.quo caſu talis alienatio iuramēto firmatur, [redacted]

[redacted].vt habetur in d.c. cū cōtingat.& ī c.licet mulieres. de iureiu.
a Niſi prius [a] mulier iuraſſet ſe nō alienaturā,quo caſu ſecundū iuramētū nō tenet ſecūdū Io.An.vt ibi no.itē eſt exēplū in trāſactione facta ſup alimētis futuris quę reprobatur à iure.l.cū hi.ff.de trāſact.tñ
b iuramēto confirmatur [b] ſcdm eū. Itē eſt exemplū in pacto de nō ſuccedēdo,de quo traditur in l.pactū. C.de coll.& l.fi.C.de pact. & l.pactū qđ etiam iuramento firmatur, vt in c.quāuis de pac.li.vj. Eſt etiā exemplū in donatione inter vir. & vxo.quæ etiam firmatur iuramēto: per regulam generalem ꝙ omne iuramentum quòd poteſt ſeruari &c.vt in d.c.cum contingat.ſecūdū Bar.& Guil.de cu.& l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero. ff.de iureiuran.quod non eſt verum, cum ratione publicè vtilitatis principaliter ſit prohibita,ergo in ea iuramentum nil operatur,vt infra pro-
5 ximè,& ſupra dictum eſt. †Super ſexto articulo quod eſt quando contractus,vel diſpoſitio reprobatur ex defectu ſolennitatis probatorię, ſunt exempla in teſtamento nuncupatiuo in quo requiruntur ſeptem teſtes,vel in alio contractu in quo certus numerus teſtium requiritur in quo caſu ipſa ſolennitate deficiente contractus,vel teſtamentum non roboratur per iuramentum, quia hæc ſolennitas propter publicam vtilitatem eſt introducta ſicque remitti non poteſt, vt l.nemo poteſt.de le.j.& l.ius publicū.ff. de
6 pac. †Circa ſeptimū articulū,qui eſt quando reprobatur contractus ex defectu ſolennitatis formalis , exempla patent in ſtipulatione in quā requiritur interrogationē præcedere & reſponſionem ſequi,vt l. j.§.j.ff.de ver.ob.& C.de contrahē. & cō.ſtip.& l.j.& alijs ſimilibus.certe tali ſolennitate deficiēte nō cōfirmatur ſtipulatio iuramento tāquā ſtipulatio,ſed bene firmabitur tāquā ſimplex pactū quia effectus iuramēti eſt,vt diſpoſitio valeat eo mō quo melius pōt,ſecūdū Bar.in l.cū pater.§.filiꝰ matrē.ff.de leg.ij.
17 †In vltimo autē articulo quādo diſpoſitio reprobatᷓ rōne materiæ vel rei patēt exēpla ſi fiāt cōtract[a] ſuper re ſacra vel libero homine,

a *Niſi prius intelligeni ſi ille cum quo contrahit ignoraret quod prius iuraſſet, quia tūc tale iuramentum nō præiudicat ei qui iurat ita volunt Bal cō ſil.cxvij.*

b *Iuramento cōfirmatur.*

vel si de quibus loquitur l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de ver.obli.& l.liber.ff.de contrahē.em.& l. apud iulianum.§.fi.de le.j.quibus casibus iuramentum nihil operatur tanquā interpositum super impossibili de iure:vt in d.§.fi.& no.in d.c. non est obligatorium & plenissimè p Bar.in d.l.si quis pro eo.vel si vis prædicta omnia plenius colligere & breuius,dic secūdum Dy.quòd aut contractus dispositio reprobatur à iure,quia turpis,vel contra bonos mores,aut quia impossibilis de iure,vel natura,& tunc iuramentū nil operatur vt in d.c.non est obligatorium cum si,aut reprobatur fauore,vel odio contrahētis,vel disponētis principaliter,& tūc iuramentū operatur,aut ratione publice vtilitatis principaliter,& nihil operatur, & ad hoc reducuntur omnia superiora exēpla.In omnibus autem casibus in quibus iuramentum operatur potest ex iusta causa peti absolutio ab episcopo parte tamen prius citata,vt scripsi suprà circa formam iuraměti ꝙ defertur à parte parti.

a Aduerte. Bald.in l. respublica. C.ex qui. cau. ma. Angel.in l. cum quidā ff.de acqui. her. doc. in l. pen. C. quomodo & quando iudex.

ET CIRCVMVENtum vltra dimidiam iusti precij. Hic no.ꝙ propter talem læsionem nedum minor ætate,sed quilibet maior pōt petere contractum rescindi,etiam sine restitutiōe in inte. impetrāda. vt suprà dictum est.& habetur in d. l.ij.C,de rescin.vē.Si tamen minor iurauerit super tali cōtractu tūc dic vt supra & quia præsupponitur ꝙ domus fuit paterna si non interuenisset hęc lesio posset minor petere restitui,quod est no.vt habetur in l.si in emptione de minor.

EPITOME.

1 *Causa legationis est legitima ad præstandum in integ.restitu.*

Restitutio in integ. competit etiam contra missum in legationem.

IN LEGATIONE SEV ambassaria.
1 †Aduerte [a] quòd hęc
a causa legationis est sufficiens ad præstandum in inte.resti.ex clausula generali,si qua mihi iusta causa esse videtur de qua habetur in l. j.in fi.ff.ex quib.cau.ma.& probatur in l.sed si p prætorem.§.fi.& l.qui nititur.§.fi.cū l.seq.ff.ex qui cau.fecit.ff.de leg.j.cū seq.debēt autē esse huiusmodi legati tales quod eligantur à mittente, & ab eo cui mittuntur,& experti in arte ipsa,vt no.Arch. in c.ij. extra de re ind.lib.vj.& sunt exempti durante legatione à præstatione vectigalium,& quibusdam alij,vt in l.alle.C.de vect.& l. sed & reprobari.§. sunt autē. de execu.tu. Sunt præterea alie causæ quibus minores in integrum restituuntur,de quibus traditur in l.succuritur.&l præce.& sequē. cum si.ff.ex qui.cau.ma. siue causa sit probabilis tantum,siue probabilis & necessaria, vt in d.l.si p prętorem.§.fina.& in l.necnon. in princi.ff. eo.ti. & plene no.per gloss.in fin.ff.de in integrū resti.

2 †Quid autem econtra an dabitur restitutio contra istum qui fuit in lagationem missus:dic quod sic,quia non solum succurritur absenti cōtra prę sentem,sed etiam præsenti contra absentem ex dicta generali clausula: vt in l.item ait prætor.in prin,& fi.l.in seq.& in l.fi.ff.ex qui.cau.ma.quę restitutio non solum tribuitur occasiōe damni passi sed etiam lucri amissi.vt l.& si sine.l.iulianus.§.fi. eo.ti.dumtamen lucrum fuisset quærendum sine alterius iniuria, alias non competeret restitutio, l.sciendum. & le.denique.& le.nec vtilem.ff.ex qui.caus.m.a.

PRESCRIPSISSE. Nedum contra alienationem,sed etiam contra pręscriptionem longā vel longissimam succurritur tam maiori quam minori ex iusta causa.C.si aduer.vsuca.l.j,& l.quod tempore.C.de resti.mil.cum ibi no.& l.nęc.nō.æ. extraneo.& l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter. ff.ex quib.cau.ma.facit etiam l.j.§.item ait prętor. in prin.e.ti.licet hodie in minorib[9] aliter sit dispositum,vnde secūdum Cy.in l.fi.C.in qui.cau.in integrum resti.non est neces.sic distingue.Aut pręscriptio temporalis cœpit contra prædecessorem ipsius minoris, qui prædecessor erat maior aut cō tra ipsum minorem.Primo casu aut loquimur de prescriptione cōuentionali,& illa currit cōtra minorem & cūm effectu:vt in l.ęmilius.ff.de mino. Aut queritur de pręscriptione legali,& tunc licet sint opiniones diuersæ,tamen secūdū Ia.de Are. distingue,aut est præscriptio. cuius cursus tandit ad confirmationem contractus habiti cum defuncto,& tunc currit ipso iure,& cum effectu:vt l.si intra.C.de non nu.pe.cum si.aut ad confirmationē non tendit,& tunc currit sed datur restitutio,vt no in l.j.C.si aduer.vsuc.& l.j.& ij.C.si aduer.vē.pi. fallit in præscrip.xxx.an.quia seruatur quod traditur.in l.fi.C.in qui cau.integ.resti nō est neces.& in l.sicut.C.de præscrip.xxx. ann. Secūdo casu principali quando præscriptio cœpit in persona minoris,subdistīgue,aut est talis præscriptio, quā ius antiquū volebat currere sine aliqua spe restitutionis integ.& tunc etiam hodie currit cum effectu,aut est talis quæ currebat sed dabatur restitutio,& tunc hodie ipso iure minori non currit, vt in di.le.fina. fallit in casibus videlicet in le. properandum , §.penulti. C.de iud . propter rigorem iuris conseruendum, vt in authenti. de appellatio.& inter quæ tempo. §.j. aut est talis præscriptio quæ de iure veteri non currebat

bat, & adhuc hodie non currit. vt l. ij. C. in qui. cau. integ. resti. non est ne. Et præmissa procedũt secundum Inn. in præscriptione clausa in corpore iuris, in cæteris autem præscriptionibus extra corpus iuris inductis, vel perlegem municipalem vel consuetudinem, non iuuatur minor hodie ipso iure sed ope restitutionis tantùm. vt notatur per eum in c. constitutus. in fin. de restitu. in integ. vide etiam quod habetur in l. non est incognitum. C. qui. non ob. lon. tempo. præscrip. maiori autem læso facto pupilli, vel absentis etiam succurritur alia via, & alio remedio: vt in l. vt perfectius. C. de annu. exceptio.

DVRANTE ABSENTIA dicti Si. legitimè præscripsisse. Fuit ergo in eius absentia completa præscriptio. Quid ergo si ante ipsam completam per duos annos reuersus est domum, & tacuit, nec ipsam interrumpit præscriptionem, & sic in eius præsentia completa fuit, an volens in integrum restitui audiendus erit? in qua quæstione variæ reperiuntur opiniones vt plenè recitat glo. Cyn. & docto. in d. l. quod tempore. & per Bart. in d. §. sed quod simpliciter. Conclusiuè autẽ sciendum est quòd quidam dicunt ipsum non debere restitui propter eius negligentiam, iura enim negligentibus non succurritur: vt l. pupillus. in fi. ff. de his. quæ in frau. cre. & l. non enim. ff. ex qui ca. ma. & videtur probari in d. §. sed quod simpliciter. Alij autem dicunt quòd restitutio est concedenda non ad illud totum tempus quod fluxit in eius absentia, sed ad illud solum quod superest facta compẽsatione tempore absentiæ & præsentiæ. vt sic tempus cum tempore confundatur, & quod superest restituatur. Exemplum est, pone quòd stetit absens iiij. annis, & præsens duobus, fiet restitutio temporis duorum anno. quia reliqui inuicẽ confunduntur. Alij, vt Iac. de Are. quorum opin. sequitur Cyn. distingunt, aut ipse Simon reuersus sciuit rem suam præscribi, & tunc si negligens fuit in nihilo restituitur. ita intelligatur prima opinio, aut ignoranter, & tunc habet locum secunda opi. Barto. autem in d. §. sed quod simpliciter. distinguit aut loquimur in præscriptione actionum, & tunc procedit prima opinio, aut in præscriptione rerũ immobilium, & tunc procedit secunda opi. rationes autẽ, & iura gratia breuitatis omitto ibi vide.

IN QVANTVM SINT Aliquæ. Vides hîc quòd conditionaliter petitur hæc restitutio: nec immeritò, quia si cõtractus & alienatio sunt ipso iure nulla, frustrà peteretur eos beneficio restitutionis rescindi, vt not. dicit tex. in l. in dubium. in fine. C. de tuto. & cura. qui satis. non de. Facit l. nam & si sub conditione. §. rumpendo. ff. de iniu. rup. & irri. testa. Constat autem hoc beneficium restitutionis esse rescissorium. vt in d. l. necnon. §. fina. & pen. ff. ex quibus cau. ma. in §. rursus. & ibi plenè de hac materia insti tu. de actio. & quòd sub tali conditione peti posset hæc restitutio, probatur in c. constitutus. de in integ. restitutio.

QVOCIRCA. Hîc incipit cõclusio libelli quam tene menti.

QVATENVS EX officio vestro. Aduerte quòd sicut illa restitutio quæ tribuitur minoribus, petitur officio iudi. vt in c. finali. extrà de offic. iudic. cum similib. suprà allega. Ita hæc restitutio quæ tribuitur minoribus, vt probatur in l. si quis sit stipulatus. ff. ex qui. cau. ma. quod sequitur Cyn. in d. l. quod tempore. & in vtraque requiritur libellus. vt in d. cap. fin. & suprà dixi.

FVISSE ET ESSE nullas. Si iudex reperiat alienationes fuisse nullas, debet super earum nullitate pronuntiare, quo casu cessare habebit disputatio super in integ. restitu. danda vel non. vbi autem reperiat esse aliquas, tunc de in inte. resti. pronuntiabit, vt suprà scrip. est &c.

a Iudex. Bal. in addi. Specu. tit. de re. in integrũ.

ENORMITER læsum. Iu
2 dex[a] debet aduertere principaliter ad qualitatem læsionis an sit magna vel parua, quia pro nulla vel modica læsione non cõceditur restitutio: vt in l. si oleum. in fine. ff. de dol. & l. scio. ff. de in integ. restitutio.

EPITOME.

1 *Non sufficit iudicem pronuntiare simpliciter aliquem restituendum.*
2 *Restituto aliquo & eius aduersarius restituitur.*
3 *Restitutio data minori an prosit etiam eius fideiussori.*
4 *Minor etiam contra fideiussorem potest petere in integrum restitutionem, eo agente contra ipsum.*
5 *Sententia lata super restitutione, an sit diffinitiua vel interlocutoria.*
6 *Infra quantum tempus petatur in integrũ restitutio.*
7 *Minor an poßit petere restitutionem aduersus lapsum temporis petendæ restitutionis.*
8 *Heres minoris, an poßit petere restitutionem lapso tempore petendæ competenti minori ante aditam hæreditatem.*
9 *Successor an poßit vti priuilegio defuncti vel suo.*
10 *Sequuta absolutione & restitutione, an iterum talis restitutio peti poßit.*

1 EVNDEMQVE Simo. Actualiter & realiter. Multum notanda sunt ista verba, nam nõ sufficit quòd iudex pronũtiet simpliciter ipsum restituendũ quia verba

de futuro non disponunt: vt l. si à colono. ff. de verbo. obli. & no. per Iac. Butri. in l. cum iudex. C. de sen. & inter. om. iu. vnde necesse est quòd de præsenti actualiter restituat dicendo, ipsum in integrum restituimus, & in suo priori statu & gradu in quo fuerat ante dictas alienationes, & præscriptiones omnino & reponimus & reducimus &c. Est enim restitutio prioris status in integrũ repositio, vt l. quod minor. §. restitutio. ff. de mino.

2 †Sed hoc supposito quod minor vel maior sit restituendus, nunquid eius aduersarius erit etiam in statu pristino reducendus, seu reponendus, &

3 vtique dicendum est quòd sic. vt in l. j. & ij. C. si aduersus transactio. & no. in d. §. restitutio. †Inde quæritur an data minori restitutione, prosit etiam fideiussori eius, ver. gra. si fuit minor restitutus aduersus venditionem pro qua tenenda fideiussorem præstiterat, & glo. videtur tenere quòd hæc exceptio præstitæ restitutionis transeat ad fideiussorem: argu. in l. exceptio. in fi. ff. de excep. Pet. tenet contrarium, dic plenius, vt no. in l. fin. C. de fideiuss. min. & in l. minor xxv. an. ff. de min.

4 †Quid ergo si talis excepti non porrigatur ad fideiussorem secundũ aliquos, an agente fideiussore contra ipsum minorem, poterit ipse aduersus eum etiam petere restitutionem in integrum? dic quòd sic, vt habetur in l. j. C. de fideiusso. mino.

5 & ibi per Cyn. & d. l. minor. † Vltrà quæritur an sententia lata super restitutione in integrum, sit diffinitiua vel interlocutoria, super quo distingue, aut super ea fuit principaliter oblatus libell⁹, sed incidenter fuit de restitutione quæsitum. ver. gra. si minor fuit conuentus ab alio, actione reali & personali, & per modum excipiendi ipse minor asseruit se læsum, & per hoc petijt se restitui in integrum & tunc est interlocutoria: vt habetur in l. nec non. §. extraneo. ff. ex quibus cau. ma. ad quod facit regula l. quod iussit. ff. de re iudi. & quod ibi no. & l. nam & posteà. §. si minor. ff.

6 de iureiuran. †Quæritur amplius infra quantum tempus peti debeat in integrum restitutio. dic quòd olim peti debebat infra annum vtilem. vt in d. l. infra vtile. cum simi. hodie verò sufficit illam petere infra quadriennium continuum post perfectam minoris ætatem vel absentis reuersionem numerandam, infra quod tempus debet etiam lis terminari, vt habetur in l. superuacuam. C. de tẽp. in integ. rest. & sic tempus illud non currit minoribus nec maioribus durante absentia, vel ætate minore: vt d. l. superuacuum. & no. in d. §. rursus.

7 †Sed pone quòd tempus huius quadriennij sit elapsum an per viam excipiẽdi poterit minor vel maior se deffendere petendo se restitui, videtur quòd sic, quoniam regulariter traditur quod ea quæ sunt annua ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum: vt l. purè. in fin. de do. except. In contrarium determinat Cyn. & alii docto. in l. superuacuam. ratio est quia fuit in ipsius potestate per viam agendi petere se restitui, ideoque sibi imputet si non egit. argumen. l. Papinian. §. si filius. ff. de inoffi. te. l. quæsitum. §. in dolo. ff. de pen. cum similib. quæ ratio cessat in d. l. purè. facit etiam ad prædicta regula, quæ traditur, quòd de restitutione data potest excipi non de danda, vt habetur in l. nam & posteà. §. si minor. ff. de iureiuran. & d. §. extraneo.

8 † Sed pone quòd minor decesit infra tempus petendæ restitutionis & tempus fluxit ante aditam hæreditatem eius, an poterit hæres petere restitutionem. distingue breuiter hoc modo, aut hæres fuit negligens. & tunc denegatur sibi restitutio, aut non fuit negligens, & tunc conceditur, vt determinat Cyn. in l. ij. de tempo. in inte.

9 grum restitu. †Quid autem dices si minori vel maiori, vel priuilegiatus non priuilegiato, an ipse successor poterit vti proprio priuilegio, vel ipsius defuncti, dic plenè per Dyn. in c. si quis in ius de regu. iur. lib. vj. & in l. hæredem. ff. de regu. iur. & per glo. & Iac. Butri. in l. ea quæ. C. de restitu. in integr. Et eodem modo quæri consueuit si ecclesia succedat alicui priuato, an vtatur iure priuati, vel suo, & idem in fisco succedente priuato. super ecclesia, vide quod no. in c. j. in fin. cum simi. ibi nota. extra de iu. pat. in fisco. vide quæ no. in l. ij. C. de priui. fis. & l. ij. C. ad leg. Iul. de vi pub. & l. non intelligitur. §. cum ex causa. cũ

10 simi. ff. de iure fis. † Quid autem diceres si iudex absoluat istum Iac. conuentum super restitutione, an iterum poterit petere iste Simo. se restitui, videtur quòd sic, per l. j. cum sequen. C. si aduer. rem iudi. in contrarium est veritas per tex. in l. j. & ij. C. si sepius. in integ. resti. fue. pe. poterit tamen ab hac tali sententia appellare & sic vti iure communi. vt in d. l. ij. & in c. fina. de in integrũ restitu. Nec obst. cõtraria quia loquũtur quãdo sententia fuit lata super alio quam restitutione: vt l. si ex causa iudicati in princi. ff. de min. & si fortasse læsus sit circa lapsum tempus instantiæ causæ principalis vel appellationis, sibi succurritur beneficio restitutionis. vt l. si fine §. finali. & l. minor omissam. ff. de mino. & tamen, vt latius videas, potes sic distinguere secundum Bartol. in l. contra pupillum. ff. de re iudica. & per Cyn. in l. cum & vos minores. C. si aduersus rem. iudica. Cum quæritur an sententia lata contra minorem debeat dici nulla, vel ab ea appellari, aut in integ. restitu. petitur. sic distingue, aut sententia fuit lata contra impuberem aut contra puberem. Primo casu aut sententia est lata contra pupillum vel minorem xxv. an. nullũ habentem tutorem, vel curatorem, & tunc sententia est ipso iure nulla tãquam iudicium sit incoatum & finitum cum persona minus legitima. vt d. l. cùm & vos minores. & l. contra pupillum. & l. acta. in fine. ff. de regul. iuris. aut est lata contra pupillum vel minorem habentem tutorem vel curatorem, & tunc aut tutor, vel curator interuenit à principio litis, & in processu causæ, & tunc valet sententia ipso iure, sed ope restitutionis potest rescindi, si læsio intercesserit, vt d. l.

d. l. cùm & vos minores. ij. responsione. C. si aduer. rem iudi. cum si. aut tutor vel curator non interuenit à principio nec in causæ processu, & tunc sententia est ipso iure nulla. vt in dict. l. cùm. vos. in principio. & in dict. l. contra pupillum. & in l. acta. in fine. aut interuenit à principio, sed in causæ processu non interuenit, & tunc valet sententia ipso iure, sed ope restitutionis rescindi. potest, vt in dict. l. si præsens. C. quomodo & quando iu. aut econtra non interfuit à principio litis, sed solùm in causæ processu, & tũc sententia est ipso iure nulla, ideo non est opus quòd ope restitutionis rescindatur, vt l. momentaneæ. C. qui legi. perso.

AD DIMITTENDVM & relaxandũ. Solet in dubiũ reuocari, an simul vtrũque possit peti videlicet contractũ & præscriptionem rescindi, & possessionem rei restitui, & dixerunt quidam quòd non, sed res ipsa duobus iudicijs debet expediri, vt primò impetretur, rescisio contractus, & restauratio actionis, qua obtenta posteà intentetur actio restituta. Tu autem verius dic secundùm communem opinionem docto. vtrumque simul, consecutiuè, & conditionaliter forma de qua hic posset proponi, vt plenè notatur in §. rursus. institu. de actio. & in d. §. extraneo. & per Innocen. in c. cùm ex literis. in glossa pe. de in integ resti. sicut in simili dicitur de petitione hæreditatis. quæ simul & consecutiuè proponi potest cum quærela inofficiosi testamenti. vt notatur in l. de inofficio. ff. de inofficioso testamento.

SIMVL CVM FRVCTIBVS. Quæritur an data in integrum restitutio, sint fructus rei sicut ipsa res restituendi, & videtur quòd sic, per d. l. quod si minor. §. restitutio. & l. necnon. in dict. §. finali. ff. ex quibus causis maio. In contrarium facit quòd habens titulum excusandus est à restitutione fructuum. vt in l. ij. C. si quis ignorat rem mino. sine decreto emi. & in l. bonæ fidei. de acquirend. rer. domi. & plenè notatur per glos. & Bartol in l. sed si lege. §. scire. ff. de petitione hæreditatis. & l. si furti. §. j. ff. de vsucapioni. & Per Dynum. in c. possessor. de regulis iuris. libro sexto. de quo vide quæ notantur suprà in libello. in glossa. super ver. fructibus. Vltimò sciendum est quòd regula superius tradita, qua dictum est minoribus læsis esse succurrendum, Fallit in certis delictis, de quibus plenè notatur in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minoribus. C. si aduersus delictum. l. j. & ij. Item fallit cùm læsio est modica. vt in dicta l. scio. & certis alijs casibus de quibus in dicta l. j. & dicto §. in delictis. plenè notatur vbi videas.

ET PRAEDICTA petit ista clausula cum sequentibus extendatur, vt notatum est in primo libello &c.

Forma libelli in quo agitur ad ficti præstationem & rei relaxatio.

CORAM VOBIS. D. B. vicario dominis Potestatis Papiæ dicit, narrat, significat, & proponit vir generosus, ac miles strenuus dominus Manfredus de Beccaria de plebe filius. q. domini castelli agendo & agere volendo contra & aduersus Ia. guerlam & alium quamcunque personam pro eo, & eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens idem dominus Manfredus quòd iam x. annis decursis, vel circa inuestiuit suprascriptum Iaco. pro se & suis hæredibus & quibus causam dederit de domo vna posita in Papia cui cohæret &c. ad dan. & soluen. pro ficto omni anno in festo S. Michaelis flo. v. boni auri, & capones duos prout plenius & latius in instrumento ipsius inuestituræ contineri reperiatur, ad quod relatio habeatur. Quam domum ipse Iaco. à tempore dictæ inuestituræ circa, tenuit & possedit, & dictum fictum soluit spacio duorum annorum primorum, & posteà eundem fictum soluere neglexit & recusauit spacio v. anno. & plurium. Et vlterius ipsam domum propria authoritate sine licentia, ac scientia dicti domini Manfredi alienauit, quibus ex causis ipsa domus fuit & est aperta & deuoluta ipsi domino Manfredo & vtile dominium ipsius supersolutione dicti ficti requisitus, & super relaxatione dictæ domus interpellatus, tam ipsum fictum soluere, quàm ipsam domum relaxare indebitè recusauit & recusat. Iccirco cùm prædicta vera sint, petit & requirit ipse d. Manfredus à vobis domino vicario antedicto quatenus per vestram sententiam diffinitiuam condẽnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis suprascriptum Iacob. ad soluendum ipsi domi. Manfredo fictum dicti temporis præteriti v. annorum quo soluere cessauit, & quod ascendit in sum. florenorum vigintiquinque vel circa, necnon ad dimittendum & relaxandum dictam domum ipsi domino Manfredo sibi apertam & deuolutam, vt prędicitur cũ omni suo melioramento, tam propter cessationem dicti ficti, quàm propter alienationẽ antedictam, ac etiam eumdem Iaco. condemnetis in cæteris suis damnis interesse, & expensis præteritis & futuris. Quæ omnia idem domi. Manfred. petit per vos fieri, & executioni mandari &c. deducẽdo in pręsenti iudicio & c. saluo iure addẽdi &c. nõ præterea se astringens &c.

CORAM VOBIS. Ad huius libelli, & eius materiæ pleniorem intellectum est præsciendum est quòd quandoque res datur ad simplicem locationem, quod est cum conceditur ad minus tempus decennij, & de hac loquitur totus titulus. ff. C. & institutio. lo-

ca. Quandoque conceditur res aliqua ad emphytheusim quod est quã do cõceditur vltra tempus decennij vel in perpetuum, & de hac proprie loquitur. C. de iure emphytheu. per totum. & ff. si ager vecti. per totum & insti. loca. §. adeo & plenissimè per Spec. in titu. de loc. Quandoque res datur in feudum, & de hac concessione loquitur liber vsus feudorũ, conceduntur & alijs varijs modis res hæ prout in multis iuris articulis describitur. Differt autem simplex locatio ab alijs concessionibus, de quibus suprà quia simplex locatio non mutat dominium, nec possessionem. vt l. non solet. ff. loca. Feudum verò, & emphytheusis sic, quia per illam transfertur dominium vtile. vt l. j. & ij. C. de iure emphy. & x. col. titu. de inuesti. de re. alie. fac. cum simi.

a *Sed an vide. Bar. in l. si seruus. ff. quod cũ eo. & Spe. si de actore. versic. itẽ excipitur.*

b *Primus casus. doct. ind. Item idẽ Bar. in auth. qui rem. C. de sa. san. ec. Bald. in addit. Spec ti. de loc. in §. posquã. in versi. porro. Bal. in addit. in ti. de actore. versic. item quod vult. Bal. in l. colonus. ff. lo. & vide doct. in c. fi. extrà ne prælat. vices suas. & ad secũdum casum vid Pan. in c. e propter sterilitatem de loc.*

EPITOME.

1 *Quando fit locatio ad maius tempus decennio transit in contractum emphytheusis.*

2 *Inuestitio facta de octo annis in octo annos ascendens ad plures annos, an transeat in emphyteusim.*

3 *Clericus non potest inuestire de octo annis in octo annos & similiter sine superioris authoritate.*

4 *Facta locatione in minori tempore decennij, conductor an possit repetere expensas.*

5 *Conductor an expellatur de domo ante tẽpus locationis finitum.*

6 *Finito tempore locationis si conductor perseuerare in conducta an possit expelli per locatorem.*

7 *Soluto precio locationis à principio factæ in decennium, an conductor expelli possit in casu in quo alias expellitur.*

8 *Re conducta perempta an ad eius æstimationem conductor teneatur.*

6 *Fructibus fundi conducti defraudatis, an à præstatione mercedis conductor excusetur.*

10 *Sterilitas & vbertas quid sit.*

11 *Obligatus ad dandos certos fructus ex fundo singulo quoque anno, fructibus illis non nascentibus, qualiter sit obligatus.*

12 *Conducens fundum ad tempus modicum, an teneatur facere fundo necessaria.*

INVESTIVIT in perpetuum. Aduerte quòd per hoc quòd dicit in perpetuum apparet contractũ
istum esse emphytheuticum. Idẽ si dixisset vsque
1 ad xij. vel xx. & amplius annos. † Nam scd͠m doct.
quàndo fit locatio ad maius tempus decẽnio tũc.
transit in contractum emphytheusis, vt solet notari in cle. j. de re. ec. non alie. & per glo. & doc. in l. codici. §. institu. de leg. ij. & bene facit x. col. in tit. qualiter olim feudi pos. alie. c. j. §. donare.
2 † Sed quid de quæstione illa occurrente, pone aliquis inuestiuit aliquem vsq; ad octo annos, deinde eis finitis vsq; ad alios octo, & sic deinceps de octennio in octennium vsque ad perpetuum, vel vsque ad quinquaginta annos, an erit contractus emphytheuticus, & transeat vtile dominium in eum Dy. in d. §. instituto. tenuit quod non, sed erit simplex locatio. arg. l. pluribus. ff. de ver. ob. pro qua opi. facit in ar. l. scimus. §. penul. & fin. C. de do. In contrarium tenet Old. de ponte. in d. §. instituto. dicens quòd talis inuestitura continet alienationem, & dominij vtilis translationem, sic quòd cadit in prohibitionem si aliquis sit rem ipsam prohibitus alienare à testatore, vel à l. ar. in auth. de non alie. aut permut. §. illud. col. ij. quia non refert an directò, vel per obliquum fiat contra ipsam prohibitionem. vt l. oratio. ff. de sponsa. & l. cùm lex. ff. de fideiuss. & l. non
3 dubium. C. de legibus. † Ex quibus patet quòd clericus qui non potest sine superioris auctoritate in perpetuum inuestiri, vt d. clemen. ij. si faciat inuestituram sub forma prædicta, quòd non valet sine superioris licentia & auctoritate. Et pro hac sententia facit c. j. §. donare. in titu. qualiter olim feu. pos. aliena. veruntamen subiungit idem Old. quòd posset in persona se obligare ad locandum post primum terminum finitum in aliud tempus,
4 quia tunc non alienaret, sed obligaret. † Quid autem si locauit simpliciter vsque ad tempus modicum biennij, vel triennij. aut annorum nouem, & sic minori tempore decennij an conductor expensas quas in domo fecerit, poterit repetere? dic quòd sic, si fuerint expensæ vtiles, vel necessariæ. vt in l. dominus horreorum. §. j. & l. colonus in principio. ff. loc. cum simi. nisi contrarium actum esset, quia in locationibus & emphytheuticis contractibus pacta omnia sunt seruanda. l. ij. in princi. C. de iure emphy. & l. legem
5 & l. circa. C. loc. † Sed an a conductor potest
a expelli de domo ante finitum tempus locationis, vel conductionis? dic quòd non regulariter vt in d. l. edem. & l. si fundo. C. loc. & l. ex conducto. in principio. & l. si vno. §. planè si domin^a. & in l. si in lege. §. colonus. ff. loc. & conducti. cum simi. similiter & econtra conductori non licet discedere à conductione ante finitum tempus. vt in d. l. si in lege. §. si domus. & l. si dominus horreorum. §. fin. ff. loc. Prima autem regula fallit in quatuor casibus, in quibus licitè po-
b test per locatorem conductor expelli. Primus b est si mercedem, vel pensionem non soluerit, etiam si pactum de non expellendo intercesserit. vt in d. l. edem. & l. quæro. §. inter locatorem

rē.&.l.cum domini.ff.loc. Secundus casus est si emerserit de nouo necessitas locatori habitādi in ipsa domo, vt.d.l.edē.aliter verò si illa necessitas fuisset tempore locationis, tunc non audiretur locator, arg.l.quod quis.ff.de reg.iu.&
a l.si quis domū.§.j.in fi.ff.loca. Tertius casus[a] est quando locator habet propter superuenientem casum & necessitatē domū reficere, vt.d.l.
b edē. Quartus casus,[b] quando conductor male versatur in ipsa domo ipsam deteriorando.d.l. edē.in fi.& in auct.de alie.& emp.§.si verò qs & probatur in.c.propter sterilitatē, in fi.ad qđ facit quod habetur in.c.j.§.quicunq;.de pace
6 tenē.& eius vio. †Sed pone quòd finitum est tempus locationis, tamen conductor perseuerat in re conducta, an poterit locator ipsum expellere, distingue, aut est prædium vrbanum & rusticum, primo casu potest expelli, secundo nō potest, vt no.in.l.itē quæritur.§.fi.ff.loc.& quę sit ratio inter prædium vrbanum & rusticum, vide ibi quæ talis est, nam in prædio rustico præsumitur tacita reconductio vsq; ad annum propter patientiam ipsius locatoris, & quia fructus nisi per annum capiuntur, quæ ratio cessat in vrbano, in quo singulis diebus habitationis reci
7 pitur.† Quid si aliquis domū conduxit vsq; ad decēnium, & soluit pensionem totius temporis in principio locationis, an poterit expelli in casibus prædictis, specialibus à dicta regula exceptis, dic quòd non, imputet enim sibi locator qui pensionem totius temporis recipiendo se à iure deijciendi exclusit, ar.d.l.edē.&.d.§. inter locatorem. Sed si locator domū vendiderit, poterit tunc emptor conductorem expellere, vt in.l.emptorem.C.locati, nisi in certis casibus, quos vide infra in gl.super ver.soluere.
8 †Sed qđ dices si ipsa domus fuit casu igne cōbusta, & cōsumpta, vt plerūq; accidit, vel equus locatus casu pditus est, an conductor teneatur ad æstimationē, breuiter in hoc sic distingue scđm doc.aut conductor in se suscepit periculum casus fortuiti, & tunc tenetur ad æstimationē, vt l.si quis fundū.in princi.aliàs est.§.in.l.si quis domū.ff.lo.aut nullū in se suscepit periculū, & tunc aut culpa eius, vel mora præcessit casum, & tunc tenetur de casu, vt in.d.l.si quis fundū. §.fi.in fi.&.l.videamus.§.j.in fi.&.d.l.si merces. §.qui colonū.& in.l.qui insulā.§.qui nullas.ff. lo. Culpa autē dicitur præcedere tribus modis. Primo si non fecit quod diligens hō fecisset. Secundo si fecit contra pactum, & conuentionē. Tertio si fuit in mora, vt hęc probantur in tex. & gl.in.d.l.videamus in prin.&.§.pe.cū seq. Quartus modus est, si ille casus contingit facto & culpa suorum seruorū, seu domesticorū, vt in. d.l.qui insulā.§.fi.cū si.aut nulla culpa præcessit, & tunc nō tenetur de casu, vt in.d.l.si quis fundum.§.fi.in prin.&.l.ex conducto.§.cū quidam.ff.loc.cum si. Sic econtra nō tenetur locator conductori ex casu fortuito in re locata, superueniente ad aliquod interesse, vt.l.j.&.l.in iudicio.C.loc.&.d.l.dominus horreorum.ff.loc. In re aūt, vel equo gratis cōmodato, dic eodē mō distinguendum, vt supra hoc tamē aduertēdo quòd ibi distinguitur, & consideratur cuius gratia sit cōmodatum, an gratia vtriusq;.s.dātis, & accipiētis, an recipiētis tantùm, vt plenè traditur in.l.in rebus.in prin.&.§.fi.&.l.si vt certo. §.interdū.&.§.nunc videndū.ff. cō.& insti.qui.mo.re.contra.obli.§.is cui.& quæ dicta sunt supra procedunt in simplici locatione, nā in re emphiteutica, in qua emphiteuta habet vtile dominiū casu fortuito, re ipsa perempta in totum liberatur emphiteuta à ficti præstatione, & non aliter, vt.l. j.in fi.C.de iu.emphi.an autē emphiteuta teneatur domino ad mercedē, credo distingueñ.vt supra. a
9 †Sed circa[c] premissa, quæritur
c quid in fundo rustico locato, an excusetur conductor à præstatione mercedis, si fructus eius fundi casu aliquo defraudentur, & in hoc sic conclusiue distingue. Aliquando conductor seu colonus allegat fundi peremptionē, vel casinositatē, vt quia vi fluminis, vel terręmotu cōsumptus est antequā b ex eo fructus essent collecti, & tūc excusatur.& fit sibi in totum remissio mercedis, seu pensionis, vt in.l.ex conducto.ver.sed si agere. ff.lo.aliquando allegat fructuum exiguitatē, seu paucitatem, & tūc nulla fit remissio mercedis. quia in casu cōuerso, vbi accideret fructuum abundantia non augeretur pensio, nec merces, vt probatur in l.si vno.§.cum quidam.ff.lo.aliquādo allegat fructuum sterilitatem, & tunc regulariter fit remis- c sio mercedis illius anni, vt.l.licet. C.lo.& ibi plenè no.p.Cy.& doc. facit quod habetur in.l.ex conducto.§.si vis tempestatis.ff.lo.hoc tamen fallit in tribus casibus. Primus quādo vbertas sequentium annorum est tanta, quæ habet supplere sterilitatē, vt probatur in.d. l.licet.&.l.si vno.in princi.ff.loc. Scđs est, si omisit negligenter fundum pro tēpore futuro colere, nō curando de recompensatione, secundùm Cy.qui sic limitat.d.§. quidā.in.l.ex conducto.& no.per eum in.l.ad cōparandas.C.mād. in fi. Tertius casus est, quando ipse su

a *Tertius casus, gloss.& Bar.in.l.si duo.in.§.eo inquilinus.ff.vti pos.Bar.in l.habitatores.ff.loca.& Bar.in dicta.l.edē.*

b *Quartus casus.doc.in.d.l.edē.& Bal.in.l. j.C.de sum.tri.Ang.in auct.quomō oportet episcopos, & Bar.cep.de serui.vr.titu.de vsu.*

c *Sed circa.vide doct.in.l.soluto.ff.loc.& in l.si vno.eo.ti.Bal.in.l.si merces.eo.ti.Barto.& Bal.in.l.j.C.de iu.emphiteu.*

se suscipit casum sterilitatis, ar. d. l. licet. à cõtrario sensu & in. d. l. si qs fundũ in prin. ff. lo. aliqñ allegat fructuũ vitiositatẽ, puta acerbitatẽ, & si. tũc nlla fit remissio mercedis, vt i. d. l. ex cõducto. §. j. versi. si qua tñ vitia. q̃ dist. nõ ꝑcedit

10 i re ẽphiteutica, vt ĩfra no. † Solet tamen ex præmissis dubitari. quæ dicatur sterilitas, & q̃ vbertas, super quo sunt variæ opi. vt refert Cy. in. d. l. licet tamen conclusiue tenetur in hoc stãdũ esse vulgi opi. qñ de sterilitate dubiũ versatur. Si verò super vbertate disputatur, tũc scd̃m aliquos idẽ est dicẽdũ. Alij verò, vt Ioan. dicũt quòd fienda erit tunc cõtributio vtriusq; anni præcedẽ. cũ se. Et si reperiatur vterque annus sine sterilitate, tũc sequẽs annus reputabit̃ cũ vbertate. Credo quòd prior sentẽtia sit equior, & secu-

11 rior, dic vt ibi p Cy. & gl. † Vlteriꝰ q̃ritur ꝑ pleniori doctr. præmissorũ, pone aliquis ꝑmisit dare bocale vnũ vini, siue saccos. x. frumẽti ex tali vinea, vel ex fundo contingit quòd nullus fructus nascitur in dicta vinea, vel fundo ꝑ illo anno. quæritur an sit liberatus, vel supplere teneat̃ in seq. anno, vel ex alio fundo dare. circa qd̃ sic distingue scd̃m doc. vt refert Cy. in. l. si qs argẽtũ. C. de do. aut fundus ponitur ad solã designationẽ, seu demõstrationẽ, & tũc nõ liberatur, sed supplere debet ex alio fundo, vel alio modo, vt in. l. quidã testamẽto. de. le. j. & de ali. & cib. le. l. lucius. Aliqñ ponitur fundus ad taxationẽ, & limitationem, & tũc subdistingue, aut erat in promissione vnica præstatio tantũ, aut plures p diuersa tẽpora, vt. x. annua. Primo casu considera, aut fundus fuit taxatus & limitatus solutioni fiendæ purè, & simpliciter sine cõductiõe, puta quia dixit promitto dare. x. ex fructibus huius fundi, & tũc supplebitur in anno seq. licet ad præsens nõ possit ad solutionẽ cõpelli, vt. l. firmio. in prin. ff. qñ di. le. ce. aut fuit fundus limitatus, & taxatus p modũ cõditiõis, & sic solutio erat fiẽda conditionaliter. v. g. qa dictũ est qd̃ ꝑmisit soluere. x. saccos frumẽti, ex eo qd̃ nascet̃ in tali fundo, & tũc qa relatiuum qd̃ adiectũ est verbo futuri tẽporis facit conditionem, vt. l. nuper. ff. de legatis tertio. & l. stichum qui meus erit. ff. de legatis j. Si aliqd nõ nascat̃ tanquã defecta condõne liberatur, nec tenet̃ aliũde supplere, vt probatur ff. de contrahẽ. emp. l. si debitori. §. verisimile. & de vi. tri. & oleo le. l. cũ certus. Alio aũt casu principali qñ in ꝑmissione sunt plures præstatiões fiẽdæ, puta. x. annua, vel mẽstrua, & similia, & tũc si nihil in vno anno nascit̃ supplẽdũ est in alio, vt. l. legatũ. §. vini. ff. de an. le. & d. l. cũ certus. ff. de vi. tri. & oleo le. Et ꝑdicta etiam locũ habent in quãtitatibus. quæ debẽtur nedũ in vlti. volũtate, vel alia simili ꝑmissione, sed etiã cũ debẽtur ex cõtractu locationis, vel emphitheusis, nisi aliter actũ, & cõuẽtũ extiterit, vt. d. l. si vno. in prin. ff. lo. & no. in. d. l. licet. C.

12 lo. scd̃m doc. † Vlterius quæritur, pone quòd aliquis cõduxit fundũ ad tẽpus modicũ, an teneatur suis sumptibus facere fossata, & aggeres ad vberiorũ fructuũ, & agri vtilitatẽ, dic vt no. distinguitur per Bar. in. l. impẽsa. ff. de impẽ. in re. do. fac. Aut super hoc est lex, vel cõsuetudo in regione, & illa seruãda est, ar. in. l. excepto. C. lo. & l. dñi ꝑdiorũ. C. de agr. & cẽ. li. xj. Aut de cõsuetudine, vel statuto nõ apperet, & tũc aut talis impẽsa recipit ꝑpetuã agri vtilitatẽ, vel tẽpus lõgius, quã sit tẽpus suæ cõditiõis, & tũc nõ tenetur ad ipsam expeñ. sed pertinet ad locatorẽ, ar. in. d. l. impẽsæ. & l. iij. §. nos generaliter. ff. de impẽ. aut hæc impẽsa solũ respicit vnius anni vtilitatem, & tũc ad eam tenetur ipse colonus. d. §. generaliter. & i. l. j. §. de eo. ff. de aqua plu. arcenda. &c.

PER SE ET SVOS HAEREDES. Et si de hæredibꝰ nõ esset facta mẽtio, tñ natura cõtractꝰ locatiõis, & emphiteusis est, vt transeant ad hæredes, vt. l. viam veritatis. C. lo. ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Quo tẽpore fiat solutio, si tempus solutionis non est designatum.*

2 *Volente emphiteuta soluere totum fictum anni ante terminum, an dominus recipere teneatur.*

3 *Si ante tp̃s idẽ emphiteuta velit soluere partẽ, qd iuris.*

OMNI ANNO In festo sancti Michae-

1 lis. † Quid dices, si nulla dies fuerit solutioni designata, quo tẽpore fiẽda est solutio, Cy. in. l. edẽ. C. lo. & ibi gl. refert opi. dicũt quidã quòd in fin. anni, alij. quòd in princ. alij. aũt quòd in medio. Cõclusiue verò ibidem gl. dicit quòd in hoc obseruanda est consuetudo patriæ, & si de ea non appareat, tunc fieri debet in fine anni, ar. in. l. qui hoc anno. ff. de ver. obl. qa in talibus obligationibus, quod minimũ est sequitur, vt. l. semper in stipulationibus. ff. de re. iu. quã opi. sequitur Gof. in summa. extra de lo. Alij vt Pet. distinguunt, concludendo tamen quòd alio nõ apparente fieri debet in fine anni, vide p doc.

a in. d. l. edem. † Quid si[a] emphiteuta velit soluere totum fictum anni ante terminum statutũ an dominus teneatur recipere, dic quòd sic. vt l.

a Quid si. Bal. in. l. eñ qui. ff. de annu. l. et spe. ti. de loc. in §. ij.

l.quòd in diem.ff.de solu.&.l.eum qui Calendas.§.quoties.ff.de verbo.obli.& .l.quòd quis ff.de acti.& obliga. †Sed qd si ante terminū
3 velit soluere partē tantū ipsius ficti, an dominus teneatur recipere, videtur quòd sic, quia eadem est ratio totius ad partem, vt.l.quæ de tota.ff.de rei.vend.Et pro hac parte facit tex. sing.in.l.pe.C.de loc.fun pa.lib.xj.Tu dic qđ nō cogitur, vt.l.tutor.§.lucius.ff.de vsu.& no. in.l.quidam æstimauerunt.ff. si cer.pe.Nō ob. d.l.pe.quia ibi est speciale in emphiteuta fiscali, ergo in priuato erit oppositum de iure communi.l. ius singulare. ff.de le.nec etiam posset emphiteuta inuito domino soluere fictū.x.an. vel plurium pro tempore futuro, vt de terminat Cynus in.l.secunda.quæstione vltima.C.de iure emphi.& Speculator in titu.de loca. versi. xxxij.&c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Quid sit agendum in casu mercedis fundi locati nō limitatæ.*
2 *Locatio facta pro vno denario, an valeat.*

FLORENOS QVINQVE & capones duos. Patet ergo quòd merces, seu ficti etiā
1 pstatio fuit limitata à cōtrahētibus. †Quid si non fuit limitata, vel inter locatorem & conductorem sit discordia super eius limitatione, nunquid rector ciuitatis vel loci, poterit se interponere, doc.dicunt quòd sic, vt refert Cy. in.l.ne cri.C.lo.ratio est, quia sicut se interponit in alijs victualibus pertinentibus ad victū hominis, vt.l.j.§.cura carnis.ff.de offi.pfe.vr. ita & in isto casu cū appellatione victus habi-
2 tatio cōtineatur, vt.ff.de ver.sig.l.victus. †Vlterius quæritur hic fuit cōstituta merces in pecunia, quid autem si alia specie, puta in vino, vel in grano.an erit locatio, dicit Iac.bu.in.l. si hi qui.C.lo.quòd non, quia contractus locationis requirit præstationem in pecunia tantū, vt.l.j.§.si quis seruum.ff.depo.& no.per gl.in d.l.si hi qui.sed erit contractus innominatus, facio vt des, quo casu erit agēdum actione præscriptis ver. vt.l.naturalis.ff.de præsc.verb.vel erit contractus emphiteuticus, si vltra tempus modicum facta fuerit locatio, vt no.per Cy.in d.l.j.& per gl.in.d.§.adeo, insti.loc.& per doc. in.l.j.C.de iu.emphi.ideoque scdm Ia.bu.notarij errant in talibus locationibus, quando dicūt talis locauit talem fundum pro.x.corbibus frumenti, veruntamen falsi nominis impositio nō vitiat contractū, quia verba impropriantur, vt res potius valeat, quàm pereat, arg.l.insulam.& ibi no.ff.de præscri.verb.&.l.si vno.in prin.ff. loc.& in.l.pen.in fi.ff.de contrahen.empti.& sic isto casu erit agendū actiōe præscrip.verb. non autem actione ex loca.vnde tene mēti tu procur.in formatione libelli, & medio cōcludēdi, quia hanc.q.semel vidi de facto, & partem succumbere ratione libelli male concepti, & ob hoc fuit prouisum per viam statuti, quòd quilibet libellus qui contineat rem,
2 & causam sufficiat. †Quid si simplex locatio facta sit vno denario. dic quòd non valet, quia præsumitur potius vsus habitationis quædam donatio, vt est text in lege si quis conduxit. ff. loca.nisi fieret ex causa necessaria, vt lege si vsufru.ff.de iur.do. venditio autem magnæ rei, tam vili præcio facta, licet donationē contineat, tamen valet nisi facta esset inter vi.& vx.vt traditur in l.si quis donatio.ff.de contrahen. emptioni.

a *Queritur. doc.in.l.si. C.de iu.emphit. gl.in l.q̄ro.ff.lo. bar.in au-ctē.qui rē. C.de sac. san.ec.& doct.i.c. posuit. de lo. Adde ad materiam, quòd si emphiteuta est creditor domini, quòd non soluat non cadit à iure suo, ita Panor. in c.bona fides. extra depo. & rō est, quia ad euitādā pœnā & cursum vsurarū admittitur cōpēsatio ipso iure.l.si cōstat. C.de cōpensa.& Barto.in.l. amplius nō peti.ff. rem ra.ha.& Bal.in.l.j. C.de cōpensa.& adde in simi.alex.in .l. lo.ff. si cer. pe.vbi.ille qui habet exceptionē non incidit in pœnam, & vide eūdē alex.in consil. xiij. in fin.in.ij. vol.*

TENVIT ET POSSEdit. Hoc merito dicit, quia si non possedisset, tunc esset distinguendum, an deserit tenere, & possidere culpa domini, vel casu fortuito, & tunc non tenetur de præstatione ficti, vel mercedis, vt.l.j. C.lo.cum si.ibi no.aut culpa propria ipsius cōductoris, & tūc teneatur, & imputatur sibi.l.cum.l.§.si domus.&.l.dn̄s horre.§.fi.ff.lo.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Negligentia solutionis præsumitur, nisi probetur solutio.*
2 *Quanto tēpore cessari debet, ad hoc vt conductor à re locata expellatur*
3 *Negligens soluere tempore debito, an priuetur ipso iure, suo iure.*
4 *Negligentia emphiteute, vel coloni, an præscribatur spacio.xxx.anno.vel similiter contra negligentiam domini nō petentis.*
5 *Alienata re locata, emptor an teneatur legem locationis adimplere.*
6 *Successor locatoris, an ad idē teneatur.*

SOLVERE NEGLE
1 xit. Quæ negligentia in solutione præsumitur, nisi de solutione probetur, vt lege fina.C.de sol.no.in.l.ij.C.de iu.emp. ratio est, quia sol.est facti, & facta non
2 præsumūtur, ergo &c. †Quæri
a tur[a] hic quanto tempore debet à solutione cessare, vt possit expelli à conductione, respondeo distingue, aut loquimur in simplici colono, & tūc sufficit cessasse p bieniū, vt.l.cū domini.ff.locati.aut loquimur in emphiteuta, & tunc aut est emphiteuta ecclesiæ & tunc sufficit cessare bienio,

vt in auct.qui rem conductam.C.
de sac.san.ecc.& in.c.potuit.& in
c.pen.& fi.de loc.& cõdu. aut est
emphyteuta priuatæ personæ,&
tunc requiritur cessare triennio,
vt.l.ij.C.de iu.emph.& nota.per
gl.in.l.quæro.§.inter locatorem.
3 ff.lo. †Sed an [a] negligẽs solue
a re debito tẽpore priuet iure suo
ipo iure,vel sit p riuãdus p sentẽ
tiam.spe.late disputat in.d.ti.de
4 lo.versi.xliij. †Quid si [b] fuerit
b negligẽs colonus,vel emphyteu-
ta in solutiõe annua spacio.xxx.
vel.xl.an.& dominus eo tẽpore
fuit negligẽs in ipsius ficti peti-
tione,an colonus erit tutus præ-
scriptiõe,videt quòd sic,quia om
ne ius,tam publicum,quã priua-
tũ,regulariter tollitur spacio.d.
temporis,vt.l.sicut.&.l.omnes.&
l.competit.C.de præscri.xxx.an.
In contrarium facit.l.male agit.
C.eo.ti.dic latius,vt no.per gl.&
Cy.in.l.cum notissimi.§.fi.eo.ti.
&.in.l,plures apocis.C.de fid.in-
strum.& spe.in ti.de lo.ver.xlj.&
lxiiij. Sed quid erit si colonus,
cum deberet fictum,,vel censum
c annuum ad monetam [c] Mediola-
nensem ad rationem imperialiũ
xji.p singulo solido & soluit ad
monetã papies.ad rationẽ.impe-
rialiũ.vj.p singulo solido spacio
xxx.vel.xl.an. cõtinuorũ,an erit
tutus præscriptione,quòd possit
vlterius compelli ad solutionem
monetæ Mediolañ. dic breuiter
quòd sic,per tex.& glo.in.c.olim
causam.&.c.cum canon.de cens.
5 †Sed pone quòd durante sim-
plici locatione,dominus locator
fundum locatum alienauit,quæ-
ritur an emptor teneatur obser-
uare ipsam locationem vsq; ad tẽ
pus suum,an verò possit condu-
ctorem expellere,dic quòd regu-
lariter emptor potest conductorẽ
expellere,vt.l. emptorem.ff.lo-
ca.& ibi plene per Cy.& doc.Fal
lit si pactum in venditione inter-
cessit nõ expellẽdo,vt in.l.si mer
ces.§.qui fundum.ff.lo.Item fal-
lit in fisco alienante rem per eum
locatã,vt.l.fi.ff.de iu.fis.Itẽ fallit
in illo cõductore,vt cõiter fieriso
let q habet bona locatoris obliga
ta pro conductione seruanda,qa
potest tunc fundum tenere vsqu
ad plenam satisfactionem sui in-
teresse,vt deter.Bart.in.l.j.§.qđ
ait.ff.de superfi.Item fallit in locatore qui pen
sionem totius temporis recepit,vt supradictum
9 est. †Quid autem dices in alijs successoribus
locatorum,vt puta administratoribus ecclesia-
rũ,vel tutoribus,& si.qui quotidie locãt,& de-
d ficiunt postea,quibus alij prælati succedunt, [d]
an successor tenebitur obseruare locationem fa
ctam à prædecessore suo.Breuiter Cy.in.d.l.em
ptorem.sic distinguit.Aliquãdo maritus loca-
uit fundum vxoris dotalem,& finitur matrimo
nium per mortem viri,& tunc maritus locauit
bona fide nulla fraude interueniẽte,& tunc te-
netur vxor,& eius hæredes stare tali locationi,
vt.l.si filio.§.fi.ff.sol.ma.& ibi plene per Bart.
& no.etiam per gl.in.l. diuortio.ff.e.ti.& pro-
batur in.l.j.in fi.ff.de do.præle.Aliquãdo tutor
vel curator locauit fundum minoris,& eodem
modo tenetur stare minor locationi,vt habet
in.l.si tutelæ.ff.de admi.tu.Aliquãdo prælatus,
seu rector, vel canonicus ecclesiæ locauit,cui
alius postea succedit,& idem per omnia censen
dum,quod superius dictum est in tutore,ar.eo-
rundem iurium,secũdùm Cy.sed tu in canoni-
co,& prælato,aliter distingue secũdùm Inno.
in.c.fi.extra ne præla.vices suas.Aut loquimur
in generali prælato locante,puta episcopo,vel
abbate.Aut in simplici canonico,vel parrochia
li ecclesiæ rectore,vel simi.inferiore.Primo ca
su subdistingue, aut ipse prælatus locauit no-
mine ecclesiæ,aut nomine suo.Primo casu,aut
locatio cedit in vtilitatẽ ecclesiæ,vel paruũ dã
num,& tũc successor tenetur eam seruare,ar.
extra de sol.c.j.&.xij.q.ij.i.c.hoc ius porrectũ
&.c.quicunque.cum fi.aut cedit in graue dam
num ecclesiæ,& tunc non tenetur eam obserua
re,vt extra de his quę fi.à præla.in.c.cum vos,
& extra de præca.c.ij.Si verò loquimur in ca-
no.vel alio inferiore,tũc successor eius non te
netur stare locationi,cum non potuit locare vl
tra tempus vitæ suæ,sicut dicitur in vsufr.vt.l.
si quis domum.ver.sed hic subiungi potest.ff.
lo.& p hoc deciditur alius articulus,q est quã-
do vsufructuari⁹ locauit,quia eius successor suæ
locationi stare non tenetur,vt in.d.ver.subiũ
gi potest.Et prædicta not.quia quotidie occur
runt de facto,& procedunt hæc quando in loca
tione interuenit debita forma,vbi autem debi
ta forma non interuenisset contractus esset ip-
so iure nullus,vt in.c.j.&.ij.de reb.eccles.non
alie.quæ solennitas non requiritur in locatio-
nibus quæ fiunt intra.ix.ann.vt in cle.j.de re.
ec.non alie.de quibus etiã no.Inno.in.c.quod
sicut.de elec.in gl.sic patet.

SVMMARIVM.

1 *Re alienata per emphiteutam,dominus potest eum suo iure priuare.*
2 *Emphiteuta reuocans rem alienatam,an excusetur.*
3 *Res emphiteutica,an diuidi possit inter hæredes emphiteutæ sine licentia domini.*
4 *Secundus emphiteuta si velit rem alienare,cuius cõsensum petat,an primi emphiteutæ,an domini.*

Emphi-

a *Sed.And. barbati. diffuse post Io.de imo. in.d.c.potuit.*

b *Quid si. glo.in ver.expellere.in leg.ij.C.de iu.emp.& Cy.in.d.l.cõpetit.in iij.iiij.& v.q.& spe.ti.de loc.in §.nũc aliqua.ver.xlj.et sequẽ.*

c *Admonetã.adde & vide Alex.de imo.in appo.ad bar.in.l.cũ de in rẽ verso.ff.de vsur.*

d *An succes sor vide.diffuse per Io.de ana.in c.querelã.ne præl.vi.suas.et bal.in.l.si quis domum.ff.lo.& gl.in ver.statutũ.in.d.c.querelã.& per Host.i summa ti.de his quæ fi.à præla.in §.fi.Abb.in.c.a.l audientiã.de re.eccl.non alie.& Abba.in.d.c.querelam.& Feder.de sen.consi.ij.*

5 *Emphiteuta, an possit donare domino irrequisito.*

1 ALIENAVIT. †Adverte quòd hæc est sufficiẽs causa priuãdi emphiteutam iure suo, quãdo rẽ alienauit irrequisito domino. vt in l.fi.in prin.C.de iu.emphit.cũ fi.& no.in d. c.potuit. †Quid si facta alienatione pœniteat
2 ipsũ emphiteutã, & sic infrà paucos dies eãdẽ rẽ redimat, an excusabitur ne cedat iure suo, videtur quòd sic.p l.ex hoc edicto.§.fi.ff.de alie.iudi.mu. causa fa.& l.sequitur.§.idẽ labeo.de vsuca.In cõtra riũ est veritas secũdũ Dy.p tex.in l.qdã in testa-mẽto. de vsuc.ff.de fideicõ.li.Nõ ob.d.§.fi.qa ibi p alienationẽ incidit in edictum illud purgabiliter, hîc autem impurgabiliter, nec etiam ob. §.idem labeo.quia ibi per redemptionem definit qualitas furti, ideoque eius effectus definit, hic autem nõ definit qualitas culpæ ipsius delinquentis alienantis. Et pro dicta decisione facit optimè tex.in c.j.quid iuris si post alie.feu. idem
3 recuperat col.x. †Sed an inter hęredes emphiteutæ possit res emphiteutica diuidi sine licẽtia domini. †Quidã in practica tenent quòd
4 sic, quia non est propriè alienatio secundum eos. In contrarium de iuris subtilitate probat tex. in l.communi.diui.in prin.ff.communi diuid.& ibi no.fortificatur hic ex eo, quia diuisio est similis vendi.vt l.ij.& ibi no.C.com.vtr.iu.sicque non poterit diuisio, nec assignatio vlla fieri domino irrequisito quemadmodum, nec venditio, nec permutatio, vt no.spe.in d.ti.de loca.ver. cxxj.vbi autem domini consensus accessit tunc valebit, & tenebitur emptor dare quinquagesimam precij, licet in hoc hodie aliter obserue-
5 tur de consuetudine. †Sed pone quòd primus emphiteuta dedit eandem rem in emphiteusim de voluntate ipsius domini, & hic secundus velit rem alienare cuius exigitur licentia, vel consensus, vel domini, vel primi emphiteutæ, dic quod domini, quia ille primus emphiteuta per talem alienationem perdidit dominium vtile, & fuit translatum in secundum, & ita deter. Spe.in ti.de loc.versi.cxxvj.& ver.cxxv.
6 & Cy.in d.l.fi. †Sed an emphiteuta possit dare, vel donare, domino irrequisito, dic vt plenè no.per Cy.& gl.in d.l.fi.& per Spe.in ti.de loc. vers.cvij.& versi.cxij.post multa conclusiuè secundum communem opi.doc.dicendum est quòd non, quam opi.sequitur Barto. in l.si domus.§. fi.ff.de le. In contrarium deter.An.de baru. in l.j.C.de fun.patri.li.xj.nam ratio prohibitiua venditionis non habet locum in ipsa donatione, lex enim voluit quòd prius domino vendantur meliorationes, vel res ipsę per emphiteutam, quã alij extraneo, & hoc satis congruit æquitati.

Sed quòd debeat emphiteuta prius donare domino, quam extraneo amico ipsius emphit.vel alteri eius affini. hoc summè repugnat omni æquitati, licet enim vtile sit emphiteutę predium tam à domino de venditione recipere, quam ab alio extraneo, tamen non sic interest sua in donatione, cum in domino forte non sit illa affinitas, vel dilectio, quæ erit in extraneo, & hæc opi.videtur magis æquitati, & veritati consona.

EPITOME.

1 *Requisitio pro solutione, non est de necessitate.*
2 *Emphiteuta antequam soluat, an possit petere à domino, vt monstret rem, propter quam ipse tenetur fictum soluere.*
3 *Domino petente, vt emphiteuta monstret rem, propter quam affictum soluit emphiteuta tenetur.*
4 *Denegante, vel nesciente emphiteuta monstrare rem, an dominus possit dicere tu teneris pro toto patrimonio.*
5 *Emphiteuta referente quæstionem dominij, quid agendum.*
6 *Re relicta si emphiteuta referat quæstionem dominij, & nolit mercede soluere, an teneatur.*
7 *Res propria infeudata domino ignoranti, si alienatur, an possit reuocari per dominum infeudantem.*

1 SUPER SOLUTIONE dicti ficti requisitus. †Hæc reqsitio non est de necessitate, vt dicit text. in d.l.ij.C.de iu. emphi. quia dies interpellat pro homine.l.magnam C.de contrahen.&
2 com. stip. †Quid si emphiteuta dicit domino quòd sibi ostendat rem pro qua tenetur fictum soluere, quæritur an dominus tenea-
a tur[a] hoc facere, dic breuiter quod cum dominus sit in possessione sua tuendus, non est audiendus fictabilis nisi primus soluerit, vt in c.quærelam.de cle.qua solutione facta tũc dominus tenebitur rem ostendere, argumen.c.peruenit, de censi.& ita determinat Specula.in d.titu.versi. lxxij.cum sequen.nisi appareat quòd facta esset solutio p.xxx.anno.qa tũc domin⁹ excusaretur argu.l. litibus.
3 C.de agrico.& censi.lib.xj. †Quid autem in contrario casu, videlicet si dominus petat ab emphiteuta rem pro qua fictum soluit sibi ad oculum demonstrari, an tenebitur, dic quòd sic, vt eueniente casu quo in solo cessaret, scire possit dominus, à qua re ipsum expeleret, argumen.l.iij.§. est autem.ff.ad exhi.& l.Titius hæres.de actio.empti. & in dicto c.

a *No. an dominus teneatur ostẽdere emphiteutæ rẽ de qua fictum tenetur soluere, & cõtra, vide Guil.decu. in l.habebat.in §.finali.ff. de institu.*

A 4.

peruenit. quod sequitur Specula.in d.titu. versi.
4 lx. †Sed quid erit, si emphyteuta denegat, vel nescit rem demonstrare, an dominus poterit dicere tu teneris mihi pro toto patrimonio tuo, dic quòd non, sed haberi debebit consideratio quantitatis ficti, & secundum eam debet fieri determinatio, & assignatio rei, vt determi. Spec. vbi suprà versi. lxiij. & lxiiij. argu. ad hoc in l. vtrum. ff. de do. inter vir. & vxor. l. cum hi. §. mo-
5 dus. de transa. †Sed quid dicemus si emphyteuta peruersus in fide denegat fictum soluere, & rem demonstrare. imo amplius super re ipsa domino refert quæstio dominij, dicens rem ipsam non esse locantis, sed ipsius conducentis. Quid fiet, respondeo quòd nihilominus cogendus est ad solutionem ficti, ne locator sua percipiendi priuetur possessione, argumen. d. c. querelã. & ita determinat Cyn. in l. si certis annis. C. de pact. imo cõpellẽdus est rem restituere ipsi domino locatori antequã audiatur super dominio. lege si quis cõductionis. C. loca. quã rẽ si pertinaciter restituere recusauit nedũ tãquã spoliator, & inuasor rei alienæ cõpellẽdus est, sed etiã si vsque ad sententiam in hac proteruia perseuerauerit condemnandus erit in æstimatione ipsius rei, & in re ipsa pariter relaxanda, vt in lege. ne cui. & lege conductores. C. lo. & l. non ab re. C. vnde
6 vi. †Quid autem si re ipsa relicta velit conductor de rei dominio disputare, & à solutione præteritæ mercedis, seu ficti se excusare, aut quod solutum est tanquam indebitum repetere, an sit audiendus. Et breuiter pro ipsius quæstio. clariori responsione, & intellectu latius exordiendo materiam, quærendum est incidenter, an conductor conducendo perdat dominium, vel possessionem talis rei, & distinguendum est hoc modo. secundum Cynum in lege qui rem propriam. C. lo. & per Bartolum in lege si rem aliquam. ff. de acquirenda possessio. Aliquando conducit quis rem suam propriam, sed ab alio possessam. Aliquando conducit rem alienam, & ab alio possessam. Primo casu subdistinguitur, aut conductor ignoranter conduxit, aut scienter, si ignoranter, aut dubitatur nunquid perdat possessionem, & dicit gloss. quòd non. in d. l. si rem aliquam. per textum in l. si me in vacuam. ff. de acquir. possessio. quia non intercessit animus perdendi possessionem quam se habere ignorauit, cum forte possideret per seruum, vel colonum, aut filium. Aut dubitatur, an dominium perdatur. & dicendum est, quòd non ex defectu causæ, vt l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqiren. posses. aut quæritur an contractus ipse locationis tenuerit, & dicendum est quòd non. sicque erit merces, vel pensio aliqua soluenda imo soluta tanquam indebita venit repetenda, ar. l. neque pignus. ff. de regu. iur. l. suæ rei. de contrahen. empt, & l. non solent. ff lo. quia cum verè possideat, & dominus sit, omnia repugnant locationi. arg. l. si quis an-
te. ff. de acquiren. possess. Secũdo casu quando scienter cõduxit, tunc aut cõduxit tanquã alienã tunc secũdũ gloss. & Barto. nõ perditur dominiũ, ar. d. §. differẽtia. & per regulã quæ traditur in l. iij. §. subtilius. ff. de cõdi. ob cau. An autẽ perdatur possessio, dicit glo. quòd sic, in d. l. si rẽ aliquã. arg. l. quod meo. ff. de acquiren. possess. quam opi. reprobat Iac. de are. vt refert Cyn. in d. l. qui rem propriam. & Barto. in d. l. si rem aliquam. Ratio est, quia quando dominus, & non possessor scienter conducit rem à non domino, est causa sufficiens sibi quærendi possessionem, vt in l. ei à quo. ff. de vsu. ergo multò fortius sibi retinendi, secundum Barto. Et ex hoc infertur quòd cum neutrum valet, neque possessio amitatur quòd contractus locationis inutilis redditur, sicque conductor ad pensionem non tenetur, & si qua pensio soluta est repetitur. Si verò conduxerit scienter tanquam suam propriam, & à se possessam, tunc an ex hoc perdatur dominium, gloss. sunt inuicem contrariæ, nam glo. in l. si rem aliquam. tenet quòd non perdatur, quam sequitur Iacob. de are. & Barto. per textum in d. l. ei à quo. ff. de vsuc. & ibi nota. An autem perdatur possessio etiam opi. sunt contrariæ. tamen opi. est communis. Dy. Pe. & Barto. quòd nec etiam perdatur possessio per legem ei à quo. & plenè recitat Cy. in l. ad probationem. C. lo. Huic tamen sententiæ multum obstare videtur. nam scienter conducens videtur donare. argu. l. cuius per errorem. de re. iu. & sic habet locum quòd regulariter traditur. Vbicunque præcedit ti. & sequitur conductio transfertur dominium in locatorem, vt no. in l. quædam mulier. ff. de rei vend. Sed potest sic responderi secundum Dynum & Barto. vt no. in d. l. si rem aliquam. & l. ad probationem. & l. qui rem. & pulchrè per Iaco. butri. institu. de act. §. sed istæ. aliquando intercedit verus titulus & vera traditio. & tunc sine dubio transfertur dominium. & possessio. si tradens erat dominus. l. traditionibus. C. de pact. vel si non erat dominus. transfertur conditio vsucapiendi. l. clausus. ff. de contrahen. emptio. quandoque intercedit fictus titulus, & ficta traditio. vt in casu nostro. & tunc transfertur dominium. nec possessio. in d. l. ei à quo. & l. ad probationem. Quandoque intercedit verus titulus. & ficta traditio, & tunc trãsfertur tam dominium. quàm possessio vt in l. quædam mulier. ff. de rei vendica. & l. quòd meo. de acquiren. posses. & §. interdũ. insti. de rer. diui. Quandoque econtra intercedit fictus titu. & vera traditio, & tunc transfertur vtrumque. vt in d. l. cuius per errorem. Secundo casu principali, videlicet cum dominus, & non possessor conducit à possessore, & tunc aut conducit respectu proprietatis, & tunc non transfertur dominium, nec tenet contractus locationis. vt in d. l. si rem aliquam. in fi. & l. qui rem propriam. C. lo. aut conducit respectu possessionis. & tunc aut ignoranter, & tunc in locatorem non transfertur posses-

sio

ſio, nec tenet locatio: vt d.l.ſi rem aliquam.& l. naturaliter. §.nihil commune.de acquirend.poſ. & optimè facit.C.eod.titu.& l. ſi quis ante.aut conduxit ſcienter,& transfertur in locatorẽ poſſeſsio & tenet locatio,& penſionis ſolutio.vt d.l.ſi rem aliquam.in fi.ar.d.l.quod meo.& l.interdũ.in prin. ff.de acqui.poſ. Tertio autẽ caſu, quando non dominus, ſed poſſeſſor conducit à domino non poſſeſſore, tunc diſtingue eodem modo quo proximè ſuprà dictum eſt arg. eorumdẽ iuriũ ſecundũ Bar. Quarto caſu, quando non dominus, neq; poſſeſſor conducit à domino,& poſſeſſore, tunc non eſt aliqua diſputatio cum nihil ſit, quod à conductore

7 transferatur: vt l. non ſolet.ff.lo. †Ex his autem quæ dicta ſunt, couſueuit decidi talis queſtio. Ecce quidam miles, caſtrum ſuum proprium ignoranter recepit à quodam epiſcopo in feudum, vel emphyteuſim perpetuam poſtquam in proceſſu temporis hic miles tale caſtrum vendidit, ſeu alienauit irrequiſito epiſcopo, quo audito vult epiſcopus vendicare ipſum caſtrum, tanquam ad ipſum deuolutum.per l.fin.C.de iure emphy.& in c.j.de prohi.feu.alie.per Fede.quæſitum fuit conſtante pro verò, quod ipſum caſtrum fuiſſet proprium ipſius militis,& ab eo poſſeſſum, an epiſcopus poſsit illud vendicare. & determinat Barto.de facto, ſuper hoc conſultus, quòd quia hic interuenit fictus titu.& ficta traditio, ideoq; non transfertur dominium, neque poſſeſsio.vt dictum eſt. Nec huic deciſio, ob. quòd ſit in eccleſia ſpeciale, vt dominium ſine traditione transferatur. vt l.inter diuinum.C.de ſac.ſan.eccle. quia procederet, ſi ipſe miles recepiſſet feudum, vel emphyteuſim tanquam ipſius militis rem propriam, ſed hic recepit tanquam rem eccleſiæ, ſicque non habuit animum aliquid transferendi in ipſam eccleſiam.argu.in d.l.iij.§.ſubtilius.ff.de conditi. ob cau.

EPITOME.

1 *Emphyteuta, an liberatur fructibus non natis in re emphyteutico.*

2 *Emphyteuta an liberetur propter guerram.*

3 *Si dominus producat inueſtituram contra emphyteutam denegantem ſibi traditam poſſeſsionem an adiuuetur*

4 *Per inſtrumentum inueſtituræ, an probetur dominium, & poſſeſsio locatoris.*

5 *Hæredes extranei, an ſuccedant in emphyteuſim eccleſiæ.*

6 *Filij an poſsint tenere rem emphyteuticam, ſi repudient patris hæreditatem ratione inueſtituræ factæ patri pro ſe & filijs ſuis.*

7 *Stante inueſtitura pro ſe & filijs maſcu. & fœmi. an omnes ſuccedant.*

8 *Filia dotata, an ſit excluſa filio maſculo inſtituto hæredæ quamuis inueſtitura ſit factã pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis.*

1 RECVSAVIT ET RECVSAT †Duo ergo facere recuſat, videlicet fictũ ſoluere,& rẽ dimittere,& relaxare. Quid ſi propter ſterilitatẽ fructus non ſunt nati in re emphyteutica, an liberatur emphyteuta, & dicunt quidam quòd ſic exemplo ſimplicis coloni. argu. l.ſi vno. in princi. cum ibi no. ff.lo. In contrarium determinat Cy.in d.l.j. C. de iu. emphy. Ratio eſt quia emphy. habet in re vtile dominium, idemque omne periculũ contingens in fructibus pertinet ad eum. argumen, in authẽ.de nõ alie. §.emphyteuſim.& C.de excuſa.mu. l. priuatæ. libr. x.& de ſum. patri.l.

2 quicunque lib. x. †Amplius quæritur de q.quotidiana. Ecce emphy

a teuta [a]propter guerram non poteſt laborare, nec vti frui re emphyteutica, an ſit liberatus à præſtatione ficti, ſeu canonis, videtur quòd nõ. ar gu. eorum quæ proximè dicta ſunt. In contrariũ determinat Ia.de Are. quia hoc caſu res videtur in totum conſumpta, ſicut dicitur de re flumine inundata: vt in l. iij. §. labeo. & l.interdum. §. j. ff. de acquiren. poſ. & probatur etiam in l. in vendition. §.j.de peric.& com.rei ven.& l.cum vnus. §. fi. ff.de bo. authen. iud. poſ. & vide de hoc Cyn. in d. l. j.& hanc partem ſequuntur Hoſti. & Inno. in c. fina. de lo. Rurſum quæritur, Ecce quòd dominus petit ab emphyteuta fictum ſibi ſolui, dicit empyteuta, ego non teneor, quia non tradidiſti mihi poſſeſsionem rei.

3 †Quæritur an ſit fundata intentio domini ex productione inueſtituræ, videtur quòd non, quia ad probationem huius rei non ſufficit locatio, vt l. ad probationem. C. loc. Tu in hoc coſidera formam inueſtituræ, aut enim verba ſunt ſimpliciter prolata, quia dicitur talis inueſtiuit talem de tali fundo, nec de traditione fundi aliquid exprimitur, & tunc non eſt fundata intentio domini, per d. l.ad probationem. cum iſti actus ſint ſeparati, videlicet inueſtire & tradere. vnde de vno ad aliud non eſt neceſſaria illatio. l. papi. exuli.ff. de min. ſicque probare debet dominus ſe induxiſſe emphyteutam in poſſeſsionem, quia ad hoc tenetur: vt l. fin. C. de iur. emphyteu. aut in inueſtitura ſit mentio expreſſa de traditione, & hoc poteſt contingere duobus modis, vno modo, quia dicitur in ea locauit & tradidit talem fundũ &c. non præſumitur vera, & actualis traditio, ſed probatur ſolum licentia de apprehendendo fundum, vt not. Barto. in l. prædia. ff. de acquiren.

a *Quando emphyteuta ppter guerram non poteſt laborare vide Bal. in l. vnica. §. excepto. C.de cadu. tol. Pau. de caſ. in l.filiusf. in §. j.de le. j.gl. fi. in c. vobis.xij. q.ij. domini de Ro.in ti.de teſt.deci. vi ij. inci.lego p anniuerſario in antiquis. Pau. de caſt.conſilio.xx. & liiij.& Frã. de Are.cõſi. lv.& Pe.de anch.conſi. ccccxxiiij. inci. circa iſtam perceptionem.*

pos.& .Cy in l.ij.C.eo.ti. aut in ipsa inuestitura dicitur quòd ipse fictabilis est confessus se habere possessionem dictæ rei, vel quòd ambę partes erant tempore inuestituræ in ipso fundo, & tunc præsumitur facta traditio iuxta materiam.l.cũ res C.de proba.& quòd nota.in l.j.in principio.& in d.l.prædia.de acqui.pos. Idem si dominus consti tuit se tenere nomine ipsius emphyteutę.vt d.l. quòd meo.cùm simi.

4 †Sed nunquid per instrumentum inuestituræ probetur dominium, & possessio locatoris, videtur quòd non, per d.l.ad probationem.C.loc.& c.inter dilectos. de fi.instrum. Breuiter secundum Bar. sic distingui potest, aut dominus agit contra ipsum conductorem, vel emphyteutam, & tunc cum ipse non possit refferre dominij.q.vt supra dictũ est, erit fundata intentio domini, saltẽ præsumptiue ex instrumẽto inuestituræ, aut agitur cõtra aliũ, & tunc aut aparet de sola inuestitura, & non de aliqua ficti, vel mercedis perceptione, & tunc non probatur p eũ de dominio, nec possessione ipsius locatoris, vt d.l.ad probationẽ.cum si.aut probatur etiam de mercedis, vel ficti perceptione, & tunc aut constat, quòd ille à quo, vel à qbus pcepit mercedẽ, vel fictum, & erãt vel erat de tẽtator ipsius rei tẽpore solutionis, & tũc probatur de ipsius locatoris possessiõe & dominio, aut non probatur de detẽtione soluentis, sed alterius extranei, & tunc per hanc inuestituram non probatur de ipsius dominio, vt plenè determinatur per glossam & Bart.in l.quãuis.§.si conductor.&l.qui vniuersas.§.quod per colonum. ff.de acquirend.pos.& per glo.in c.bonæ.de apel. & in c.cum bertoldus.de regu.iur. in d.c.inter dilectos.in fi.& supra dixi in titu.de turbata possessione.

5 † Rursum quia in superioribus dixi ius conductionis, & emphyteusis in hæredes trãsire, etiam si de hærede non sit expressum. argu.l. viam veritatis.C.loca.& l.si pactum.ff.de proba. quæro quid erit in emphyteusi ecclesiæ, an mortuo emphyteuta sine liberis, & per eum extraneis hæredibus institutis ipsi extranei succedant in iure emphyteutico. Reperio in hoc inter glo.& doc.contrarias opini.dixerunt quidam quòd si ecclesia dat perpetuo in emphyteusim, quòd an fieri possit, dicetur infra quòd eo casu solum descendentes vsq; ad tertiam generationem tantùm admittantur. Extranei verò penitus excluduntur, nisi pactum sit in contrarium, vt obseruatur in practica, per tex.in authen.de alie.& emphyteu.col.x.§.licentia.coniuncto §.emphyteusi. in authen.de non alie.col.ij.quam opini. sequitur Specu.in titu.de lo.in ver.vij.quæritur.& ibi p Io. andre.in addi.& in c.in præsentia.extra de proba. idem sequitur Bart.in l.si finita.§.de vec.de dam. infe.& Bal.in l.etiam.in principio.ff.sol.ma.& l.in sulam.eo.titu. Alij dicunt quòd si res ecclesiæ detur in perpetuum, porrigitur in descendentes vsque in infinitum, & ad extraneos transit propter significationem huius verbi in perpetuum, vt in l.j.§.qui in perpetuum.ff.si ag.vecti. vel emphy.pe.& l. si quis prioris. §.j.versi. certum est C. de secun. nup. & hanc partem sequitur glo. in sti.de loca.§.adeo. & in authen.quas actiones. C. de sac. san. ec. & in d.§. alienationes.& in authẽ. de non alie.§.fin. & in authen. vt liber.de cætero. & idem tenet Iac.de Bel. & in d.§.alienationes.& Rica. malũ. & Nic. mat.in d.l.etiam.& Bar.in authen.perpetua.C.de sac. san. ec. & maximè quãdo in inuestitura posita sunt illa verba communia. Ex quibus dederint &c. arg. in c.j.de feu. non habeb. propr.nat. feud. & in c. feudum. in fin. si de feud. fuerit controuer. Et prædicta locũ habent quando inuestitura perpetua facta est cum debita solennitate, quæ requiritur in alijs alienationib' aliàs autem inuestitura esset nulla, vt hodie determinatum est.in cle.j. extra de reb. ec.non alie.

6 †Sed quid dices si aliquis fuit inuestit' de castro pro se, & pro filijs suis, & eo mortuo filij eius repudiata paterna hæreditate volunt tenere castrũ titulo, & ex causa inuestiturę quæritur an possint: dic quòd sic, quia hoc ius emphyteusis transit in eos tanquam filios non tanquam hæredes ex prouisione, & acquisitione paterna. vt l.quid dicitur. ff.de ver. obli.& no per doct.in l. ij.C. de cõtrahẽ. emp. Secus autem foret si pater fuisset inuestitus pro se & hæredibus suis, vel pro se, & filijs, & hæredibus suis, quia tunc excluduntur, nisi hæreditatem adirent, quia acquisitio est facta ipsis, non tanquam filijs simpliciter, sed vt hæredibus, vt probatur in authen.de non alie. §. emphytheusis verò. & ita determinat Barto.in l.iusiurandi. §.si liberi. ff. de ope.li.& Spe. tit.de lo.§.fi. ver. lxxviij.

7 †Sed quid erit si pater fuit inuestitus pro se, & filijs suis masculis, & fœminis, an omnes pariter succedant in emphyteusim. Dic quòd sic, de iure communi, quo inspecto fœminæ non differunt à masculis in successione. vt l. maximum vitium. C.de libe. præte. nisi l. municipalis, vel patriæ consuetudo, eas à successione repelleret, quia tunc ista copula & resoluitur in vel, vt denotet potius ordinem quàm coniunctionem, & sic solum admitterentur deficientibus masculis. argumen.l.gallus.§.quidam rectè.ff.de li.& posth. & idem sequitur idem Bart. in d.l.vt iusiur. §. si liberi. ff. de ope. lib. sic dicimus in feudo, in quo talia verba resoluuntur, & intelliguntur ordine successiuo non coniunctiuo similiter. vt in c. j. §. j. in titu. episco. vel Abba. & in c. j. §. filia. in titu. de suc. feud. Inde quæritur, pater fuit inuestitus pro se, & filijs suis masculis, & fœminis, deinde ipse pater filium masculum hæredem vniuersalem instituit, filiam verò dotauit in certa quantitate, quam iussit esse tacitam, & contentam.

8 † Quæritur an per hoc filia sit exclusa à successione suæ partis rei emphytheuticæ, videtur quòd sic, per l. fœminæ. C. de sec. nup. cum similib. allega. per Specu.in titu. de loc. ver.vbi plenè tractat. sed Barto. in d.§. si liberi. tenet contrarium, quia istud semel filiæ quæsitum ex prouisione paterna, non potest per eum

auferri sine filiæ voluntate, argu. in l. si cum dotem. §. si patre. ff. soluto matri. de quo dic, vt ibi. IDCIRCO. Hæc est conclusio libelli quam tene menti.

EPITOME.

1 *Cessans in solutione non excusatur à solutione.*
2. *Dominus an cogatur recipere, volente emphiteuta soluere infra annum.*
3 *Emphyteuta soluens paucis diebus post biennium, vel triennium, an audiatur.*
4 *Dominus recipiens post tempus solutionem, an possit postea repellere emphyteutam.*
5 *Emphyteuta cessans à solutione partis ficti, an expelli possit.*
6 *Ex duobus hæredibus emphyteutæ, altero soluente, altero non, an vtrumque dominus expellere possit.*
7 *Si pro re censuali non soluatur, quod soluendum est, an expellatur.*
8 *Quis imponat censum.*
9 *Quibus rebus census imponatur.*
10 *Quid importet præstatio census.*
11 *Emphyteuta soluens censum, sed rem deteriorans, an possit expelli.*

1 FICTVM DICTI TEMPORIS preteriti. †Licet ergo cessauerit in solutione, tamen non excusatur à solutione, neque vtrumque petitur; & ficti solutio, & rei relaxatio, quod an fieri possit dicetur in gloss. se. Et qua superius dictum est, quòd si emphyteuta priuati stet per triennium, & ecclesia per bien-
2 nium, quòd expelli potest. †Quæritur[a] si em-
a phyteuta volens sibi prouidere, soluere velit pro tempore futuro vltra annum, an dominus cogendus sit recipere, videtur qd sic, per l. statulib. ff. de sta. lib. In contrarium determinat Cyn. in l. ij. in fi. C de iu. emphyteu. & idem tenet Bar. in l. cum qui. aliâs incipit iabolenus. ff. de ann. le-
3 ga. †Quid autem dices si post lapsum biennij, vel triennij ipse emphyteuta infra paucos dies offerat solutionem ficti præteriti temporis an sit audiendus; dic quòd sic per tex. in c. potuit. de loc. licet in obligationibus, quæ habent diem & pœnam, regulariter non admittitur purgatio moræ, vt lege traiecticiæ. §. de illo. ff. de actio. & obli. & not. in lege cellus de arbi. De qua purgatione moræ, quando admittitur, & quando non, plenè traditur per Dynum & Bar-
4 to. in l. insulam. ff. de ver. ob. †Sed quid si lapso tempore dominus fictum sponte recepit, an nihilominus poterit dominus emphyteutam deijcere. Dic quod non, quia taliter recipiendo sibi præiudicat in iure deijciendi, nisi fuerit in contrarium protestatus, vt not. per gl. & doc. in d. l. ij. & ad hoc facit. l. post diem. ff. de lega.
5 commiss. †Posteà queritur ponè quòd emphyteuta solam partem ficti soluit, & in solutione alterius partis per triennium cessauit, quæritur an possit expelli, videtur quòd non, argu. lege post diem. tu dic contra argu. lege obsignatione. cum ibi no. C. de solu. & l. tutor. §. lucius. ff. de vsur. Non ob. dicta l. post diem, quia loquitur quando solutio particularis recipitur post moram iam contractam, hic quando præuenit. Ratio est, quia priori casu dicitur dominus recipiendo iuri deijciendi sibi iam quæsito renunciare, quæ ratio cessat in secundo casu.
6 †Circa hoc quæritur, pone quod emphyteuta decessit duobus hæredibus derelictis, quorũ vnus soluit partẽ suã ficti, alter cessauit, an poterit vtrũque deijcere, dic quòd sic, vt l. hæredes. §. an ea. ff. fa. hær. versi. idẽ iuris. & not. p Bartolum & Dyn. in lege stipulationum aliæ. §. fi. de verborum obliga. & l. fraudati. ff. de pub. quod nota. quia plerumque
7 contingit de facto. †Sed quid dices de re censuali pro qua singulis annis soluitur aliquid pro censu, an propter cessationem solutionis poterit quis expelli de re censuali. Gloss. dicit quòd non, & Innocen. in capitulo constitutus. de reli. domi. & per hoc
b habes[b] vnam differentiam inter rem censualem, & emphyteuticam. Alia etiã est differentia. nam in re cẽsuali trãsfertur in accipiẽtem vtrumque dominium, tam directum, quàm vtile, vt no. in d. c. constitutus. quod non est in re emphyteutica, in qua solum transit vtile, vt dictum
c est. Sed circa censum[c] aliqua videamus. Primo quis possit imponere censum. Secundo quibus rebus possit imponi census. Tertio quid importat præstatio census, de quibus plenè nota. per Gof. &
8 †Host. in sum. de censi. Dic ergo quantum ad primum quòd Imperator potest imponere censum, vt C. sine censu. vel reliq. l. fi. & ff. de censi. l. j. cum se. Item papa, vt in c. accepimus. extra de priuileg. Item episcopi, prælati, patron., & fundatores ecclesiarum, vt in c. constitutus. de re. do. & in c.

a *Queritur vide Bal. in l. plures. in fi. de fide instr. Bal. & doc. in l. ita stipulantem ff. de verbo. obli. Bal. in l. ij. C. de iu. emphy. spe. ti. de loca. in. §. vj. versicu. xxxij. & ibi Bal. in addi. ver. potest solui.*

De ista protestatione. vide c. fi. extra de lo. & Bar. in l. fi. de eo q. cer. lo. ff. & Bal. in c. j. quo tẽpore miles &c. in vsi. feu. col. x. &c. & videtur renunciare protestationi, qui vnũ dicit, & aliud facit ita dicit In no. in c. tua. de spõs. & Bald. no. in repe. in ver. renunciare.

b *Ibi, & per hoc habes. & vide gl. in c. dilectus de capel. mo. doc. in c. querelam. de iur. iur. & per to. ti. de censi. Bar. in l. j. ff. de publica.*

c *No. aliqua de cẽsu. vide in c. phi bemus. in c. significauit & in c. præterea. de cẽsi in c. cum te. de et. & qua. in cle. j. de stat. mo. in §. ad hæc in c. seruitium. xviij. quas. iij. in c. nullus episco. j q. j. in ca. quoniã. de vi. & hon. cler. & in cle. j. de cẽs.*

9 præterea. de cen. cum si. †Circa secundũ quibus rebus imponatur Respondeo quod dupliciter potest imponi, videlicet personis, & rebus, vt in l. ætatem. cum. l. seq. ff. de cen. licet de iure canonico imponatur rebus tantum, vt colligitur in d. cap. accepimus. & in c. præterea.

10 †Quo autem ad tertium, dic quod de iure can. aliquando est perceptio cẽsus in signũ subiectiõis, vt in c. ij. de cẽs. & facit l. j. cũ seq. C. de cẽsi. li. xj. Aliquãdo est signũ perceptę libertatis, puta quãdo ecclesia aliqua dat papæ piper, vel aliud ꝑ cẽsu, quo casu videtur exempta à subiectione episcopi, & immediate subiecta ipsi papę. Aliquando est signum assumptæ solius protectionis, quæ tamen est modicæ vtilitatis, vt hęc habentur, & no. per gl. in c. accepimus. de priuileg. & in c. ex parte

11 tua. eo. ti. †Sed quid si emphyteuta soluit censum, rem tamen emphyteuticam deterioret, an poterit expelli, videtur quòd non cùm sit ius singulare in acclesia tantum ergo in priuato erit contrarium. argum. in l. ius singulare. ff. de le. Iac. de bel. determinat idem iuris esse in vtroq; ar. l. eedem. in fi. C. lo. cum paritas rationis paritatem iuris exposcat. l. illud. ff. ad l. acqui. cum si.

a *Solet. vide Ab. in c. dilectus. de offic. or. loca. in c. peruenit. de cẽsi. spe. ti. de feu. in. §. j.*

EPITOME.

1 *An poßit peti ab emphyteuta, vt fictum soluat, & à re cadat.*

2 *Domino an liceat propria auctoritate emphyteutam non soluentem deijcere.*

NEC NON ADMITTEDUM. 1 †Solet a dubitari, an vtrumq; posset eodem libello simul peti, videlicet quòd deijciatur à re, & quòd fictum soluat, & gl. in d. l. ij. C. de iur. emphy. tenet quòd non. Alij contra, vt refert ibi Cy. distingue verius secundum Iac. de are aut dominus primo deiecit. posteà possessionem petit, & tunc auditur, vt in auth. de non alie. §. scire, & in auth. de alie. & emphy. §. si verò. & l. colonus. ff. lo. sicut & aliâs dicitur quòd petitio pœnæ non præiudicat petitioni rei, vt ff. de arbi. l. si rem. aut primo pensionem exigit, & posteà deijcere vult. & tunc aut consequutus est pensionem temporis præteriti, aut futuri. Primo casu, aut consequutus est simpliciter sine aliqua protestatione, & non poterit deijcere, quasi mora sit purgata. arg. ff. si quis cau. l. ij. & l. fi. ff. de eo quod cer. lo. aut exigit cum protestatione, saluo iure &c. Et tunc poterit deijcere, ar. l. si debito. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. Secundo casu quando recipit pro futuro, tunc indistinctè non poterit deijcere, arg. l. qui in futurum. ff. de pact. & de do. exce. l. ij. §. non malè. & l. post diem. de l.

2 commis. †Circa hoc quæritur, an domino liceat sua propria auctoritate sine iudicis licentia emphyteutam non soluentem deijcere, & glos. dicit quòd sic. in d. l. ij. C. de iur. emphy. licet consultius fieret, si cum iudicis auctoritate deijceret, arg. l. creditores. C. de pig. Pe. autem dicit quòd non licet, per l. non est singulis. cum si. de re. iur. licet simplex colonus qui nullum ius habet in re, posit propria auctoritate per dominum expelli. dic vt ibi per Cynum & plenius per Spe. tit. de loca. ver. xlviij.

EPITOME.

1 *Quæ comprehendantur appellatione melioramentorum.*

2 *Emphyteuta an poßit alienare melioramenta domino irrequisito.*

3 *Emens melioramenta, domino soluere debet quinquagesimam, & accipere ab eo possessionem.*

4 *Ecclesia decepta in conceßione rei emphyteutica, an posit petere restitutionẽ contractus.*

5 *Non est ius quæsitum ecclesiæ, quantuncunque sit dictum in alienatione, quòd omni anno soluatur tale quid tali ecclesiæ.*

CUM OMNI suo melioramento. Ista melioramenta appellantur in iure emponemata, vt habetur in l. ij. C. de iur. emphyteut.

1 †Quæritur quæ comprehendantur melioramentorum appellatione. Dic breuiter quòd omnia ædificata, plantata, vel sata. alia autem posita ad tempus, non affixa solo, vel ædibus, vt puta bancha, vasa, currus, & simi. non includuntur inter melioramenta, vt probatur in l. fundi. §.

2 si rura. ff de actio. empti. †Posteà quæritur an hæc melioramenta posit emphyteuta irrequisito domino alienare. Dic quòd non, sed eius consensus requiritur, vt d. l. fina. in princip. C. de iur. emphyteut. & fieri debet alienatio in personam non prohibitam, vt sunt seruus, ecclesia, valuasores, locus religiosus, & alij inhabiles difficultate conueniendi, & à iure priuile-

3 giati. †Et nota quòd is, in quem fit alienatio debet soluere domino quinquagesimam partem precij, & ipse dominus debet per seipsum ponere in possessionem, vt in dicta lege fina. & si forsitan iste nouus emptor voluerit posteà alienare debebit primum dominum requirere, vt nota. per glossam & docto. in dicta lege fina. & Bertol. in lege si domus. §. fina. ff. de lega. j.

Quæro

Quæro aliquis legauit x. ecclesiæ, soluenda super domo sua, an si cessetur à solutione per biennium res cadat in commissum & fit aperta ecclesiæ, dic quòd non. Imo licitum est sine requisitione, & consensu ecclesiæ ipsam rem alienare, vt no. in l. nihil. ff de leg. j. & in l. libertus. j. re spon. ff. de annu. le. quam opi. sequitur Spe. in d. tit. de loc. ver. cxviij. si tamen legatum esset perpetuum, tunc secundum eum esset necessarius consensus ecclesiæ in alienatiõe, vt no. ver. lxxxvj. vbi vide.

4 † Deinde quæritur quid si ecclesia, vel alia priuata persona sit decepta in concessione huius rei emphyteuticæ vltra dimidiam iusti præcij, an possit petere contractum rescindi. Specu. deter. quòd sic. in ver. lxxx. quæritur. arg. in l. ij. C. de rescin. vend. & in c. cum dilectus. extra de emp. & vendi. Pro qua decis. est gloss. singu. l. si ea petitione. C. de vsur.

5 † Posteà quæritur. Ecce. aliquis vendidit fundum cum onere soluendi libram vnam candelarum tali ecclesiæ omni anno nomine ficti, quod ibi debetur, quæritur an per hoc fit ius ecclesiæ quæsitum. Dic quòd non. vt deter. Specul. in ver. lxxiiij. in ti. de lo. nisi nomine ecclesiæ fuerit expressè stipulatus, quo casu ipsa ratum habente, sibi ius quæritur etiam aliter non appetente de bonis ipsius ecclesiæ, vt ibi per eum, per quam Specula. in hac materia in titu. præallega. formatur alie infinite. quæstio. de quibus ibi videre potes per eum, vbi latius examinat.

Forma libelli in actione hypothecaria.

CORAM VOBIS D. B. Vicarios. &c. dicit, narrat, significat, & proponit Simon. spelta procurator & procuratorio. nomine spectabilis viri Ray. de beccaria de plebe, agendo, & agere volendo & hanc petitionem dirigendo contra & aduersus Philipp. de sobertis, & contra quancunque aliam personam pro eo, seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem non in modum solennis libelli, sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis. Dicens, & proponens idem Simon nomine quo supra. quòd scriptus Philipp. fuit confessus. & contentus se habuisse, & recepisse à suprascripto Ray. mutuo, & causa mutui, gratis, & amore, & sine vlla vsurarum conuentione floren. mille, quod eidem Ray. infra certum terminum iam elapsum reddere, & restituere promisit, in pecunia numerata sub obligatione omnium suorum bonorum, prout de præmissis, & alijs constat publico instrumento inde tradito, & rogato per M. municulam notarium Papiæ, quod quidem instrumentum, ne ipse Philipp. vllam possit prætendere ignorantiam, vel excusationem, idem si nomine quo suprà ex nunc coram vobis exhibet & producit in forma publica. Rursum dicit & proponit idem procura. quòd suprascriptus Philippus in vna alia parte fuit confessus & contentus se habuisse, & recepisse in deposito, & ex causa depositi flor. centum boni auri & iusti ponderis à supra scripto Ray. quos etiam sibi reddere, & restituere promisit intra certum terminum iam elapsum sub eadam obligatione bonorum suorum, prout etiam de his, & alijs constat publico instrumento tradito, & rogato per suprascriptum notarium, quod quidam instrumentum in forma publica exnunc producit, & exhibet procurator antedictus. Denique etiam dicit, & proponit ipse procurator, quod tempore dictorum mutui, & obligationum prædictarum, præfatus Phili. & ante, & post tenuit, & possedit & hodie tenet, & possidet pro sua, & tanquam sua domum vnam muratam coopertam, positam in papia in porta pertusij cui coheret &c. Ipsi Ray. ex causis memoratis pignori, & hypothecę obligatam quã tamen domum ipse Phili. dimittere, & relaxare ipsi Ray. iure pignoris recusauit præsentaliterque recusat, licet indebitè & iniustè. Quæ cum prædicta vera sint petit, & requirit d. Si. nomine quo supra per vos, & vestram sententiam diffinitiuam pronunciari, & declarari dictam domum fuisse, & esse pignori obligatam, & hypothecatam ex causis suprascriptis Ray. præfato, & condennari per vos & per dictam sententiam vestram, & condennatum iuri remedijs compelli suprascriptum Philip. ad dimittendum, & relaxandum iure pignoris, & hypothecæ domũ antedictam suprascripto Ray. seu dicto eius nomine simul cum fructibus damnis, & interesse, passis, factis, ac faciendis, & patiendis in futurum de quibus liquidabitur in processu, & prædicta per vos fieri petit. & executioni mandari omni via, iuris &c. Deducendo in præsenti iudicio &c. Saluo iure &c. Non astringens se &c.

EPITOME.

1 *An plures actiones possint deduci in vno libello.*

CORAM VOBIS. Circa formam libelli, attende quòd duæ diuersę actiones, & obligationes deducuntur in eo, & ex diuersis causis quarum altera est realis, videlicet hypothecaria, alia personalis, videlicet actio depositi, & mutui. Sed aduertandum quòd hypothecaria deducitur principaliter, aliam in consequentiam.

1 † Vnde reuocari solet in dubium an plures actiones possint in vno, & eodem libello proponi, super quo conclusiuè dic, quòd aut hæ plures actiones ita se habent, quod sententia lata in vna parit exceptio. rei iudica. in alia & tunc non possunt in eodem libello eodem tempore regulariter proponi istæ tales plures actiones, sed locus est electioni, vt probatur in le. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributis. & in lege cum filijs.

§.varijs.ff.de leg.ij.aut ita se habẽt quòd sententia lata in vna non parit exce.rei iudi.in alia,& tunc admittitur cumulatio, & propositio plurium actionum simul.vt l.si idẽ cum eo.ff.de iu.om.iud.& l.hæredes.§.de pluribus.ff.fam.hęr.& ꝗ no.per glo.in c.quærelam.de elec. facit l.fi.de an.excep.De quo vide quòd plené no.per Dy.in c.nullus pluribus.de re iudi.lib.vj.& ꝑ doct. in l.edita.C.de eden.& ego scripsi supra in primo libello.An autem plures personæ ex causis diuersis obligatæ possint in vno & eodem libello conueniri.Puto quod non, iuxta ea quæ dicta sunt in forma libelli plurium reorum debendi.Nã quilibet per se habere debet ius deliberandi,& contra quemlibet est offerẽdus libellus,vt in auth.offeratur.C.de li.contesta.& l.j.§.j.ff. de eden.facit d.l.fi.C.de an.except. Sed an ꝑsonalis& hypothecaria possint simul eodem tempore proponi, & intentari contra eundem, dicam infra.

a Not. quãdo ciuitas accipit pecuniam mutuo.& per Ioã.de imo.& Barba. in d.c.primo deposi.

EPITOME.

MVTVO ET EX CAVSA mutui.Valde frequens est hic tractatus,ideo que notãda. 1 †Dicitur autem mutuum ex eo quod de meo tuum fit,vt in lege.ij.§.appellata.ff.si certum pe.si tamen quód non ipsum mutuum datum,sed tantumdem in eodem genere restituatur,vt in d. le.ij.in prin.& l.cum quid.eod.ti.cum si.Et pro hoc colligitur differentia inter contractum venditionis,donationis,& si.in quibus non agitur.vt id ꝗ traditur,vel aliud reddatur.

2 †Sciendum est autẽ quòd ex causa mutui nedum obligatur singularis persona, sed etiam ecclesia, vt in auth.hoc ius porrectũ.C.de sac.san.ec.& etiã quelibet communitas,& vniuersitas,vt l.ciuitas. & plené per Bart.ff.si cer.pe. Dumtamen vtroque casu probetur quód pecunia si versa. in vtilitatem ciuitatis,ecclesie,vt plené etiam no.per Inn.in c. j.de depo.Et adde quòd infra.e.ti.scripsit in gl.sup ver.sub eadam obligatione bonorum. 3 †Sed circa prædicta,queritur qualiter probetur per creditorem pecuniam esse versam in vtilitatem ciuitatis,vel ecclesiæ distingue secundum Bar.vbi supra aut ciuitas illa,vel repræsentantes ipsam receperunt pecuniam mutuo in certam causam & tũc prçsumitur versa in eius vtilitatem,aut sindicus ciuitatis pecuniam mutuo sũpsit, & tunc habuit mãdatum speciale ad accipiendum pecuniam mutuo in certam causam,& tunc præsumitur versam in illam causam,& in eius vtilitatem,ar.in l.qui habebat.ff.de insti.aut non habebat speciale mandatũ ad accipiendum pecuniam in certam causam,& tunc sufficit quód sindicus dicat,& confiteatur se in certam causam recipere,& præsumitur eodem casu ipsa pecunia in d.causam conuersa,licet aliter non appareat de ipsa conuersione,ar.l.j.§.vbi autem ver.quandoq; quæritur.ff.de exer.& ita sentit Azo.in sum.de exer.Quandoque nullum habebat speciale mandatum super pecunia mutuo assumenda sed simpliciter habebat administrationẽ ciuitatis,&tũc probari debet ꝑ testes,vel instrumenta, quòd ipsa pecunia sit conuersa in vtilitatẽ ciuitatis,& hoc casu locum habet d.l.ciuitas. & authẽ.hoc ius porrectum.secundum gl.& doct.in d.l.ij.§.fi.

4 †Hic generalius quęro, quæ solennitas seruatur ad repetendum mutuum ciuitatis,[a] glo.i.in d. le.ciuitas.ff.si cer.peta. dicit quòd creditor debebit probare pecuniam versum in vtilitatem ciuitatis,dicit ibi hoc esse verum quòd administrator ciuitatis ex generali potestate sibi concessa potest accipere mutuum,sed si habuit in mandatis ad accipiendum pecuniam mutuo specialiter, non incum

incumbit onus probandi creditori, sicut non incũberet cum contraxisset cum ciuitate, vel eius generali consilio, quod vicem populi repræsentat, vt dicit glo. sing. quæ non est alibi sic loquens. C. quæ sit long. consue. in rub. & quòd hæc probatio non sit necessaria, ex quo speciale mandatum habet, est casus in l. habebat. ff. de instit. Fallit si mandatum speciale habuisset ad accipiendum pecuniam mutuo in certam causam conuerten. nam tũc mutuans debet esse curiosus vt in eam causam conuertatur, saluo nisi accipiens pecuniam mutuo, dixerit quòd in aliam causam pecuniam assumebat, tex. est in l. j. §. vbi autem. versi. vnde quæritur, & versi. sed & si in præcijs. ff. de exerce. Sis ergo cautus qui contrahis cum talibus administratoribus, vt in instrumento facias apponi verba prędicta ad omne dubium remouendum, facit inst. de exce. §. diuersum. Probat autem pecuniam mutuans esse versam, primo per probationes hoc necessario concludentes. Secũdo per coniecturas puta si consilio ciuitatis præsente administratore accipit pecuniam, vel etiam quia tunc ciuitas egebat pecunia, secundum Cyn. in authẽ. hoc ius porrectum. Guil. tamen dixit semper requiri probationes necessario concludentes, sed hoc non placet Inno. in c. j. extrà de depo. dic vt ibi. conclude ergo quòd hæc l. habet locum in administratore ciuitatis, qui ex generali mandato habet po-

5 tentiam accipiendi pecuniam mutuo. †Succurritur autem mutuanti cum probare non potest pecuniam versam in vtilitatem, vt agat contra ciuitatem. Si autem opponitur quòd in vtilitatem ciuitatis pecunia non est versa faciat citari administratorem, vt causæ ipse assistat: vt C. de euic. l. parentes. & si non probat mandatum suum, tenebitur de dolo, ex quo se administratorem asserit vt l. si legatarius. & l. quidam. ff. de do. in gl. probato autem mandato, nisi ipse probet pecuniam fore versam in vtilitatem ciuitatis conuenietur cõditione ob causam, eo quod pecunia fuit data, vt in vtilitatem ciuitatis conuerteretur, & cor uersa

6 non est. †Sed quid si ipse dicit dedi thesaurario non habui vlterius me intromittere. Dic quod mutuans poterit contra ciuitatem vt contra thesaurarium cedat sua iur. Nam per hoc consequeretur mutuans pecuniam sine ciuitatis dispendio. vt l. in creditore. in prin. ff. de euic. & hoc modo

7 practica legem istam. †Item aduerte quòd licet creditori non incumbat onus probandi fuisse pecuniam versam in vtilitatem ciuitatis, vt in casibus suprà dictis, tamen ciuitas poterit petere re[illegible]in integ. & restituetur læsione probata non ex [illegible] rei publicæ: vt l. res publica. C. qui ex ca[illegible] sed ex clausula generali, si qua mihi iusta &c. restitueretur probata læsione, & non aliter, cum in ciuitate sunt semper homines industriosi. Secus autem de minore accipiente pecuniam [illegible] qui nõ habet aliter probare de læsione vt l. j. C. si aduer. cre. & ibi per Cy. saluo nisi probet dictum minorem industriosum. vt no. glo. in l. j. secundum primam lec. C. qui & aduer.

8 quos. †Item scias quòd contract* mutui ab habẽte potestatem legem condendi sit lex. vt ff. de publ. l. Cæsar. & C. de do. inter vi. & vxo. l. pe. sicut per l. omnes subditi. possunt legari, ita per contractus. Ideo sindicus constitutus ad accipiẽdam pecuniã mutuo, & ad obligandum ciuitatem, & ciues singulares poterit eos singulariter obligare. itaque in quemlibet singulariter poterit fieri executio debiti, licet aliàs pro debito ciuitatis singulares ciues non sint vexãdi: vt l. j. ff. quod cuiusque vniuer. no. & hoc mirum, quia sicut pro delictis ciuitatis obligantur singulares ciues. vt l. metum. §. aduertẽdũ. ff. quod me. cã. de regu. in leg. aliud. §. refertur. ita per contractum. vt ff. de iudi. l. omnem. Conclude etiam vnũ singulare, quòd qui suo nomine mutuam pecuniam sumere non potest nisi in certo casu, in eo casu, nunquam pecuniam assumpsisse præsumitur. nisi sit miles. vt l. penult. ad mace. per locum à speciali. Angel. in d. l. ciuitas. ff. si certum peta.

a Quæro quotuplex[a] est mutuum. Respõdeo mutuũ esse triplex. Est enim quoddam naturale tantùm, quoddã ciuile tantùm, quoddam autem ciuile, cui natura cooperatur, Naturale quidem mutuũ tantùm est quãdo res quæ datur tibi mutuo à me traditur, vel ab alio nomine meo, vt l. certi conditio. in fine & l. singularia. & l. proinde. ff. si cer. peta. & not. per Barto. in l. ij. §. appellata.

9 eod. titul. † Ciuile verò tantùm est illud, quod per simplicem oris confessionem contrahitur, puta cum dicitur. Talis fuit confessus habuisse & recepisse mutuo &c. vt hîc. & talis modus contrahendi est in communi stylo, & vsu, de quo loquitur. l. j. & ij. & l. si ex cautione. C. de non nume pecu. & insti. de lit. ob. in princi. Cuius quidem mutui natura est, vt ille qui sic confessus

b est si conueniatur[b] ante biennium possit opponere exce. non nu. pecu. nisi ipsi exceptioni expressè renunciasset, vt fit quotidie in instrumentis. Post biennium verò habet os clausum ne possit talem exceptionẽ opponere, quia præsumitur numerata, nisi probet contrarium, vt hæc habentur in l. in contractibus. in princip. & l. si ex cautione.

a *No. quotuplex est mutuum, vide glo. & per Bar. in l. ij. in §. fi. ff. si cer. pe. Bal. in rubri. C. eo. tit.*

b *Si cõueniatur ante bienium, adde & vide Pa no. in c. fin. de pig. vbi dicit quòd debitor potest agere triplici via sed debet pbare pecuniam nõ nume. sed ante biẽniũ est secus quia præsumitur quod debitor anxietate habendæ pecuniam fuerit confessus.*

cum simi. C. de non nume. pecu. &
eodem modo præsumitur numerata,
si notarius dicat in instrumẽto quòd
talis numerauit, vel talis mutuo ha
buit, & recepit, vel similia verba,
quæ actum naturalem significant
accessisse, sed tamen caueat notari
us, ne his verbis vtatur, nisi videat
pecuniam in præsenti, vt ibi not.
10 docto. † Ciuile autem mutuum,
cui natura cooperatur est illud, quã
do stipulatio intercessit de mutuo
restituendo facta numeratione, vel
ante, de quo loquitur l. si ita fuero.
in fi. & l. cum enim ff. de noua. ve-
rum quãuis in specie mutuata quis
appareat obligatus ad restitutionẽ
mutui, teneretur etiam si casu for-
tuito periret. l. incendium. C. si cer.
peta. & l. quod te. ff. eod. titul. quæ
restitutio est fienda in eadem boni-
tate. l. cum quid. ff. si cer. peta. & l.
11 triticum ff. de verb. obliga. † Pro
declaratiõe præmissorum, quęro de
aliquibus, & primo quæritur, ecce
notarius dixit in instrumẽto, Titius
fuit confessus se centum mutuo re-
cepisse, testes verò in instrumento
descripti, dicunt quòd nulla inter-
cessit pecunia, nec numeratio, an
ex hoc redarguatur instrumentum
de falso. Et certè dicendum est,
quòd non, quia instrumentum lo-
quitur de mutuo ciuili, testes verò
deponunt super mutuo naturali, &
sic sunt diuersi non aduersi: vt tenet
Barto. in l. singularia. in fin. ff. si cer
tum peta. vnde non probat hoc esse
&c. vt l. non hoc. C. vnde cog. &
l. neque natales. C. de proba. facit
quod not. Barto. in l. prædia. ff. de
12 acquirend. posses. † Deinde cir-
ca hoc insurgit tale dubium, posito
quòd si quis confiteatur, an præsu-
matur recepisse pecuniam tempore
ipsius confessionis conscripti instru-
menti, an verò retro ante ipsam cõ
fessionem. Et videtur quod præsum-
ptio sit ipsum recepisse retro quia
ista verba recepisse sunt præteriti
temporis, & plusquam perfecti, er-
go repræsentant, & important actũ
numerationis fuisse gestum retro,
non autem de præsẽti, vt l. aurelius.
§. titius seyo. ff. de li. le. in fi. sui. In
oppositum deter. Barto in l. si ita sti-
pulatus. §. grisogonus. ff. de ver. ob.
& in l. certi conditio. §. si nummos.
ff. si cer. pe. & d. le. prędia. ff. de acqui.
poss. & plenius in l. post dotem. ff. sol.

Not. quòd pcurator cõstitutus ad recipiẽdum pecuniã mutuo. si cõfitẽtur se recepisse non obligatur dominus.

mat. quia in re dubia verba, & eorũ significationes re
ferenda sunt ad tempus instrumenti, quando actus
qui geritur est talis naturæ, vt poterit interuenisse
eo tempore, ar. d. §. grisogonus. & quod alibi di-
citur in materia. l. sciendum. ff. de ver. obli. quæ ta-
men præsumptio confunderetur, si testes in instru
mento descripti dicerent pecuniam nullam tunc
fuisse numeratam, nec tamen pro hoc impugna-
retur virtus instrumenti, quia eo casu intelligen-
dum esset de numeratione longa, vel proxima re
13 tro facta ante ipsum instrumentum. † Quid di-
ces si in libello dicatur sic. Domine iudex dico me
mutuasse Sempronio c. & inde produco instru-
mentum, in quo confessus est se mutuo à me re-
cepisse dicta centum. an sit per d. instrumentum
probata mea intẽtio, vel petitio, dic breuiter quòd
sic, secundùm Bar. vbi suprà: quia verbum mutuas
se, ita verificatur in actu ficto, sicut in vero & mu
14 tuo ciuili, sicut in naturali. † Sed quid si pro-
duco dicto libello ad eius probationem pro-
ducto instrumentum, in quo nedum contine-
tur confessio de qua suprà, sed etiam quòd ipse
Sempronius solenniter promisit dictam pecu-
niam restituere, prout communiter fit in instru-
mentis, an procedit dictus libellus, videtur quod
non, quia per formam dicti libelli videtur intenta
ta cer. conditio de mutuo, de qua in l. certi. condi
tio. in prin. ff. si cer. peta. & instrumentum probat
de actione ex stipulatu, vt l. si ita fuero stipulatus.
in fi. & l. cum enim. ff. de no. In contrarium fa-
cit, quia verba libelli debent interpretari secun-
dum proferentem: vt l. si quis intentione. ff. de
iud. vnde erit intelligendum de mutuo, cui natu-
ra cooperatur. Aduerte quòd Bar. sibi in hoc fuit
contrarius, nam in d. §. grisogonus. circa fin. te-
nere voluit primam partem, deinde in d. §. si nũ
mos. tenuit secundam, & eam puto veriorem. vn-
de propter hæc, & alia facta sunt in bonis terris, &
prouincijs statuta, seu capitula, quòd quælibet pe
titio quæ rem contineat, & causam, intelligatur to
15 lerabilis. † Amplius queritur si aliquis sit consti
a tutus procurator [a] ad recipiendum pecuniam mu
tuo, an si confiteatur, tam in mutuo ciuili quã etiã
naturali, vt suprà dictum est, obliget dominũ, vide
tur qđ sic, q̃a cũ sit mãdatũ ad cõtrahẽdũ mutuũ
ergo eius mandatum extenditur ad vtrumque. In
contrariũ deter. Bar. in l. ij. §. verbis. ff. si cer. pe. &
est ratio secũdũ eũ, q̃a illud verbũ ad recipiẽdum
habet qualificare, & restringere illud mutuo ad ip
sũ actũ naturalẽ tãtũ, ideoq; ipse dñs de ciuili mu
tuo nõ obligatur. ar. in leg. j. §. si mutuã. ff. si qd in
frau pat. & ff. de no. l. debitorem meũ. cum ibi no.
16 † Quid ergo si in ipso instrumẽto procur. fit di
ctũ procur. cõstituit ad accipiẽdũ mutuo, & ad cõ
fitẽdũ pecuniã ipsam recepisse, an tũc obligabitur
dominus si ipse pcur. simpliciter cõfiteatur pecu
niã mutuo recepisse videtur quòd sic, quia hoc est
expressũ in mãdato. In cõtrariũ deter. idem Bar.
vbi suprà. & ratio q̃a illa verba q̃ subijciũtur ad cõ
fitẽdũ se recepisse &c. sunt intelligẽda de pecunia
recepta

recepta, quam accipiendã mandauit, cum dixit ad accipiendũ mutuo & c. nã illa verba aliter intellecta importarent donationẽ, quæ in dubio non videtur ꝓcuratori concessa. vt l. filiusfa. in prin. ff. de do. & l. contra iuris ciui. §. fi. ff. de pac.

EPITOME.

Vsuraan omni iure sint prohibitæ. nu. 2. 3. & 4.
Quæ sit causa ꝓhibitionis vsurarũ, tam iure diuino, quã cano. & quæ causæ permissionis de iure ciui. nu. 6.

SI N E aliqua vsurarum conuẽtione. Hic ergo diligẽter aduertas, quia mũdus hodie nõ sustinetur, nec regitur, nisi de vsuris. nam charitas mortua est, & dilectio proximi.[a] † Videamus igitur an omni iure sint ipse vsuræ prohibitæ vel aliquo iure concesso. de qua. q. plenè tractauit Tho. de aquino, in suo libro qui intitulatur scđa secũde. q. lxxvj. alias lxxviij. & per Gratianũ. in decreto. xiiij. q. j. cũ se. & per Cy. in auth. ad hæc. C. de vsu & arguendo videtur quòd vsuræ sunt permissæ iure naturali. Certũ est em̃ ꝙ iuri & rõni naturali congruit. vt benefacienti benefaciã. alioquin vitium esset ingratitudinis, quæ fontẽ exurit pietatis, vt l. sed si. §. cõsuluit. ff. de pe. hær. dare aũt mutuãti, pro remuneratione seruitij accepti, vr̃ eẽ concessũ. Prætereà, iure naturali licet cuicũq; de suo dare, & à dãte spõtaneæ recipe. vt l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. & l. traditionib⁹. C. de pac. l. traditio. ff. de acqui. re. do. cũ si. sed ille qui pecuniã mu-
2 tuo assũpsit, spõte dat ipsã vsurã. ergo &c. † Rursũ[b]
b videtur ꝑmissa de iu. ci. vt patet tã in iure fforũ, quã C. & auth. in ti. de vsu. Ampli⁹ etiã videtur permissa iure decretorũ. in c. salubriter. & in c. nauiganti. cum ibi no. de vsu. Cæterũ videtur fore permissa iure diui. per id qđ dicitur Luce xix ego veniens cum vsuris exigissem illã. s. pecuniã mutuatam & in Deuteron. xxiiij. Non fœneraberis fratri tuo, sed alieno. & xxix. c. fœneraberis gentibus multis. Pro hac parte induco expressè tex. quem non alle. Tho. prædictus. ecclesiastici, xxj. c. vbi. sic dicit. Fœnerare proximo tuo, in tp̃e necessitatis illius, & iterum redde proximo tuo in tempore suo. multi quasi inuentionẽ æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam, his qui se adiuuauerũt, donec accipiat osculatur manum dantis, & in promissionibus ; humiliat vocem suã. & in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tedij & murmurationum, & tempus causabitur. Si autem potuerit reddere aduersabitur solidi vix reddet dimidium & computabit illud quasi inuentionem. Si autem fraudabit illum pecuniã suã & possidebit illum inimicũ gratis, & cõuitia & ma

[redacted]

3

dum eundem Tho. vt de equo aut domo, vel libro ad vsum mutuo concesso, vel commodato. Cur non ergo non sic in pecunia numerata mutuo concessa. Prætereà secundum eundem Tho. licet præmium accipere de peccunia alij concessa ad ostentationem, vel ad ponẽdum loco pignoris, cur ergo non sic dicetur in pecu. ad numerum concessa, porrò etiam secundum eum licitum est de pecunia quam quis ponit apud mercatorem vel artificem exigere partem aliquam lucri, & pacisci de aliqua parte lucri sibi danda. ergo sic videtur licitum in eo qui pecuniã ponit ex causa mutui apud aliquem indigẽtem. Insuper secundum eundem ille qui mutuo dat pecu. nume. potest licitè pacisci de aliquo sibi dãdo in recompẽsationem damni sui, per qđ ei subtrahitur aliquid, quia per hoc non venditur vsus pecuniæ sed vitatur damnum, cur ergo non sic erit in quocunque casu cum pecunia non possit in alium transferri sine damno dantis, qui fuisset de ea prædium empturus, vel mercimonia, & qui mutuando submittitur se periculo perditiõis ei⁹ multis, & varijs modis.
4 † In contrariũ videtur quod omni iure sit prohibita. Primò iure naturali, quia contra naturam est, quòd pecunia germinet pecuniam. Item quia est contra naturalem instinctũ quo homo homini ad seruiendum alligatur. Deinde prohibita est de iure diuino Exod. xxij. cũ dicitur. si pecuniã mutuo dederis pupillo meo pauperi, non vrgebis eũ quasi exactor. nec vsuris opprimes, & in psalmo scribitur, & qui pecuniã suam nõ dederit ad vsuram, & in euangelio Mahei. mutuum dantes, nihil inde sperantes. Iure etiam cano. est prohibita, & diuino simul, vt patet xxxiiij. q. j. cum sequẽ. per to. & in cle. j de vsu. Amplius videtur etiã ꝓhibita iure ciuili, quo Imperator dicit quod leges non dedignantur imitari sacros canones, vt in authen. de eccl. titu. & mandat Imperator obseruari quatuor generalia concilia & in eis

a *No. hic multa pulchra, de vsuris, vide Leui. xxv. ca. & Exod. xxij. c. & Deuterno. xxiij. & psal. xxiiij. inci. domine quis habitabit. & Ezechiel xviij. & Lucæ vj. c. & in c. quære in omnibus. de vsu. & in c. quoniam multi. xlvij. distinctio.*

b *Rursum. & c. vide in auth. de ce. mis. glo. & Bar in auth. ad hoc. C. de vsu glo. j. & ibi Abb. in c. quare in omnibus. de vsu. glo. j. in c. quid dicã. xxiiij. quæ. iij. glo. in versi. decimas. in c. j. de vs. li. vj. Ioã. de imola in clem. j. super gl. in ver. humana. de vsu. Io. an. in regula peccatũ. de re iu. libr. vj. in mercu. libr. vj. Abba. in c. cum sit generale. in ix. col ĩ. ver. j. tenendo de fa. cõpe. Ang. cõsi. ccxix. & cõsi. cclxxij. Car. Zab. consil. lxxviij. in vlt. col. Ant. de prato veteri. cõsil. xlix. in iiij. vol. inter cõsil. do. Ale. deimo. Car. Alex. in c. j. x. distincti. archiepiscopus. Flo. in ij. parte suæ summæ. c. vj. summa angelica. in versic. vsura. la. j. in prima. quæstio. &c.*

deposita,in quibus prohibita est vsura.vt l. j.C.de
summ.trini.& fi.cato.Sed ad hoc per aliqvos re-
spondetur,quòd in cæteris preterquam in vsuris
mandat,d.concilia obseruari.si enim ad vsuras se
Imperator refferre voluisset,iam non specialiter,
& expresè super illis tractatum sic prolixum &
earum pmisiuum inseri voluminibus forum.
C.de & auct.mandasset,nec Papa cui tunc ipse
Imperator notitiam fecit de compilatione per eũ
facta.C.& aliorum librorũ consensisset,pur facit
sed prohibuisset, vt dictæ vsuræ concederentur.
Adde cum ipse papa tunc consenserit.vt habetur
in epistola inter claras,& epistola reddentes hono
rem.C.de sum.trini.nec expresè ordinatiori Im-
peratoris in hoc contradicit.videtur secundũ eos
concludi posse quòd ipse vsuræ permissæ sint,tã
à papa,quám ab Imperatore, & sic vtroque iure.
Quid ergo dicendum finaliter,& conclusiuè idẽ
Tho.fatetur ipsam vsuram iure diui.& cano.esse
5 prohibitã. de iure aũt ciuili esse pmissam. †Su-
perest autem videre,quæ est causa prohibitionis
iure diuino,& cano.& que sit causa pmisionis iu-
ris ciui.vbi aduertendũ,quòd causa prohibitionis,
secundũ aliquos fuit multiplex.vt reffert Inn.in
c.j.de vsur Prima fuit ad euitandum ne homi-
nes fierent idolatræ,quia scribitur,vbi est the-
saurus tuus,ibi est & cor tuum.Secunda ne ho-
mines desererent agriculturam intendentes lu-
cro vsuræ,& per hoc submergerent pauperes,
& occiderent, quia sequerentur fames, & cari-
stiæ. Tertia ne diuites qui mutuo sumerent ali-
qua necessitate cogente efficerentur pauperes,
quæ paupertas est periculosa. vt inquit salomon,
paupertatem, neque diuitias dederis mihi domi-
ne. Quarta quia offenditur proximus, & amor
naturalis, qui est alter alterius onera sustine-
re.& charitas minuitur.Quinta ratio est scdm
s.Tho.quia vsura nil aliud est quã præcium vsus
pecuniæ mutuatæ, vsus autem huius pecuniæ
nil aliud est, quàm ipsa rei consumptio. sicut
etiam in vino, frumento, & alijs quæ mutuari
possunt.si ergo quis velit restitutionem æqualis
quantitatis,& præcium vsus eius,sequitur quòd
velit, duas recompensationes pro eodem quod
diuinæ repugnat iustitiæ, sed ista ratio parum
vrget,quia sic dici posset prohiberi lucrum, vel
emolumentum recipi ex massa argenti, vel pe-
cunia in sacco,ad ostentationem consignatam
cuius contrarium ipse determinat, vt suprà di-
xi. Sexta, vt credo, potuit esse vt refrenetur
& compescatur nimius ardor auaritiæ, & vana
gloria,& pompositas, & alia vitia quæ produ
cuntur ex pecuniæ abundantia. Septima ad-
ditur ne hominis sollicitudo circa doctrinam
bonarum artium,& victum ex labore manuum
quærendo depereat,& pigritiæ homo,& somno-
lentiæ deditus,sub spe huius impudici redditus
qui festa non celebrat,& die,noctuque laborat
6 animo,& in breui marcescatur,& pereat. † Ra-
tio autem permissiua vsurarum,de iure ciuili ea
fuit secundũ Tho.quia lex humana, quæ data est
populo, considerauit solum populi vtilitatem quæ
ex negotiatione procedit, ne ergo huiusmodi vti
litates impedirentur vsuras concessit, non tan-
quam iustas, secundum diuinam legem, sed tan
quam vtiles ad humanam communionem sustinẽ
dam, sicut in pluribus lex humana multa pecca-
ta relinquit impunita,& sustinet ea tanquam lici
ta,quæ lex diuina prohibet,& punit tãquã iniusta,
vt patet in emptore,& vẽditore qui charius emit,
& vendit,quod lex humana sustinet,nisi sit exces-
sus vltra dimidiam & tamen lex diuina hoc dam
nat. vt plenè disputat idem Tho. in libr. supra-
scripto, quæstione lxxvij. sic & in alijs casibus,
quos etiam longum esset exprimere, voluerunt
autem quidam dicere, quòd nulla est vrgens, nec
necessaria ratio, quare vsura sit prohibita. Et ob
hoc voluerunt quidam dicere, quòd abstinere ab
vsuris iure diuino, ponitur inter consilia, non
autem inter præcepta, sicut & illud est de con-
silio quia dicitur in euangelio. Si vis saluus esse,
vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & il-
lud visitare infirmos. & simi. multa. Et ex hoc
dicunt ipsi, quòd non contrahitur peccatum mor
tale ex contractu vsuræ, sed solum veniale, quia
hylarem datorem diligit Deus, & iste non hyla
riter seruit, sed cupiditate lucri, quæ opinio per
eundem Tho. reprobatur, dicens quòd mutuo
concedere est inter consilia, & quo ad hoc est me
ritorium, sed vltra mutuatum quicquam accipe-
re, hoc cadit sub præcepto, per ea quæ dicta
sunt.vnde qui vltra aliquid accipit, mortaliter pec
cat quia scriptum est, qui non obedierit principi
morte moriatur, imò secundum alios etiam à
principio solum veniale contraheretur peccatum,
tamen propter frequentiam, & consuetudinem
actum veniale soluitur, & efficitur mortale.arg.
de pe. di. j.c. medicina.vers.tres sunt.in fi.& hec
opi. Tho. hodie approbata est in cle. j.§.si de vsu.
vbi dicitur quòd qui pertinaciter affirmat vsuram
non esse peccatum, censetur hæreticus. Quidam
sunt tamen qui voluerunt facere differentiam, an
quis mutuet ex quadam necessitate propria vel lu
cri cupiditate.alij sunt qui solùm respectum habẽt
ad quantitatem quæ percipitur, an transeat x.pro
centenario, vel sit ab inde infra quæ omnia repro
bantur per ea quę tradũtur xiij.q.iij.& iiij.per tot.
Alij verò dicunt quod aut quis fœneratur proxi-
mo egeno ad succurrẽdum eius necessitati,& tũc
licitè põt hoc facere,per id quod habetur in d.c.
ecclesiastici. xxviij.aut fœneratur cupiditate lucri
& tũc phibetur & licitè, vt in alijs iuribus.
[redacted]

[redacted]. In omnibus autem suprascriptis acquiescendum est decisioni sanctæ matris ecclesiæ, & theologorum sententiæ [redacted]. Fui præterea aliquando interrogatus à mercatoribus de tali quæstione. Ecce aliquis vult deponere pecuniam apud mercatorem ad dandum, & sustinendum partem lucri, & damni. dicit mercator, ego nollem venire ad dissensionem aliquam tecum, in modo calculandi lucrum, & damnum, sum contentus super me suscipere omne periculum contingens in pecunia & mercantia, & lucro, & dãno pro aliqua certa quãtitate annali. Quæritur hic an talis conuentio cadat in peccatum, consule theologos.

EPITOME.

1 *Pœna apposita, si non restitu. mutuũ ad cer. tempus an exigi posit.*
2 *Pluribus locis solutioni destinatis, an in quolibet insolidum conueniri posit debitor.*
3 *Quam actio. intentet mutuans si ex instrumento mutui apparet stipulatio, an certi conditio, an actio ex stipula.*
4 *Libel. continens plures acti. quarum non admittitur concursus reprobatur.*
5 *An saluetur libel. in quo dicitur titio, numerata esse: c. quæ reddere promisit.*
6 *Quæ actio quæratur vtilis: an directa ex stipulatione adiuncta mutuo.*
7 *In alijs căsibus, an quæratur domino per pcuratorem directa actio; præterquã in numeratiõe pecuniæ sine cessione.*
8 *Distinctio facta in mutuo, an habeat locum in alijs casib° in quibus subijcitur stipulatio.*

1 ACRESTITVERE promisit. †Aduerte, quia in hac promissione de soluendo, & restituendo, aliquãdo solet adijci pœna, si nõ fiat ad terminũ solutio, & dubitatur an talis pœna exigi posit, super quo dubio secundũ doc. vt refert Cy. & Ia. bu. in l. cum alle. C. de vsu. distinguitur, aut pœna adijcitur dationi pecuniæ, & tũc præsumitur esse adiecta in fraudem vsurarũ, sicque de iure canonico peti non potest. aut adijcitur facto, tunc secundum aliquos peti potest, secundum alios non, quia factum ipsum subijcitur loco dationis pecuniæ, vt puta. Si non solueris promittis stare in tali loco sub pœna flo. c. & sic pœna ponitur eodem tempore in contractu, & ideo non valet. Secus autem si poneretur post ipsum contractum, & nota. per Barto. in l. cum seruus ita. ff. de condi. & demonstratio. vbi vide. Præterea est aduertendum quod in hac promissione consueuit interdum exprimi locus in quo fienda est solutio, vt fit in omnibus communiter instrumentis obligationum, & tunc fienda est solutio in loco determinato, & sic fiunt plura loca solutioni designata, vt ponitur in instrumentis moderni temporis, erit in electione creditoris debitorem conuenire in quo loco sibi magis placuerit post lapsum termini. vt in l. iij. in princi. ff. de eo quod cer. lo. ante verò termini lapsum est in electione debitoris soluere in quo loco sibi placuerit nisi contra-
2 rium sit actum. † Sed hic dubitatur si plura loca fuerunt solutioni destinata, an insolidum conueniri poterit debitor in quolibet loco. Et videtur quòd non, imo per appositionem plurium locorum copulatiuè videtur quòd sit facta diuisio debiti pro rata cuiuslibet loci. vt probat tex. in d. l. iij. §. si quis ita lo. j. per quem tex. videtur destrui, & annihilari omnia instrumenta moderni temporis, quibus dicitur quòd talis promisit soluere Mediolani, Papiæ, Cremonæ, & alibi &c. Nam per hoc videtur, quòd solum pro parte in quolibet loco posit debitor conueniri, & non insolidum, sicque per hoc annihilatur ipsum debitum. Aduerte hîc, Dicit enim Barto. in d. §. si quis ita. quòd aut plura loca adijciuntur alternatiuè, & tunc in quolibet loco potest insolidum debitor conueniri, aut plura loca adijciuntur copulatiuè, & tunc aut ponuntur limitatiuè, aut indefinitè, puta cum clausula, & in quocunque loco &c. Primo casu vbi limitatiuè; tunc videtur facta debiti diuisio pro rata cuiuslibet loci, & sic pro rata tantùm parte poterit ipse debitor in quolibet loco conueniri per text. in d. §. si quis ita. Secundo casu cum post designationem plurium locorum subijcitur illa generalis clausula, & in quolibet alio loco &c. tunc secundum eum ne ex indefinita, & nimia diuisione debiti stipulatio reddatur inutilis fienda erit interpretatio, quod solui debeat totum in quolibet loco. argumen. in l. quoties. ff. de re. du. & l. quoties. de ver. obliga. & ita seruat generalis consuetudo, veruntamen consultius ad omne dubium tollendum laudabile esset ponere in instrumento, quòd promisit soluere insolidum in quolibet loco, vel ponere loca alternatiuè, vbi autem vnus solus esset locus solutioni limitatus, vel designatus, an alio loco posit debitor conueniri, & vtique dicendum est secundum veram & communem opin. quòd sic, si in ipso alio loco ipse debitor habeat domicilium: vt plenè not. in l. j. ff. de eo quod certo loco. & l. j. C. vbi conue. qui certum da. promi. & ibi per Azo. in summa. & per glos. in l. hæres absens. §. fina. & l. eum qui cer. loc. de iudi. Si tamen ipse debitor conueniatur alibi, quàm in loco destinatæ solutionis habebitur ratio sui interesse, ac etiam interesse actoris. vt l. ij. in prin. & l. iij. in princi. & §. si quis ita. & §. nunc de officio. & ibi
3 per Barto. ff. de eo quod cer. loc. † Nunc autem quæritur pro declaratione huius libelli. Pone quod aliquis mutuauit c. & stipulatus est illa sibi restitui, vt sonant verba modernorum instru. quam actionem debebit creditor proponere in libello, vel certi conditionem, quæ ex mutuo competit. vt l. certi conditio. in princip. ff. si certum

peta. vel actionem ex stipulatu. Hîc est pro clariori solutione aduertendum, & decurrendum ad distinctionem traditam per Cyn. in l. absentis. C. si cer. peta. & Bar. latius in l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cer. peta. Qui sic d cunt omnia colligendo, quandoque numero nomine meo, & stipulor nomine meo. Quandoque, numero nomine meo, & stipulor nomine alieno. Quandoque numero nomine alieno, & stipulor nomine alieno. Quandoque numero nomine alieno, & stipulor nomine meo. Primo casu subdistinguē secundum Bar. aut stipulatio est totaliter vtilis, & efficax ad agendum, aut est penitus & omnino inutilis, aut est vtilis solum quoad quid, quia producit solum naturalem obligationem. Siquidem sit omnino vtilis, & tunc aut constat, quòd numeratio fuit facta causa implendæ stipulationis, & tūc est agendum ex sola stipulatione, non autem ex numeratione. vt l. si ita fuero stipulatus. in fin. &
4 l. cum enim. ff. de noua. †Et ex hoc reprobatur libellus secundum Cyn. & alios in quo sic proponitur. Dico quòd numeraui Titio c. quæ restituere promisit, quare ipsum peto ex causis prædictis condemnari &c. nam hic proponuntur plures actiones simul, quarum non admittitur concursus. vt l. nemo. §. quoties. ff. de re iu. & l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. Similiter secundum aliquos reprobatur libellus in quo dicitur. Peto x. quæ mutuo numeraui, & producitur instrumentum in quo dicitur, quòd fuit confessus mutuo recepisse &c. de quo dic, vt supra dixi. Aut constat quòd numeratio non fuit facta causa implendæ stipulationis, & tunc secundum iura vetera per sequentem stipulationem presumebatur facta nouatio, ideoque solum agendum erat ex stipulatione. Sed hodie non præsumitur nouatio nisi expressè agatur: vt in l. fin. C. de noua. Ideoque vtraque agi potest, sed tamen vnam eligere debet. vt d. §. eligere. cum si. Aut dubitatur quo respectu sit facta numeratio, & tunc aut stipulatio interuenit incontinenti ante vel post numerationem, & tunc præsumitur facta numeratio causa implendæ stipulationis, sicque ex sola stipulatione agendum erit. vt d. l. ita. in fi. & l. cum enim. Ideoque cum in instrumentis moderni temporis subijciatur stipulatio, & sit res in dubio erit agendum ex stipulatione quasi numeratio facta videatur causa implēdæ stipulationis, aut interuenit ex interuallo stipulatio, & tunc aut stipulatio præcessit numerationem spe futuræ numerationis, & tunc numeratio secuta præsumitur causa implendæ stipulationis, & ideo ex stipulatione agendum erit, aut non præcessit, nec est facta spe alicuius futuræ numerationis, & tunc quia ex præcedenti numeratione actio nata est, si postea sequatur stipulatio nascetur noua actio ex ea. Et licet olim hoc casu præsumeretur nouatio, hodie tamen nón præsumitur nisi expressè agatur, ideoque vna sola actione agendum erit. quam actor elegerit. vt d. l. eligere. & l. cum filius. §. varijs. de lega. ij.

5 [redacted] quòd Titio [redacted] &c. an procedat libellus. Dicunt quidam quòd non, quia plures deducit actiones in eodem libel [redacted] lum actionem ex [redacted] deduxisse. argumen l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. Nec obst. contraria: quia loquuntur quando ista verba fuerunt apposita in libelli conclusione quo casu libellus non posset sustineri, hic autem fuerunt apposita in sola narratione. Est ergo propter hæc, & similia bona cautela facere statutum, quòd quilibet libellus sit, & esse intelligatur sufficiens, & admissus, qui contineat rem, & causam &c. & non aduerte ad has superfluas, & deceptorias subtilitates iuris: vt l. si fideiussor. §. quædam. ff. man. In alio autem casu quando stipulatio reperitur inutilis, tunc ex sola numeratione actio nascitur, & ex ea agitur: vt l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cer. peta. & d. §. grisogonus. Nec talis stipulatio inutilis habet vitiare quominus ipsum instrumentum plenè probet ipsum mutuum, siue in eo contineatur confessio super mutuo numerato secundum Bertol. nec mirum, quia propter inutile non debet vtile vitiari, vt nota. per Dyn. in c. vtile. de regu. iur. libr. vj. In tertio autem casu quando stipulatio est, quoad quid tantum vtilis, & inutilis quo ad aliud, videlicet quando parit solam obligationem naturalem, & tunc distinguitur, aut quis stipulatur ab eo cui facta est numeratio, & tunc non impeditur actio ex numeratione: vt d. §. quoniam. ver. idem erit. aut stipulatur ab alio, & tunc olim fiebat nouatio hodie non, vt in l. j. in fi. ff. de noua. & l. fi. C. eo. Nunc accedamus ad secundum principalem articulum qui est quando numero nomine meo, & stipulor nomine alieno quo casu, dic aut stipulor ei cui possum stipulari, vel patri, vel domino filio, vel seruo, & tunc erit idem, ac si mihi stipulatus fuerim: vt l. si dominus seruo. & l. quodcumque. ff. de verbo. obli. aut sum stipulatus ei cui non possum stipulari, vt extraneo. vt §. alteri. in sti. de inuti. stip. & tunc non impeditur actio nasci ex numeratione vt proximè dictum est. In tertio autem principali articulo, qui est quando numero nomine alieno, & stipulor nomine alieno. Attende quòd aut est vnus & idem homo, cuius nomine numeratur & stipulatur, & tunc agendū est ex numeratione si sit talis persona, cui non posset stipulari, si autem posset ei stipulari agetur ex stipulatione, vt in d. §. grisogonus. & prædicta procedunt de iure antiquo fforum hodie verò de iure. C. agendum erit isto casu ex stipulatione, quia sicut ex numeratione alteri actio quæritur, ita ex stipulatione fundata super numeratione, vel confessione pecuniæ deposite, vel mutuatæ vt est

tex.in l.fina.C.per quas perso.no.acqui.

6 †Sed an quæritur vtilis ex stipulatione vel directa. In isto casu dicit Bar. quod sola vtilis quæritur si ratum habeat, vt l.si ego.ff.de ne.ge. quia ratio specialitatis quæ est vt directa quæratur ex numeratione, cassat in stipulatione. Sed certè videtur etiam directa quæri legis potestate per tex.in d.l. fi.C.pquas perso.cũ stipulatio veniat accessorie ad numerationem. Et ex hoc infertur, quod si procurator deponat vel mutuet pecuniam nomine domini, & eam domino stipuletur restitui, quod domino querat directa actio sine cessione, potestate & autoritate.d.l.fi. sicut per filium, vel seruum quæritur directa patri, vel domino legis potestate, vt ff.de stipu.ser.per totum.

7 †An autem in alijs casibus præterquàm in nu. pecu.quæritur domino per procuratorem directa actio sine cessione.no.p Cy.in l.multũ interest, C.si qualitate.vel sibi.& l.j.C.per quas perso.& per Cy.in le.si pcurator præsentis.& l.stipulatiõe, §.si stipulor.ff.de ver.ob.& facit quod not.in l.pe. C.ad exhi.& d.l.si ego. aut sunt diuersæ personæ quarum nomine fit stipulatio & numeratio, vt quia nomine vnius numeratur, & nomine alterius stipulatur, & tunc ex sola numeratione agitur.vt l. j.§.j.ff.de stip.seruo. Circa quartum & vltimũ articulum, qui est quando numero alieno nomine, & stipulor nomine meo, distinguitur, aut persona cuius nomine numeraui, est talis persona per quam mihi quæritur, vt filius, vel seruus, & tunc perinde est, ac si nomine meo numerassem, vt d.l.si dominus seruo, aut erat persona extranea, & tunc prævalet numeratio, quia potui mihi stipulando ius quæsitum alteri sibi auferre, & in me transferre, vt in dicta.l.j.§.j.ff.de stipu.ser.

8 †Sed an si in cõtractibus deposi.cõmodati, & locati subijciatur stipulatio de restituendo habebit locum prædicta distinctio facta in mutuo, si dubitetur quæ actio sit in libello proponenda. Credo quòd sic aparitate rationis quod multum not.per modernis instrumẽtis verũtamẽ quia hodie nõ pponuntur actiones, vt traditur in l.j.C.de formu.debet aduocatus simpliciter in libello narrare casum & cõcludere fieri restitutionẽ mutui vel depositi omnimodo, via, iure, & forma, quibus melius fit de iure restitutio fienda &c.

EPITOME.

1 *Causa depositi est priuilgiata.*
2 *Confessus depositum amplius non auditur opponens exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
3 *Depositarius non opponet compensationem.*
4 *Causa depositi præfertur cæteris personalibus actio.*
5 *Depositum probatur per simplicem confeßionem.*

IN DEPOSITO et ex causa Depositi. Iste titu.obligationis, & alij similes debent exprimi in libello. vt plenè no. in primo libello.
1 †Est autẽ causa depositi inter cęteras obligationes personales in pluribus priuilegiata [a].
2 †Nam primò qui confessus est se habere pecuniam in deposito non auditur volens opponere exception.non numeratæ pecuniæ, licet in mutuo, & in dote habeat locum hæc exceptio, vt in l.in contractib⁹. §.sed quando.C.de non nume.pecu.
3 †Secundò qui recipit in deposito non potest compensationem opponere contra repetentem depositum nec doli exceptionem, vt traditur in l.fi.C.de compen.& l.pe.in prin. C.deposi.& in authem. ibi posita.
4 †Tertiò causa depositi præfertur cæteris personalibus & actionibus, vt l.si ventri.§.in bonis.ff.de priui. credi. Ille tamen qui habet depositum non tenetur de casu fortuito, nec de leui, vel leuissima culpa, sed de dolo, & lata culpa tantum, vt l.quod nerua. cum si.& ibi plenè no. per Bar.ff.depósi.& per Ia c. But.in l.in re mandata.C.de man.& insti.quib. mo.re.contra.ob.§.pe.
5 †Et notãdum quòd licet depositum re interueniente contrahatur. vt d.§.præterea attamen si simplex confessio super deposito intercedat, probatur per eam plene de ipso deposito. vt in l.puplia.§.fi.ff.depo. Regulariter ergo non tenetur depositarius de casu fortuito neque de culpis prędictis. Fallit in certis casibus no. per gl.in d.§.pen. Inter quos est si depositarius expresse de casu fortuito se obligauerit, vt fit quotidie in instrumẽtis iuxa no.in l.sed & si qs. §.quæsitum.ff.si quis cau. vel pecunia fuerit in numero & quantitate deposita, quia genus non potest perire, vt habetur in l.dies sponsaliorũ in fi.ff.depo.facit l.incendium. C.si cer.pe. In alijs autem contractibus quid veniat, & de quo quis teneat tãgitur p gl.in cõtractus.ff.de reg. iur.ergo &c.

EPITOME.

1 *Obligatio bonorum fit dupliciter, tacitè & expreßè.*
2 *In generali obligatione veniunt bona futura, non tantum præsentia.*

CORAM VOBIS suprascripto domino vicario comparet,& se præsentat Philippinus de folbertis causa & occasione cuiusdam asserti libelli in iudicio,vt dicitur contra eum producti per Si.ipeltam assertum procuratorem asserto procuratorio nomine spectabilis viri domini Ray. beccacaria effectualiter vt dicitur continentis &c.ad quem relatio habeatur dicens & excipiendo proponens præfatus Phili.supra scriptum & assertum libellum,& omnia & singula in eo contẽta fuisse & esse nullum,ac nulla,& nullius valoris,& momenti causis maximè,& rationibus infra scriptis & alijs loco suo,& tempore dicendis proponẽdis & allegandis.Primòquia productus,& obligatus per personam non habentem sufficiens mandatum,sed nec habentem per sonam habilem standi in iudicio,tum quia ipse Simon est in patria potestate cõstitutus,tum quia est minor. xxv.an.Item saluis præmissis dato sine præiudicio, quod constaret de mandato dicitur ipsum mandatum fuisse & esse reuocatum,item quia ipse assertus libellus est vagus,varius,obscurus,incertus,dubius,generalis,peccans in materia,& in forma nullamque agẽdi causam sufficientem continens in se,alijsque de causis multipliciter vitiosus,propter quæ nullum de iure meretur habere responsum sed fuit,& est per vos penitus reijciendus,& dentibus lacerendus.Si tamen præmissis non obstantibus quæ re vera obstant d.Philippinus iure aliquo esset astrictus eidem asserto libello respondere,& non aliter nec alio modo,& sub protestatione, quod salue & reseruate sint sibi omnes prædictæ ac infra scriptæ exceptiones & defensiones,& quæcunque aliæ,tam declinatoriæ,quã peremptoriæ , & anor malæ,dicit,& respondet narrata prout narrantur non fuisse,nec esse vera,& petita prout in eo petuntur non fuisse fienda nec fieri debere.Opponẽs & obijciens contra ipsum Simo.dicto nomine omnia & singula in ipso asserto libello contenta exceptionem excusionis,vt conueniatur prius debitor principalis quam possessor, necnon & exceptionem præscriptionis, & renunciationis pignoris,& iuris dicto Ray. non competentis in dicta domo. Et amplius opponit exceptionem doli mali tam generalem,quam specialem. Rursum saluis præmissis dicit idem Phil. quòd de dicto

dicto asserto debito fuit & est integrè satisfactum & facta plena solutio dicto Ray. opponens contra eum exceptionem solutionis. Et amplius inquãtũ de ipsa solutione non cõstaret, & inquãtũ prædicta non obstarẽt, quæ reuera obstant, offert se paratum, inquãtũ cõstiterit ipsum Ray. fore verũ creditorem de dicta quãtitate, eidẽ satisfacere debitũ memoratum ipso tamen Ray. eidem Phi. cedente & in eum transferẽte omnia iura sua, & quascũque actiones reales, & personales petens & requirens saluis præmissis idem Phi. se absolui, vel ab obseruatione iudicij, vel ab omnibus & singulis in di. asserto libello contentis, prout iuri, & instantiæ videbitis conueniri. Et ipsum Simo. procuratorem prædictum seu dictũ Ray. in expẽsis legitimè cõdemnari, saluis eidem Phi. cæteris suis excep. & defensionibus solenniter de quibus protestatur.

CORAM VOBIS. Debes scire quòd coram eo iudice est proponenda defensio, coram quo proposita est petitio, & offensio ne causæ continentia diuidatur. vt l. nulli. C. de iudi. & l. j. ff. de qui. re. ad eundem iudi. eatur.

EPITOME.

1 *In causis agendis regulariter sufficit habere generale mandatum.*

2 *Procurator generalis cum clausula de rato, an possit compromittere &c.*

3 *Si constat de mandato an debeat fieri copia aduersario.*

NON HABENTEM sufficiens mandatum. † Aduerte quod regulariter in causis agendis sufficit habere generale mandatum. vt l. j. ff. de proc. cũ ibi no. & l. si remunerãdi. §. fi. ff. man. & extrà de ꝓc. c. petitio. & de ꝓc. c. qui ad agẽdũ li. vj. Fallit in certis casibus in quib⁹ reqrit̃ speciale mãdatũ, nec sufficit generale, quos enumerat gl. in l. illud. ff. de min. licet nõ ad plenũ. Primus est in causa restitutionis in integrum: vt d. l. illud. & l. j. C. etiã per procu. ca. in integ. rest. Secundus in interdicto de liberis exhibendis: vt l. Pomponius. ff. de procu. Tertius in literis apostolicis impetrandis. vt in c. nonnulli. de rescript. Quartus est in contrahendo matrimonio. vt in c. fi. de procu. li. vj. Quintus in cõtrahendis sponsalibus. vt in c. veniens. qui cleri. vel vo. Sextus in compromisso fiendo, extrà de arbi. in c. per tuas. Septimus in absolutione ab excommunicatiõe petenda. vt extrà de senten. excõ. in c. quod de his. Octauus in protestatione iuramenti calumniæ. vt extra de iura. calũ. in c. fi. lib. vj. Nonus in transactione, vel pacto de nõ petendo, ac veritatis iuramẽto, vt in c. qui ad agendũ. in fi. nisi esset proc. cũ libera. vt ff. de ꝓcu. l. procurator cum libera. & in certis alijs casibus quos ponit gl. in d. c. qui ad agendum. & Spe. in titu. de procu. §. j. ver. itẽ opponitur. & sine mandato generali, vel speciali, nullus regulariter auditur, nec admittitur ad agendum ꝓ alio siue nomine alieno. Fallit in certis personis, quæ propter cõiunctionem sanguinis, vel affinitatis admittuntur sine mandato, agendo nomine alieno nõ autem contra mandatum. vt l. sed & hæ. & l. seq. ff. de ꝓcu. & admittuntur in illis solum casibus in quibus sufficit generale mandatum, nõ autẽ in illis in quibus requiritur speciale mandatum. vt de-[a] terminat gl. in l. exigendi. C. de procu. & tenentur tales personæ quæ sine mandato admittuntur, cauere de rato, & de defendendo, aliàs repelluntur. vt l. Pomponius. in fin. & ibi no. ff. de ꝓcu. & ꝓbatur in l. seruũ quoq;. in §. ait pretor. cum l. seq. & l. sed & hę. §. fi. cum l. seq. & l. non solum, in prin. & l. mutus. §. pœnæ. ff. de ꝓcu. & C. de satis. l. j. §. sinautem. Procurator, vel defensor ex parte rei tenetur satisdare de iudicio sisti, & iudicato soluẽdo sub obligatione omnium bonorum suorum, alioquin nõ auditur põt tamẽ dominus esse fideiussor suus, vt fieri vides quotidie in instrumentis procuræ, vt habetur. insti. de satisd. §. sinautem per procuratorem. & §. si vero aliquis. vt d. l. ij. C. de satis. & ibi per Cyn. Habes ergo ex præmissis, quòd procurator generalis non potest transigere, similiter nec compromissum facere sine speciali mandato, vt extrà de arbi. c. per tuas. †Quid autem si
2 fit procurator[b] generalis ad omnes causas & lites, cum clausula de rato habendo quicquid per eum gestum fuerit an tunc poterit compromittere, vel transigere? & breuiter dicqđ non, licet aliqui contrà. vt plenè disputat gl. in d. c. per tuas. & c. cõtingit. de transac. & in c. dilectus. de reli. do. & eodẽ modo trãsigere, vel compromittere non poterit si in procuratione sit inserta illa communis, & vsitata clausula dans, & concedens dicto procurarori in præmissis, & circa præmissa liberam, & generalem administrationem &c. quia clausula solum restringitur ad instantiã causarum non autem ad merita negotiorum, sicque de sola instantia, de qua procedit baylia poterit procurator transigere, & compromittere. vt determinat Barto. in l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verbo. obli. & adde quod per eum no. in d. l. procurator cum libera. Sed quid dices si aliquis agit procuratorio nomine alterius, & aduersarius negat ipsum habere mandatum, nec est de personis, quæ sine mandato admittuntur,

a *No. in quibus casibus requiritur speciale mãdatum. glo. in l. si quis mihi bona. ff. de acqui. hære. glo. in c. coram. de resti. in integ. Spec. ti. de procu. in §. j. versic. item opponitur.*

b *Vtrum procurator possit trãsigere vide Barto. in l. qui romæ. ff. de verbo. obli. Spe. ti. de instru. edi. in §. xiiij. versi. de illo.*

an repelletur nisi producat instrumẽtum procurę. distingue, aut certum est ipsum non habere mandatum, & repellitur, aut est certum ipsum habere mandatum, & admittitur tunc, aut est dubium, & tunc si satisdet de rato habẽdo admittitur, aliâs verò repellitur: vt l.j.& ibi no. C.de procu. Fit autẽ dubium secundum gl.ibi per negationem, vel melius secundum docto.per semiplenam probationẽ.
3 argumẽ.inc.ex insinuatione.de proc. †Vltimò quæritur, si constat per instrumentum de mandato, an de eo sit fiẽda copia aduersario per notariũ causæ in forma actorum, vel tradi debeat ipsum instrumentum? dicunt quidam quòd sufficit tradi per copiam. Communis est practica, quod tradi tur in forma publica, quæ practica defenditur ea ratione, quia iudicium non debet esse illusorium: vt l.si prætor. ff. de iudi. quod facile eueniret, si negaretur illum esse procuratorem, & probari nõ posset per publicum instrumentum. vt ar. l. cũ nõ iusto.ff.de col.deteg. cũ si. Item quia non debet quis esse deterioris conditionis, quã sit eius aduersarius qui personaliter comparet. Esset autẽ magis grauatus si audiretur, ita producens instrumentum, quod non posset haberi, nisi per copiam, quæ de facili perdi potest, & cui non illa apud omnes fides præstatur, quæ sit originali. vt in authen. si quis in aliquo documento.C.de eden. Et hanc partem tenet Bar. in l.ij. §.defendi. ff. ex qui. cau. in pos.ea. Secus autem in instrumento sindicatus vniuersitatis, nam tunc sufficit dare exemplum expẽsis recipientis, quia vniuersitas non potest comparare per seipsam, & sic per hoc non fit deterior cõditio aduersarij ex comparatione sindici. vt habetur in l. j. & ij. quod cuiusque vni. nomi.

IN PATRIA potestate. Ista causa non sufficit ad repellẽdum quem ab officio procuratoris, vt in l.filiusfa. §. ipse quoque.ff.de procura.

MINOR XXV. annis. Hæc causa repellit quẽ à ꝓcuratione. vt l. minor xxv. annis. in prin. ff. de procu.& in c. qui generaliter in si. extrà de procu.

EPITOME.

1 *Procurator potest per dominum ante litem contestatam liberè reuocari.*

2 *In reuocatione procuratoris, an sit necessaria eius certioratio, aut partis aduersæ & iudicis.*

3 *Contrahens cum procuratore, & nesciens an eius reuocatum sit mandatum, quomodo facere debeat.*

4 *In reuocatione an sit necessaria certioratio ipsius procuratoris.*

MANDATVM ESSE REVOCATUM.
1 † Ad huius euidentiã est sciendũ, quòd procurator potest pdñm ante lit. cõte. liberè reuocari. vt l.ante litẽ cũ se.&l q omnia. in prin. ff.de ꝓcu. & c.ij. extra.de ꝓcu.li.vj. post aũt litem. conte. non potest nisi causa iusta examinata, & approbata per iudicem. vt l.post litem.& in l.nisi dominus §.hæc autem cognitio.ff.de ꝓcu & in d.c. ij. Inter quas causas enumeratur illa quando dñs vult per seipsum causam suam agere, vel defendere, quo casu comparendo ipse per se in iudicio simpliciter sine alia protestatione, videtur tacitè procuratorem reuocare, vt traditur in c.si quẽ. de ꝓc. li.vj. & no.per gl.in l.mutuam.§.j.ff man.& ꝓpter hoc quando dominus comparet per se in iudicio, nec suum vult procu. reuocare, protestatur quòd comparet citra reuocationẽ sui procuratoris. Amplius etiam finitur procu.officiũ per mortẽ cõstituẽtis re existente integra. vt l si defunctus.ff. de proc.& l.man.C man.& d.§.itẽ si adhuc insti. mã. In prelato autem defuncto etiam re non integra finitur sui ꝓcuratoris officium, vt etiam hodie determinatum est in cle.si. extrà de procu. item similiter finitur per lapsum diei, vel temporis vsque ad quem constitutus est. potest enim procurator constitui ex die ad diẽm. vt in l.iij. ff.de procu.& ita consulo semper fieri ne sit necesse per aliud in
2 strumentum ipsum reuocare. †Vnde circa hoc quæro, an eo casu quo dominus velit eius procuratorem reuocare, sit necessaria certioratio eius aut partis aduersę & iudicis de quo plenè traditur per doct.in d. l.j. C. de satis. per glo. in c.mandato. extrà de procu.& per Cyn.in l.mandatum.C. mã. distingue secundum omnes, aut est procurator ad iudicia, aut ad negotia. primo casu, aut sit reuocatio ante litem cõtestatã & tunc sufficit certioratio facta ipsi procur. vt d. l. ante lit. ff. de procur. aut sit post litẽ contestatã, & requiritur certioratio tã procuratoris quàm aduersarij. vt in c.mandato. de proc. & ibi no. Secundo casu principali quando est proc.ad negotia, subdistingue secundũ And.de pi. aut quęritur de notitia & certioratiõe fiẽda ei, qui cõtrahere vult cũ ꝓcuratore aut fiẽda soli. primo casu aut ille qui mãdatũ habuit negociandi est institor, vel castaldus, seu aliâs deputatus certę negociationi, vel mercãtiæ & tũc sufficit proclama, vel aliter publicè tale mandatum reuocare. nec est necessaria specialis certioratio alicuius personę, vt habetur in l.si pupillus.§.j.ff.de insti. aut est simplex ꝓcurator, & tunc aut tractatur de domino obligãdo, aut de alio ab ipso domino liberãdo. primo casu aut mãdatũ est directũ ad certã personã, & tũc ipsius ꝑsonæ est in reuocatiõe necessaria certioratio. vt ff.quod iussu.l.j.§.ego quæro. ver.grã. si cõstitui procu.ad emẽdũ equũ à Sempronio, aut mãdatũ non est directũ ad aliquã certam personam, verb. gra. quia constitui simpliciter ad emendum vnum equum, & tunc nõ est necessaria certioratio alterius personæ, sed sufficit solius ꝓcuratoris certioratio tamẽ ꝓpter incertitudinẽ personarũ tũ ꝓpter culpã eius q cõtraxit, qui diligentius scrutari debuit. an mandatũ esset reuocatũ. ar. l.qui cũ alio. ff.de re.iu.nec põt culpa adscribi domino, q̃a ignorauit & ignorare potuit cũ quo procuratore con-
3 traheret. arg. ff.lo.l.si domũ. †Sed diceret aliquis, nonne ille qui contraxit iustam credendi causam habuit, quòd ille esset procurator ostenso sibi instrumento procuratoris, & affirmante se ꝓcuratorem esse, quia alio non apparente in contrarium præsumptio est, quòd sit adhuc procur. nisi per

per aliqua indicia appareret, quod sit reuocatũ. argu. eorũ quæ habentur in c. ex insinuatione. extrà de procu. vnde quidã dicunt, quod ille qui cõtrahit cum tali procuratore debet esse diligens, & ab eo inuestigare, & scire etiam per eius sacramentũ si est reuocatus, vel nõ. per d. l. qui cũ alio. & si iuret se non esse reuocatum credere debet illi, aliâs non. In alio autem casu cũ agitur de alio liberãdo dicẽdum est, quòd sit necessaria certioratio eius qui soluit, verbi gratia, si constitui procur. ad recipiẽdum solutionem à debitoribus meis, & vnus soluit procuratori reuocato ignoranter, certè liberabitur, nisi de reuocatione eius sibi liquerit. vt probatur in l. eius qui. ver. quas verò. ff. si cer. pet. ff. de sol. l. vero procuratori. §. sed & si quis. & l. qui ho-
4 minem. §. si Titium. †Venio ad secundũ casum principalẽ quo quæritur, an sit necessaria certioratio ipsius proc. Vbi distingue, aut mandatũ respicit vtilitatẽ principaliter domini mandantis &c, & tunc non est necesse quòd reuocatio perueniat in notitiã ipsius procu. vt puta si constituo procuratorem ad adeundũ hæreditatem, vel intrandũ in possessionẽ, vt l. si quis mihi bona. §. pen. ff. de acqui. hære. aut respicit principaliter damnum, & incõmodum ipsius domini, & tunc quoad effectũ impediendæ liberationis in persona liberati est necesse, quod reuocatio peruenerit in procuratoris notitiam, quo autẽ ad effectũ obligationis in personam domini inducendæ nõ requiritur. vt in d. §. quas verò: sed si agitur de præiudicio generando ipsi procuratori ex reuocatione mandati, tũc semper est necessaria eius certioratio, vt ff. pro soc. l. sed & si socius. ar. ff. man. l. si mandasset. vbi autem agitur de beneficio alterius ex reuocatione mandati impediendo, tunc esset necessaria certioratio procuratoris, vt l. si pater. ff. de manu vindi. & ibi no. Alij vt Pet. quos refert Cy. in d. l. mandatũ aliter. & sic distingunt, aut quæritur de certioratione, seu notitia fiẽda procuratori, aut de fienda parti. Primo casu, aut quæritur de effectu reuocationis ad impediendam obligationẽ inter procuratorem & dominũ, & tunc aut est obligatio iam nata, & inesse producta, & tunc certioratio nihil operatur, aut nondum erat obligatio nata, sed erat producẽda, & tunc si certioratio interueniat, impedit eam nasci, & in esse produci, habetur in l. inter causas. ff. mand. & instit. mand. §. si adhuc. Aliquando quæritur de effectu certiorationis quo ad impediendum negocium per eum cum alio explicandum, & hic est considerandum, aut enim iste procurator interuenit simpliciter, vt nudus nuncius, aut interuenit, vt verus procurator. primo casu sufficit sola domini præsentia & reuocatio, nec est necessaria certioratio, sic intelligitur dict. l. si pater. ff. de ma. vindi. & l. si pœnituerit. ff. de repu. l. & si quis mihi bona. §. penulti. Secundo casu dic, aut de substantia actus explicandi est voluntas domini, vt in translatione dominij rei suæ, vt l. id quod. nostrum. ff. de regu. iu. & tunc sufficit reuocatio. nec est necessaria certioratio. sic debet intelligi. d. §. quas verò. & l. ij. §. si quis donaturus. ff. de do. Fallit fauore liberationis, vbi certioratio exigitur ne impediatur. vt d. l. cum quis. §. j. l. qui hominem. §. si Titium. ff. de so. Si autem voluntas domini non est de actus substantia, vt in venditione quam dominus, & quilibet facere potest. vt l. rem alienã. ff. de contrahend. emp. & tunc certioratio est necessaria. vt d. l. si mandassem. in prin. In tertio casu principali dum quæritur de certioratione fienda parti, an sufficiat si facta fuerit procuratori, subdistingue, aut pars illa erat actum ipsum explicatura cum ipso procuratore, ipsius tantum contemplatione, & non domini, & tunc sufficit certioratio facta ipsi soli procuratori: vt in l. j. §. sed si ego. ff. quod iussu. aut erat actum ipsum explicatura domini tantùm contemplatione. verb. gra. in iudicijs, vel si dominus proponat aliquem negotiationi generali, & tunc requiritur certioratio aduersarij. vt in d. l. si procuratorem. §. fin. ff de procu. & l. j. C. de satis. & l. sed. si pupillus. §. palam. ff. de instito. Alij autem aliter dicunt, vt refert Cy. vbi suprà. Sed quæ dixi tenenda sunt. De reuocatione autem mandati probari poterit per instrumentum vel per vnum testem cum iuramento. vt in c. ex insinuatione. de procurato. & not. per glo. in c. in præsentia. extrà eodem titulo.

PECCANS in materia & forma Hæc omnia cum præcedentibus declara, vt scriptum est circa responsionem primi libelli.

ET SVB PROTESTATIONE. Aduerte quòd hæc protestatio est multum vtilis, vt aliâs dixi & ideò de ea non obliuiscaris.

EPITOME.

1 *Materia excußionis est difficilis.*
2 *Exceptio excußionis quando opponatur.*
3 *Excußio quid sit.*
4 *Quibus casibus fiat excußio.*
5 *Quando fiat excußio.*
6 *Quando cessat excußio. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Post excußionem personæ, an bona sint excutienda.*
12 *Prædicta excußio quando fiat.*
13 *Quæ sit forma excußionis, & in quo loco fiat. 14. 15.*
16 *In excußione fienda an possessor rei obligatæ sit citandus.*
17 *Super excußione, an feratur sententia.*
18 *Ad sententiam excußionis audiendam, an citentur extranei possessores rerum obligatarum.*
19 *Sẽtẽtia super excußiõe, an sit diffinitiua, vel ĩterlocutoria.*
20 *Opponens exceptionẽ excußiõis vsq; ad qđ tps audiatur.*
21 *Excußio facta ad instantiam vnius creditoris, an prosit alijs creditoribus eiusdem debitoris.*
22 *Excußio facta contra vnum possessorem rei alicuius obligatæ, non præiudicat alijs possessoribus, qui non fuerint citati.*
23 *Pendente super excußione iudicio, si debitor efficiatur hæres opulente hæreditatis, an cesset illud iudicium.*
24 *Plures possessores rerum obligatarum conuenti actione hypothecaria, an habeant beneficium diuisionis.*
25 *An poßit obijci cõtra mulierẽ agẽtẽ ad bona mariti alienata sibi pro dote obligata, vt compenset bona alienata per*

Item cessat excussio, quando debitor constituit preca- rio nomine creditoris possidere, quibusdam rebus aliena tis nulla facta excussione contra extraneos poss. potest cre ditor agere non hypothecaria, quia excus. requiritur, sed conditione ex l. fin. C. de acquir. poss. quod est valde vtile pro his qui vtuntur precario, igitur sint cauti creditores in aponendo precariū in obligatione. ista sunt notabilia verba Ang. in l. ij. §. hac actione. ff. vi bo. ra. dicēs hāc fuisse inuentionem Vber. de bo. idem Ang. ī l. certus ff. de acqui. poss. & ī l. ex libris C. eo. ti. & loquitur sēper Ang. in precario per Bal. in l. fi. C. de acqu. pos. idē Ange. ibi But. ī l. fi. C. de ac. & ob. et quādo adest cōstitutū ꝓpria auctoritate, pōt creditor ingredi p vim etiā si inueniret resistē tē, quia est defensio nō offēsio Bar. ī l. iij. C. de pi. in iiij. q. ibi, sed pone quòd debitor. Ang. in d. §. hac actiōe. & in d. l. fi. Bald. in l. j. C de re. his quæ in frau. alien. quæ incip. Si hæres. quod no. semper, & Ang. all. glo. in d. §. hac actione. ad primum allegatur Iac. but & Bar. in repe. d. l. creditor quæ est l. iij. supra alleg. idem Bal. ī quodam suo con sil. quod incip. in Christi nomine amen. alle. & ita tenet Io. An. in addi. Spe. in ti. de em. & ven. §. j. versi. quid. iuris si volens & ita plerunque consulendo placuit Ang. & talis possessio translata per cōstitutum perditur sed fingitur nō perditur ꝓpter promptū recuperādi remediū, ut Ang. in l. peregre. §. quibus ff. de acquir. pos. circa fi. dicēs Ang. ibi circa pri ci. qd' etiam merus detētator habet actū factū iudicis ad detētationē recuperādā l. si coloni. de agri. & cēs. li. xj. l. fi. §. sed cū in q. C. de fur. per glo. Ad primū de remedio l. fi. C. de acqui. pos. vide Bal. & An. de Bu. in c. cū conuenisset extrà de resti. spo. idē Imo. & Rapha. Cu. post Ange. ind. l. exitu. & habet locū illud remediū l. fi. non facta excussione etiam si plures adidē essēt obli. Ia. Bu. in d. auth. hoc si debitor. quē sequitur ibi d. Flo. Adde etiā vltra prædicta, & vide Ang. are. in §. itē si quis infra colūna. xix. insti. de ac. & Ange. in l. fi. C. de acqui. pos. alleg. & Alex. in cons. cxxxviij. in. ij. vol. vbi videtur velle quod etiā vbi est cōstitutum fiat excussio, & aliqua in materia per eundem Alex. in consi. lviij. & in consi. c. & clx. in v. volumi. §. j.

maritum de voluntate ipsius.

26 An audiatur mulier deueniente viro ad inopiam, si agat contra bona alienata de eius voluntate quæ erant pro dote sibi obligata.

27 Nuncio referente se bona inuenisse pro excussione, an cesset hypothecaria contra extraneum.

28 Quid iuris si bona debitoris sint pro parte soluendo, & pro parte non.

Exceptionem excussionis. † Hic est multum aduertendum circa materiam excussionis quæ frequēs est, & difficilis super qua cōposuit Iac. de are. quendā singularē tractatū, & de ipsa etiā tāgūt Cy. & doct. in auth. præsente. C. de fideiuss. & in auth. hoc si debitor 2 pig. † Pro cuius euidentia præmitto, quòd exceptio hæc debet opponi in primordio litis, & opposita habet processum impedire, licet aliqui dicant etiā post litē cōte. posse propo ni. vt hoc no. ꝑ gl. & doct. in d. auth. hoc si debitor. & in §. sed neq; in auth. de fideiuss. & de ipsius exceptionis natura plenius no. per gl. & doc. maximè per Bar. in l. iij. ff. de exce. & per Cy. & docto. in l. exceptionem. C. de proba. & Spe. in ti. de exce. vnde ipsa exceptione proposita, statim ligatæ sunt manus iudicis, ne possit in principali causa procedere, donec super ea fuerit cognitū, & decisum, vt in l. fin. C. de exce. & in l. j. & ij. cum ibi not C. de ordi. iud. per quod sequitur quod interim pendente huiusmodi cognitione, nullum tēpus instātiæ principalis causæ currit iudici, nec partibus. ar. eorum quæ not. per Cy. in l fin. in fin. C. de fide instru. quod multum not. pro statutis terrarū quibus præfigitur certus terminus ad 3 terminandum causis. † Deinde quęritur quid sit excussio? vbi respōdetur secundū Iac. de are. qđ est quędā diligens, & districtissima inquisitio ac detentio rerum, & bonorum principalis debitoris facta per iudicem vsq; ad perā & sacculū scdm qđ ꝓbatur in l. j. in fi. C. de decu. lib. x. & C. quo quis or. conue. l. ij. li. xj. & ff. de his quæ in frau. credi. l. fi. §. fina.

4 † Itē quęritur qb⁹ casibus sit fienda excussio. dic qđ in pluribus quos spe cialiter demōstrare ꝓlixū esset, sed sufficiat allegare ll. Et quidē fienda est excussio, quādo creditor agit hypothecaria cōtra extraneū possessorē rei obligatæ. vt habetur in d. auth. hoc si debitor. C. de pi. Et eo modo si agitur contra fideiussorē antequā actū sit cōtra principalē, vt in auth. præsente. C. de fideius. & in cor. vnde sumitur, nisi renūciasset huic benefi cio excussionis, vt fit cōmuniter in instrumētis, vt infra dicā. Idemq; dicēdū excussioni locū fore in casibus in his ll. cōprehēsis vt in l. iij. in fin. C. de cōue. fis. debito. lib. x. & l. j. C. de decu. & d. l. ij. C. quo quis or. conue. & C. de ac. & ob. aut nouo iure. C. quādo fis. vel priua. l. pe. & C. de reuo. his quæ in frau. cre. l. j. C. de mag. cō. l. aduersus. ff. de adm. tut. l. iij. §. nec putet. & l. Lucius. §. cum testamento secundum primam lec. & ff. de ma. con. l. j. §. si inter & ff. si cer. peta. l. fin. ff.

5 de iure fisc. l. mochis. † Quando autem sit hæc excussio fienda, certè tunc cum dubium est, aut omnino certum principalem debitorē esse soluendo, vbi autē certū vel notorium esset, eū non esse soluēdo, nec idoneū, tūc secūdū Iac. de Aret. nō est excussio necessari⁹ per d. l. decē. in fi. ad qđ ibi laudat Bar. & hāc opi. sequtur Ia. de Bel. in authen. de fideiu. §. fin. ad qđ facit d. l. fi. ff. si cert. pe. & l. emptorem. §. j. ff. de acq. emp. debet tamē probari sic notariū vel certū esse qđ qdē fit ꝑ testes vel ꝑ librū communis in quo sunt eius bona descripta secūdū Bar. vt per eū no. in

6 d. l decem. † Item cessat excussio a quando debitor est absens, ita quod nō pōt cōueniri, vt ī auth. de fideius.

§. j. & C. de pig. authē. hoc ita. & C. de fidei. authē. præsente, vel mutauit conditionē status & personæ, sic quòd non potest habiliter conueniri, vt quia est effectus magnus dominus vel tyrannus vel aliter potens moramque trahens in castro forti secū dum eundem Bart. vbi supra, & quod no. per gl. in

7 l. ij. in prin. ff. qui satis. cog. †Itē cessat excusio si creditor agat contra debitorem debitoris sui quid facere potest. per l. nomen. C. quæ res pi. ob. poss. secundū quod deter. Cy. in d. l. nomen, & per Ia. bu. in d. auth. hoc si debitor. Et huius est ratio secundum eos, quia excussio locum hebet quando per extraneum res obligata possidetur, sed ipsum nomen à debitore possidetur per ipsum principalem debitorem, quia in eo residet actio & obligatio qua astringitur ipsum nomen, merito ergo cessat excusio.

8 † Itē cessat excusio si debitor, vt fit cōmuniter in instrumentis cōstituit se possidere bona sua nomine creditoris, & sic in creditorē rei obligatę possessio transferatur. vt l. j. §. per seruū corporaliter. & l. qui pig. ff. de acqui. pos. & pro hoc glo. & docto. in l. cum notissimi. §. sed illud. C. de præscri. xxx. anno. hoc quidem casu si talem rem debitor alienet in extraneum poterit creditor possessionē ipsius rei reuocare per beneficium seu cōditionē. ex l. fina. C. de acquiren. posses. nec erit locus procedendo per hanc viam alicui excussioni, quæ locum habet si reintentaretur actio hypotecaria, vt determinat Barto. in l. creditor. in ij. q. princi. C. de pig. & post eum d. Bald. in l. si hæres. C. de re-

a uo. his quæ in frau. cre.[a] Et huius differentiæ ratio est, quia actio hypotecaria auocat possessionē debitoris. Sed cōditio ex d. l. fin. auocat possessionem propriam ipsius creditoris, vnde æquitas illa quæ causat executionē debitoris cessat in ea quæ respicit possessionem ipsius creditoris. Est ergo optimum consilium ad euitēdam excussionem in-

9 tentare semper beneficium. d. l. fi. †Item cessat excusio si debitor bonis cesserit, ita quòd conueniri non potest. vt l. j. & ij. ff. de ce. bo. secundum quod determinat Cyn. in d. authen. hoc si debitor.

10 †Item cessat excusio si renunciatum foret beneficio excussionis, quæ renunciatio procedit in fideiussoribus & pluribus reis debendi, sed in principali debitore renunciante non procedit.

11 †Hic tamen insurgit dubium posito quòd propter personæ absentiam vel cessionem bonorum sit persona excussa, an bona eorum sint excutienda, cum sit possibile reliquisse bona vacantia. dic breuiter quòd sic secundum Ia. bu. vt per eum no. in d. auth. hoc si debitor, arg. in l. præsenti. §. cum autem. & §. sicubi. C. de his qui ad ec. confu. dabitur curator bonis ipsis vacantibus qui actiones suscipiet tam personales quam reales, secundum Iac. de Bel. vt in l. ij. C. qui bon. vac. & in l. j. & ij. de cura. bon. dan. & per eum no. in d. §. sed neque.

12 & in authen. de fideiu. †Procedit autem & fieri debet hæc excussio regulariter siue agatur ex hypothe. tacita siue expressa, vt no. in d. §. sed neq; & c. mochis. ff. de iure fis. Et potest fieri hæc excusio etiam ante libellū oblatum in hypothecaria, & potest iudicio pendente secundum Ia. de are. in l. si rem. §. fin. ff. de pig. ac. & si fortasse non fuit facta in causa principali poterit tamen fieri in causa appellationis secūdùm eum per regulam, quæ est quòd omnia quæ fieri possūt in causa principali, possūt fieri in causa appel. vt no. in l. j. ff. nil. no. app. pen. & in l. si non solum. de app. li. vj verumtamen si sententia lata fuerit non præcedente discussione non vitiabitur per hoc sententia, sed poterit appellari. argumē. l. j. C. de ap. secundùm docto.

13 †Nunc autem quæritur de forma excussionis, & in quo loco sit fienda, circa quod aduertendum est quòd si quæritur, vbi & in quo loco fienda sit, videtur quòd solummodo in loco vbi agitur, & non alibi. cum satis durum & absurdum foret quod actor teneatur circuire alienam prouinciam & exire propriam seu illā in qua contractus est celebratus, vel solutio destinata. argumen. in l. sed ne. §. nō solum. ff. de procura. & l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbi. In contrarium videtur, nam & si debitor habeat bona in aliena prouincia reputabitur propter illa esse soluendo. ergo de illis est fienda excusio per illum iudicem in cuius territorio res sitæ sunt. argumen. ff. de bo. aucto. iud. possi. l. cum vnus. §. j. & C. de iudi. l. properandum. §. si autem reus. & hanc partem videtur sequi Iacob. antedictus. Alij verò distingunt, aut excussio fieri potest in alieno loco sine difficultate, & tunc erit fienda. arg. l. præsenti. §. cum autem. C. de his. qui ad eccle. confu. aut fieret cum difficultate, & tunc secus. argumē. d. §. non solum. & in l. sed & hæ. & in authen. de fideiusso. §. j.

14 † Item quæritur qua forma fiet excussio super quo aduertēdū quòd excussio est duplex, vna est personarum, alia est bonorum excussio personarum est præmittenda, vt prius conueniatur debitor principalis, quàm fideiussor. vt in authen. præsente. & in cor. vnde sumitur C. de fideiu. nisi fideiussor renunciasset illi l. postea deuenitur ad extraneum bonorum possessorem, ita quòd ordo talis erit, quia debitor aduocabi

a *In fraudē credi. vide quod sing. no. Ang. in l. exitu. ff. de acquirē. pos. & quā do debeant fieri excussio. vide eūdē in auth. hoc si debitor. C. de pi. & ibi etiā Iaco. Bu. & in l. est in arbitro. & auth. ibi posita. C. de act. & ob. & ibi etiā, vide d. Bal. & Iaco. de Bel. in authē. de fide §. sed neque Bald. no. in l. fin. C. de acqui. poss.*

tur ad iudicium, si præsens est, & si confitebitur
debitum, aut si negauerit & fuerit de debito
probatum cōdemnabitur per iudicem, vt habetur
in auth. hoc si debitor. C. de pig. quæ sentētia facit
plenam fidē contra fideiussorem, & quēlibet pos-
sessorem de ipso debito, vt ibi probatur postquam
fiet ipsius sententiæ executio in bonis ipsius debi
toris si aliqua reperiantur, vt C. quando fis. vel pri
ua. l. ij. vbi aūt ipse debitor nihil habet in bonis, &
sic solam allegat inopiā vel est in totali contuma
cia comparandi, & tunc nō est necessaria aliqua
sententia, sed simpliciter ad bonorum inquisitio-
nem procedi pōt. ar. C. de his quæ in frau. cred. l. j.
ff. de mag. cōue. l. j. §. inter. & de iure fis. l. mochis.
Et idem seruatur in fideiussore, & eius bonis si cō
ueniatur, quibus casibus poterit iudex cogere &
cōpellere vtrūque tam debitorem quàm fideius-
sorem per proprium iuramentum manifestare &
iudicare bona sua & mulctare eos, si fuerint in
hoc contumaces. arg. C. de iure delib. l. sancimus.
§. licentia. & C. quando & quib. quarta pars debe.
l. j. §. in exhibendis. lib. x. & ff. de ces. bono. l. penu.
secundum Iac. imo amplius compellere ad hoc
poterit vxorem, filios, & domesticos eorum, qui
possunt verisimiliter habere nota bona ipsorum,
argum. C. de repu. l. e consensus. §. seruis. & adhuc
fortius poterit ipse iudex de ipsorum facultatibus
informari à vicinis & eorum propinquis, tam su-
per fama & communi opin. inopiæ vel diuitia
rum ipsorum, & sufficit si deposuerint famam &
communem opin. esse in loco domicilij ipsos fo
re inopes, & non soluendo secundum Iacob. præ-
dictum. arg. l. cum delanionis. § insinuā. ff. de fun-
15 do instru. l. j. ff. de flum. † Alio etiam modo magis
communi & visitato fit excusio hoc modo vide-
delicet, quia iudex imponit vni vel duobus exe-
cutoribus quos seruitores communis vulgariter
appellamus, qui vadant ad domum & in vicinia
solitæ habitationis debitoris, & ibidem diligen-
ter inquirant ab vxore, filijs, vicinis eius, & dome-
sticis, & hoc etiam per proclama publicè nun-
cient si est aliqua persona quæ nouerit an talis
debitor posideat aliqua bona. & ibi, & in qua
parte, & quæ & qualia hoc notificare debeat ip-
sis executoribus; & inde referant ipsi iudici quic
quid reperierint, & notandum, secundum eun-
dem Iaco. quòd melius est committere duobus
quàm vni soli, per regulam le. vbi numerus. ff. de
testa. licet communis consuetudo se habeat vni
soli committere. sicut fit in certis actibus & huic
soli relationi plena fides per iudicem adhibebi-
tur iuxta not. per Bart. in l. in illa stipulatione. ff.
de verb. obli. in prin. & Iac. de arc. in d. suo tract. &
hæc etiam his legibus comprobantur, videlicet
per l. præsenti. §. de his. C. de his qui ad eccle. con
fu. & ff. man. l. si mandauero tibi. & de custo. re. l.
diuus. & C. de acc. l. ea quidem. cum ibi nota. C.
16 de reb. eo. l. magis puto. §. ne passim. † Vlte-
rius quæritur, an in hac excus. fienda sit posses-
sor rei obligatæ citandus, dic quòd aut lis est
mota, & iudicium pendet contra ipsum in actione
hypotheca. & tunc est citandus specialiter per re-
gulam. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & l. nam ita
diuus. ff. de adop. & l. in concedendo. de aqua plu.
arcen. l. ij. in fi. C. si propter pub. pen. aut nullū
est iudicium incoatum, nec pendet contra eum &
tunc sufficit citatio generalis per proclama, quo
dicatur, quod si est aliqua persona quæ velit se op
ponere contra talem excusionem comparare de-
beat intra talem terminum, nam cum hoc casu nō
fiat hæc excusio contra certam personam, suffi-
cit quòd fiat citatio in genere. argu. l. si eo tem
pore. C. de remis. pi. & ff. ex quib. cau. in pos. ea.
l. hoc autem. §. j. patet ergo quòd vel specialis cita
tio vel generalis est necessaria, faciunt etiam ad
præmissa. l. ij. in fin. & d. §. ne passim ff. de admi
17 ni. tuto. † Sed facta inquisitione & excusione
quæri solet, an super ea ferenda sit sententia. vide
licet factam esse vel nō esse legitimè ipsam excus
sionem, & super hoc Iac. Bu. in d. authē. præsente
dixit quòd non. argumen. l. sancimus. C. ad Tre.
Sed Iac. de Are. & communiter alij docto. tenent
contrà. vt plenè no. Cyn. in d. authen. præsente. &
in auth. hoc si debitor. argumen. ff. de confir. tu.
l. tutores. & l. non tantùm. §. senatus. ff. de fideicō.
lib. quam opin. sequitur Barto. in l. exitus contro-
uersiæ. ff. de acqui. pos. pro qua opin. facit illa re-
18 gula. l. de qua re. ff. de iud. † Sed an citabuntur
extranei possessores rerum obligatarum ad hanc
sententiam audiendam, dic quòd sic, modo quo su
pra dictum. in versi. vlterius quæritur quod etiam
sequitur Barto. in d. l. decem. ff. de verbo. obliga-
tio. pro quo facit gloss. in l. cum miles. §. j. ff. ex
quib. cau. ma. & in authen. si omnes. C. si vt se ab
19 hæred. absti. † Sed an sententia erit diffinitiua
vel interlocutoria distingue, aut est lata pēdēte iu
dicio habito specialiter contra extraneum posses-
sorem super actione hypothecaria, & tunc erit
interlocutoria, aut nullo speciali iudicio penden-
te contra certam personam, & tunc erit diffiniti-
ua. argumen. l. quod iussit. cum ibi not. ff. de re.
iur. & l. creditor. §. iussus. ff. de ap. Et ex hoc col
ligitur decisio, an ab ipsa sententia posit appel-
lari. nam eo casu quo est diffinitiua potest appel-
lari per regulam. l. & in maioribus. C. de appel
la. Vbi verò fuerit interlocutoria nequaquam,
vt l. ante sententiæ tempus. C. quo ap. non reci.
facit ad prædicta l. creditor. §. iussus. ff. de appel.
20 † Deinde quæritur vsque ad quantum tempus
audietur opponens excepti. excusio. distingue, aut
proceditur in excusione contra personam incer-
tam, & tunc auditur quilibet se opponens infra
terminum proclamationis à iudice præfixum. vt
l. si eo tempore. cum similib. C. de re. pigno. aut
proceditur contra personam certam, puta contra
extraneum possessorem agendo hypoth. actione
& tunc secundum gl. potest opponi talis exceptio
excus. vsque ad sententiam diffinitiuam. vt no. in
21 l. iij. ff. de exce. † Sed nunquid excusio facta ad
instantiam vnius creditoris profit alijs credito-
torribus

toribus eiusdem debitoris, videtur quòd sic. argu. l.fi. C.de bo.auct.iud posf.& l.cum vnus in prin. ff.eo. titu.cum simi.ibi nota.in contrariũ facit, quia ciuiles actus regulariter alijs non prosunt, vt patet in litis conte.vt no.per glo.in l.ij.C.de acqui.pos. & in l.naturaliter.ff.de vsuc.& l.inter quatuor.ff. de diuer.& temp.præscri.ergo nec ista excusio quæ est actus ciuilis, & hanc partem tenet Iac. bu.& sic dicit in practica obseruari, vt ipse no.in d.auth.præsente & in d.l.fi. argu.d.§.sed neque.

22 †Similiter nec talis excusio facta contra vnum possessorem rei alicuius obligatæ præiudicare habebit alijs possessoribus qui non fuerint citati generaliter vel specialiter, vt C.res inter alios acta per totum, & l.sæpe.in prin.& §.j.ff.de re iudica.

23 † Quid ergo dicemus si pendente iudicio super excusione contra certam vel incertam personã debitor fuerit hæres institutus in opulenta hæreditate, vel donata fuerunt sibi multa bona, an cessabit excusio. dicit Ia.de arg. quòd non, arg. l.pe.§.fin.ff.qui sa. cog.& de ap.l.fin.in fi.Si autem sententia super excusio.lata esset & excipiatur contra eius executionem quòd auctæ sunt debitoris facultates & factus est soluendo, tunc secundum ipsum distinguendum est, aut ipse excipiens qui conuenitur fuit ante sententiam citatus vel conuictus, & tunc non auditur vlterius, nec tali exceptione iuuatur, quia quo ad eum sententia habetur pro veritate, & plena probatione .l. ingenium.ff.de sta.ho. & l.res iudicata. de re iu. aut non fuit citatus, neque cõuictus, & tunc est audiendus, & impediet executionem sententiæ, probata ipsa exceptione, quia quo ad eum sententia non habet effectum d.l.sæpe.& C.res

24 inter alios acta. †Sed nunquid plures possessores rerum obligatarum conuenti actione hypothecaria habeant beneficium diuisionis, sicut plures fideiussores. Dic quòd non, secundum eundem Ia. & no.in d.l.mochis.de iure fisci.ad quod facit l.fi. C.si vnus ex pluribus ap.& ff.de distrac. pi. l.creditoris.quoniam causa pignoris indiuidua est l.rem hereditariam ff.de euic.& l.pigno-

25 ris ff. de pig. †Sed pone quæstionem multotiens occurrentem. Ecce quòd mulier in contractu alienationis certorum bonorum mariti, sibi pro dote obligatorum renunciauit iuri pignoris, & hypotecarum, quod facere potest, vt in l.etiam .C.ad velle. deinde mortuo viro, agit ipsa mulier pro sua dote contra quendam alium possessorem alterius rei sibi pro dote obligatæ, qui excipiendo dicit mulierem debere prius deducere & sibi cõpensare, quantum cõsequi potuit pro eius dote & super bonis alienatis de eius voluntate & consensu, quæritur, an possessor iste conuentus sit audiendus & videtur quod sic. argu. le. quesitum. §.si annua.ff. de pecu.in contrarium dico, nam talis consensus porrigitur ad alium actum vel contractum, nec ad aliam rem vel personam quam ad eum vel eam in quo seu qua accommodatus est consensus, vt le.iubemus C.ad velle.& ibi per Cy. & alios doct. Quod autẽ dixi mulierem posse in contractu renunciare iuri pignoris & hypothecæ intellige verum si nulla contrahitur donatio, secus vbi per talem renuntiationem contraheretur donatio, quia tunc si renunciaret, renuntiatio est nulla, & hoc contingit vbi soluendo non esset & ita tenet Iacob. de are in l.meuia.in fi.ff.soluto matrimonio.nec firmaretur iuramento talis renunciatio, quia donatio resistit, vnde talis contractus de iure reprobatus non firmatur iuramento, vt in le.non dubium.C.de leg.& no.in le.pactum.C.de colla.& ideo contrahens cum viro existente non soluendo, quod in multis hodie contingit, sit cautus, ꝙ accipiat fideiussorem, vel expromissorem, nec sit contentus, quod vxor eius consentiat tali contractui & iuri hypothecarum renunciet, quia non obest alis cõsensus mulieri, ex quo vir soluendo non est, vt dictum est quod intellige verum, nisi mulier in instrumento confiteatur ad suas manus pecuniam peruenisse, tunc enim per peruentionem pecuniæ extinguitur ius pignoris, dumtamẽ mulieri potuerit solui dos constante matrimonio sicut est in casibus in l.secunda.ff.soluto matrimonio.& in lege mutus §.manente.ff.de iu.do. Ang. in dicta lege iubemus.C.ad velli.

26 †Quid autem si mulier consensit alienationi rerum sibi pro dote obligatarum factę per maritum suum, deinde deinde ipse vir antequam moriatur reducitur ad paupertatẽ ac audietur mulier agens contra ipsos emptores. Iaco.de bel.tenet ꝙ sic, in auth.vt immobilia ante nu.don.&c.coll.v. Et idem sequitur Iaco. de are.in dicta lege iubemus pro qua videtur tex.in c.peruenit.de emptio.

27 & vendi. †Deinde quęritur pone quòd in hac excusione nũcius refert iudici se reperisse certa bona de quibus questio pendet contra debitorẽ. an per hoc cessabit hypotheca cõtra extraneum. dic breuiter, quod aut debitor ipse possidet hanc rem litigiosam, & tunc ad eam debet primo haberi recursus, & sic cessabit hypothecaria interim contra extraneũ, aut ille aduersarius debitor possidet & tunc non cessabit hypothe. contra ipsum extraneum, arg.l.à diuo.pio.§.si super rebus, & ꝙ ibi no.ff.de re.iudi.facit quod notat. in lege ob maritorum.C.ne vxor pro mari.& lege tertia.C. quando fis.vel priuat.

28 †Vltimò circa hanc materiam quid dices si bona debitoris reperiantur pro parte soluendo, & pro parte non, an cessabit in totum hypothecaria contra extraneum. Dic quòd cessabit pro sola parte qua non reperiũtur esse soluẽdo, in auth. presente preallega. & not.in l.mochis.de iu.fis. & le.fina.ff.si certum peta.

EPITOME.

1 *Exceptio præscriptionis non solum excludit personam rei à dominio sed etiam à iure hipothec.*

Sublata

2 *Sublata act one hypothecaria spacio temporis contra extraneum poss.ssorem remanet actio personalis firma contra debitorem.*
3 *Actio hypothecaria quæ tempora habeat, nu. 4. 5.*
6 *Creditor an præscribat contra debitorem volentem pecuniam soluere & pignus exigere.*

7 *Not. quibus modis renũciatur iure hypothecæ. doct. in l. menia in §. fũdus ff. so. matri.*

EXCEPTIONEM præscri-
1 ptionis. †Aduerte quòd sicut hæc exce. excludit personam rei à domino, vt supra dixi in responsione facta in primo libel. in gl. super ver. præscri. sic etiam habet excludere quem à iure hypothecæ spacio x. an. inter præsentes & xx. inter absentes, vt l. j. & ij. C. si aduer. cre. l. creditor. ff. de di. & tẽp.
2 præscip. †Illud tamen scias quód sublata actione hypothecaria spatio temporis antedicti contra extraneum possessorem remanet firma actio personalis contra principalẽ debitorem, vt l. j. C. si aduer.
3 credi. †Cuius gratia sciendum est quòd hæc actio hypothecaria quatuor habet tempora, duo quidã priora s. x. & xx. an. Tertium tempus xxx. an. quo tempore se tuetur possessor extraneus possidens malefide, & sine tit. vt l. cum notissimi. in prin. & ibi no. per glo. C. de præscri. xxx. an. quartum est tempus. xl. an. quo tempore se defẽdit debitor & quilibet alius posterior creditor contra priorem creditorem agentem hypothecaria, vt d. l. cum notissimi. post prin. & §. sed cũ illud.
4 †Vnde sit concludendo distingue aut principalis debitor rem obligatam possidet, & tunc contra creditorem iuri hypothecæ prescribit spacio xl. an. nisi pignus seu rem obligatam constituerit se nomine creditoris possidere prout fit quotidie instrumentis quo casu cum creditor ipse possideat, vt supra dictum est, nullo temporis spacio curret cõtra ipsum præscriptio, vt l. malè agitur. C. de præscri. xxx. ann. ꝙ multũ no. Ideo facias semper apponi in instrumento hanc clausulã, quæ bona obligata dictus debitor constituit se nomine dicti creditoris tenere & possidere &c. aut rem obligatam possidet extraneus, & tunc aut hic extraneus possessor est etiã creditor eiusdem debitoris, & tunc contra priorẽ creditorem viuẽte debitore præscribit spacio. xl. an. eo mortuo præscribit spacio xxx. an. vt dictis iuribus, aut hic extraneus non est creditor, & tunc aut habet titulum & bonam fidem & præscribit spacio x. an. inter presentes xx. inter
5 absentes. †Si vero nullum habeat titu. nec bonã fidẽ, & tunc præscribit spacio xxx. an. vt supra dixi
6 quod tene menti. †Sed nunquid creditor præscribit cõtra debitorẽ volẽtem pecuniam soluere & pignus exigere, dic, vt supra dixi, & no. in forma respon. factæ proximo libello. in gl. super verbo præscriptionis. & p gl. & Cy. in l. cũ notissimi. §. sed cum illud. de præscri. xxx. annorum.

EPITOME.

1 *Quibus modis renuncietur iuri pignoris.*
2 *Ex qua causa assignetur dilatio docendi de iure suo.*
3 *Causæ quibus mouetur iudex ad dandum prædictam dilationem, an scribi debeant.*

ET RENVNTIATIONIS pignoris.
1 †Sciendum est quòd varijs modis iuri hy-
a pothecæ [a] renunciatur inter quos enumerãtur infrà scripti. Primò si ipse debitor vendat vel donet extraneæ personæ rem obligatam consensu & voluntate creditoris, vt l. si consensit, in prin. & l. voluntate. in prin. & l. si debitor. §. in venditione. ff. qui. mo. pig. vel hypo. so. facit l. cum eo. & l. ij. C. de re. pi. quæ. & quidã remissio, ita demũ effectum operatur si alienatio valuerit, aliter non, vt l. si debitor. §. fi. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. Et aduerte quod si post alienationẽ hanc ipse debitor iterum ex noua causa rem ipsam acquisierit non reincidit ipsa res amplius in obligationem, vt l. fi. C. de re. pig. Item remittitur pignus. si prior creditor expresse consentiat rem sibi obligatam alteri obligari. l. Paulus. ff. qui. mo. pig. vel hyp. so. Secus autem si simpliciter, vt testes obligationi accedat, vt l. sicut in §. nõ videtur ff. eo. ti. de quo plenè no. in l. gayus. ff. de pi. ac. & l. lucius. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. Item remittitur pignus per lapsum temporis à iudice præfixi creditoribus de iure suo docendi. l. si eo tempore. C. de remis. pig. quem terminum iudex præfigere non debet sine magna præcedente causæ cognitione, quia p hoc impugnatur regula iuris. C. vt nemo inuitus agere vel accusare coll. j. Ideoque in hoc debet esse cautus, ne ex abrupto procedat ad hanc dilationem, vt no. per Bar. in l. titia. in fi. ff. de accu. & per Cy. in l. si ea quæ. C. qui accu. nõ poss. Nam plerũque accidit ꝙ homines nõ debẽt eorum instrumẽta & iura parata vel sũt alijs negotijs impediti. ita ꝙ
2 nõ possunt superesse liti. †Esset autẽ inter alias iusta causa hanc dilationem assignandi si fortasse aliquis diffamendo procedat affirmando quod talis domus est sua, vel sibi obligata. ar. l. diffamari. C. de inge. & ma. & d. l. tilia. ibi arguere &c. Et hoc tenet Inn. in c. conquerente, in gl. ij. extra de offi. or. Aliæ etiã causæ enumerãtur p gl. j. in d. l. j. C. vt nemo inuitus, & l. quã diu. ĩ prin. ff. de ac. hæ. Ad ꝙ bñ facit, ꝙ no. p glo. in l. fi. C. de vsu. pup. in iij.

3 lec. †Debet ergo iudex, qui ad talem dilationem procedere vult, causas quibus moue tur describi facere apud acta, alioquin tenebitur ad interesse parti lęse, quæ etiam poterit appellare secundum Bar. vbi suprà. arg. l. si iudex. ff. de var. & extraor. nam iudex non debet quicquam in alterius præiudicium facere sine causæ cognitione. l. cum hi. §. nihil. ff. de transa. quoniam ipse princeps non intendit per eius rescriptum alterius ius minuere vel auferre, vt l. quotiens. C. de præci. impera. offeren. & l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. multo minus debet hic iudex inferior facere.

INTEGRE SATISFACTVM. Est autem satisfactio nomen generale continens in se fideiussorem, & pignoris dationem, vt nota. per glo. in l. satisfactio. ff. de solutio.

EPITOME.

1 *Verbum solutionis trahitur ad omnem liberationem.*
2 *Ex instrumento cancellato vel inciso reperto penes debitorem, an probetur solutio.*
3 *Debitor non habens pecuniam, vnde soluat, an audietur si velit soluere de bonis.*
4 *Debitor, an cogatur precisè soluere in pecunia numerata si sit pactum inter ipsum & creditorem de soluendo in pecunia numerata.*

1 EXCEPTIONEM SOLVTIONIS. †Hoc verbũ solutionis trahitur ad omnem liberationem, vt habetur in l. solutionis verbum. ff. de sol. & l. solutum. §. solutam. ff. de pig. ac. cum si. ibi no. quam solutionem facere potest nedum ipse debitor, sed quilibet extraneus etiam inuito creditore, vt l. qui x. §. j. ver. sed quid si ignoranter. ff. de solu. ac etiam inuito debitore, vt l. solutionem. & l. soluere. ff. eo. ti. facit. l. soluendo. ff. de nego. gest. licet nemo posset creditore inuito obligationem debitoris in se transferre, & actionem creditoris in seipsum transfundere, vt l. si stichum. §. fi. in fi. ff. de
2 donatio. facit. l. inuito. C. de sol. †Sed quid dices de quæstione sępius occurrente, ecce quod reperi
a tur instrumentum [a] debiti cancellatum vel incisum penes debitorem nunquid præsumatur facta solutio de debito, videtur quod sic, vt l. chyrographum ff. de prob. in l. Labeo. & ibi plenè no. per glo. & Bar. ff. de pac. & per Cy. in l. si de possessione. C. de proba. & in l. quod debitori. C. de sol. distingue secundum doc. aut debitor probat sibi traditum & redditum instrumentum per creditorem, & tunc præsumitur debitor liberatus, vt in d. l. si chyrographum. & l. Labeo. aut non probat sibi traditum, & tunc aut debitor allegat se liberatum pacto de non petendo, & tunc non præsumitur liberatio, ita procedat opi. gl. in d. l. Labeo. aut allegat se liberatum solutione, & tunc est domestica persona quæ de facili potuit instrumentum subtrahere, & tunc non pręsumitur liberatio, nisi probetur, de traditione creditoris, vt d. l. si de possessione, probatur in l. j. §. ille. C. de lati. lib. tol. Aut est persona extranea & non domestica, & tunc præsumitur leberatio facta, vt d. l. si chyrographum. Ad quod etiam fac. l. fullo. §. fin. & l. qui tabula.
3 ff. de fur. †Sed pone[b] debitor cõue
b nitur à creditore, vt soluat pecuniam mutuatã, ipse autẽ se excusat quòd pecuniã nõ habet sed paratũ se offert de alijs bonis suis insolutũ dare. quęritur, an sit audiendus. videtur quòd non, per regulam aliud pro alio inuito creditore solui nõ potest, vt l. eum à quo. C. de sol. l. j. ff. si certum peta. tu dic qđ potest hodie de iure nouissimo dummodò offerat de melioribus bonis suis, sic quod in creditoris electione erit accipere quam rem ex melioribus sibi placuerit, vt in auth. hoc nisi. C. de solu. & pro tanto tenetur debitor sub eius iuramento bona sua oĩa cõsignare, vt creditor possit sibi meliora eligere. & ita obseruat generalis practica.
4 †Sed quid dices si per pactũ speciale actũ est inter debitorẽ & creditorem quòd solutio fieri debeat in pecunia tantũ, & non in alijs rebus, an cogatur debitor præcisè in pecunia numerata satisfacere. refert Cy. in d. auth. hoc nisi. quod hæc quæstio dependet ab alia quæstione, qua quæritur, nunquid debitor possit renunciare beneficio cessionis bonorum, in qua sunt contrariæ opi. vt plenè disputat Cy. in d. authenti. & l. j. C. qui bo. ceder. pos. vnde sequendo opi. Dy. & Cy. sicut non tenet talis renuntiatio, ita nec huiusmodi pactum, sed sequendo opi. Ia. de are. sicut valet renunciatio prædicta secundum eum, ita valet huiusmodi pactum. & hæc opi. plus placet & magis practicatur, cuilibeat ipsi debitori suas vendere & ex his pecuniam redigere & pactum seruare. Si tamen ipse debitor bona sua subhastasset, & omnem diligentiam adhibuisset circa venditionem, & reparationem pecuniæ, putarem ipsum excusari debere pacto non obstante per iura & rationes dictas.

a *No. quãdo reperitur instrumentũ esse cancellatum, nunquid præsumitur esse facta solutio Spec. in ti. de fide instru. in §. ij. & Bar. in rep. rub. de fide instrumen.*

b *Sed pone quod debitor. adde & vide in materia Alex. in l. ij. §. mutuũ. ff. si ce pe. Bar. in §. quod autem. in auth. de fide in. & Alex. in cõs. xxxvij. in ij. volu. vbi quod quando iuramẽtum est appositum in contractu, cogitur qs soluere in pecunia numerata.*

EPITOME.

1 *Quilibet possessor conuentus hypothecaria, potest debitum offerre & sic.*

rem retinere.

2 An audiatur possessor offerens cætera bona non pecuniam pro re obligata.

3 Aliena re obligata per creditorē in extraneum, an licet debitori pecuniam emptori offerre, & sic eam recuperare.

4 Re data in solutum prioris creditori, an licet posteriori pecuniam offerre, & sic rem recuperare.

5 Re vendita per creditorem, & euicta ab emptore contra quam competat actio de euictione.

a Offerendo & soluēdo adde quòd ista oblatio non admittitur quando dos peteretur cōstā. matrē. ita Cy. & Bal. in l. cū ibi, C. qui po. in pi. ha. et Ia. de put. in l. j. ff. so. lu. ma. & in l. si cōstante e e. ti. in | uis priui. dotis. et vide Bal. in l. qđ locū. C. de col qui videtur tenere oppositū, sec⁹ est si dos peteretur so. ma. secūdm Bart. et Cy. in d. l. si cū tibi. et vide Panor. in c. ex literis. de pig. vbi qđ debitor possidens pō offerri mulieri. Fr. c.

SATISFACERE DEBITO memorato. 1 †Hic aduerte quòd regulariter quilibet possessor hypothecaria conuentus potest debitum offerre. & offerēdo & soluēdo a rē ipsā retinere & creditorē à venditione rei excludere: vt habetur in l. Paul⁹ in fi. C. q. mo. pig. vel hyp. sol. & l. mulier. ff qui po. in pi. ha. & l. si fūdus. §. in vēditiōe. ff. de pig. dum tamē offerat integrū debitū, quia particularis obligatio non prodesset, vt l. j. C. debi. ven. pi. imped. non posse, & l. quandiu. C de distra pig. & l. obsignatione. C. de solu. cum ibi no. quæ quidem potestas offerendi nedum competit possessori, sed cuicunque alteri eiusdem creditoris debitori, vt l. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de præscript. xxx. an nō. & probatur in iuribus præall.

2 † Sed hic insurgit quoddam dubium, quòd sæpius de facto contingit. Ecce quòd possessor non offert, pecuniam, sed offert alia bona sua mobilia vel immobilia pro satisfactione debiti, an hoc sufficit quo ad liberationem rei obligata. videtur quòd sic per ea quæ habentur in auth. hoc nisi. C. de sol. & in cor. vnde sumitur. Tu verò dic contrà. imò opus est quòd fiat oblatio in sola pecunia, si ipsum debitum est in pecunia, vt probatur in l. si rem. §. fi. cun l. seq. ff. de pig. act. & l. item liberatur. §. j. ff. quib. mod. pi. vel hyp. sol. nec ob. d. auth. hoc nisi, quia ibi loquitur cum agitur contra ipsum debitorem, hic autem non agitur contra extraneum rei possess. à quo aliud pro alio recipere craditor non cogitur, & ita etiam no. per Cy. in l. nec creditor. C. de pig. ac. Et huius est ratio, quia quando quis ex sua oblatione vult eius creditorem astringere ad aliquid sibi dandum vel faciendum, tunc facere tenetur oblationem in forma specifica in qua oblatio præcessit nō autē in alia forma, & sic procedit illa regula. Aliud pro alio & c. & hæc probantur in l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. & in iuribus superius alle. & specialiter. d. §. fi. cum l. seq.

3 †Inde quæritur pone quòd anterior creditor rē obligatā alienauit in extraneū, qđ facere potuit auctoritate legis, vt traditur in l. si creditor. in prin. & l. creditores. ff. de di. pign. dumtamen denūciauerit prius debitori & bona fide alienet, vt l. creditor hypothecas. & l. quæ specialiter. C. de distrac. pig & l. si cessante. C. eo. ti. nūquid licebit debitori offerre emptori possessori debitū & recuperare rē suā. Dic quòd nō, vt l. ij. C. si antiquior & l. si prius. C. de dist. pi. nisi appareat alienatio simulata. quo casu admitteretᷓ oblatio, vt l. & q̄ sub imagine. C. de distr. pig. & eodē modo nō auditur posterior creditor volens offerre ipsi emptori, vt l. j. in prin C. si anti. credi. & l. cum prior. in prin. ff. de distra. pi. nisi emptor esset tempore emptionis creditor eiusdem debitoris, quo casu debitor offerens esset audiendus, vt habetur in l. cum posterior. C. de dist. pig. Per quæ patet consultius esse emere ab antiquiori creditore quàm à debitore vel à iudice.

4 †Vnde quæro an debitore vel iudice rem insolutum priori creditori assigante, liceat secundo creditori debitum sibi offerre & rem ipsam recuperare. Dic quòd sic, siue debitor solus elienauerit vel insolutum dederit, vt in d. l. j. ij. respon. C. si an ti. credi. & l. cum prior. in fi. ff. de dist. pig. siue solus iudex, vt l. j. & ibi. no. per Cy. & Ia. de are. in ult. q. C. de præto. pig. cuius ratio est, quia iudicis factum represētat factum partis seu debitoris. l. si. ob. causam. C. de euic. vnde sequitur quòd sicut ipso debitore in solutum dante locus est iuri offerendi, ita & iudice dante insolutum. Melius est ergo emere à creditore quàm à debitore vel à iudice.

Quid autem si re data in solutum creditori, sequuta est euictio, an succurretur ipsi creditori aliquo iurium remedio? videtur quòd non, quasi perempta sit actio per ipsam insolutum dationem, vt l. libera quidem. C. de sen. & interlo. tu dic contrà quasi videatur prior actio non extincta, nisi res irreuocabiliter fiat sua, vt probatur in l. si ex sextante. §. latinus. ff. de excep. rei iud. & facit l. eleganter in princ. & ibi not. per gl. ff. de pig. ac. & l. rescriptum. in fi. ff. de distr. pig.

5 †Sed si creditor vendat iure creditoris rem sibi obligatam, quæ inde emptori euincatur non competit aliqua de euictione actio contra creditorem, sed solùm contra debitorem, vt l. j. & ij. C. credi. euic. pigno. non de. cum ibi nota. Ex pmissis patebit quòd benè & iustè faciūt notarij qui in instrumentis dationum insolutum apponunt clausulam videlicet quòd creditor in se tenuit instrumentum debiti integrum & illæsum ad hoc vt in casu euictionis possit consequi, & defendere ius suum tam contra ipsum debitorem, quàm contra aliam personam.

Hypo

EPITOME.

1 *Hypotheca an reddi posit sine personali.*
2 *Si fiat cessio ab eo qui non possit, repellitur ab agendo per exceptionem cedendarum.*
3 *Exceptio cedendarum, an obstet si ille contra quem est facta cessio fuerit liberatus à creditore, quia nõ est solui da.*
4 *Debito soluto pro pignore recuperando, quæ actio compe tat debitori.*
5 *Pignoraticia actio quotuplex sit.*
6 *Creditor perdens pignus, an teneatur ad compensationẽ vel eius restitutionem.*
7 *Cui incumbat onus probandi, dicente creditore se casu perdidisse pignus & debitore dicente illum culpa & dolo amisisse.*

CEDENTE & in eum transferente. 1 † Hîc quæro an hypothecaria cedi posit sine personali. super quo gl. sunt contrariæ, quas Dy. voluit concordare hoc modo, aut enim cessio fit extraneo, aut debitori. primo casu non valet, nisi etiam fiat de actione personali. sic intel ligitur gloss. in l. fina. C. de hære. vel act. vendi. & ibi de hoc per Cy. Secundo casu valet sine personali, ita intelligitur glos. in l. vsucapio. C. de pig. quam distinctionem sequitur Spec. in tit. de cessio. act. versi. quid si cesserit. Barto. autem in l. fideiussor obligari. ff. de fide. dicit indistinctè cedi posse cuicunque hypothecariam sine personali. argum. l. Iulia. in princip. ff. de lega. iij. & l. grege. §. cum pigno. ff. de pigno. & C. si res pigno. dat. tit. l. ij. Vltra quæritur, pone quòd facta sit cessio simpliciter actionis personalis, an intelligatur etiam facta actionis hypothecariæ? gloss. tenet quòd sic. in l. insolutum. & l. si à creditore. C. de actionib. & obligat. In contrarium tamen facit l. hæres à debitore. ff. de fideiusso. & l. si hæres. ff. ad Trebel. super quo vide Cyn. in l. mandati. C de fideiuss.

2 † Quid autem dicemus, si creditor iste non possit cedere has actiones? & dic quòd repellitur ab agendo per exceptio. cedendarum actionum. l. stichum aut Pamphilũ. §. si creditor. ff. de solu.

Verumtamen ad huius articuli pleniorem informationem distingue secundum Bartol. in l. si stipulatus. §. si ex duobus. de fideiuss. Quandoque creditor potest cedere actiones ex natura obligationis, quia inspecta nulla sibi competit efficax actio, & tunc creditori non obstabit except. cedendarum: vt in d. §. si ex duobus. secundum vnam lectu: & l. quamuis. §. similiter. & §. marcellus. ff. ad Velle. facit l. procuratorem. §. si liber homo. ff. man. Quandoq; non potest cedere facto & culpa debitoris cessionem requirentis, & idem dic quòd suprà. vt in l. iij. §. si duos. in fi. ff. de solut. & not. in d. §. si ex duobus. quandoque non potest cedere pacto, culpa ipsius creditoris. & tunc aut ille qui petit cessionem, cõsentit liberationi factæ per creditorem, & tunc sibi imputet, nec ideò repellitur creditor excep. cedendarum, vt d. §. si ex duobus & quod no. glo. magna. C. de fideius. l. ij. & in l. nisi. ff. de pact. Aut non consensit liberationi, & tunc aut ipse qui conuenitur, renunciauit beneficio cedendarum, & imputet sibi, & ideo non repellitur creditor: vt d. §. si ex duobus. secundum aliam lec. & quod nota. in d. l. nisi. Aut non renunciauit huic beneficio, & tunc aut plures fideiusserunt simul, aut diuersis temporibus. Primo casu si quidem vnus solus conueniatur insolidum obstat exceptioni cedendarum, contra alium, vt in d. l. Stichum. §. si creditor & l. si pupillus. ff. de admini. tuto. quia videtur hoc casu inuicem fideiubere ratione mutui periculi. Secundo casu subdistinguitur, aut enim agitur contra primum fideiussorem, liberato secundo, aut econtra, agitur contra secundum non liberato primo. In primo casu non repellitur creditor exceptione cedendarum, quia iste primus conuentus non fideiussit respectu & contemplatione secundi. vt d. §. si ex duobus. secundum solutionem Mat. & Azo. nisi fortassè ab initio conuenisset quòd secundus daretur fideiussor, quo casu intelligeretur simul dari, vt l. Modestinus. ff. de eo. sicque obstaret exceptio cedendarum. vt suprà dictum est, argumẽ. d. §. si creditor. In secundo autem casu planum est quòd obstare habet exceptio cedendarum, quia secundus præsumitur fideiussisse contemplatione primi, vt probatur ex iuribus antedictis, quæ quidem distinctio non procedit in obligatione bonorum seu pignorum, quia semper in eis videtur quis intercedere cõtemplatione bonorum præsentium & futurorum. vt l. fina. C. quæ res pigno. ob. poss. ideoque in illis obstat exceptio cedendarum, vt colligitur ex his quæ habentur in l. ij. C. de fide iusso. cum ibi not. 3 † Sed quid si ille contra quem cessio fieri quæritur, fuerit liberatus à creditore ea ratione quia non est soluendo, an obstabit exceptio cedendarum? Dicit Barto. vbi suprà quòd sic, quia potest effici in processu temporis soluendo. argumen. in l. si defunctus. C. ai bit. tute. & in l. vir ab eo. C. de iur. do. Et quoniam satis vtiliter dictum est in præcedentibus, quibus remedijs consulatur creditoribus tam contra debitores quàm contra extraneos possessores. Ideoque cõgruum est vt aliqua differamus de medijs quibus consulitur debitoribus contra suos creditores.

4 † Sciendum ergo est quòd pro pignore recuperando competit debitori, debito tamen prius soluto, quædam actio personalis quæ pignoraticia nuncupatur. vt l. fina. in fine. C. de distracti. & l. si rem. § omnis. & l. creditor. §. final. ff. de pigno. act. & l. solutum. §. solutam. ff. de pigno. quæ actio pignoraticia est duplex, videlicet quædam directa quædam contraria. 5 † Directa competit debitori ad rem ipsam, contraria competit creditori contra debitorem, si fortasse dolum, culpam, vel quid simile in re pignorata commiserit. vt probatur in l. tutor. §. contrariam. & l. cum debitor. ff. de pignora. actio. Amplius per hanc actionem consequitur creditor ab ipso debitore impensas vtiliter, & necessariò

C 2

factas in re pignorata. vt l. creditor.
§. fina. & l. si necessarias. in princi.
ff. de pigno. acti. duntamen impensa
sit moderata. argu. l. si seruos. ff. de
pi. act. & l. in fundo. ff. de rei vend.
Si tamen creditor fructus ex pigno
re recepisset, ipsos cum impensa hu
iusmodi compensaret. vt l. j. C. de
dis. pigno. Imò plus dicit dictum
domini Ang. vt ipse refert. ff. de
pigno. acti. l. si debitor. extenuata
sorte tota perceptione fructuū, vel
in parte tenetur creditor ad restitu
tionem totius rei cum superfluo re-
dituum, quod not. per tex. extrà de
pig. c. significante. quòd est valde
notādum. quod intellige verū quòd
fructus extenuant sortem, quando
recipiunt functionem in genere suo
cum sorte, aliâs secus. nam si verb.
gra. mutuaui tibi c. & pignorasti mi-
hi prædium ex quo percepisti frumē
tum, quia debitum non consistit in
quantitate, frumentum in specie, nec
admittitur compēsatio de specie ad
quantitatem. vt est tex. de pig. act.
l. si conuenerit. nisi tale frumentum
sit cōsumptum & venditum per cre
ditorem in casum licitum s. quando
deterioratur tempore. vt est gloss.
or. in c. diuortio. §. ob donationes.
ff. so. ma. tene menti & crede mihi.
6 †Sed quid si creditor pignus per-
diderit, an tenebitur valorem eius
debitori compensare vel restituere,
distingue. aut creditor rem perdidit
dolo vel culpa sui & tunc tenebitur.
vt l. creditor. in princi. ff. de pig. act.
& l. eleganter. §. fin. ver. & si res. ff.
de pig. act. Aut pdidit casu fortuito,
& non tenetur. vt l. si creditor. & l.
quæ fortuitis. C. de pig act. Et pote
rit quod fortius est eo non obst. vni-
uersum debitum exigere vt d. l. quæ
fortuitis. & l. pignus. C. eo. tit. & l. ser
7 uos. C. pigno. †Quid ergo si cre-
ditor dicat se perdidisse casu fortui-
to, debitor verò dicat ipsum dolo
vel culpa perdidisse, cui ipsorum in
cumbit onus probandi. Et quidem
hanc quæstin. glo. disputat in l. si cre-
ditor. & ibi plenè per Cyn. C. de pig.
act. & Bar. tetigit in l. si quis de ar-
gentarijs. §. prætor ait. ff. de eden.
a Pro cuius[a] conclusione & concordia
omnium sic distingue. quidam sunt
casus qui sua regulari inspecta natu-
ra nō possunt facilè euenire sine cul
pa. vt est furtum & incendiū vt no.
in l. j. ff. de off. præfec. vig. & l. cum
duobus. §. damna. ff. pro soc. & l. si venditor. ff. de
pericu. & com. rei ven. & in istis culpa præsumitur
nisi probetur casus, vt dictis iuribus. quidam sunt
casus qui regulariter eueniunt sine culpa, vt vis
hostium, impetus aquarum, & similia, & in istis
probata qualitate facti & casus, præsumitur cul-
pa defuisse, nisi probetur interuenisse, vt l. si mer
ces. §. culpæ. ff. loca. & l. contractus. ff. de reg. iur.
& l. penul. ff. solu. matr. & hæc procedunt probata
8 rei amissione vno modo vel alio. †Cui autem
incumbat onus probandi hāc amissionem, dic bre
uiter quòd ipsi creditori, qui eam alleg. & super
qua eius defensionem fundat, vt probatur ex d. l.
creditor. & l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait.
Veruntamen ad huius articu. pleniorem do-
ctrinam, distingue secundum Barto. cùm quæritur
b quis debeat probare amissionē,[b] aut talis rei amis
sio est causa defensionis ipsam allegantis, aut est
causa actionis. Primo casu aut non probatur rem
peruenisse ad eum qui conuenitur, & tunc eo ipso
quòd dicit se rem non habere præsumitur pro eo,
nisi contrarium probetur, & in hoc stabitur suo
iuramento, vt not. in l. prætor. §. sed & si seruus.
ff. de eden. & de lega. ij. l. cùm ita. §. species. Si ve-
rò probetur rem peruenisse ad eum, tunc aut ip-
se tenebatur rem exhibere officio iudi. & tunc suf
ficit probare amissionem proprio iuramento, vt
l. si. C. de fide instru. aut tenebatur rem exhibe-
re iure actionis, puta actione depositi, vel commo
dati, vel locati, vel pignoratitia, & similibus, &
tunc probare debet amissionem manifestis pro-
bationibus, vt d. l. si creditor. C. de pig. ac. Secūdo
casu principali, quando amissio est causa actio-
nis dandæ, & tunc similiter debet de ea probari
manifestis probationibus, vt in §. prætor ait. cum
similib. facit quod not. per eum in l. in illa. ff. de
verbo. obli. Sequitur in litera.

PETENS ac requirens. Not. hanc conclu-
sionem, & eius formam qua semper vtaris in om
nibus responsionibus fiendis, petitionibus quibus-
cunque, & alias clausulas declara, vt dictum est
in primo libello.

a *Cuius no. cui incūbat onus probādi casum. & adde qd quando culpa est pbanda debet pbari certa & limitata ita Alex. in l. si vt certo. in app. ad Bart. ff. commo.*

b *Quis debet probare amißionem vide Spe. in ti. de proba. in §. ij.*

Forma libelli in causa spoliatæ possessionis.

CORAM VOBIS domino B. vi-
cario dicit narrat, significat, & pro-
ponit Anton. de furiasto agendo &
agere volendo, & hanc petitionem
dirigendo contra & aduersus nobi-
lem Lance. de beccaria & quancumque aliam
personam pro eo, seu eius nomine in iudicio legi
timè comparantem, deducendo idem Anton. in
præsenti iudicio omne suum ius sibi competens
& competiturum quomodocunque, & qualiter-
cūque quòd supra, scriptus Lancelotus eius pro-
pria auctoritate & temeraria præsumptione
indebitè & iniustè contra & præter voluntatem
eiusdem

ciosè & animo & intentione spoliandi & priuandi ipsũ Ant. possessione infra scriptæ petiæ terræ prati, intrauit & ingressus est de anno præsenti, & mẽse Iunij proximè præteriti petiam vnã prati, dicti Ant. & ꝑ eũ tũc tẽporis, & tentæ & possessæ & pacificè & quietè, & ad ipsum Ant. pleno iure spectantẽ & pertinẽtẽ positã & iacẽtẽ. in ficco maris Papiæ quæ est modiorũ cẽtũ vel circa. cui coheret ab vna parte & c. de qua quidẽ petia prati idem Lancelo. exportauit & exportari fecit currus xx. fœni præcij & valoris flore. l. nec non amplius. varia damna fecit & intulit in dicta petia prati, & ipsi Ant. quæ ascendũt summam flo. xxv. cuius rei causa idem Lance. iuxta canonicas & ciuiles sanctiones tanquam temerarius, & violentus inuasor, & occupator rei alienæ & esse debet omni suo iure, si quod ei competijsset, quod tamen negatur, ipso facto, & ipso iure priuatus aut priuandus teneturque ac debet restituere, dimittere & relaxare ipsi Ant. dictam petiam prati liberè & expeditè, ac etiam dare & restituere eidem dictam quantitatem fœni si extat vel eius æstimationem, si non extat simul cum dicta pecuniæ quantitate flo. xxv. occasione damnorum vt præmittitur per eum dicto Ant. illatorum, licet idem Lance. super restitutione & satisfactione præmissorum sępius requisitus ea omnia & singula restituere ac soluere denegauerit & recusauerit, ac præsentialiter denegat, ac recusat iniustè & indebitè. Quare cum vera sint petit & requirit præfatus Ant. à vobis domino vicario omni modo via forma & iure quibus melius fieri potest, quatenus per vestram diffinitiuam sententiam condẽnetis & condemnatum iuris remedijs compellatis prædictum Lancel. ad reintegrandum & restituendum ipsi Ant. ante omnia dictam petiam prati, & ipsum Lance. in eadem, & ad soluendum ipsi Ant. & ad tradendum dictas fœni & pecuniarum quantitates seu ipsius fœni si non extat præcium & valorem simul cum omnibus alijs interesse & expensis in futurum faciendis factis & fiendis, præfatumque Ant. vt præfertur sic indebitè spoliatum restituatis & reintegretis & in statum pristinum reducatis re ipsa, & in effectu in possessione dictæ petiæ prati. Et vlterius dictum Lan. per vestram sententiam antedictam priuetis, seu priuatum esse declaretis & pronuncietis omni iure, quod habuisset in dicta petia prati, & amplius ad restitutionem fructuum ab inde citra per eum perceptorum, & qui percipi poterunt ex dicta petia prati, deducendo præscriptus Ant. in præsenti iudicio. l. si coloni. C. de agri. & pensi. lib. x. & c. reintegranda. iij. q. j. & quodlibet aliud ius sibi melius & vtilius competens & cõpetiturum. Et prædicta petit fieri & executioni mandari &c. saluo iure addendi &c. non se astringendo &c.

EPITOME.

1 *Violentia & rapina sunt legibus exosæ.*
2 *Quotuplex sit violentia.*
3 *Non extat interdictum pro re mobili ablata recuperãda.*
4 *Quando quis priuatur possessione rei immobilis, quomodo illi succurratur.*
5 *Remedia competentia pro spoliatione possessionis qualiter differant nu. 6.*
7 *Capitulum sæpè, an præcesserit c. reintegranda. vel sequutum sit illud.*
8 *Remedium. c. reintegranda. vel iudicis officium, an detur contra alium bonæ fidei possessorem cum titu.*
9 *Remedium c. reintegranda, an possit intentari coram iudice layco.*
10 *Spoliatus an debeat exprimere, quo remedio vtatur, vnde sibi plura competant.*
11 *Expulso à quasi possessione iuris incorporalis, an competat interdictum vnde vi.*

CORAM VOBIS. Quia frequens est modernis tẽporibus spoliatiõis & rapinæ tractus maximè apud magnates & potẽtes, qui ꝓsternata iustitia & diruptis æquitatis habenis luporũ more pauperũ & humiliũ substãtias & bona diripiũt, loca, populos, rẽpu. prædæ submittũt, nec est Imperator Dux vel Baro, qui succurrere studeat. Idcirco ꝓut magis possibile est, & si nõ ensibus vel lenceis his raptoribus obuiari potest nec humilibus succurri, ꝓuidẽtia tamẽ imperiali his occursũ est. & illis succursum per legũ tramites & editiones per quas calumniantium iniquitas expellenda est, vt traditur instit. in proba. cir prin.

1 †Ad huius itaque tractatus euidentiam sciendum est quòd adeò violentiæ & rapinæ legibus sunt exosæ, quod quibus modis potuerunt spoliatis succurrere voluerunt via criminali & ciuili, & nedum per modum agendi, sed eiam per modum excipiendi, vt traditur & habetur in c. cum dilec. & c. super spolia. extrà de or. co. in l. j. §. ne quid autem. & §. illud. ff. de vi & vi ar. cum si. ibi no. siue violentia fuerit commissa super rebus mobilibus, siue super immobilibus, vt in-
2 frà dicetur. †Deinde sciendum est quòd quadruplex est violentia, quædam expulsiua, quędam compulsiua, quędam inquietatiua, quędam ablatiua, vt plenè no. per glo. in l. extat. ff. quod met. causa. & ibi per Bar. de prima violentia expulsiua loquitur to. ti. ff. de vi & vi ar. & C. vnde vi. & extrà de rest. spo. De secunda spe, vide licet de violentia compulsiua loquitur to. ti. ff. & C. quod me. causa. de tertia spe. s. de inquietatiua & turbatiua loquitur to. ti. ff. & C. vti pos. De quarta verò videlicet ablatiua loquitur to. ti. ff. vi bo. rap. Et rursum considerandum est quòd quandoque quis priuatur vel spoliatur pos. rei mobolis, & hic aduertẽdum aut priuatur violẽtia compulsiua, & succurritur actione quod me. causa. vt l. finali, & l. metum. §. Iulianus. cum si. ff. quod me. causa. aut priuatur violentia ablatiua, & tunc aut fuit violentia manifesta & ei succuritur actione vi bo. ra. & l. j. & ij. ff. vi bo. rap. non autem competit interdictum, vnde vi.

illud nõ cōpetit pro rebus mobilibus principaliter ablatis, vt l.j.§.illud vtique.& §.seq.ff.de vi & vi ar. Aut fuit violētia occulta, vt furtū, & tūc aut passus hāc violētiā est dñs ipsius rei, & ei datur actio furti & condictio furtiua, vt l. apud antiquos.in prin.& l.manifestissimi.C.de fur.& l.j.C.de cōdi. fur.& l.j.ff.de fur.cū si.aut nō est dñs rei, sed habet ius in re, vt creditor &c.& tūc habet cōditionē in certi, vt habetur in l.& ideo.in §.Neratius.ff.de cō di.fur.& ibi no.p gl.& Bar. Aut nullū ius habebat in re, & tunc aut habebat solam detentationem, vt commodatarius & depositarius, & huic competit ac.in factum vel officium iudi.vt l.non tantū.ff.de pet.hæ.& d.l.manifestissimi.§.sed cū in secunda.& ibi no.per gl. Aut habebat possessionem solā, & ei datur actio triticaria, vt l.ij.ff.de triti.& conditio.ex l.si coloni.C.de agri.& cens.lib.xj. Si autem iste cecidisset à possess.facto suo proprio.tunc ei succurritur per conditionem inde.l.indebiti.§.sed nummi.ff.de condi.inde.

3 †Et no.quòd nullum interdictum reperitur à prætoribus introductū p re mobili ablata recuperanda, vt no.per gl.in l. rem quæ nobis.ff.de acqui.pos.& ibi plenè per Bar.& no.in d.l.j.§.illud ff.de vi & vi ar. Licet pro ipsa re mobili & eius possessione tuenda introductum sit interdictum vtrobique, vt ff.& C. vtrobique.l.j.

4 †Aliquando, vt prædixi aliquis priuatur & spoliatur possessiōe rei immobilis, & hîc multum aduertendum & cū eistinctiōe cōside ran. Quandoque priuatur quis possessione rei à seipso vel per ipsum poss. Quandoque priuatur pos.vacante ad eum tamen pertinet.primo casu subdistinguitur aut priuatur culpa & facto sui proprij coloni inquilini procuratoris vel serui:& tunc aut priuatur, quia alij dictæ personæ produnt & tradunt ipsam pos.& tunc domino priuato succurritur per cōditionem ex l.si C. de acqui.pos. Aut priuatur, quia interuertunt possess.contendentes possidere sibi ipsis, & tunc succurritur domino ex l.non ab re.C.vnde vi.l.si quis conductionis titulum.& l.conductores.C.loca. Quandoq; priuatur facto & culpa alterius penitus extranei, & tunc aut talis extraneus priuauit dominum possessorē prætextu alicuius rescripti vel sententiæ sine aliqua causæ cognitione, & tunc succurritur contra illum conditione ex l. meminerint.C.vnde vi. aut priuauit nullo colore.sed de facto à suo capite, & proprio appetitu, vt fit moderno tempore, & tunc ipsi taliter spoliato & priuato succurritur multipliciter, videlicet interdicto, vnde vi, vt l.j.in prin.& §.cum seq.ff.de vi. arma. & conditione ex l.si quis à se fundum .C.ad leg.Iul.de vi. Item succurritur conditione ex canone.c.sæpè. extrà de restit.spol.& conditione ex canone reinte. iij.q.j. Item succurritur offi.iud.vt in c.bonæ memoriæ.extrà de app.& c.quia volumus extrà de iudi.& no.per glo.& Inno.in d.c.sepè.dixi etiam quòd quandoque priuatur quis possessione vacante, & quam ipse nec alius possidebat poterat tamen iustè priuatus illam intrare, & tunc eidem succurritur conditione ex l. conquerebatur.C.vnde vi. Et adde quæ scripsi in forma capitulorum in gl.super verbo pro sua & tanquam suam.

5 †Sed pro prædictorum remediorū pleniori notitia quæritur, quæ & qualis sit inter ipsa remedia differentia, quæ remedia competunt cum ciuiliter agitur, nam pro spoliatione rapina & si violentijs agi etiam potest criminaliter vt ff.& C.ad leg.Iul.de vi pub.& de vi priua. p totū.ff.vi bo.rap.& ff.& C.de fur.p̄to.& inquit iurisco n.in l.j.§.quid autem & §.illud.ff.de vi & vi ar.

6 †Sciendum est ergo cum ciuiliter agitur, quòd differunt inter se interdictum, vnde vi à constitutione l.si quis in tantum.§.in his. nam interdictum, vnde vi est personale, sicque competit solum contra eum, & eius hæredem qui vim intulit non autem contra singu.successorem: vt l.cùm à te & l.ij.in prin.ff.de vi & vi ar. Item requiritur dolis ex parte violenti, vt l.j.§.vi possidere.& l.si vi. ff.de vi & vi ar.et no.glo. magnā, in fi.posita in d. l.si quis in tantam. Daturque interdictum perpetuò de eo quod ad violentum peruenerit, pro alijs autem damnis illatis datur infra ann. tantum à tempore violentiæ illatæ numeratum: vt l.j.in prī.et §.fi.et l.ij.§.j.ff.de vi & vi ar.sed cōstitutio d.l.si quis in tātam. punit ipsum violentū maiori pœna quàm interdictum nec requirit dolum, sed sufficit lata culpa, vt ibi no.est & ipsa constitutio perpetua quo ad omnia, sed non datur contr a singularem successorem, & ibi no.& in hoc concordat cum interdicto, verum quia huiusmodi raptores, vt effugerent, ne interdicto vel conditione ex l.possent conueniri, transferebant res ipsas occupatas seu ablatas, in aliquam tertiam personam, fuit eorum dolo & malitia occursum, per d.c.sæpè.in quo dispositum fuit si quis scienter receperit rem per violentiam occupatam, tenetur ad ipsius restitutionem non obstante iuris ciuilis rigore.& quoniam erat difficile probare de dolo, spoliatione, & scientia acquirētis, qa in facto alieno præsumitur potius ignorātia quàm sciētia. vt l.fi.ff.p sua.& l. metus.ff.de proba.pro tanto alio remedio fuit prouisū lōgè latiori, & aliquo alio meliori, de quo habetur in d.c.reintegranda.in q.j.in quo expressè disponitur generaliter & indiffinite, quòd qualitercūque & quocūque quis iniustè priuatus sit possessione rei & ad quascūque personas peruenerit, siue fuerit successor singularis, siue vniuersalis siue bonæfidei siue malæfi.quòd ante omnia spoliato restituatur possessio & c.nisi vitiū violentiæ fuerit purgatū, quod qualiter purgetur plene traditur in l.sequitur.§.tunc in potestate.ff.de vsucap.

7 †Sed hîc insurgit dubium, an d.c.sæpè præcesserit vel sequutum sit d.c.reintegranda.& communiter tenetur quòd sequutum sit In quo præsupposito, sequitur quòd valde leuis & truffatoria fuit ipsius prouisio, cū latius subuentum iam esset

per c.reintegranda. & vide quod not.per glosam in d.l.j.§.ne quid autem.ff.de vi & vi ar.per God. & Host.in sum.extra de resti.spo. amplius etiam succursum est officio iu.vt in c. bonæ memoriæ. de ap.quod remedium plenè succurrit,sicut d.c.re integranda. de quo no. per gloss. in d.c. sæpè. &
8 ibi per Innocentium. †Quæri tamen consueuit, an remedium dict. capituli, reintegranda, vel iudicis officium detur contra alium bonæ fidei poss.cum tit.Et communis decretaliorum opinio est quòd sic siue sit bonæfidei,siue cum titu.siue sine tit.vt no.per Inno.& Host.in d.c.sępè. & per Archidiaco. in d.c.reintegranda.& hoc ad exemplū actiōis,quod me.causa, quæ datur cōtra bonęfi. pos.vt l.si cū exceptiōe.§.in hac. & §.aliquādo.in fi.ff.quod me.causa. & per hoc etiam facit d.l.si coloni.C. de agri. & cens. lib.xij. attento maximè quòd tale remedium est inductū fauore spoliati,ne sua re priuetur,propter difficilem probationē dominij.Alij do. iuris ciui.vt Bart.in l.itē q nobis.ff.de acqui.pos.& Iac.But.in l.in ciui.C.de fur.distingunt sic.Aut iste posses. habet titulum à violento seu vitioso possessore, & tunc procedit opi.Inno. & sequatiū. Aut nō habet ab eo tit.sed ab alio bonæfidei possessore, & tūc potest contra eum intentare remedium dict.cap.reintegranda. nec iudicis officiū. argu. eorum quæ traduntur in authen.malæfidei.C.de lon.tem.præsc.&.l.Pōponius.§.cū quis.ff.de acqui.pos.& l. siue autem.§. si
9 duobus. ff. de publi. †Sed in hoc apud alios dubitatur & apud meipsum,an remediū d.c.reingran.possit intentari corā iudice layco, & in foro laycali,si tā actor quā reus sint laici,sit quæstio de re laycali; siue priuata inter eos. Et quidā dicunt quòd sic, nā pari seruitio & mutuo iura ciuilia & canonica sibi inuicē auxiliātur , iuxta ea quæ habētur in c.j.de offi. or. & in c.j.de no. oper.nū.facit x.dist. c.j.& c.quoniā. & in c.si adiutoriū.Ideoque licet ius ciuile illud prætermiserit, si ius canonicum illud adiuuet, poterit laycus ipso beneficio seu remedio vti sicut ecōtra in foro ecclesiastico, clerici legibus vti possunt, vt probatur in iuribus antedictis. In contrarium facit, nam illud capi. reintegranda.cum simi. factum est simpliciter in fauorem ecclesiarum, ergo ad priuatas personas non est extendendum,cum non sit paritas fauoris in omnibus.argu. in l.j.§.fin.ff.de consti.prin.& l. si verò.§.de viro.ff.solu. matrim. quod manifestè probatur ex illo text. ibi, episcopus &c. & ibi res ecclesię, & tunc etiam hanc partem puto veriorem de iuris subtilitate,licet præcedens opin.maiori æquitate nitatur, maximè quia hoc tale remedium in perpetuum sit , nec temporis cursu
10 extinguitur : vt ibi habetur. †Inde quæritur vt dictum est, spoliato competunt plura remedia, an sit necesse vel vtile quòd in libello exprimatur, quo remedio vtatur. Et dicunt quidam ꝙ sufficit generaliter formare sic, ꝙ ī eo cōcudi & compræhendi possit omne remedium. quām opinionem sequitur Inno.in d.c.sæpè.circa fi.arg. ad hoc.in l.fi.C.de an.excep. & in c.abbate sanè. extrà de re.iu. facit quod per eum not. in c. conquærente. extrà de offi. or. Contra tamen facit regula impeditiua cumulationis,de qua per Dyn. in regula nullus pluribus. Ego credo consultius omnem cauillationem & dilationem auferendam exprimere qualitatem illius remedij quod proponit venditor , nec consulo propter difficultatem probationis , quòd aliquis intentet interdictum vnde vi,sed potius conditionem ex canone, vel ex lege, de quibus suprà dixi, vel iudicis officium . Præterea sciendum quòd quandoque quis priuatur libera facultate possidendi quadam violētia, quæ turbatiua seu inquietatiua appellatur, vt prædixi,licet sit violentia impropria, quo casu succurritur interdicto vti pos. vt ff. & C.vti pos. nec iure ciuili reperitur aliquo remedio possessori in hoc casu succurri. quod no. De eius materia dicetur infrà titu.proxim. aliquando etiam continget quem priuari alia quadam abusiua violētia, quod est cùm aliquis ingreditur clàm vel occultè fundū alterius, & ille suspicans se posse repelli non audet ad fundum accedere, de quo loquitur l. si id quod. §. fina. lege tertia.§. si quis nuntio. & le. clàm possi. in fine.& l.seq.ff. de acquirenda possessione.& ff.quod vi aut clam l.j.§.penultimo & l. tertia.§.fin. quo casu sibi succurritur interdicto vnde vi. ff. de vi & vi armata. lege prima, § siue autem.& §.idem labeo.& nottatur in l. sequitur.§.item si occupaueris.ff. de vsuc. & etiam interdicto, quod vi aut clàm, si quod factum est solo vel re affixa solo, vt lege prima,§. hoc interdictum. & lege, si alius. §. nouimus. ff. quod vi aut clam . & eodem modo succurrendum conditioni ex canone,& officio iudicis, & conditione ex lege. vt supra dixi in vera & propria violen-
11 tia. †Sed circa prædicta quęritur , an expulso à quasi possessione iuris incorporalis competat interdictum vnde vi. Et quidem certum est competere officium iudicis & conditionem ex canone vel ex lege, vt tangitur in iuribus ad hoc suprà allegatis. De interdicto vnde vi, est dubitatio, nam canonistæ tenent quòd sic, vt traditur in c.quærelam.extrà de elect.legislatę autem vt plurimum,vt refert Cynus in l. si certis annis. in vltima quæstione. C. de pactis, tenent contrarium. de quo etiam notat glosa & Bartolus in lege tertia. C. vnde vi. ff. de vi & vi armata. vbi ipse Bartolus videtur tenere quod etiam de iure ciuili non competit interdictum, sed in lege finali.ff. quorum bona,aliter distinguit,dicit enim quòd quandoque persona est obligata ad aliquid annuum certum alicuius iuris realis seu respectu alicuius rei immobilis, vt est feudatarius,emphytheuta,& similes.Et hoc casu contra tales,licet personaliter obligatos competit interdictum vnde vi,sic intelligatur cap.quęrelam. præal. & quod ibi not. Quandoque persona est obligata simpliciter nullo habito respectu ad certam rem,& tūc cessat interdictū,& succarritur

de alio remedio,& sic procedit sententia Cy.& Iaco.de qua dixi.

NOBILEM LANCELLotũ de beccaria.Iste Lancelotus habet fratrem militem dominum Castellinum de baccaria,qui ambo sunt de ciuitate Papiæ,& facti sunt rebelles Illustrissimi Ducis Mediolani anno præsenti.Mccccxiij.cuius rei causa,dum ipse Lancellatus possideret Basignanam,& d.dominus castellinus possideret viqueriam & lomellum & certa alia castra per biennium ante ipsi fratres posuerũt totam ciuitatem.Papię ad saccomanum & prædam cum auxilio & suasione facinicanis,præfatus illustris Dux reductus ad statum & libertatem suam mediante auxilio domine Beatrixinæ,nunc eius vxoris,& olim vxoris dicti.q.Facini contra dictos fratres de beccaria,& contra Man.& Ludouicum fratrem de canibus contra quos similiter guerrã mouit illustris dominus Machio mon tisferrati quos fratres de canibus expulit de loco burgi sancti Martini,& de mense octobris sequẽtis præfatus Dux incarcerari fecit dominum castellinum simul cum domino Man.de bacca.milite de sanct a Iuleta,& certis alijs de beccaria in castro Papiæ.

a *nũquid, vide doc.in c. inter dilec. de fi.instru. & Spe. in ti. de lib. obla.*

DEDVCENDO.Ista clausula solet aliquando apponi in principio libelli & aliquando in fine sed non est vis,vt dixi in fin. primi lib.

IVS SVVM.Aduerte licet communiter stilus ita se habeat vti generalitate,laudabilius tamen & securius puto vti specialitate,exprimendo,vt dixi quærelæ remedium intentatum, quia non credo quod omnia ista remedia,quæ sũt inducta in fauorem spoliati pro eius recuperanda poss.possint semel & simul eodem tempore cumulari per illam regulam cumulationis impeditiuam, quæ est quòd si sententia lata in vna actione pariet except. rei iudica.in alia,quòd impeditur cumulatio vt dictum est suprà in primo libel.& Dy.in regula nullus pluribus.dicit ergo actor in suo libello deducẽdo in præsenti iudicio beneficiũ.c.reintegrãda. vel offciũ iudicis,vel cõditionẽ ex l.si col.&c.

EPITOME.

1 *Duo sunt probanda per spoliatum ingressus & spoliatio ex parte aduersarij & possessio ex parte sui.*

2 *An sit necesse exprimere in libello mensem & diem spoliationis.*

INGRESSVS de anno præsenti, mense
1 Iunij. †Aduertendũ.vt infra dicam,quòd quouis,remedio quis vtatur habet duo collatiue probare.s.ingressum & spoliationem ex parte aduersarij,possessionem ex parte sui.

2 †Nunquid a autem sit necesse exprimere in libello mensem & diem spoliationis?dicit Bar.quòd si vtatur interdicto vnde vi,& arguatur dolus aduersarij,necesse est,vt exprimatur tempus,vt per eum not.in le.j.§.siue autem.ff.de vi & vi ar.vbi autem intentaretur.beneficium dicti.c.reintegrãda vel officiũ iud,vel conditio ex l.si coloni,licet ipse nihil dicat ego tamen puto,quòd in his non sit necesse tempus,quia in eis magis attenditur factũ quàm delinquentis propositum.& sic habes aliam vtilitatem inter hec remedia & interdictum.

EPITOME.

1 *Actor debet probare possessionem suam quando est spoliatus.*

2 *Inuasor spoliatus an habeat remedium contra spoliantẽ.*

TENTAE ET POSSESSAE.
1 †Debet namque actor probare de sua poss. vt dixi,& de spoliatione aduersarij,vt traditur in l.j.§.deijcitur & §.interdictum hoc.ff.de vi & vi arma.& c.consultationibus.extrà de offi.dele. & no.in d.c.sæpè.& c.olim.extrà de rest.spo.sufficit tamen actori si probet de eius simplici tentatione ad obtinendum in hoc interdicto, Vt l.j.§.quod autem ait prætor.ff.de vi & vi arma.& ad hoc facit quod infra sequitur.in proxi.q.

2 †Sed quid dices,si iste inuasor,& occupator ab aliquo spolietur,an sibi succurretur etiam aliquo remedio de prædictis?videtur quòd non,quia nemini datur actio ex improbitate sua,vt l.nec ex dolo.ff.de dol.& l.vtique.ff.de fur.In oppositum est veritas,per tex.in le.j.§.qui vi à me.& l.colonus.ff.de vi & vi arma.& in c.ex litteris extrà de restitu.spo.& hæc vera, quando est deiectus ab extraneo non domino ipsius rei,secus autem si esset deiectus à domino,nam distinguitur, an sit deiectus ex interuallo,& ei succuritur, ac si esset deiectus à quocunque extraneo,aut fuit deiectus incontinenti,& tunc non succurritur sibi quia vim vi repellere licet in continenti, vt hæc habentur le.iij.§.cum igitur.& in dict.§.qui vi à me.& l.qui possessionem.ff.de vi& vi arma.l.j.C. vnde vi.ad quod facit le.j.in fin.cum le.sequen. ff.vti posses. per quem pater aliud priuilegium attributum spoliato in odium spoliantis.

pleno

PLENO IVRE SPECTANTIS ET pertinentis. Hi multùm aduerte, quia per ista verba deducitur in iudicio petitorium simul cum possessorio, quod quidem fieri conceditur in libello possessionis recuperandæ. vt habetur & notatur in l. cùm fundum, ff. de vi & vi arma. & in c. pasto. & in c. cùm dilectus. extrà de causa pos. & proprie. licet melius & securius sit abstinere à petitorio, propter difficultatem probationis. vt nota. per glo. in d. c. j. extrà de restitu. spolia. In alijs autem possessorijs aliàs distinguitur, vt dicam infrà titu. sequenti. per quæ [b] autem verba videatur quis insentare petitorium simul cum possessorio? Dicit Innocen. in c. cum ecclesia sutrina. in princip. extrà de caussa posses. & proprie. & tunc quando vtitur isto verbo, pertinere & spectare. per l. verbum pertinere. ff. de ver. si. & multò fortius si dicat & exprimat se dominũ, vel quasi idem si dicat se consuluisse interesse tali electioni, vel consuluisse colligere tale pedagium, vel consuluisse se exercere talem iurisditionem, vel consuluisse per talem viam & similia, nam ex eo quòd dicit consuluisse, denotatur ius, quia consuetudo est ius, vt l. j. C. quæ sit longa consuetudo & nota. in l. de quibus. ff. de lega.

c IPSO FACTO [c] ET ipso iure priuatus. Nota diligenter quòd inter ista verba, ipso iure & ipso facto, quo ad iuris effectum non est differentia, vt no. per Archidia. in c. de homi. li. vj. & in c. fœlicis. de pe. eo lib. de quibus verbis ibi fit mentio in tex. & in c. cum secundũ leges. de hære. li. vj. & in authen. de incest. nup. §. j. col. ij. cum multis simi. quorum quidem verborum effectus ille est, quia lex ipsa facit executionem super dispositiõe illa, in qua verba huiusmodi apponuntur dumtamẽ prius super facto ipso super quo fieri debet executio sententia proferatur. verbi gratia, si lex communis vel singularis disponat, qui commiserit tale crimen, sint ipso iure. vel ipso facto, bona eius publicata, vel sit infamis, & si est necesse, quòd prius pronuncietur crimen esse commissum, quo declarato fiet executio, primo per legem, deinde per iudicem. vt no. per Archi. in d. c. j. & c. fœlicis. & docto. in §. j. in authen. de inces. nup. & l. si quis in tantam. C. vnde vi. sed diceret aliquis, si est super facto necessaria sentẽtia, ergo sunt frustra apposita illa verba, ipso iure. Sed respondetur, qđ multum operantur, nam à tempore criminis habetur ratio fructuum, & interdicta alienatio bonorum, prout eleganter not. Iac. de Bel. in d. authen. de inces. nup. §. j. ad quod faciunt etiam not. maximè per Bar. in l. post contractum. ff. de do. adde quòd infra dicam in alia glo.

EPITOME.

1 *Contra spoliatum, an sit necessaria requisitio.*

2 *Spoliatus iure incorporali qualiter probet possessionẽ tempore spoliationis.*

1 SEPIVS requisitus. † An ergo est necessaria hoc casu interpellatio seu requisitio. Dic quòd non, quia fur, raptor, & violentus possessor semper sunt in mora. ideòque de omni casu fortuito tenetur, vt l. j. § rectissimè. & l. pe. ff. de vi & vi ar. facit l. si. de condictio. fur.

2 † Sed qualiter probabit actor, quòd possideat tempore spoliationis maximè si fuit spoliat⁹ aliquo iure in corporali? Respondeo quòd varijs modis, primò quòd supersint testes, qui viderunt vtrunque, videlicet spoliatum tempore spoliationis possidere, & ipsum inuasorem spoliasse, aut saltem alium probare. s. spoliatum possedisse per aliquod tempus ante spoliationem, hoc probato præsumitur continuata possessio & sequens possessor præsumitur clandestinus, vel violentus, nisi probetur titulus suæ possessiõis. vt plene not. per Inno. in d. c. sæpe & in c. quærelam. extrà de elec. & per Cyn. in l. non ignorabit. C. ad exhi. & per Bar. in l. iuito. §. nõ mutat. de vsuca. & l. iij. §. vnde vi. ff. de vi & vi arma. & l. Celsus. ff. de vsu. per Cyn. in l. super longi. C. de longi temp. præscriptione. & in l. siue possidetis. C. de probationi.

QVARE CVM PRAEdicta. Hæc est conclusio libelli quæ magis attẽdenda est quàm narratio.

EPITOME.

1 *Condemnatus per interdictum restituendæ possessionis, an sit infamis.*

2 *Sententia lata super tali possessorio, an sit diffinitiua vel interlocutoria.*

3 *A prædicta sententia, an appelletur.*

1 PER VESTRAM diffinitiuã sentẽtiam. † Hic quæritur an cõdemnat⁹ in hoc interdicto sit infamis? Dic quòd infamia iuris nõ, sed infamia facti sic, vt no. in l. neq; vnde vi. ff. de vi & vi ar. verũ tamẽ dãnatus criminalit. l. Iul. de vi pub. vel pri. efficit infamis ipso iure, vt ĩ l. j.

a *Pleno iure. Bal. in l. raptores. C. de epi. & cle. Bal. d. in l. fœmina. C. de se. nup. Inn. in c. cũ ad se. de re. spo. docto. in c. audiiis de præsc. Ab. in c. quærelã. de elec. Abba. in c. quoniam. de priui. Abba. in c. de mona. de prob. Abba. in c. in Lateran. de prob. Ant. de Bu. in c. conquæ stus. de fo. cõpe.*

b *Per quæ autẽ. Adde & vide circa hoc Ale. in cõsi. cxviij. in ij. vol. & eũ in cõsi. xcviij. in v. vol. vbi si iudex habet declarare rẽ pertinere ex tunc videtur intenta pos. & vide eũ in cõsil. xcij. col. ij. eo lib. & in iiij. vol. consil. xcvj. vbi petito. & pos. possunt intentari simul & pnuntiari super pos. tantùm & qđ per ista verba ad dimitten. & relaxã. dicitur pronunciatum super possess.*

c *Ipso facto. Vide in l. semper. ff. pro soc. Bart. in l. qui ad ciuilia. C. de app. Barto. l. j. ff. de his qui no. infa. & gloss. in verbo ipso fa. in cle. ij. de vi. & ho. cle. & ibi per Ioan. de Imo. in j. no. tex. in gloss. in c. j. de resc. li. vj. & ibi in c. excommunicamus. el. j. in §. credentes. de hære. tex. in c. eos. de immu. ec. ij. lib. text. iunc. glo. in verb. admonitionem. in clemen. ij. de coha. clerico. & mu. tex. in c. quod olim. de iud. text. in c. quicquid autem. in cle. extra de re.*

in prin.versi.qui iudicio publi.ff.de
his qui no.infa.& le.infamem.& ꝙ
2 ibi no.ff.de publi. iud. †Vlterius
circa hoc consueuit in dubium reuo
cari,an sententia super hoc vel alio
possesso.lata sit diffinitiua vel inter
locutoria & videtur quòd sit inter
locutoria per text.in c.si quando.
ver.si de possessione.ij.q.vj.Tu autē
dic quòd est diffinitiua.vt probatur
in cle.j.de seque.pos.& fruc.in c.fi.
extra de iu.extra vt lit.non conte.
c.ij.quam opi.firmant glo.& docto.
in l.j.C.si demo.pos.& dicta cle.j.
3 †Inde queritur,an ab hac senten-
tia possit appellari,videtur quòd nō
siue loquamur,de iure cano.per tex.
in d.ver.de possessione siue loqua-
mur de iure ciuili per tex.in l.j.C.
si de mo.pos.fuerit ap.cum si.breui-
ter communis sētentia est ista,quòd
de iure cano.potest appellari à sen
a tentia lata [a] super quocunque posses
sorio vt probatur & no.in c.cum ad
sedem.de resti.spo.& in c.j.extra de
causa possess.& propriet.& in c.fina.
extra de iudi.de iure autem ciui.ap
pellari non potest,vt habetur & no.
in d.l.j.si de mo.posses.& in l.quis-
quis.C.quo ap.non reci.quæ autem
opi.seruanda sit,certe clerici obser-
uabunt suam in foro suo & layci aliā.
in eorum foro. diceret quis si d.c.
reintegranda obseruatur in foro
laycali,cur non obseruabitur aliud
quod de appellatione conceditur.
Ideo ego dicerem quòd si illud c.
reintegrāda. quod est remedium iu
ris canonici intentetur in foro lay-
cali. quòd habebit per consequen ti
am locum aliud remedium eiusdem
iuris canonici.de appellatione per-
missa à tali sententia super possesso
rio lata. Nam qui vtitur aliquo iu
re,debet eo vti cum omnibus qua-
litatibus & circunstantijs suis. argu.
in le.fi.§.& si præfatam.C.de iure
delib.§.si autem hoc aliquis ver.cū
enim vbi autem intenditur reme-
dium iuris ciuilis.puta interdictum
vel conditio ex l.si coloni. vel quid
simile dicam tunc appellari non pos
se per dictam rationem,& hæc est
ipsa veritas [redacted],quod sem
per not.& hanc opinionem vidi fir-
mari per d.Bal.in quodam suo consi.
b dum legeret in studio [b] Papiæ me
præsente, qui mouebatur tali ratio
ne,quę ad idē tendit,cum superiore.
Remedia nanque iuris canonici re-
gulari debent secundùm ipsum ius canonicum
sicut remedia iuris prætorij regulantur secundum
ipsum ius prætorium non autem per ius ciuile,vt
patet per discursum omnium bonorum possessio-
num,sicque patet quod valde vtile est semper in
libello exprimere qualitatem remedij quod inten
tatur, vt suprà dixi super quibus vide quę scripsi
super forma appellationis ab interlocutoria.Alij
autem voluerunt dicere quòd etiam in foro layci
si dict.c.integranda .intentetur quod non potest
appellari & mouentur hac ratione. Quando-
c cunque lex procedit per viam regulæ,[c] vt est in
dict.le.j.si demo.pos.semper illa regula trahitur
ad omnes leges futuras seu sequentes de eadem
materia loquentes vt probatur in l.regula. in fin.
ff.de iur.& fac.igno.& le.de vno quoque.ff.de re
iu.& tetigit Bar.in le.pretor.§.hoc interdicto in
fin.ff.vi bon.rapto. cum igitur dict.le.j procedat
per modum regulæ & dict.c.re integranda. equa-
tur ipsam regulam,& sic est posterius ipsa regu-
la ergo trahetur ad ipsam regulam & intelligitur
secundum esse.argu.in le.sed & posteriores.ff.de
legi.cum sim .Credo pręcedentem opi.esse verio
rem,nec repugnat quòd dicitur de le.seq.trahen-
da ad regulam præcedentem.quia respondetur
quòd illud procederet,vbi vtraque lex lata sit ab
eodem & in eo iure, secus autē si lata in diverso
iure & in diuersos conditores illius iuris & non
secundum alias regulas iuris conditoris vt patet
per infinita exempla in iure canoni.descripta ad
quod not.Dy.in regu.possessor malęfidei.in j.op.
cir.finem.

a Lata super pos.Bal. in le.j.C.si de mo. pos. & in cle. j. de re iudi.

b Studio Papie.adde e undē Bal. ī c.querelā de elec.& consi.habes in consi.ccc xxj. ī c. ad euidē. præmittendum est ī iij.vo.

c Per viam regulæ.Adde & vide de hoc per Ang. Aret. in §.capite iij.insti .ad l.acqui. Alexā.de Imo. in consi.i in ij. volu.

EPITOME.

1 *Spoliator & inuasor ad quæ teneatur.*
2 *Spoliati per guerram vnius ciuitatis contra aliam,an ante omnia sint restituendi.nu.3.*
4 *Qualiter probetur de dannis in prædicto casu.*
5 *Regula quod spoliatus ante omnia &c.quibus casibus fallat.*

AD REINTEgrandum & restituendum.
1 Notandum est hic quòd spoliator & inua
sor tenentur ad tria in quibus condemnati
sunt.Primò tenentur rem occupatam restituere.
Secundò fructus reddere .Tertiò damna & inte-
resse persoluere,vt hęc habentur & not.in l.si de
possessione.C. vnde vi.& in c.grauis.extra de
rest.spo.& in l.j.§.qui deiectus.& §.quæ fundus
2 ff.de vi & vi arma. †Circa hoc quęro de quoti
diana quęstione.Pone quòd vna ciuitas contra ali
am,vel vnus dominus contra alium mouit guerrā
in qua guerra spoliata & capta sunt aliqua castra
vel alia bona quæritur an talia de iure sint spolia
to oīa restituenda.Et breuiter Bar. in l. hostes.ff.
de capti.& postli reuers.sequitur,verba Inn.in c.
olim de resti.spolia.& in c.fina.extrà quod met.
causa.licet de eo non faciat mentionem & ambi
3 tiosus honore sic distinguit. †Quandoque

talia bona capiūtur in bello licito. Bellum autem licitū dicitur illud qđ indicitur & imponitur p imperatorē vel padā, vel aliū inferiorē de ipsorū mādato: bellum autem illicitum dicitur illud quod à quocunque alio indicitur, sine causa legitima à iure approbat, vt habetur in d. c. olim. & in d.l. hostes. & ego scripsi suprà in prim libello super verbo spectat, & pertinet, vbi videas. primo casu quando capiuntur in bello licito, tunc personæ captæ efficiuntur seruæ ipsorū capientium de iure scripto. vt d.l. hostes, licet de consuetudine nō seruetur, & bona mobilia & immobilia similiter efficiuntur capientiū, vt ibi. & ideo nō fit eorū restitutio. Secundo casu cū capiuntur in bello illicito & reprobato: vt est cōiter hodie, & tūc personæ captæ efficiuntur seruæ. Bona autē de iure scripto similiter nō fiunt capientiū, sed de cōsuetudine sic secundū Bar. vbi suprà, licet Inno. vbi suprà dicat quòd nec de cōsuetudine debeat esse ipsorū capientiū, cùm sit potius corruptella, vt per eum not. in c.fi. extrà quòd met.cau. & per Host. extrà de homi.c.ne pro humani. & per Archidiac. extrà de hære.c.præsidētes. & per Hostiē. in summa de treu. & pace. §.j. & ij. & per Archi. in c.ij. de re iudicata. lib.vt. versi. præmissa. & per Inno. in c.sicut. extrà, de iureiu.

4 † Vltra quæritur quomodo probabitur de damnis & interesse, cùm graue sit reperire testes qui viderint pecuniam in scrinio vel alia similia in castro vel in fundo: respondetur secundùm Inno. in c.olim. & c.grauis. extrà de restitutione spolia. quòd probata spoliatione & inuasione stabitur de damnis, & interesse iuramētō spoliati. per tex. in l.si quando. C. vnde vi. & ibi per Cyn. & doct. Et sic patet vnū aliud priuilegiū, qđ attribuitur spoliato in odiū spoliātis. Nō mirādū est ergo si antè sit restituendus, vt compescatur audatia & temeritas inuasorum, in tantū quòd ipsi spoliatori nō præstatur aditus super rei dominio vel possessione, nisi res ipsa fuerit prius plenariè restituta, tam de iure ciuili quàm canonico. vt traditur in l.si quis ad fundū. C. ad legem iul. de vi. in c. prius. & in c.oportet, et in d.c. reintegranda. cum multis alijs similibus. iij.q.ij. et ij. q.j. & in c.j. & ij.c. ex literis. et c. itē cum quis, & c.literas. extra de restitu.spol.

5 † Quæ regula fallit in certis casibus not. per Goff. in summa, de resti.spo. & per Spe. in tit. de peti. et poss. inter quos hi enumerantur. Primò si reus spoliatus[a] obijciat de eius interiori spoliatione in modum agendi vel excipiendi cōtra ipsum agentē: nā tūc retardatur et differtur executio donec super vtraque fuerit cognitum. vt in capi. cùm dilectus. & in c.super spoliatione. extrà de ordi. cog. Secūdò fallit regula quādo agens consensit quòd reus de iure proprietatis ipsius rei audiatur. vt in c.j. extrà de restitu. spolia. et ideo actor sit cautus cum videt reū ingredi iudiciū proprietatis debet statim cōtradicere, et dicere quòd nō est audiendus donec fuerit in integ. rest. vt ibi no. Item fallit in eo qui fuerat de facto repulsus non additur petens se ante omnia restitui vt habetur iij.q. j. c. dans. §. patet. Item fallit si spoliatus sponte renunciauerit iuri suo ante quam fuisset spoliatus vt in c.accepta. de restit.spo. Secus autem post spoliationē renunciasset, quia tunc talis renunciatio non tenet, & ideo ea non obstante audiretur petens se restitui, vt ipse not. in c.ij. extrà de rest.spo. quod est multum no. & sic patet aliud priuilegium qđ datur spoliatis in odium spoliantis illi ergo principes & domini, quibus per violentiam manifestam plerunque substrahuntur villę vel castra & postea dum ineunt inuicē treugam vel pacem si spoliatus renunciat omni iuri suo quod habebat in talibus villis & castris ablatis prout fecit illustris Marchio montisferrati versus illustram princi. Achaye certe non obstante renunciatione tali vt pote à iure reprobata poterit ipse hęc castra repetere & vendicare & se restitui ad possesionem postulare de quo plene no. etiam per gl. & Inn. in c.super hoc. extrà de renū. idem patet in vxore cuius non sit restitutio marito vbi de eius timetur sęuitia, vt in c.transmissa extrà de rest.spo. facit c.litteras. extrà eo. item fallit si vir adulterium cōmisit post spoliatam vxorem vt in c. signi. extrà de diuor. & ibi per Inno.

[a] Spoliatus ante omnia debet restitui per Ho. in summa. eo.tit.

EPITOME.

1 *Cuius temporis & quæ damna veniant vnde vi. nu. 2.*

1 SIMVL CVM omnib' idānis Hic aduerte quòd in isto casu quo agitur intendicto vnde vi debet lis & causa moueri pro istis damnis infra annum quo elapso non audiretur super eis sed solum super rebus simpliciter spoliatis vt supra dixi in j.gl.

2 † Item in hoc remedio restitutorio veniunt ista damna & alia huiusmodi accessoria contingentia post lit. contest. in condēnatione iudicis officio etiam si fuerit à parte petita in libello, vt habetur in l.j. §.rectissime. & §. nō solū. ff. de vi & vi ar. & ideo si iudex neglexerit super his cōdēnare nō poterunt vlterius petit in noua causa vel instātia ar. l.iiij. C. depo. cum simili. & interminato. C de fru. & li. ex alia. aūt dāna & cętera accessoria contingētia ante lib. vel li. cōte. debēt

peti

peti à parte infra annum, nec ex officio suo posset iudex sine partis requisitione quicquam pronũciare, super quibus, si pronunciare omiserit, poterit pars in alio nouo iudicio illa petere, vt probatur in l. diem. §. fin. & l. si plures. ff. de vi & vi arma. sicut etiam talia accessoria ante litem contestatã coniugẽtia in contractibus stricti iuris bonæ fidei non veniunt in condemnatione officio iudic. nisi parte petente. vt l. edi. §. item sciendum. ff. de edi. ędic. & l. partum. ff. de vsu. & plenè de hoc no. in c. grauis. extrà de re spo. & ego scripsi suprà in forma primi libelli in glos. super verbo ex officio no. per aliquos. in d. l. iiij. & l. terminato. Ad tollendum tamen omne dubium, consilium est quòd semper petatur à parte vt hic fit.

Et in statum pristinum reducatis re ipsa, & in effectu. No. multum ista verba in effectu &c. quia nõ sufficit verbalis restitutio, nisi sequatur realis, & actualis, vt ꝓbatur iij. q. j. c. episco. & ver. sed notandũ. ideoque si iudex simpliciter pronũciat actorẽ in integ. restituendũ, hoc nõ sufficit etiam si adijciat. Et ita eum restituimus nisi sequatur missio in possessionẽ, desiderat enim res ipsa naturalem seu realem restitutionem, vt dicitur in simili. in l. non statim. in princi. ff. de pecu. ad quod faciũt quæ deter. Iac. Bu. in l. cũ iudex. C. de san. & inter. om. iu. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Fructus non solùm percepti, sed & percipiendi restituũtur per inuasorem.*

2 *Inuasores, & raptores quomodo sunt condemnandi.*

Et amplius ad restitutionem fru-
1 ctuum. †Iustè petuntur fructus nedum percepti per inuasorem, sed etiam quos percipere potuisset inuasus. vt d. c. grauis. & C. vnde vi. l. si de possessione. & l. j. & §. die. & §. non solùm. cum §. sequen. ff. de vi & vi arma. In quibus fructibus si per iudicem non fuerit pronunciatũ, tũc an liceat in alio iudicio illos petere, distinguitur eo modo quo supra dictum est, in damnis, & interesse, nam siquidem loquimur de fructibus perceptis post litẽ contesta. seu percipiendis, & tũc non admittitur vlterius illorum petitio. argu. d. l. iiij. depo. & C. de vsu. l. eos. & l. in bonæ fidei. cum simi.
2 & not. per Inno. in d. c. grauis. † Vltimò nota quòd isti inuasores & raptores alienorum bonorum contra quos nedum ciuiliter, sed criminaliter procedi potest, vt dictum est, etiam vt prædixi, omnibus eorum iuribus quæ habebant in rebus deprędatis, & sunt per sententiam iudicis priuandi, vt prædixi, non virtute interdicti vnde vi, nec virtute. c. reintegranda. sed per constitutionem. l. si quis in tantam. C. vnde vi, ideoque poterit tali sententia appellari, quia excedit hoc casu metas meri possessorij, vt notatur & determinatur per glossam in l. momentaneæ. C. vnde vi. quod nota. quia frequenter intentatur per hæc verba dicta constitutio. l. si in tantum faciũt quæ habentur in l. extat. ff. quod me. causa. Qui autem his & similibus rapinis tota animi intentione perstudent: proculdubiò sapienter facerent si se à talibus abstinerent, sed voluntati & stultitiæ dediti postergata omni virtute, solo appetitu tanquã bestiæ geruntur.

Forma libelli pro turbata possessione.

Coram vobis Domino vicario &c. in iure proponit Thomas de beccaria contra & aduersus Nicola. de gambis &c. dicens, & proponens dict. Thom. quòd annis xxx. vel pluribus proximè elapsis, per se vel per alium seu alios eius nomine tenuit, & possedit continuè, pacificè, & quietè petiam vnam vineæ positæ, & iacentis in loco, & territorio clastigij, quæ est modiorum cl. vel circa cui coheret ab vna parte &c. quam adhuc hodie tenet & possidet pro sua & tanquàm suam veris, & legitimis titulis, & causis, quaquam præfatus Nicola. de anno, & mense præsentibus eundem Thom. in d. sua pos. turbauerit, & molestauerit ac præsentialiter turbat & molestat indebitè, & iniustè ipsius Thom. posses. ingressus clandestinè fuerit, & in ea nititur ipsum Thom. turbare, & molestare, non permittendo nec patiendo ipsum Thom. eiusque colonum: & massarios, & factores liberè, & pacificè laborare, & facere laborare in ista petia terræ, & vineæ, nec fructus, & reditus, & prouentus colligere, & percipere, & habere pacificè, & quietè, prout hactenus consueuit.

Rursum dicit, & proponit idem Thom. quòd suprascrip. Nico. animo & intentione turbandi, & molestandi prædictum Tho. in eius possessiõe pacifica dictæ petiæ terræ vineæ abstulit, & exportauit de dicta petia vineæ tempore antedicto tot vuas seu fructus vuarum in ea pendẽtes & existẽtes qui tũc fuerant, & hodie essent & extarẽt præcij, & valoris flore. xxv. & tot pluriũ prout testes dixerint, & liquidabitur in processu. & amplius idem Nic. tũc temporis intulit in ipsa vinea tot & talia dãna propter quæ ipse Tho. dãnificatus fuit, & est in quantitate flo. xij. & vltra, deinde dicit ipse Tho. & proponit ꝙ persæpè admonuit & interpellauit dictum Nic. vt à prædictis violentia, turbatione desisteret ac restituere: soluere, & emendare vellet damna & interesse prædicta: quæ tamen surda aure pertransiens tanquam in eius malitia obstinatus facere, & adimplere recusauit præsentialiterque recusat indebitè, & iniustè.

Quare cum prædicta vera sint petit, & requirit præfatus Thom. à vobis do. Vica. antedicto: quatenus per vestram sententiam diffinitiuam condemnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis suprascriptum Nicola. versus præfatum Tho. ad cessandũ & desistendum decętero ab omni molestia, inquietatione, & turbatiõe prædictis & vlterius ad satisdandũ idonee. & promittendũ quòd in futurum cessabit, & desistet à tur-

batione

batione, & inquietatione prædictis, quodque patitur in futurum, & sustinebit dictum Tho. pacificè, liberè, & quietè dictam petiam vineæ liberè tenere, & possidere, & ex ea fructus in posterum colligere, percipere, & habere, quodque prædictum Nico. per eandem sententiam condemnetis ad dandum, & tradendum, & restituendum, & soluendum singula singulis congruè referēdo fruct⁹ antedictos per ipsum Nico. perceptos, & habitos si extant, & si non extant ipsorum valorem, & æstimationem cæteraque damna interesse, & expensas de quibus suprà & liquidabitur in processu simul, & cum fructibus abinde citra perceptis, & qui percipi potuerunt. quæ omnia petit per vos fieri Tho. prædictus omni modo, iure, via, & forma quibus melius, & validius fieri potest &c. deducendo in præsenti iudicio omne ius suum &c. Saluo iure addendi &c. non se astringens &c.

EPITOME.

1 *Materia turbatæ possessionis est frequens.*
2 *Quot modis succurratur turbato in sua possessiōe. & n. 3.*
4 *Si agatur pro turbata possessione ex statuto, vt dimidium pœnæ applicetur parti, & dimidium fisco, an agatur ciuiliter vel criminaliter.*
5 *In iudicijs pos. an sit offerendus tantùm libellus de necessitate.*

1 CORAM VOBIS. † Quia vergens est quæstio inter homines de possessione, cùm magnum sit commodum possidere. instit. de interdi. §. commodum. cum simil. Ideò turbatæ possessionis materia frequens est, & quotidiana, ideò benè aduertenda, vt inquit iurisconsultus in l. legaui. ff. de lib. leg. de qua materia loquitur totus titu. ff. & C. vti pos. & instit. de interdi. §. retinendum. cum simi. Pro cuius materiæ aliquali doctrina præsciendum est.
2 † Quòd turbato vel inquietato in sua possessione succurritur à iure diuersis modis, nam quandoque quis turbatur in possessione rei mobilis. & tunc ei succurritur per indirectum vtrobi, vt ff. & C. vtrobi. in l. j. Quandoque quis turbatur in possessione rei immobilis, & tunc aut habebat turbatā posses. à iudice, & tunc succurritur ei per interdictum ne vis fiat ei. l. j. ff. eod. titu. ac etiam interdicto vti possidetis. vt infrà dicetur. Aut habebat possessionem ab alio, & tunc aut turbatur per violentiā expulsiuam, & ei succurritur criminaliter, & ciuiliter. criminaliter autem per titu. ad leg. Iul. de vi pub. & vi priuata. ciuiliter per interdictum vnde vi, & alijs remedijs, de quibus in libello præcedenti dictum est, si verò turbatur simpliciter per quandam violentiam inquietariam, tunc ei succurritur per interdictum. vti pos. vt ff. & C. vti posi. & etiam succurritur conditione ex statuto, vbi per viam statuti sit prouisum contra turbantem posses. alienam. vt in l. j. C. & ff. de conditio
3 ne ex leg. † Sed quæritur quo remedio succurritur ei qui turbatur in possessi. suæ iurisdictionis, vel alterius seruitutis, aut alterius iuris incorporalis? Dic breuiter quòd ei succurritur vtili interdicto vti posside. secundum glo. & docto. vt not. in l. j. C. vti posside. pro quo facit l. fina. & l. si duo. §. hoc interdictum. ff. vti poss. & probatur in l. sicut. §. aristo. & l. ij. in fin. & l. si fortè. §. sciendum. ff. si ser. ven. & no. per gl. magnam. in fi. c. licet. extrà de prob. quā opi. sequitur Bart. in l. j. in prin. & l. fina.
4 ff. vti posi. † Sed quid pro huiusmodi turbatione agitur criminaliter cōditione ex statuto, vt pars pœnæ applicetur parti turbatæ, & alia pars fisco, an talis causa erit merè criminalis, vel ciuilis vel mista? dic quòd iudicatur esse merè criminalis, & hoc ratione partis quæ fisco quæritur, sufficit enim quoad iudicandum esse causam criminalem, vt pars pœnæ applicetur fisco, secundum Bartol. vt tangitur per eum
5 in l. agraria. ff. de ter. mo. † Denique de alio quæritur super quo apud aliquos dubitatur an de iure in iudicijs posseff. tantum sit offerendus libellus de necessitate? vbi aduertendum est, quòd plerunque de iure municipali cautum reperitur, quòd in quacunque causa excedēte talem summam, vel quantitatem offeratur libellus, vel petitio, prout est Papiæ, & in pluribus locis. & tunc cum lex simpliciter, vel generaliter disponat, nec recipiat interpretationem restrictiuam, clarum est in possessorijs nedum in petitorijs offerri debere libellum argumen. in l. j. §. generaliter. ff. de leg. præsta. & l. j. §. si is qui nauem. ff. de exerci. & l. de precio. ff. de publi. cum simi. Si verò loquimur de iure communi canonico, vel ciuili, & tunc offerendus est libellus, vt determinat Inno. in c. j. in princi. extrà de offic. iu. & post eum Barto. in l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquirend. posses. in vltima conbinatione. versi. iij. quæro. idemque tenuit Iacob. Butri. in suo libello qui incipit, Laudabile aduocationis officium, quæ autem sint probanda in hoc possessorio iudicio, inferius annotabuntur.

CONTRA ET aduersus Nicolaum de gambis. Iste Nic. est procurator, similiter dictus Tho. & boni notarij ambo. Sed hic nota. de hac
a dictione &c. [a] quia sub ea comprehēduntur multa, & debet extendi hæc clausula cum alijs quæ in fine præ-

a *No. hic de hac dictiōe &c. vide per Ant. de but, in c. examinata. de voto. & doct. in c. quamquam. de p ba. Bar. in l. gallus. ff. de lib. & po. Bal. in l. si quis. C. de ede. Spe. ti. de instru. edi. in §. oneroso. ver. quid ergo. & per Alexā. de imo. in cons. xxix. in ij. vol.*

sentis libelli sunt apposita, secundũ quòd traditum est in primi libelli forma. Vt tamen in aliquibus instruamini quæ pertinent ad hanc dictionem &c. sciendum est vt inquit Barto. in l. Gallus. in princip. in versic. idem credendum. ff. de lib. & post. quòd hæc dictio &c. aliquando proponitur in instrumento alicuius contractus initi sine scriptis, vt est regulariter, & tunc debet extendi talis dictio, secundum formam hactenus per ipsum notarium in similibus obseruatam, & prout natura contractus communiter requirit vt probatur, & not. in l. item veniunt. §. petitam. ff. de peti. hæ. & sequitur Specu. in titu. de instru. edit. §. ostenso qualiter. versi. quid ergo si imbreuiatura sic inuenitur &c. Si autem contractus fuerit celebratus in scriptis, ita quòd scriptura sit de substantia, tunc non fieret aliqua extensio, quia omissum haberetur pro omisso, secundum Barto. vbi suprà. argumen. l. contractus. cum simi. C. de fi. inst. ex quo sequitur, secundum eum, quòd in libellis & sententijs diffinitiuis, & appellationibus ex interuallo interpositis in quibus necessaria est scriptura, & certis alijs casibus similibus, si reperiatur seu opponatur &c. quod non poterit fieri extensio aliqua, quod nota tu notarie.

Tenuit et possedit. Aduerte quòd ista possessio quantuncunque longeua de præterito, non sufficeret per se in isto interdicto vti pos. nisi probaretur possessio de præsenti, vel tempore turbationis, vt statim dicetur, nec est necesse in hoc interdicto probare de dominio vel quasi ipsius rei, nec de eius possessione, nisi eo casu quo vterque tã reus quàm actor æqualiter de possessione probarent, tunc enim vtile esset de dominio vel quasi probare, nam ille qui melius de dominio vel quasi probaret, obtineret in hoc interdicto. vt probatur per Cy. & alios docto. in l. j. C. vti possidetis. & per alios in d. c. licet. extrà de proba.

EPITOME.

1 *Possessio, & turbatio in interdicto vti possi. sunt probanda.*
2 *Quomodo actor probet se possidere tempore litis contestatæ & turbationis illatæ.*
3 *Qualis possessio sit probanda per actorem.*
4 *Possessio aduersario vi, clam, vel precario, an prosit actori.*
5 *Vi, clam, aut præcario possidere quid sit.*
6 *Per instrumenta locationum an probetur possessio.*
7 *Modi per quos potest possessio probari.*

Hodie tenet et possidet. 1 †Scire debes. quòd duo substantialia, & principalia sunt probãda per eum qui agit hoc interdicto vti pos. videlicet possidere, & sic posses. ex parte sui, secundo turbationem ex parte conuenti, quæ possessio debet probari ex parte actoris affuisse duobus temporibus, videlicet tempore litis cõtestatæ & turbationis illatæ, vt habetur in §. retinendæ. & §. commodum. institu. de interdict. & no. per Barto. in l. j. §. ait prætor. circa fi. ff. vti pos. facit l. j. §. interdictum autem. & l. ij.
2 ff. eodem titu. †Sed hic insurgit [a] dubium, quo
a modo ergo probabit actor se possidere his duobus temporibus, respondeo probando se possedisse ante litem contestatam, & ante turbationem illatam per aliquod tempus, & allegando adhuc possidere, præsumitur continuata eius pos. quia in solo animo consistit, & retinetur vsque ad litem contestatã, & post, nisi appareat vel probetur cõtrariũ, vt determinat Cyn. & alij docto. in l. non ignorabit. C. ad exhiben. & l. siue possidetis. C. de proba. & per Bar. in l. Celsus. & in l. iusto. §. non mutat.
3 ff. de vsu. †Nunquid ergo sufficit probare in hoc interdicto auctorem possidere ciuiliter, vel naturaliter, vel ciuiliter tantùm, vel naturaliter tantùm. breuiter dic quòd sufficit probare aliquo modo se possedisse, vel ciuiliter tantùm vel naturaliter tantùm, vt habetur & nota. per Barto. in l. j. in princip. & l. interdictum autem. ff. vti possi.
4 †Aduerte tamen quòd reus pro sua defensiõe, si probaret quòd illa possessio agentis foret obtenta seu habita ab ipso reo vi, clam, vel præcario, tũc non prodesset actori talis possessio in hoc interdicto. vt d. l. j. in prin. & §. fin. ff. vti pos. & C. eo. titu. l. j. probatur autem quòd vi, aut clam, vel præcario possideat actor ab ipso reo pluribus modis, & hoc est vnum præcipuum inter alios, videlicet probando de antiquiori possessione ipsius conuẽti, nam tunc sequens possessio ipsius agentis præsumitur clandestina seu violenta, nisi probet titulũ suæ possessiõis. vt habetur & no. in d. c. licet. & per Ioan. An. in c. sepè. extrà de resti. spo. & tangitur per Barto. in d. l. j. §. ait prætor. & per aliquos in l. siue aut. §. si duobus. ff. de pube. & d. l. j. C. vti possi. quo taliter per ipsum reum probato absoluendus est ipse reus, secundum formam traditam per Innocen. in c. veniens. extrà de præs. & Azo. in summa. C. vti possi. & no. secundum Innocen. vbi supra quòd ad hoc vt reus possit obtinere hanc absolutionem, necesse est, vt exceptionem spoliationis opponat ante litem contestatam, aliàs condemnabitur, vt ibi per eum no. nec tamen ipsi posteà volenti agere interdicto vnde vi obstabit exce

a *Sed hic insurgit. Adde & dic quòd si probaretur qđ famuli titij solebant ire ad tũc fundũ dicitur pbata possessio Titij. ita Ang. in l. Celsus. ff. de vsu.*

exc.rei iu.secūdm eū.sin autē actor possidet.ab alio quā ab ipso reo vi clam, vel præcario, tunc ei nil noceret talis possessio in hoc interdicto, vt habetur in l.j.in fi.& l.ij.ff.vti pos.sicut nec nocet in interdicto, vnde vi, vt dixi in ti.pcedenti,& habetur in l.j.§.ꝙ vi.à me.ff.de vi.& vi.ar.& in c.in literis. extra de restit.spol.& sic quo ad hoc parificatur vtrumque interdictum. † Quid autem si vi, clam, aut præcario possidere no.per.glo.in ti. ij.§. quod ait prætor.& ibi etiam per Bar.ff.vti. pos.& per Azo.in summa.C eo,titu.& per alios in l.Pompo.§.cum quis.ff.de acqui.pos.& per Inno. in dicto.c.veniens.extra de præs. †Sed, pone ꝙ ad probandum de possessione producuntur instrumenta locationum, vel, inuestiturarum ipsius rei, an per illa probabitur possessio? breuiter sic distingue. Aut sunt locationes factæ in ipsum conuentū & tunc probant contra eum, quia non potest referre quæstionem dominij, nec pocessionis, vt l.si quis conductionis ti. & l.conductores.C.loca.& condu.facit l.malè agitur.C.de præscriptio.xxx. vel xl.anno.cum sim. Aut sunt locationes factæ in tertiam personam, & tunc alio non probato, per eas simpliciter non probatur dñium nec possessio. vt d.l.ad probationem.C.loca.& cum inter dilectos. extra de fi.instru.& no.per gl.in c.cum venerabilis .extra de reli.do.vbi autē probarent etiam de solutione pensionis, & quòd soluens tempore solutionis rem ipsam detinebat, tunc istis concurrētibus simul cum inuestitura probabitur possessio quo ad omnes, vt hæc habentur, & probantur per glo.& Bar.in l.quamuis.§.quod si conductor.& l. qui vniuersas.§.quòd si per colonum.ff. de acqui. pos.& no.per glo.in c.bonefidei.extra de ap.& c. cum Bertoldus.extra de reg.iu.& in c.inter dilectos in fi.extra.de fi.instru.

7 Alijs etiam modis probari potest possessio videlicet, si probauerit se fructus ex vinea vel ex fundo collegisse, vt habentur & no.in l.titia.ff.de sol. & in l.ij.C.de ac.pos.eodemque modo probatur etiam si semel ingressus est possessionem, quòd probatur per testes, vel per instrumentum.nam possessio semel acquisita, præsumitur continuata, cum solo animo retineatur, vt l.si quis vi.§.differentia.& l.iij.§.in amittenda.& l.peregre.§.quib⁹ explicitis.ff.de acqui.pos.& dixi supra.

DE ANNO ET mense præsentibus. Quæritur hic an de necessitate sit exprimēdū in libello tempus illatæ turbationis, & Bar.in l.j.§.interdum hoc.ff.vti pos.distinguit, aut arguit dolus aduersarij, & tunc debet locus & tempus exprimi.aut non arguitur eius dolus, & tunc secus vt colligitur ex l.§.rectissimè.ff.de vi & vi.arm. & §.vbi autem.& in c.tuæ.extra de procu.dolus autem potest contingere in casibus not.in le. si duo.in princi.ff.vti pos. Puto consultius vt communiter practicatur quòd in omni casu locus turbationis exprimatur, siue arguatur de præsenti, sie de futuro.

EPITOME

1 *Qualiter quis turbetur.*
2 *Vt dicatur quis turbare an sit necesse quod cōtendat se possidere & nu.3.*

AC PRESENTIALITER turbat & 1 molestat. †Ecce secundum substantiale probandum in hoc interdicto, videlicet turbationem ex parte rei conuenti. Sed qualiter dicatur quis turbare, certe qualitercunque & quocunque modo non patiatur aduersarium liberè, & quietè vti, & frui re ipsa, vt habetur in l.vim facit. ff.de vi & vi ar.& l.vim facit ff.quòd vi aut clam. 2 cum si. †An autem vt dicatur quis turbare, sit necesse quòd contendat se possidere. Dicunt quidem quòd sic, nec sufficeret per se aliquē actum turbationū inferre, sed esset agendū eo casu actione iniuriarum, vel l.Acquilia, vt no.per gloss.& Bar.in l.j.§.huius autem interdicti.ff.vti pos.& insti.de interdi.§.commodum.ver. hodie tamen pro hac opi.facit l.j.§.restituendæ.ff.vti pos. 3 †Tu autem dic secundum veriorem, & conmunem doc.sententiā ꝙ non attēditur.an turbator contendat se possidere vel non, sed sufficit quēuis actū turbationis inferre, ideoq; siue pcidit arbores siue fructus collegerit, vel colonū expulerit, vel laborare prohibuerit, vel quid aliud dāni vel turbauerit, secundū qd determinat.gl.in d.l.j.§. huius ante edicti.&.§.restituendæ.& d ver.hodie tamen pro qua sententia facit l.si duo, in prin.& §.si vicinus.&§.item videamus si actor.ff.vti pos. & ꝙ no.per Bar.in d.§.restituendæ.& in d.l.vim facit.ff.de vi & vi.ar.& l.meuius.§.fundo.ff.de le. ij. Alii tamen & male voluerunt dicere quòd vbi non contendit quis se possidere, sed solum inferat damnum vel turbationem, debet contra eum agi vel l.acqui.vt l.denique.in prin.ff. quod vi aut clā. vel actiōe iniuriarum, vt l.iniuriarum.§.si quis me prohibet.ff.de iniu.vel actione arborum furtim cæsarum, vt l.j.ff.ar.fur.cæ.vel responderi potest quòd turbato competunt plura remedia contra ipsum turbantem, vnde potest eligere quo remedio vti velit, iuxta materiam l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribu.& per Dy.in regula nullus pluribus.de regulis iuris, libro sexto.

EPITOME.

1 *Turbare posses. & turbare personam possidentem sunt diuersa.*
2 *An sit necesse probare dolum vel culpam tantum turbantis si agatur ad penam ex statuto pro turbatione.*
3 *In prædicto casu quid iuris quando agitur interdicto vti possidetis.*

ET IN EO nititur ipsum Thom. turbare. 1 Hic aduerte, quia diceret quis quod idem bis cumulatur in eodem libello, in eo quod dicit & tam.s.pos.& postea subiungitur, & ipsum Tho.&c.sed respōdetur quòd hæc sunt diuersa scilicet turbare posses.& turbare personam possidentem, secundum Barol.vt not.per eum in le.j. §.non autem.ff.si quis testa.li.esse ius.fuerit per quod deciditur illa quotidiana quæstio.

2 †Pone quòd statuto ciuitatis cauetur. quòd turbator alterius pos.vel qui aliquem turbauerit in sua pos.cõdẽnetur in centũ ,an erit necesse ꝑ bare de dolo turbantis,vel sufficit probare de cul pa?distinguit ipse Bar.vbi supra aut statutum loquitur in personam,aut in rem. Primo casu ver. g.si statutum dicat,si quis turbauerit aliquem in sua pos.&c.& tunc requiritur dolus in ipso tur bãte,quæ turbatio non potest inferri in personam sine affectu turbantis. ar.in l.iij.de iniurijs .ideò quælibet ista causa excusaret eum à pœna.argu. in l.j.in fi.ff.de abigeis.&l.igit.ff.de lib.causa facit optime l.j.§.si quis ideo.ff.ne vis fiat ei.& le.iij. §.si eum.in fi.ff.de li.ho.exhiben.& l.plagij.in fi. C.ad leg.Iul.de plagi.Secundo autem casu cum loquitur in rem.ver.g.si dicit,si quis pos.turbauerit alterius &c.tunc sufficit lata culpa, vt no.in l. j.§.non autem.supra alleg.& l.j.§.j.ff.si mes.fal. mo.dix.& insti.vi bo.rap.§.quia tamen.& l.si quis in tantam.C.vnde vi.nec mireris de dicta distinctione Bar.cum dicit quòd aut statutum loquitur in personam aut in rem,quia per iurisconsultum fit similis distinctio in l.aut qui aliter.§.si.ff.quod vi aut clam.sicque conclusio erit quod sine statutum locatur in personam vel in rem, debet agẽs conditione ex statuto ad pœnam applicandam à fisco probare dolum vel culpam aduersarij tur
3 bantis,aliâs excusatur. vt dictum est. †Secus autem si ageretur hoc interdicto vti possi.simpliciter vbi nedum attenditur dolus vel culpa aduersarij quo ad victoriam obtinendam sed simpliciter factum turbationis pro tanto, tunc agitur con ditione ex lege vel statuto,licet non probato dolo vel lata culpa aduersarius non absoluendus sit à pœna statuti: tamen si de ipsa turbatione aliter constet condẽnandus est ad cessandum à turbatione in futurum.

E I V S Q V E C O L O N V S .Sũt enim paria dominum & pos.turbare aut eius colonum, vt habetur,in di.le.j.§ quod seruus. cum si.ibi not. ff.de vi.& vi ar.

E P I T O M E.

1 *Turbans animo suum conseruandi an cedat in pœnam turbantium.*
2 *Quid attendatur in interdicto vti possidentis.*
3 *Missi ab altero ad turbandam pos. an teneantur sicut & mittens.*
4 *Tutor vel similes turbantes nomine alterius,an eexcusentur.*

A N I M O E T I N T E N T I O N E turbãdi.
1 †Quid autem diceres si non habuit animũ alienũ turbandi vel vsurpãdi,sed ius suum conseruandi an cadat in pœnam proditam contra turbantis?dic quod aut iste qui ingressus est fundum alienum & turbat pos.fuit protestatus se id facere animo suum ius conseruandi non alienum vsurpandi & tunc protestatio ipsũ excusat à pœna ar.optimum.in le.si quis.§.sed hoc interdictum.in fi.ibi dicitur,oportet igitur &c.de reli.& sum.fun. & d.l.j.§.si quis ideo.ff.ne vis fiat ei.probatur etiã in l.si duo.§.cum inquilinus.ff.vti pos.l.iij §.hæc verba.ff.de lib.bo.exhi.cum multis sim.aut non fuit protestatus,& tunc non excusatur á pœna sed de turbatione prohibetur nisi ista causa eum ex-
2 culet,vt supra dictũ est,in precedẽti gl. †Quãtum tamen ad effectum huius interdictũ non attẽditur,propositum turbantis,si re ipsa & veritate inspecta actor imperiatur turbatus iniustè,quia ꝑ ipso ferenda erit sententia , & reus condẽnandus vt infra dicetur ex quibus solet decidi illa vulgaris & quotidiana quęstio de eo qui misit taboratores iu vineam ab alio possessam, an & ipso sicut ille qui misit debeant condemnari de turbata pos.in qua quęstione inconclusiuè distinguitur,aut illi loborantes sciebant hanc vineam ab alio possessã, quam ab ipso mittente,& tunc quia participes sunt & auxilium præstantes debent pariter cum mittente condemnari.arg.in l.seruos.C.ad leg.Iul.de vi pub.& quòd nor.in l.liber homo.in prin.ff.ad le.Acqui.& l.ad ea.ff.de re iud.aut ingnorabat illã vineam ab alio possideri & credebant quòd possideretur ab mittente, vt quia Alle. misit,qui hoc illis affirmabat vel ab alijs sic dicebatur, & tunc excusantur.arg.in le.in rem.§.tignum.& quòd ibi no. ff.de rei.ven.quam opi.tenuit Gau.in suo libello maleficiorum,sub iud.de pœnis reorum in genere & idem secutus est Bar.in l.non solum.§.si manda ff.de iniu.pro qua sententia facit l.si quis id quòd.
4 §.sequi.ff.de iur.om.iu. †Quid antem si tutor vel curator aut sindicus vel procurator, alterius nomine turbauerit aliquem in possessionem, aut ipse erit excusatus, distingue,vt habetur & not.ꝑ glo.& doc.in l.is qui in puteum. §.tutor. & l.aut qui aliter.§.hæc verba.ff.quod vi aut clam.& ff.de pec.l.in summa..§.si dolo.& l.j.§.hoc edicto.ff.ne vis fiat ei.&.§.quoties.ff.de vi ar.cum sim. facit l. polla.ff.de his quib.vt indig.

F R V C T V S vuarum.Scire debes quòd ꝓ huiusmodi fructibus & cæteris rebus quæ realiter perueniunt ad ipsum turbantam datur perpetuò hoc interdictum contra eum, vt l.j.§.j.ff.vti pos.& l.j.in prin.& §.si.cum l.se.& l.idem est in.§.j.ff.de vi & vi ar.pro cæteris aũt damnis quæ ad eum peruenerunt, qui passus est ipse turbatu competit hoc interdictum iufra annum tantum à tempore turbationis numerandum, vt l.j.§.j.ff.vti pos.& l. j.§.animus ff.de vi & vi arma.

A D M O N V I T & interpellauit. An ergo sit necessaria interpellatio puto quòd non,quia si ipsum turbare non debuit,nec consequenter fructus accipere & semper censetur esse in mora.ar.in l. si.ff.de coudi.furti.ad quod facit l.j.§. rectissime. & l.pe.ff.de vi & vi arma.

P R A E S E Ntialiter que recusat,Quid autẽ dices si non recusat desistere ductus pœnitentia nec restituere,sed omnia exceptio rei iudi.secundum eum,sinautem actor possidet ab alio quàm

ab

facere se offerat an erit absoluendus. Ego distinguerem sic, aut fuit actum contra eum criminaliter, & tunc pœnitencia eum non excusat: vt l. qui ea mente, cum simi. ibi no. ff. de fur. aut fuit actum ciuiliter, tūc si quidē offerat omnia integra est audiēdus, & absoluendus. ar. in l. si reus paratus. cum si. ibi no. ff. de pe. & l. fideiussor. ff. de doli exce. & insti. de of. in §. fi. aut nō offert omnia, & tunc cōdēnandus est, ar. l. si insulam cū ibi no. ff. de verb. obl. ad quod etiam facit d. l. j. §. j. & §. fi. ff. vti pos. QVARE CVM PRAEDICTA. Hec est conclusio libelli ad quam semper omnia sunt reducenda vt aliâs dixi.

EPITOME.

1 *Quando agitur pro turbata pos. quot petantur.*
2 *Actor an possit in turbata poss. petere pronunciari se dominum.*
3 *Actor probāte de pos. qua nō aliter iudex debet iudicare.*
4 *Quid agendum quando turbans, & turbatus probauit de possessione.*
5 *Quotuplex est possessorium.*
6 *Quid agendum quando quis simul proponit possessorium & petitorium nu. seq.*
14 *Quid agendum quando diuerso tempore proponuntur petitorium & possessorium.*
15 *Quid agendum quando vnus proponit primo loco possessorium & alius secundo loco petitorium.*
16 *Qui sit effectus conuenti petitorio, nec respondentis.*
17 *Quid agendum quando econuerso in petitorio, & possess. proceditur.*

1 AD CESSANDVM ET DESISTENDŪ. †Hic notandū quòd quatuor principaliter fieri petūtur in quibus reus p iudicem condemnandus est. Primò videlicet quòd cesset à turbatione. Secundò quòd in futurum eum non turbabit nec molestabit ipsum possess. Tertiò quòd satisdet de obseruatione promissorum. Quartò quòd restituat omnia ablata, & damna illata: vt hęc habentur, & notantur in l. pe. ff. de aqua quo. & æsti. & no. per Bar. in l. j. §.
2 interdictum hoc autem. ff. vti pos. †Sed an possit petere pronunciari se dominum, puto breuiter quòd non, licet enim, vt dictum est, possit incidenter de iure dominij probare ad coadiuuandum vires interdicti propositi quoad obtinendum victoriam super ipso, non tamen auditur in modū agendi principaliter petendo se declarari, & pronunciari dominū propter repugnātiā quæ insurgeret ex isto casu, nā ex ea parte qua peteret se dominū declarari, fateretur aduersarium possidere, quia duo sunt extrema in rei vendicatiōe videlicet dominiū agētis, & possessio ex parte cōuēti. vt l. j. C. de alie. iud. mu. causa fac. sicque datur cōtra eū q detinet vel possidet: vt l. officiū, & l. in rē actio. ff. de rei vendi. ex ea aūt parte qua intētat hoc interdictum, dicit se possessorem, ideoque tanquā contrarius non esset audiendus. vt l. j. C. de fur. Quid igitur si de domino quæratur incidēter proposito interdicto. ver. g. actor probauit in hoc interdicto pos. ex parte sui, & turbationem ex parte aduersarij, aduersarius siue reus probauit de eius dominio, quæritur quis eorum debeat obtinere? & videtur quòd ipse reus qui de dominio probauit per regulā dolo facit. ff. de re iudi. & l. dolo. ff. de do. exce. quæ regulā procedit in possessorio retinendæ pos. vt no. per gl. l. si de vi. & ff. de iudi. & hanc opi. sequūtur Dyn. in regula qui ad agendum, de re. iu. & Cy. in l. incerti. in fi. C. de interdic. sed Bar. in l. naturaliter. §. nihil. vbi plenè tractat de hac materia tenet contrarium in d. l. si de vi. & hoc per tex. & gl. in l. si de eo. §. fin. ff. de acqui. pos. Ego credo quòd opi. Dy. & Cy. sit æqua, sed opi. Barto. est æquior, vt compescatur audacia turbātium, & ne quis sua audacia ius sibi dicat authoritate propria. licet opi. Dy. ad diminuendas lites pertineat, vt l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pe. & in c. j. in prin. de appel. lib. vj.
3 †Qualiter igitur iudex pronunciabit inherendo opi. Dy. quia suprà diximus quòd non potest actor petere se pronunciari dominum respondeo quòd iudex absoluet reum ab interdicto proposito, ea ratione adiecta. quia ipse reus probauit se dominum, & sic non principaliter, sed consecutiuè declarabit super dominio. & hoc procedit eo casu quo reus nil de possess. probauit.
4 †Quid igitur si vterque pariter de pos. probauerit, sed alter de domino etiam probauit, quis eorum obtinebit. certè dicendum est quòd hoc casu multo fortius quàm in præcedenti obtinere debet ille qui de dominio probauit vel quasi dominio, vel alio legitimo ti. vt dete. docto. in l. j. C. vti pos. & Barto. in d. l. si duo. in prin. ff. eo titu. & in d. l. si. de eo §. fi. de acqui. pos. & in c. licet. extra de proba. Sed quid erit si eius probationes sunt vndique pares super pos. & nullus probat de dominio, nec aliquo ti. vel omnes probant de æquali titu. qualiter pronunciabit iudex. Dicit Iac. But. in l. j. C. vti posid. quòd iudex pronunciabit vti posidetis, ita posideatis. & vlterius ad euitādum rixam præcipiet partibus sub certa pœna quòd ad ipsam pos. non accedant. ar. in l. æquissimum, & l. proculus. §. si inter duos. ff. de vsufr. quam opi. sequuntur communiter doc. vbi suprà, Barto. autem in d. l. si duo. in prin. dicit quòd iudex debet facere diuisionem possessionis, ar. in l. fi. ff. vti pos. & in l. si fordianum fundum. C. de leg. quam opi. recitat Inno. in c. licet. extra de probatio. in gl. pen. & eam reprobat, qa hoc nō est ab aliqua parte in processu petitum: sicque iudex non potest nec debet de eo pnūciare nec iudicare, ar. in l. vt fundus. ff. communi diui. & in c. licet hely. extrà de simo. Esset ergo bona cautela, si dubitaretur ab actore vel reo de paritate probationum, quòd peteretur diuisio possessionis in casu in quo contingeret paritas & per vtrumque probari de dominio & pos. vel tit. quæ procedere habent quando probationes sunt pares circa eandem speciem sen

qualitatem possessionis. vbi autem probatio respiceret diuersas species possessionis, quia vnus probaret de sua ciuili, alter de sua naturali pos. tũc secũdũ Inno. vbi suprà iudex pronunciabit hoc modo, pronuncio te Cayum possidere naturaliter, & te Ticium possidere ciuiliter, & hoc ideo, q̃a sic inueni vos possidere vti possideatis. Ad pleniorẽ tamẽ omnium prædictorum doctrinam reuoco in dubium. An petitorium [a] & pos. possint simul concurrere, de quo plenissimè per Bar. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. Dic plenius & clarius quàm ipse distinguendo duos casus principales, aliquando enim duo remedia proponuntur eodem tempore, aliquando diuersis temporibus. Primo casu subdistingue alios articulos. nam quandoque vnus, & idem simul, & eodem tempore in eodem libello proponit petitorium, & possessorium, & eius aduersarius simpliciter se defendit, negando coutenta in libello esse vera quandoque ambo tam actor quàm reus simul, & eodem tempore in eadem instantia proponunt petitorium, & pos asserentes omnes se dominos & possessores. Quandoque eodem tempore vnus proponit petitorium alter pos. tantum Secundo casu principali cum ista iudicia diuerso tempore proponuntur, dic quòd hoc potest contingere quatuor modis. Nam quandoque vnus, & idem proponit primo petitorium, secundo loco possessorium, quandoque econtra ipse idem primo possessorium, secundo loco petitorium, quandoque quis primo proponit petitorium & eius aduersarius, secundo loco possessorium. quandoque econtra quis proponit possessorium, & eius aduersarius secundo loco proponit petitorium. de quibus omnibus inferius per ordinem declarabitur.

5 †Rursum [b] pro euidentia sciendum est quòd triplex est possessorium, nam quoddam est pos. adipiscendæ posses. de quo loquitur. l. j. ff. quorum bo. & l. j. ff. quorum leg. quoddam est possessorium recuperandæ pos. de quo loquitur l. j. ff. de vi & vi arma. & l. j. C. vnde vi. & in c. sæpe. extra de resti. spo. cum si. quoddam est possesso. recuperandæ possessionis, de quo hic loquitur. & habetur in l. j. ff. de vi & vi arma. & l. j. C. vnde vi. & in c. sæpe. extra de restitu. spoliat. cum simi. quoddam est possessorium retinendæ possessionis, de quo hic loquitur, & habetur in l. j. ff. & C. vti possideo. quæ singula vide clarius insti. de interdi. §. j. & seq. ff. de interdi. l. ij. §. hæc autem interdicta.

6 †Redeamus nunc ad propositam materiam. & assume primum generalem articulum, qui fuit quando vnus, & idem simul & eodem tempore, & in eadem petitiõe proponit vtrũque interdictũ tam petitorium quàm possessoriũ in quo articulo licet sint variæ opi. doc. vt refert. Cy. in d. l. incerti. C. de interdi. & Bar. in d. §. nihil. tamen secũdũ eũdẽ Bar. sic distingue. Aut quis simul proponit possessoriũ adipiscedæ aut possessoriũ recuperãdæ. Primo casu subdistingue. aut vtrũque iudicium proponitur pro re corporali vt puta pro fundo, aut pro re incorporali, puta pro seruitute vel iurisditione. Si pro re corporali tunc, aut vtrunque proponitur respectu vnius & eiusdem qualitatis possessionis, vt puta respectu ciuilis tantum vel naturalis tantum possessionis, & tunc non possunt ambo iudicia cumulari in modum agendi tantum ratione contrarietatis, quæ inde insurget, vt supra dictum est, quia per petitorium asserit aduersarium possidere, vt l. qui petitorio. & l. is qui destinauit. ff. de rei ven. & l. j. C. de alie. iu. mu. causa facta. & per possessorium asserit se ipsum & possidere, vt l. j. in princi. §. hoc interdictum. ff. vti pos. quę inter se constat esse contraria. arg. in l. iij. §. ex contrario. ff. de ac. pos. & l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. licet in modum excipiendi hoc casu admittantur probationes super dominio, vt quis melius possit obtinere in hoc interdicto, vt supra dixi. Aut petitorium, & possessorium intentantur respectu diuersarum qualitatum possessionum, vel alio diuerso respectu, vt puta si proponitur petitorium ratione naturalis possessionis apud aduersarium existentis, & possessorium ratione ciuilis residentis apud actorem, vel si proponitur petito. ratione detentationis apud aduersarium existentis, vt sunt depositarius, & commodatarius, & similes, & possessorium ratione ciuilis, & naturalis turbatæ existentis penes turbatum, vt l. officium. ff. de rei ven. & tunc admittitur concursus amborum, vt in §. nihil. secundùm vnam lec. & no. in l. clam possidet. §. qui ad nundinas. ff. de ac. po. & quia nulla regula impediens cumulationem repugnat huic petitioni, quod multum no. quia quotidie occurrit, & poterit sustineri multiplex libellus, qui prima facie videretur vitiosus.

7 †Secundo casu cum vtrũque iudicium proponitur pro re seu iure incorporali. v. g. pro iurisdictione vel seruitute, tunc semper concursus vtriusque tam petitorij quàm possessorij sustinetur. & admittitur etiam respectu eiusdem qualitatis possessionis, nam siue intentetur confessoria, quæ com-

[a] *Vtrũ petitoriũ, & possessoriũ possint simul concurrere. & ibi diffuse per Lu. ro. & Raph. ful. gl. & sal. in l. ordinarij. C. de rei vẽdi. et doc in c. suborba. de re iudi.*

[b] *Rursum. Cynus in l. ij. de serui. et aqua. gl. in l. j. ff. de acquirend. pos. & ibi Bar. in l. si vt certo. ff. commoda.*

petit tam possidenti quàm non possidenti, vt habetur in l. si forte. §. sciendum. le. si quis diuturno. & l sicut. §. si quæratur. ff. si ser. ven. & l. vti frui. §. si. ff. si vsufru. pet. siue intentatur interdictum vti pos. quod etiam pro iuribus incorporalibus competit, vt l. sicut. §. aristo. in fin. ff. si ser. ven. & l. penul. ff. de serui. non igitur in hoc petitorio, & possessorio viget aliqua repugnantia, ideo hoc casu vtriusque concursus admittitur. de hoc videtur tex. in c. ecclesia sutrina. extra de causa pos. & pro
8 prie. † Venio ad alium articulum de quo supra dixi, quando eodem tempore proponitur simul possessorium adipiscendæ possessionis cum petitorio, in quo casu dic quòd aut in iuris dispositione habet locum electio, vt in casu l. fin. C. de codi. & tunc non admittitur concursus, nec cumulatio, aut non habet locum electio, & tunc vtriusque concursus admittitur, vt no. per glo. & docto. in l. si de vi. ff. de iu. & in c. pastoralis. extra de causa pos. & proprie. quia hoc casu cessat omnis regula cumulationem impediens & contrarietatem inducens.
9 † Descendo ad alium articulum qui est, quando eodem tempore proponitur possessoriũ recuperandæ pos. simul cũ petitorio, & tunc secũdùm omnes admittitur concursus, quod verum est quando ab eodem proponuntur, quia nulla regula est hoc impediens, vt probatur in l. cũ fundum. ff. de vi & vi arma. & in c. sæpe. extra de restitut. spolia. & quod habetur & no. in c. j. & ij. extra de causa pos. & proprie. & in c. pastoralis. eo tit. & su-
10 pra dixi in præcedenti tit. † An autẽ hoc casu quo vtrunque simul proponitur, teneatur iudex super vtrunque pronũciare, videtur quòd sic per tex. in c. cũ dilectus. extra de causa pos. & proprie. in contrariũ facit l. si de vi. ff. de iudi. Breuiter dic ꝙ aut iudici liquet de vtroque, & tũc super vtroq; debet pronũciare, vt d. c. cũ dilectus. aut sibi liquet de possessorio tantũ, & tũc de eo solũ pronũciat, vt d. l. si de vi. secũdũ primã lect. quã distinctionẽ approbat gl. in c. ij. extra de causa pos. & proprie. & Inno. in c. bonæ. el ij. extra de posth. & in c. quærelam. extra de ele. vbi vide. & no. secũdùm eum, quòd si iudex solum pronunciauerit super petitorio absoluendo vel condemnando, quòd ille qui succubuit vlterius super possessorio non auditur. sicque secundùm eum sententia lata in petitorio nocet in possessorio, quam opinio. sequitur glo. in l. ij. §. quidam. ff. de interdi. alibi tamen glo. determinat oppositum in l. incerti. C. de interdict. pro quarum opin. concordia Dyn. sic distinguit. in c. qui ad agendũ. de reg. iu. lib. vj. aut est tale possessorium quod excludit per exceptionẽ dominij, vt est possessoriũ adipiscendæ & retinẽdę pos. & procedit opi. Inn. & gl. in d. §. quidã. aut est tale possessoriũ, qđ nõ excluditur ꝑ exceptionẽ dominij, vt ẽ pos. recuperãdæ pos. & tũc ꝓcedit alia opi. gl. posi-
11 tæ in d. l. incerti. † Sed quomodo cognoscetur qđ petitoriũ simul cũ pos. fuerit intẽtatũ, dic vt supra dixi in ti. præcedẽti, & traditur per Inno. in c. cum ecclesia sutrina. in prin. extra de causa pos. & proprie. & per glo. in c. inter dilectos. extra de fid. in-
12 stru. in gl. super verbo pertinere. † Alius articulus est quando vterque. s. actor & reus simul & eodem tempore proponunt petitorium, & pos. & sic vterque dicit se dominũ & possessorem, & tunc siue sit possessio retinendæ, vel adipiscendæ, vel recuperandæ pos. dicendũ est secũdùm omnes, ꝙ non cognoscitur super petitorio, donec prius cognitum fuerit super pos. tam ratione ordinis quàm contrarietas ratione, vt l. j. §. hoc autem. ff. vti pos. & ff. de iu. l. inter litigatores. & l. si de vi. & nota. per glo. & docto. in d. l. incerti. C. de interdict. & Barto. in d. §. nihil. in vltima combinatione.
13 † Alius est articulus quãdo eodem tempore vnus proponit petitoriũ, & alter posses. in quo casu dic quòd siue sit pos. recuperandæ prius de eo cognosci & pronunciari debet, antequã de petitorio audiatur, quia causa spoliationis est priuilegiata, vt supra dictum est, & sic ratione ordinis præterẽda, vt in c. j. & ij. cũ si. extra de causa posse. & proprie. siue sit possessoriũ adipiscendæ, & idem tã ratione contrarietas euitandæ quam ratione ordinis seruandi, siue sit possessoriũ retinendæ, & idẽ similiter per eandem rationem, nisi esset diuersitas in qualitate posses. vt supra dictũ est, & notat
14 Barto. in d. §. nihil. in sexta combinatione. † Nũc autem condescendo ad secundũ principalem articulum qui est quando diuerso tempore & successiuè ista duo iudicia petitorium & possessoriũ proponuntur, qui articulus subdiuitur in quatuor alios articulos, quorum primus in ordine fuit, quando vnus, & idem primo proponit petitoriũ, secundo possessorium coram eodem iudice, & in eadem instantia. In quo sic distinguitur, aut est possessorium adipiscendæ possessionis, aut recuperandæ, aut retinendæ. Primo casu considera, aut ista duo iudicia. s. petitorium & possessorium, ita se habent, quòd electione tolluntur, vt est exemplum in l. finali, C. de codi. & tunc proceditur solum super petitorio, & cessabit possessoriũ dict. l. fin. aut non tolluntur electione, quod est regulare: & tunc aut tempore possessorij intentati possessorium nondum erat conclusum in petitorio & tunc admittitur vtriusque concursus, & cumulatur secundùm ea quæ no. per glo. in l. si de vi. ff. de iudi. aut erat iam conclusum super petitorio, & tunc non auditur super possessorio, nisi ex magna causa hoc iudici apparebit, vt hæc probantur in c. pastoralis. extra de causa poss. & propri. Et hoc de iure canonico, licet secundùm Bartolum aliud fortasse de iure ciuili esset dicendum. In secundo autem & tertio articulo, dic per omnia, vt supra dictum est in alio articulo quando vnus & idem simul eodem tempore
15 ista duo iudicia proponit. † Alius autem est articulus econuerso ad proximum præcedentem videlicet quando vnus, & idem primo proponit possessorium, & alius secundo loco proponit petitorium, in quo sic distinguitur, aut fuit possessorium adipiscendæ, aut recupe-

randæ, aut retinendæ. Primis duobus casibus, dic per omnia, vt suprà dictũ est in primo & secundo principali articulo. In tertio autẽ casu qui est retinendæ distingue, aut ista ambo iudicia intentãtur respectu iuris incorporalis, & dic vt suprà dixi, aut respectu iuris corporalis, & tunc aut agitur diuersis respectibus possessionis, & simul concurrunt, aut eodem respectu, & tunc, aut petitorium intentatur secundo loco ratione possessionis, quã dicit se post intentatũ petitorium perdidisse, aut ratione possessionis quàm dicit se perdidisse ante possessoriũ intentatum. Primo casu, aut dicit se perdidisse ante lit. contest. & tunc procedit vtrũq; iudicium. Ratio est, quia possessorium retinendæ datur ei qui tempore lit. contest. possidebat. vt insti. de interdi. §. hodie. & l. j. §. vtrobique. In secundo autem casu proponendo petito. videtur renunciare possessorio, vt probatur ex his quæ not. in d. §. nihil. in iij. lect. In tertio verò articulo, qui est quando vnus primo proponit petitorium, & secundo loco eius aduersarius proponit possessorium distingue, aut proponit possessorium recuperandæ, aut adipiscendæ, aut retinendæ. Primo casu ago contra te rei vendi. tu verò postea agis contra me interdicto vnde vi, quo casu distinguitur, aut agis contra me possessorio recuperandæ, quia tu dicis te spoliatum post iudiciũ per me super petitorio intentatum, & tunc super vtroque tam petitorio quàm possessorio cognoscitur, vt l. si cõtigerit. C. fini. re. aut agis ratiõe violẽtię illatæ ante petitorium intentatum, & tunc, aut vtrunque iudicium proponitur diuersis respectibus, vt puta si ago contra te petitorio, quia ciuiliter possides. tu autem pos. intentas, dicens te sola naturali possessione spoliatum, & tunc vtrunque procedit iudicium, vt d. §. nihil. secundum vnam lecturam, aut proponitur eodem respectu v. g. vel ratione solius possessionis vel solius naturalis, & tunc, aut possessorium proponitur ante lit. contesta. super petitorio, aut post, si autem præfertur possessorium ipsi petitorio, quia causa spoliationis est in hoc priuilegiata, vt l. si quia ad se fundum. C. ad l. Iuliam. de vi. & l. j. C. si per vim vel alio modo. & in c. sæpe. extra de restitu. spo. & in c. ij. extra de causa pos. & proprie. cum multis simi. quæ etiam habent locum, si ipse in initio petitionis fuerit confessus se possidere, maxime, quia ante lit. contest. licet responsionis pœnitere, vt l. is qui se obtulit. ff. de rei vendi. si verò post lit. contest. in petitorio. proponatur possessorium, tunc aut ipse reus in iudicio petitorio se possidere respondit, & tunc repellitur, nec auditur super possessorio, quasi sit sibi ipsi contrarius, vt l. j. C. de fur. aut non respondit se possidere, quia forte non fuit de hoc interrogatus, & tunc super possessorio auditur, & super vtroque proceditur, nec erit hoc casu spoliationis causa priuilegiata, quia exceptio spoliationis est dilatoria, vnde debuit apponi ante litem conte. tam in modũ agendi quàm excipiẽ-di, arg. in l. fi. C. de exce. & l. exceptionem. C. de prob. & probatur per text. in c. j. extra de restitu.
16 spolia. † Quis autem sit effectus conuenti petitorio, nec respondentis se possidere, not. per glo. in l. si à te. §. j. ff. de exce. rei iudica. Secundo casu quando proponitur possessorium adipiscendæ, & tunc, aut ambo ista iudicia petitorij, & possessorij proponuntur diuersis respectibus, & tunc omnium amborum admittitur concursus, vt probatur ex his quæ dicta sunt, aut eodem respectu, & tunc, aut reus proponit possessorium ante lit. contest. super petitorio, & tunc præfertur possessorium, & supersedetur in petitorio, & huius est euidens ratio, quia reus tali possessorio intentato negat se possidere. ergo &c. vt l. fi. ff. de rei vend. Aut illud proponit post lit. contest. in petitorio, & tunc distingue, aut ipse reus prius respondit se possidere, aut nihil respondit, vt supra dixi. Tertio autem casu quando proponitur possessorium retinendæ tunc distingue. aut enim proponit diuersis respectibus, & tunc admittitur vtriusque concursus, quia nulla reperitur repugnantia, vt prædixi, aut præponitur eodem respectu, vidlicet respectu eiusdem, qualitatis possessionis; & tunc, aut agens petitorio asserit se possidere eandem qualitatem possessionis, ante intẽtatum possessorium, & tunc suspenditur petitorium, & super possessorio tantum proceditur, & est ratio, quia agẽs est sibi contrarius, vt aliàs dixi, & quia ratio ordinis hoc requirit, & etiam quia videtur renunciatũ petitorio, asserendo se possidere, vt d. §. nihil. secundũ tertiã lect. aut asserit se possidere ea possessione quã sibi quæsitã dicit esse post petitoriũ intentatũ, & tũc admittitur concursus vtriusq; ar. d. §. nihil. secundũ quartã lectu. quã sententiã
17 sequitur Barto. in quarta cõbinatione. † Circa quartum articulum, qui est econtra ad præcedentia, videlicet quando vnus primo proponit possessorium, & alius secundo loco proponit petitoriũ, distingue scd'm Barto. vbi supra. in sexta cõbinatione, aut fuit possessoriũ recuperandæ, aut adipiscendæ possessionis, aut retinendæ. Primo casu dic quòd aut petitorium proponitur in modum agendi, & tunc præfertur possessorium, & cessat petitoriũ, tum quia intentãs possessoriũ tale negat se possidere, ergo petitorio non tenetur, vt l. qui petitorio. ff. de rei ven. & l. fin. tum quia spoliatus causa tanquàm priuilegiata petitorio antefertur, vt l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliam. de vi. & l. j. C. si per vim vel alio modo. & d. cap. sæpe. cũ sim. supra alleg. aut petitoriũ proponitur in modũ excipiendi. & tũc, aut ille qui prius proposuit possessorium patitur, & consentit sub petitorio cognosci, & tunc imputetur sibi, & hoc casu de vtroque cognoscetur, vt supra dixi, aut contradixit petens ante omnia se ad possessionẽ restitui, & tunc super petitorio silentium imponitur, & de solo possessorio cognoscetur, vt hæc probantur in d. c. j. de resti. spolia. cũ simi. Alio aũt casu cũ intẽtatur prius possessorium adipiscendæ

tunc

tunc subdistingue, aut petitorium secundo loco intentatur diuerso respectu à possessorio, aut eodem respectu. Primo casu admittitur amborum concursus. Secundo casu non, quia tunc negat se possidere, nisi fortasse conueniretur ratione possessionis postea per eum quęsitæ, vt dictum est supra. In tertio verò casu, quando primo fuit propositum possessorium tantum retinendæ possessionis, tunc distingue, aut iste qui proposuit secundo loco petitorium agit diuerso respectu à possessorio, & tunc super vtroque cognoscitur, nec inuicem se impediunt, aut agit eodem respectu, & tunc non concurrunt, sed se impediunt, & prius de possessorio cognoscitur tam ratione contrarietatis, quàm ratione ordinis, & hoc etiam modo potest intelligi d.l. incerti. C. de interdi. & erit valde facile iudici de possessorio cognoscere, quia ille qui intentauit petitorium videtur possessorio renunciare, vt dictum est. Ex quibus omnibus sic conclusiuè collectus habes perfectam materiam turbatæ possessionis, quæ perquam frequens sit modernis temporibus angustiatur spiritus referre, & audire. Videmus eum persæpe turbari statum imperij Regum, Ducum, Marchionum, & Comitum, statumque ciuitatum, prouinciarum, nobilium, mediorum & inferiorum, quarũ quidẽ turbationum materia, & causa principalis est triplex, videlicet superbia, inuidia, & auaritia, quæ vitia compescere habet constans iusticia, si virtus eius locum haberet in principium curia, seu aula, sed proh dolor exulauit à patria.

FRVCTVS antedictos. Certum nanque est in iure turbatorem & spoliatorem alienæ possessionis ad fructuum restitutionem teneri, vt probatur in l. j. §. ex die cum ibi no. ff. de vi & vi arma. l. videamus. §. in fauiana. ff. de vsuris.

QVAE OMNIA. Hanc clausulam cum sequenti declara. vt aliàs scripsi in primo lib.

Forma libelli pro legato rei singu.

CORAM VOBIS. D. B. potestate agit, & in iure proponit Verulphus de verulphis cancellarius domini Marchionis montisferrati contra, & aduersus Simonẽ circollesũ oium cãcellarium præfati domini, & cõtra quãcũque aliã personã pro eo, & eius nomine in iudicio cõparãtẽ. Dicẽs ipse Verulphus quòd quia Hẽricus de cerexenico in suo vltimo testamẽto legauit eidẽ Verulpho domum vnã positã in mõtecaluo. cui cohæret &c. præscriptumque Symo. sibi hæredem vniuersalem instituit hac clausula in testamento apposita, & adiecta, videlicet quòd si ipsum testamentum non valet, vel valerit iure testamenti, valeat, & valere debeat iure codicillorum, & si non valet, vel valebit iure codicillorum, valeat vel valere debeat iure donationis causa mortis & cuiuscunque vltimæ voluntatis, prout melius valere poterit, & potest prout hæc, & alia latius in dicto testamento habentur, & continentur, rogato, & tradito per Io. de vago notarium. Dicit quoque, & exponit quòd præfatus Sy. licet sepius requisitus tradere & relaxare d. domum ipsi Verulp. hucusque recusauit, & adhuc hodie recusat. Quare cum prædicta vera sint, petit & requirit prædictus Verul. à vobis domino. B. antedicto quatenus per vestram diffinitiuam sententiam condemnnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis supra scriptum Sy. ad tradendum, & relaxandum suprascripto Verul. domum antedictam simul cum fructibus à tẽpore mortis dicti Henrici, per eum habitis, & perceptis, & etiam cum expensis vniuersis præsentis litis tam factis quàm fiendis cæterisque damnis, & interesse passis, & in futurum patiendis, de quibus protestatur, vt liquidabitur in processu, & prædicta petit per vos fieri &c. saluo iure addendi &c. Deducen. in præsenti iudicio &c. non tamen se astringens. &c.

EPITOME.

1 *Quando legatur quantitas tantum vt semel præstetur, & quando legatur res vel quantitas vt pluries præstetur.*

2 *Res quæ legari solent.*

3 *Si hæreditas sit distributa per testatorem qualiter succurratur hæredi.*

4 *Quando legatum est factum pure quid iuris.*

5 *Quando legatum est factum in diem quid iuris.*

6 *Quando legatum est factum sub aliqua demonstratione.*

7 *Quando legatum est factum cum causa.*

8 *Legatum quando cedat quo ad translationem ad suum hæredem. nume. 9.*

10 *Quando legatum est factum sub conditione.*

11 *Ius vel facto sub conditione casuali quid iuris.*

12 *Ius vel facultas implendi conditionem, an transeat in hæredem legatarij, aut hæredem instituti sub conditione.*

13 *Quando est legatum sub modo possibili quid iuris.*

14 *Causa adiecta legato quæ potest interpretari esse adiecta per modum modi, & nomen conditionis, qualiter interpretetur.*

15 *Hæreditate vel legato relicto cum conditione de stando in loco certo, quid agendum.*

16 *Legato facto de omnibus bonis suis quid importet.*

17 *Legato fundo pro quo debetur census, à quo soluatur census.*

18 *Pro legatis quot actus competant.*

19 *Legata facta ab instituto non videntur repetita à venientibus ab intestato.*

20 *Hæres existens in mora ad soluendum legatum, an teneatur ad fructus & vsuras.*

21 *Qualiter succurratur hæredi exhausta hæreditate legatis*

22 *Annullato testamento per præteritionem filij, non annullantur legata.*

23 *Legata facta ab instituto videntur repetita à venientibus ab intestato existente clausula codicillari.*

24 *Quando legatur vna res vel plures eidem, quid cõtingat.*

25 *Quando eadem res pluribus personis legatur.*

26 *Legatum, vt pluries præstetur, an transeat ad hæredes legatarij.*

27 *Stipulatio annua si sit concepta simpliciter, an transeat ipso iure, & cum effectu in hæredem stipulationis quo ad effectum petitionis, & exactionis.*

28 *Ex promissione annua ex causa venditionis, an omni iure agi possit.*

29 *Legatorum in diem quando sit fienda solutio.*

30 *Intellectus versi. sed cum satis. l. lecta. ff. si cer. peta.*

31 *Legatum factum respectu certi loci an debeatur si nulli fructus ex loco percipiantur nu. 32.*

33 *Legatum factum donec vixerit an pluries præstetur.*

34 *Legatum factum de talibus fructibus, & tanta quantitate an semel debeatur.*

35 *Iussus testatoris quòd hæredes vsque ad. x. annos insimul habitent, quòd importet.*

36 *Legatum factum de amnis simpliciter, an valeat.*

37 *Quando legatur vsusfructus in pluribus casibus, de quibus in numero. 38. & seq.*

44 *Quando legatur seruitus quid iur. nu. 44. 45.*

46 *Quando legatur dos vxori vel filiæ, nu. 47. & seq.*

61 *Quando legatur fundus cum suo instrumento. nu. 61. 62*

63 *Quando legatur penus.*

64 *Quando legatur supellectilis.*

65 *Quando legantur alimenta. nu. 66. & seq.*

87 *Quando legatur argentum vel aurum.*

86 *Quando legatur debitori liberatio.*

89 *Habent exceptionem an competat ius agendi, vt liberetur per pactum vel acceptilationem.*

90 *Quando legatur liberatio tutori vel administratori suæ administrationis.*

91 *Quando legatur liberatio habenti à testatore rē in deposito*

92 *Legata liberatione ei qui tenentur pluribus actionibus an sit ab omnibus liberatus.*

93 *Lgato facto de omnibus rebus mobilibus, an veniant nomina, & actiones debitorum.*

94 *Debitor tutus exceptione peremptoria si leget debitum creditori, an hæres eius vtatur tali exceptione.*

95 *Quando relinquitur electio ex pluribus rebus testatoris nu. 96. & seq.*

100 *Quando legata adimuntur nu. 102.*

CORAM VOBIS. Sciēdū est ad euidē-
tiam præsentis materiæ lagatorū quòd hęc
legatorum & commissorum materia longe
amplior atque diffusior, est quā aliqua alia quę in
corpore iuris sit inclusa, ideoque non tam graue
quàm impossibile videtur eandem pręsenti libello
applicare perfecte. Sufficiāt ergo q̄ vtilia & quoti-
diana vel necessaria fore ꝓuidero quāto sūmarijs
1 & melius potero applicabo. †Primo namque
præmitto quòd quandoque legatur quantitas,
vt ea semel tantum pręstetur & de tali legato
loquitur eo. ti. ff. de le. j. & ij. & iij. C. e. ti. quando-
que legatur res vel quantitas, vt ea pluries exol-
uatur, vt puta cū legatur aliquid annuū menstruū
vel diurnum. & de hoc loquitur to. tit. ff. de an-
2 le. & l. in annalibus. C. de leg. †Secundo sci-
endum est quòd quædam sunt res quę legatari so-
lent pro quibus facti sunt ti. speciales per legista-
tores. aliquando enim legatur vsufructus vel ha-
bitatio, de quo legato loquitur ti. de vsufru. leg.
ꝑ to. aliqn̄ legat̄ seruit⁹ rustica vel vrbana & de
hoc loquit̄ ti. de ser. le. ꝑ totum. aliqn̄ legatur dos
vxori, & de hoc loquitur. ff. de do. pręle. per to. ali-
qn̄ legat̄ vinū, vel triticū, aut oleū, & de hoc lo-
quitur. ff. de vi. triti. & oleo lega. aliquando le-
gatur fundus instructus vel cum instrumēto & de
hoc loquitur. ff. de fun. instru. & instru. leg. Ali-
quando legatur peculium seruo vel filio, & de
hoc loquitur. ff de pec. leg. per to. aliquando le-
gatur penus, de quo loquitur. ff. de pec. le. ꝑ totū le-
gatur suppellectilia. & de hoc loquitur. ff. de supel-
lec. leg. Quid autem sint supellectilia, habetur
in l. j. & in l. labeo. in prin. ff. de sup. leg. aliquan-
do legantur alimenta vel cibaria, & de hoc lo-
quitur. ff. de ali. & ci. leg. per to. aliquando le-
gatur aurum & argentum de quo loquitur to. ti.
ff. de au. & ar. leg. aliquando legatur liberatio
debitoris. & de hoc loquitur tit. ff. de li. leg. per to.
aliquando legatur electio circa plures res ipsius
testatoris de quo loquitur to. ti. de ope. lega. ali-
quando rei legatę fit postea per testatorem re-
uocatio vel ademptio. & de hoc loquitur tit. ff.
de adi. lega. Prędicta autem legata. & fideicom-
missa particularia vel singularia sunt hodie in-
uicem per omnia exequuta, vt l. j. ff. de le. j. & ibi
3 plenè not. in l. ij. C. communia de leg. †De-
inde sciendum est quòd si testator fuerit adeo
prodigus in legando quòd modicum vel nihil
ex hæreditate supersit hęredi instituto quòd
poterit ipse hæres quartam iure institutionis
detrahere de singulis legatis, vt lege prima. C.
ad leg. fal. per tot. & ff. eo. lege prima per
totum. quæ quartæ detractio etiam locum ha-
bet in successione ab intestato, vt habetur in
lege fin. C. quando dies lega. ce. cum si. ibi in
glo. no. & non posset fieri in vna re sola, vt plene
not. per Cy. in lege secunda. C. ad legem fal. &
per glo. in lege plautius. & in lege in quantita-
te. ff. ad legem fal. licet aliud sit in quarta trebel-
lianica, quæ trahi potest de vna re tantum se-
cundum Iaco. but. vt per eum not. in lege fili-
um quem habentem. C. familiæ hærciscundæ.
Cuius differentiæ ratio est, quia si posset
fieri in legatis quartæ detractio in vna ex re-
bus legatis afficeretur iniuria ipse legatarius,
cui esset illa res legata. & non alij. quæ ratio
cessat in fideicommisso vniuersali. in quo so-
lus est hæres grauatus, & quia maiori iniuria
afficeretur, si detraheretur quarta de omni-
bus rebus quàm si de vna re tantum, attamē Cy.
in. d. l. filius. & dicta. l. ij. & Bart. in l. quarto. ff.
ad legem falcidiam. videtur sentire contrari-
um, vbi vide. quod autem dixi hæredem de
legatis posse detrahere falcidiam fallit si hæ-
res non fecerit inuentarium, vel si sint legatæ
ad pias causas, vt in auctentic. sed cum testa.

& in

& in authen. similiter. C. ad leg. falci. & instit. eo. §. fina. vel si testator ipsam falcidiam expræsse detrahi vetuerit. vt ibi not. trebellianica verò quartam prohibere non posset, secundùm communem opinionem doct. vt no. per Cy. & Iac. bu. in l. quamquàm. C. ad le. fal. Iac. de belui. in authē. de hæred. & fal. §. si verò expresse. Rursum est aduertendum, quòd legata & fideicommissa aliquando fiunt purè, aliquando in diem, aliquando sub conditione, aliquando sub modo, aliquando
4 sub demonstratione, aliquando sub causa. †Si quidem sint pura, siue facta purè, ipsaque res legata sit testatoris, tunc recta via regulariter transit dominium à morte testatoris in ipsum legatarium, in l. à titio. ff. de fur. & l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de legatis j. & l. j. §. cum igitur. & §. in
5 nouissimo. ver. & dies. C. de cad. tol. †Si verò lagata sint in diem, & tunc aut est dies incerta, an & quando, vt puta si dixerit testator. Lego Titio centum, quando Gaius capuam accesserit, vel similia, & tunc ante diei euentum non transit dominium, nec petitio admittitur, vt infra in conditione casuali dicetur, & probatur in l. dies incertus. ff. de condi. & demon. & l. j. §. sinautem. C. de cad. tol. aut dies est incerta quando: sed est certa an, vt dies mortis, & tunc ante diei euentum non admittitur petitio, nec transit dominium vt probatur in l. sempronius. ff. de vsufruct. leg. & notatur per Cynum in l. j. §. cum igitur. C. de cadu. tollen. facit quod habetur & notatur in l. nam & si cum moriar. ff. de conditio. indebi. & l. si pupillus. §. si sub conditione. ff. de noua. aut dies est omnino certa. & tunc etiam quod est mirabile non transit dominium ante diei euentum: per dictam l. sempronius. & ibi notatur, nec petitio eius admittitur, vt dicto §. cum igitur, & ibi de hoc notatur per Cyn. & glo. facit ad prædicta. l. si post diem in princip. §. j. quando di. lega. ce. aut est legatum sub conditione, & tunc, aut est conditio impossibilis de iure & de natura, & tunc transit dominium, & admittitur petitio quia talis petitio habetur pro nō apposita. vt d. l. si post. & l. obtinuit. ff. de condi. & demō. cū si. ibi no. aut cōditio est possibilis, & nō transit dominiū. nec admittitur petitio ante conditionis implementum, vt d. l. j. §. sinautem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. nisi culpa aduersarij conditio non possit impleri, quia tunc conditio habetur pro impleta. vt l. iure ciuili. & l. in testamento. ff. de condi. & dem. facit d. l. si post diem. versic. sed sub conditione. & l. si dies. in prin. ff. quando di. leg. ce. & plenè not. in l. j. C. de condi. insti. & sub. quod autem dixi conditionem haberi pro impleta. intellige vt nec aduersarij, qui semel recusauit implere postea admittatur pœnitentia, vt l. fi. C. de condi. institu. circa finem. nisi in casu qui habetur in l. pater seuerinam. §. fin. ff. de conditionibus & demonstratio. vbi autem legata sunt sub modo, tunc, aut modus est possibilis, aut impossibilis, vt supra in conditione dictum est, & si fuerit modus possibilis alia sumitur diuisio, quàm in conditione possibili hoc modo, quia aut modus est causa finalis legati, & tunc præstita cautione de modo implendo legatarius admittitur ad petitionem legati, & in hoc differt à conditione. l. ij. C. de his quæ sub modo. & l. quibus dieb⁹. §. termilius. ff. de conditionibus & demonstratiobus. & ibi plenè per Bartolum de hac materia modali. aut modus est causa impulsiua, & tunc statim admittitur eius petitio, nec modus est implendus, nec cautio est de implendo præstanda, vt l. titio centum. in principio. & ibi no. ff. de conditio. & demon.

6 †Si verò legatum fiat sub aliqua demonstratione, verbi gratia, si testator dixerit, lego fundum, quem à Titio emi, tunc siue demonstratio sit vera vel falsa, valet legatum, & eius admittitur petitio regulariter, si de corpore rei legatæ constet. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legatis primo. & l. demonstratio falsa. & ibi plenè per Bartolum. ff. de condi. & demonstra.

7 †Sinautem legatum fiat cū causa. verbi gratia, quia Titius negotia mea gessit, ideo lego sibi talem fundum. & in hoc consueuit sic distingui, aut est causa de præsenti, aut de præterito aut de futuro. Item considerandum est etiam an causa ponatur conditionaliter an causatiuè. Si conditionaliter, tunc causa falsa vitiat, si verò causaliter, tunc falsa causa non vitiat, nisi testator aliàs non fuisset relicturus: vt l. demonstratio. per Bartolum & per alios in l. j. C. de fal. causa adiect. leg. & in d. §. longe.

8 †Deinde notandum, quòd huiusmodi legata dicuntur cedere a duobus modis: vno modo quo ad petitionem, alio modo quo ad translationem ad suum hæredem. De primo dictum est supra proximè. De transmisione autem agendum est in qua distingui solet an legatum sit purum, an in diem, an condi-
9 tionale. †Si quidem legatum sit purum, tūc cedit à morte testatoris quo ad transmisionem & petitionem, vt in dicta l. j. in principio. versi. si quis modo. C. de cadu. toll. Si verò legatum sit in diem, tunc distingue, vt plenè not. per Cyn. in d. l. j. in principio. aut legatum est in

a *Not quomodo dicitur cedere dies legati vide in §. in nouissimo. C. de ca. tollē. & Bart. in l. j. in §. & cū lex. C. eodē titulo.*

diem certam, aut in diem incertam. Primo casu statim cedit quo ad transactionem, vt in d.ver. similique modo. Secundo casu subdistingue, aut est incerta dies omni certitudine, & tunc idem est quod in conditione de qua infra dicetur, & probatur in l.dies incertus.ff. de condition. & demonst.ff.de leg.j.l.talis scriptura. aut dies nõ est incerta omni certitudine, & tunc aut certum est iam stare in vita legatarij, & tunc cedit à tempore mortis testatoris, aut nõ est certum eã extare in vita legatarij, & tunc cedit post mortẽ testatoris in aduentum ipsius diei, vt l. si cum hæres. & l.post diem. quando dies leg. ce. & ff. de condi. & demon.t.l.hæres meus. & vide quod no.
10 in l.ij. & l. ex his.C. quando dies le.ce. † Tertio casu quando legatum est sub conditione, & tunc est conditio quæ tacitè inest & nihil operatur, & legatum habetur pro puro, vt ff. de lega.j. l.ij.fallit in casu l.si in diem.§.seruo.ff. de condit. & demonst. aut cõditio non inest tacitè, & tunc aut est necessaria aut casualis. Primo casu, aut est certum causam extare in vita legatarij, & tũc cedit à morte testatoris, ac si relictum esset purum, vt lege si pupillus.§. si sub conditione.ff. de noua. & ff. quando dies leg.ce.l. si cum hæres. in princi. aut non est certum quòd in vita legatarij extabit, & tunc idem est quod in conditione cau-
11 sali, vt d.l.si cum hæres. † Si verò conditio sit causalis, tunc non procedit nisi conditionis euentu, vt d.l.vnica.§.sinautem C. de ca.tol. & in §.cũ igitur.cum ibi not. per glo. sed remanet legatum penes hæredem aut substitutum vel coniunctũ vt ibi. Alij circa hoc latius distingunt sic, aut conditio adiecta legato est impossibilis, & tũc legatum statim cedit, quia habetur legatũ pro puro, vt l.obtinuit.ff.de cõdi.& demonst.aut cõditio est possibilis. & tunc aut omnino est extitura, & habetur pro pura, ideoque statim cedit legatũ quoad trãsmissionem, vt l.si dies.in fi.& l.titio.§.quædam.ff. quando dies leg.ced.aut extitura ante, sed nõ quando, vt cõditio mortis, & tunc ad hæc conditio adijcitur hæredi, & tunc non cedit legatum ante cõditionis euentum. aut adijcitur personæ ipsius legatarij, & tunc statim cedit legatum, aut hæc conditio adijcitur in personam tertij, & tunc non cedit ante conditionis euentum, vt hæc omnia habentur in d.l. si cum hæres. & l. post diem. & l.si dies. ff. quando di.le.ce. Ex præmissis ergo potest quædam generalis conclusio elici. videlicet quando legatum est conditionale, debet conditio adimpleri verè vel præsumptiuè antequam
12 legatum possit peti vel transmitti. † Huius gratia quæro an ius vel facultas implendi conditionem transeat in hæredem legatarij, aut hæredem institui sub conditione, vbi est aduertendũ, quòd aut quæritur de implemento conditionis vel modi adiecti in aliquo casu inter viuos, & tunc dic vt not. per. Cyn. in l.fi. C. de contrahen. emp. & per Bartolum plenè in l.si decem cum petiero.ff.de verb.ob.& l. si stipulatus fuerim.ff.eo. ti.aliquando quæritur de implemento conditionis appositæ in vltima voluntate, & tunc regulariter non transit in hæredem honorati, vt d.l.j.
13 §.sinautem.C.de cadu.to. cum simi. † In legato autem sub modo possibili subdistinguitur, aut modus possit impleri per hæredem legatarij, & tunc transmittitur in ipsum hæredem, si decesserit legatarius ante modum impletum, vt probatur per tex.& glo.in l. à testatore.ff. de condi.& demonstra.& d.l. post diem.§. hisdem. & not.per Barto.in dicto §.termilius.& in hoc etiam differt à legato conditionali. aut non potest impleri per hæredem, & tunc non transmittitur in eum quasi modo deficiente, vt ibi not. & sic patet quòd modus conditionalis. & stipulatio in aliquibus æquiparantur quo ad vim transmissionis, vt in l.ex cõditionali.insti.de verbo.obli. Si verò modus sit impossibilis, tunc pro non apposito habetur, vt dictum est in conditione impossibili, & probatur
14 in l.j.in fi.C.de his quę pe.no. † Sed pone quòd legato sit adiecta certa causa legandi: & dubitatur an sit adiecta per modum modi, an per modum conditionis, in quam partem fiet interpretatio. Et quidem Pet. vt refert Cy. in l.cum mota C.de transact.distinguit sic, aut legatum cui causa adijcitur vel alius actus qui geritur potest procedere secundùm mentem disponentium sine implemento causæ, & tunc causa præsumitur adiecta per modum modi, aliàs autem præsumitur adiecta per modum conditionis: argu.l. quæro.§.inter locatorem.ff.loca.coniuncta l. stipulationem.
15 & l.dotis fructus.§. si.ff. de iure do. † Vlterius quæritur, pone quòd testator legauit vel aliquem hæredem instituit eo tenore quòd venire debeat ad standum in certo loco, aut priuetur hæreditate vel legato, si non venerit ad habitandũ in ipso loco, dic vt plenè scripsi supra in forma libelli quando vxor repetit dotem in glo penul. & habetur in l.titio centum.§.titio.el ij.ff.de condi.& demonstratio. Amplius est alia diuisio, quòd interdum testator legat rem suam propriam, & procedunt quę dicta sunt. Interdum legat rem sui hæredis & idem disponitur ac si rem propriam legasset, vt l.hæredum.C.de fideicom. & l. vnum.§.si rem.ff.de leg.ij. & instit.de lega.§.non solum. Interdum legat rem alienam, & in hoc subdistinguitur, aut legat scienter, & valet legatum aut ignoranter, & tunc aut personæ extraneæ, & non valet, aut personæ coniunctæ vel propinquæ, & valet: vt l.cum alienam.C. de testamẽ. & in §.non solum. instit.de leg facit tex.in lege verius.ff.de probat. Interdum legat rem sibi communem cum alio, quo casu videtur in dubio legasse illud ius tantum quod suum est, vt.le.serui electione.§.si.& le.si dominus.§. si.ff. de leg.j. & facit quod nota.per glo. in dicta le.cum alienam. facit lege vxor p[illegible] . C. eodem titu. Interdum legat eidem rem ipsius legatarij propriam, quo casu non valet legatum.le.proprias. C.de leg. & in.§.si rem.insti.de.leg. Interdum legat rem pro-

priam ipsius testatoris, quæ tamen est pignori alteri obligata, in quo casu quæritur ad quem pertineat onus illam exigendi, an ad hæredem, an ad legatarium, & sic solet distingui, aut res ipsa fuerat obligata ante testamentum, aut postea, si quidem ante tunc, aut testator ignorabat esse obligatam, & pertinet exactio ad legatarium, nisi in duobus casibus notatis in l. prædia. C. de fide com. aut sciebat, & pertinet ad hæredem, vt habetur in dicta lege prædia. & dicta lege qui post testamentum. C. de leg. & l. si res legata. ff. de lega. primo. & in dicto §. si rem. an autem in re dubia præsumatur ignorantia vel scientia, dic quòd aut ipse testator rem ipsam ignorauit, & præsumitur scientia. argumentum in l. quisquis, C. de rescin. ven. & leg. quanquam. ff. ad velle. aut alius extraneus, & tunc præsumitur ignorantia, argumentum in l. fin. ff. pro suo. Si verò fuerit obligata post testamentum, tunc hæres luere debet, vt d. l. qui post testamentum. Interdum alio modo quàm pignorando testator rem legatam alienat & tunc distinguitur. aut titulo lucratiuo, puta per donationem, & tunc videtur legatum reuocasse, aut titulo oneroso, puta per venditionem, & tunc aut ex propria necessitate, & tenet legatum & cogitur ipsam luere, aut ex voluntate, & tunc videtur legatum reuocasse, vt hæc omnia habentur, & probantur in lege rem legatam. ff. de alimen. lega. & le. fideicom. §. si rem. ff. de leg. iij. & not. infra in ver. transeo ad vltimum articulum, & hæc locum habent quando alienatio est post testamentum, vbi autem alienatio præcessit testamentum, tunc deueniendum est ad distinctionem quæ fit cum legatur res aliena. vt su-
16 pra dictum est. Quid autem importet cum dixit testator, lego omnia bona mea vel sua, quid
a appellatione suorum & meorum contineatur,[a] habetur in lege cum suæ. & l. suos. ff. de leg. j. & l. meorum. ff. de ver. signi. & not. per Bart. in l. quintus. §. argento. ff. de auro & argen. lega. vbi concludit not. quòd appellatione mei, vel sui dominium vel quasi intelligitur, tamen quandoque importat nudam detentionem secundùm materiam de qua sermo habetur, vt ibi no. & probatur in l. medicorum. de professo. & medi. lib. x. ibi in
17 ciuitatibus suis. † Quid si testator legauit fundum pro quo debetur census vel fictus quis tenetur ad eius solutionem, distingue, aut quæritur de fictu vel censu præteriti temporis ante mortem testatoris, & tunc regulariter hæres tantùm tenetur, aut dictu vel censu post mortem testatoris. & tunc regulariter legatarius ad id tenetur, & habetur in l. apud iulia. §. hæres. ff. de leg. j. & in l. qui concubinam. §. qui orios. in fi. ff. de leg. iij. cum simi. sicut tenetur vsufructuarius, vt lege pendente. §. si quid cloacarij. ff. de vsufru.
18 & l. quæro. ff. de vsu. leg. † Cæterùm sciendum est quòd pro legatis & fideicommis. de quibus est sermo, competunt regulariter tres actiones, videlicet rei vendicatio, actio ex testamento & hypothecaria vt l. prima. C. de commu. dele & ibi per Cy. & alios & latius per Bartolum in le. j. ff. de lega. j.

16 †Porro est vlterius aduertendū quòd legata facta ab instituto nōn videntur in dubio repetita à venientibus ab intestato nisi in certis casibus traditis in lege eam quam. C. de fideic. inter quos est ille casus videlicet quando in testamento est apposita illa clausula vulgaris & codicilaris quæ est. Si non valet iure testamenti valeat iure codicillorum[a] &c. de qua latè dicemus infra in gl. super verbo valere debeat, iure codicillorum sed legata facta ab instituto bene videntur regulariter repetit ab eius substituto vt traditur in le. licet imperator. ff. de lega. j. circa quam repetitionem reperitur in iure multiplex consideratio, aliquando enim quęritur an conditio apposita institutioni videatur repetita in legato facto ipsi instituto de quo articulo traditur in lege auia. ff. de condi. & dem. & l. cum seruus. ff. de condi. inst. Quandoque quęritur an conditio vel dies vni legato apposita videat alteri legato repetita, & de hoc tangitur plenè in lege in repetendis. ff. de legat. iij. quandoque quęritur an conditio apposita institutioni videatur repetita in substitutione, & de hoc habetur in lege quæ conditio. ff. de condi. & demon. & le. sub conditione. ff. de hære. insti. aliquando quęri solet an disposita in priori testamento vel codicillo videantur in sequenti testmento vel codicillo repetita de quo no. in l. à libertis. la ij. in prin. ff. de ali. & ci. le. & l. quinquaginta & le. cum tacitū. &. ff. de proba. & le. sempronius. ff. de leg. ij. Aliquando quęritur, an qualitas adiecta in vna oratiōe videatur in alia sequenti oratione repetita de quo plenè traditur per Barto. in l. ita stipulatus. § .grisogonus. ff. de verb. ob. Aliquando quęritur an clausula posita in vno. c. videatur. repetita in alio de quo plenè traditur per eundem Bar. in l. prætor. la. ij. §. si quis. ff. vi bo. rap. & in l. talis. & lege licet scriptura. ff. de lega. j. imperator. ff. eo. tit.

1 Præterea & aliud est sciendum quod si heres fuerit in mora soluendi

a *Qui appellatiōe meorum & suorum cōtinetur dicto. in l. pater. in §. duobus. ff. de leg. iij.*

legatum debito tempore quòd tenetur ad fructus & vsuras vt le.j. cum seq.C.de vsu.&.fruc.leg.adeo quòd si hæres monitus legitimè per iudicem circa solutionem legatorum implementum voluntatis defuncti stet contumax per annum priuatus hæreditate & defertur substituto vt habetur in auth. hoc amplius.C.ad le.falc.veruntamen si legatarius suspicetur de hærede quòd ante euentum diei vel conditionis adiectę legato dilapidet,& consummat legatum poterit iudicis officio eumdem cogere ad prestandum idoneam cautionem.seu fideiussionem de legato soluendo adueniente die,vel conditione. vt traditur in tot. titu.ff. vt lega.no.ca.&.C.eo. titu. per to. quæ quidam cautio similiter locum habet in hæreditationibus in diem.vel sub cõditione relictis præterquam in aliquibus casibus. vt habetur & not. in l. cum archimedoram. C.vt in pos.legati.quorum primus est cum quis grauatus est restituere filio. Secundus est cum fratres sunt inuicem de restituendo grauati vt.l.iubemus.C.ad treb.

Legatum annuum an transeat in hæredem legati, vide Bal.cõsi.cc cxcv.in iiij vol.suorum consiliorũ.

21 † Amplius sciẽdum est vt supra dixi quòd si hęres institutus vel ab intestato succedens fuerit tot legatis aggrauatus quòd ferè totas hæreditarias vires exhauriuit, poterit hæres quartam partem de singulis legatis detrahere quę falcidia appellatur vt.ff.ad lege fal. lege prima.& per totum inst. eo.in prin. §.si. nisi testator hãc falcidiam detrahi expresse prohibuerit vt in auth.sed cum testator.C.ad legem fal.In detractione autem huius fal. hęres non tenetur quartam compẽsare vt habetur in lege.iij. ff.ad le

22 gem fal. †Deinde nec illud est prætereundum sed memorie commendandum quòd huiusmodi legata & fideicõ. filio præterito, vel minus legitime exhęredato,& per consequens annullato ,vel rupto ipso testamento olim annullabantur nec præstabantur legata eius,vt lege papinianus.§.ex causa.ff.de in offi.test.hodie vero valent & pręstanda sunt per authen. ex causa & in corpore vnde sumi. C.de libe .præte.vel exhæred.& hoc verum , si adeatur hæreditas à venientibus ab intesta. vbi autem non audiretur hæreditas, & tunc nullo iure legata debentur l. si nemo. ff.de testa.

23 tu.not. per Barto. in dicta authen. ex causa. †Si verò testamentũ obtineat clausulam codicillarem de qua supra, tunc legata ab intestato facta videntur repetita venientibus ab intesta. vt supra dictum est,& nõt.in l. ex testamento.C. de fideicom.& d. authen. ex causa. & ideo etiam de iure antiquo huiusmodi legata sunt præstanda,vbi autem ex defectu solennitatis formalis testamentum esset nullum , vt quia non interuenit solennis numerus testium quantum ad testamentum, & quantum ad codicillos , tunc nullo modo legata debentur,si tamen soluantur scienter non repetuntur,vt l. si veritas. & l.ij.C. de fideicom.

24 †Vlterius est sciendum, quòd quandoque vni, & eidem legatur vna res tantùm, aliquando plures. Si quidem legetur vna, non potest legatarius scindere legatum, & petere partem ipsius rei & partem repudiare. vt l. neminem. & l. si cum res.ff.de leg.ij. Si verò plures legentur res,tũc aut sub nomine collectiuo, & non potest vna res agnosci, & alia repudiari: vt l.græcè.ff.de lega.j. aut sub nomine distributiuo vel collectiuo,& tũc potest vna res agnosci, & alia repudiata haberet onus annexum,quod hæredis respiceret commodum vel fauorem alterius, vt l.si duo.ff. de leg.ij. ad prædicta facit quod habetur in l. legatarius.ff. de fideicom.liber.& l.legatarius.ff.de leg.j.& l.j.

25 §.vbi autem.C.de ca. tol. †Item sciendum est, quòd testator aliquando eandem rem legat pluribus personis coniunctim vel diuisim, & quæritur an inter eos sit locus iuri accrescendi,de quo not. infra in forma libel. quo agitur ex substi. in glo. super verbo,breuiloquia.per Cyn. in l.j.§.his itaque.C.de ca.tol. His igitur sic præmissis volens materiam latius declarare, reassumo singulos superiores articulos per ordinem. Et primo assumo

a illum articulum,qui est quando testator legat ali

26 quid annuum menstruum vel diurnum. †Et quæro an tale legatum transeat in hæredes legatarij, vbi dic quòd non regulariter , nisi testator hoc voluerit expresse , vt habetur in l. in annalibus.& ibi per glosam & doctores.C.de leg.& lege si stichum. §. stipulatio. & ibi per Bartolum ff.de verbo.ob. facit lex in singulos. de ann.lega. vel nisi præstatio huiusmodi legati annalis habens præfinitionem certi temporis, esset per hæc tempora sic diuisa gratia exonerandi hæredem obligatum quo casu censetur esse vnicum legatum pro toto tempore & non plura , & ideo transit ad hæredem legatarij, sicut alia simplicia legata , vt in l. cum præfinitione. in fine. ff. de ann. leg . Et hæc procedunt etiam in stipulatione annua relata ad vitam stipulationis, quæ licet natura sui mero iure transeat ad hæredes stipulatoris tantùm ipsis agentibus, obstat exceptio doli, vt l. eum qui ita.§. qui ita. cum ibi not. ff.de verbo.obliga.& d.l.stichum.§. stipulatio.&. plenè not.in l.senatus.§.fin.ff. de don.causa mor.

Quid,

27 †Quid autem si stipulatio annua sit simpliciter concepta an transeat ipso iure,& cum effectu in hæredem stipulatoris,quo ad effectum petitionis & exactionis .Breuiter distingue aut est facta in causam alimentorum,& hoc constat expresse, vel tacite,& tunc finitur morte stipulatoris lege cum hi.§.si in annos.ff.de transactio.cum simili. & lege eum qui ita.ff.de verbo.obliga. aut est facta in aliam causam,& tunc est perpetua,& transit in hæredem sicut cętera iura,vt dicta lege si sticum.§.stipulatio.ff.de verbo.obliga.quam sic intelligo prout ibi no.& subauditur quo ad vitam.

28 †Vnde circa hoc quæritur.Pone quòd ex causa venditionis contractæ certo prætio aliquis promisit mihi soluere singulis annis,& hæredibus meis saccos.x.frumenti,vel vasa boni vini,& obligauit mihi omnia sua bona,quæritur an ex huiusmodi promissione licitè possit agi,tam de iure ciuili,quã canonico & diuino.Circa quod sic breuiter distingue,aut hæc promissio facta est sine aliqua legitima causa,& tunc iure nullo inducitur efficax obligatio, nec actio vt habetur in lege secunda.§.circa.ff.de dol.exce.& lege cum de indebito.in fine. ff.de probatio.aut facta est cum causa legitima,& tunc cum omni iure agi potest, quia contractus venditionis isto prætio accedente omni iure est approbatus,vt.ff.&.C.& extra de emp.& ven.per totum sicque intelligatur dicta lex sticum.§.stipulatio & dicto.§.qui ita & sibi similia.aut est facta cum causa à iure reprobata puta ex causa mutui, & sic quantitas annua est.promissa in fraudem vsurarum & tunc nullo iure hodie agi poterit ex tali promissione,vt no.per docto.in auth.ad hæc. C.de vsu.& in le.ij.C.plus val.quod agitur & per Cy.in lege si ea pactione.C de vsufru.quæ multum not.

29 †Deinde quæritur quando legatorum in diem sit fienda solutio circa quòd latius sic distingue aliquando in legato est vnica tantum præstatio fienda vnico designato tempore,verbi gratia, cum dixit testator.Lego fundum ad pasca aliquando sunt plures præstationes fiendæ per diuersa tempora, verbi gratia.Lego decem singulis annis ad festum paschatis.Primo casu solet subdistingui, aut tempus apponitur legato causa demonstrationis aut causa differende solutionis,aut limittendæ obligationis. Primo casu cum tempus additur causa demonstrationis quod est quando idem est tempus soluendi cum tempore contrahendi vel legandi,verbigratia,promitto tibi hodie dare.x.vel lego tibi.x.hodie & tunc statim potest peti,ac si dici nulla esset facta mentio vt lege liber homo.§. decem.ff.de verbo obliga.licet iudex super hoc aditus causa miserationis possit executionem differre vsquo in.x.dies vt not.in lege si debitori.ff. de iudi.lege si promissor stichi ff.constitu.pec. Secundo casu cum tempus additur causa differendæ solutionis quod si est regulariter, tunc aut verba dispositiua diriguntur ad honoratum aut ad obligatum. Si ad honoratũ aut verba sunt prolata in accusatiuo, & tunc admittitur petitio & solutio in fine temporis vt lege si in anno. & ibi per Barto!.de hoc.ff.de conditione & demonstratione aut sunt prolata in ablatiuo & tunc est fienda solutio in prin.temporis vt lege si ita fuerit ff.de manu.test.vbi autem verba disposita diriguntur ad obligatum tunc fienda est solutio in fine tẽporis vt lege qui hoc anno.& ibi no.per Bartolum ff.de verbo.obliga.& insti.de inu.sti.§.qui hoc anno.fallit fauore filiorum vt lege qui filium.§.sabinus.ff.ad trebel.& fauore reipublicæ, vt dicta lege ad rempublicam.ff.de mun.& hono.quibus quidem casibus sufficit initium temporis attigisse de quo plenius no.in lege tertia.§.minorem.ff.de mi. Tertio autem casu cum tempus causæ limittandæ obligationis adducitur fieri debet statim solutio,vt dicta lege eum qui ita. & ibi plenè no. & per Bartolum. Dixi vlterius & principaliter quòd aliqando fiendæ sunt plures præstationes, seu solutiones per diuersa & muliplicata tempora vt in stipulatione vel in legato annuo & in hoc distingue aut solutio est diuisa causa augendę obligationis siue multiplicandæ præstationis ant causa exonerandi hæredem vel debitorem.Primo casu distingunt quidam aut tempus apponitur dispositioni aut executioni dispositionis.Primo casu fieri debet solutio in principio ante finem temporis designati,vt le.j.C.quando dies leg.ce.& ibi plene not.per docto.facit le.nec semel in prin.ff.quando di.le.ce.Quando autem apponitur executioni tũc fienda est solutio in fi.temporis,argumen.lege lecta.ver.sed cum sortis.ff.si cer.pet.Si vero sit diuisio causa exonerationis tunc solutio est fienda in fi. tẽporis vt lege si cui.in prin.ver.quodsi messes. ff.de leg.j.&.ff.de sta.lib.le.statulib.§.stichus.& d.

30 lege lecta . ver. sed cum sortis. †Aduertendum hic circa intellectum. ver.sed cum sortis, nam potius & verius credo quòd ibi fuerit tempus appositum gratia multiplicandæ obligationis quam exonerationis,quod ex eo patet,nam creditor,ita est stipulatus , vt vsuras suæ pecuniæ singulis mensibus perciperet , vnde in hoc aliter distinguo, quandoq; id quod soluen dum est per tempora diuisa,est pœna contumacię debitoris non soluentis,& tunc fiẽda est solutio in fi.temporis sic procedit intellectus.d.ver.sed cum sortis aliquando non est pœna alicuius contumaciæ, sed contingit ex sola ordinatione disponentis,& tunc habent locum quæ dicta sunt.quæ autem dicta sunt circa solutionem in prin. temporis fienda locum habent,quando nil est fiendum vel implẽdũ ex parte creditoris alias autem non fieret solutio nisi prius per eum facto implemento argumen.l. si seruus.§.cum ser.ff.de stipu.ser.& not.in le.edẽ. C.loca.per quę patet quando fienda est solutio pẽsionis de qua quæstione tangitur per glo.& doct. in dicta lege.eden.C. lo.Item fallit in casibus qui habentur in lege. nec semel . § . si ha-

bitatio

bitatione & in le.firmio.§.pater.ff.
31 quando di.le.ce. †Nunc his per actis videndum occurrit si præstatio vel solutio sit destinata, vel relata ad certum locum, vel fundum v.g. lego vel promitto tibi.x.saccos frumenti quod nascetur in tali fundo & contingit nil nasci ex eo fundo, vel contingit fundum perire an liberetur debitor à solutione, vel præstatione in qua q.Bar.in le.inter stipulantem.§.sacram.ff.de ver. ob.sic distinguit, & idem Pet.& Cy. sequitur in le.si quis argentum.in
32 prin.C.de dona. †Cum quęritur quando fructus debentur ex certo fundo si non recipiuntur an obligatio extingatur, vel differatur, dic quòd aut loc⁹ vel fundus apponitur in dispositione causa designationis, aut causa limitandę, vel taxandæ obligationis. Primo casu fructus debentur si extant ex illo fundo, vel si non extant debentur ex alio, & sic durat obligatio, vt le.lucius.ff.de an.leg.& le quidam testamento.ff. de lega.j.& le.paulo calimacho.§. fin.ff.de leg.ij. Secũdo casu subdistingue, aut orationi dispositiuæ adijcitur relatiuum.v.g.fructus qui nascētur in tali fundo lego vel promitto &c.& tunc subdistingue, aut enim in promissione vel fundo est vnica præstatio tantum, aut plures. Si vnica, tunc si illo anno fructus ex fundo colligi non possunt, nil vltra debetur sed debitor liberatur. Ratio quia illud relatiuum, qui, facit conditionem & exponitur.i.si nascentur vt probatur in l.cum certus.ff.de vi.tri.& oleo lega.& l.si debitor.§.verisimile.ff.de contrahē. emp.vbi verò sunt fiēdæ plures prę stationes tunc si fructus in primo anno non nascantur in toto, vel in patre fit supplementum in alio, vt l. legatum.§.vinum .ff.de an.leg. Si autem in oratione nullum apponitur relatiuum, sed oratio simplex, tunc si non nascuntur fructus in primo anno non propterea liberabitur debitor, sed fit suppletio in anno sequenti, vt l.firmio. in prin.ff. quando di.leg.ce.& in l.inter stipulante.§.sacramenta.pręalle.Et hæc quæ dicta sunt procedunt quando certa & limitata quantitas fructuũ est in dispositione posita, vbi verò nulla est quãtitas designata, sed in genere fructus qui nascentur sunt

Legatum annuũ an transeat in hæredem legati: vide Bal. consi. cccxcv. ii ij.vol. suorum cõsiliorum.

legati vel promissi, tunc siue in oratione sit relatiuum, siue nõ, cēsetur dispositio talis esse cõditionalis & ob hoc fructibus non natis nil vltra debetur & intelligi debet secundum eum l.j.in fin.ff.de condi.& demon.& le.interdum.ff.de ver.obli.
33 Vltra quęritur, quid si testator legauit Titio centum donec vixerit an talis quantitas sibi semel pręstanda sit vel pluries. Dic quòd annis singulis debetur ac si legasset centum annua. vt est tex.in le.legatum.ff.de an.lega.& not.per Barto.in d.§. qui ita.
34 †Insuper quęritur, quid si testator legauerit tertiam vel quartam partem fructuum nasciturorũ ex tali fundo an hoc legatum semel tantum debeatur. Dic quod singulis annis debetur donec vixerit legatarius nisi de contraria appareat testatoris voluntate vt est text.in d.le.defuncta.§.fina.ff.de vsu. & ibi not.
35 †Quid autem si testator iusserit filios vel hæredes simul habitare vsque ad.x.vel plures annos quin importet ista verba Dic vt plenè tangitur p Bartol.in l.quintus.ff.de an.lega.
36 †Inde quęritur quid si testator nulla quãtitate expręssa dixerit sic lego annua Caio, an valeat legatum, ᵃ dic quòd non regulariter. vt l.legato generaliter, cum ibi no.ff.de lega.j.Fallit si legetur in causa alimentorum vt est tex.in lege si qui.& ibi no.ff.de an.leg.& l.cum alimenta.ff.de ali.& & ci.le. facit quod no.in dicta.leg. id quòd pauperibus.C.de epi.& cle. Rursum quęritur de quotidiana quæstione aliquis filiæ suæ viduæ legauit x.annua donec vidua erit vel inuiduitate permanserit quæritur filia nubente in princi.anni an integra.x.habere debeat, dic quòd sic ac si annus esset completus vt in lege si filiæ.& lege à vobis.ff.de an.lega.Nunc transeo ad secundum principalem articulum qui est cum legatur vsufructus aut vsus vel habitatio.
37 †Circa quæ prĩo quæro, ꝙ si testator vni simpliciter legauerit fundum deinde legauit alij vsufru. eiusdem fundi quid percipiet legatarius vsufructus, dic quòd habebit partem dimidiam vsufructus & sic vsufruct. concurrunt vtrique idem in habitatione vt est tex.in l.si alij. & l.sempronius. §.fina.& sempronio, in principio.& ibi not.ff.de vsufru.le.per quæ patet quòd legando secundo videtur partem admittere à primo nisi de cõtraria voluntate testatoris appareat vt ibi no.Et per hoc dicunt quidam quòd quando testator vt quotidie fieri videmus facit plura legata diuersis ꝑsonis & postea legat vxori suæ generaliter vsufru.bonorum suorum tam legatorum quàm non legatorũ quòd omnes concurrunt in vsufru.cum vxore.
38 †Secundo quæritur quę veniant in legato vsus, dic quòd omnes fructus rei vt plenè traditur in l. vsu leg.cum l.seq.ff.de vsufru.Ipse tamen vsufructuarius non poterit vti nisi præstita satisdatione de vtendo & fruendo arbitrio boni viri vt lege si vsu fructus.ff.de vsufru.& le.j.C.de vsufru.& le.j.

cum

cum seq.ff.de vsufru.quẽad.ca.quã satisdatio nem non posset remittere testator, vt not. in d.l.j. de vsufru.& l.ij. & l.scire debeamus.C. vt in pol.le. ab ipsa tamen satisdatione ipso iure excusatur pater vsufructuarius bonorum filij, vt habetur & not.in l.cum oportet §. non autem.C. de bo.quæ lib. tenetur etiã vsufructuari⁹ satisdare de re ipsa restituenda finito vsufru.vt d.l.j.ff. de vsu.quem-
39 ad.cap. †Quid igitur, si vsufructuarius non præstet hanc satisdationem. Respondeo, proprietarius rem ipsam poterit vendicare. vt l. si vsuf.
40 quemad.ca. †Sed an fructus perceptos ante satisdationem possit dominus vendicare, apud aliquos est dubium, vt Cyn. in l.vsufr.C. de vsufru. Bar.autem in l.vxori vsufr.ff.de vsufr.leg. sicque pro omnium concordia distinguit, quandoque ante satisdationem dominus percepit fructus, & tunc non debent restitui fructuario, vt d.l. vxori. quandoque econtra ipse fructuarius percepit fructus, & tunc aut eos percepit domino ignorante, vel contradicente, & tenetur eos restituere domino, & sic intelligit glo.ff. de vsufr. & prædicta l. hac edictali. §. is istud. quandoque recepit eos domino sciente & patiente, & tunc non debent restitui per eum ipsi domino, sed eos lucratur, & facit suos, & sic intelligitur.l. hac edictali.§.fin
41 autem.C. de sec. nup. † Quid autem differant inter se vsus, vsufructus, & habitatio, plene traditur instit.de vsu.& habi.§.j.& adde prædictis quę no.circa formam libelli quo agitur ad repetitionẽ
42 dotis in glo. super verbo vsufructum. † Solet etiam quæri qualiter huiusmodi vsufructus finiatur. & respondetur quòd tribus modis, videlicet morte, capitis diminutio. & longua præscriptione videlicet x.an.inter præsentes, & xx. inter absentes, vt l.qui vsufructum.ff. si vsufru.pe.& l.corruptionem.C.de vsufr.facit insti.de vsufru.§. finitur.
43 et ff.quib.mo. vsu. amit.l.j. cũ seq. † Sed circa hoc quæritur de quæstione sæpe occurrẽte. Ecce quòd patri quęsitus est vsufructus ex persona filij per l.nõ solum.C.de bo.quæ lib. quæritur per cuius mortem vsufructus extinguatur, dic breuiter quòd mors vtriusque requiritur, nec mors vnius alteri nocet, vt habetur in l.fi.C. de vsufru. et l.fi. ver.si verò.C.ad tertul.et not.per glo.in l.ij.in fi. C.de bo.mat.et l.quod satis.in fi.ff.de bo.quæ lib.
44 †Venio ad tertiũ, qui est, quando legatur seruitus rustica, vel vrbana, circa quẽ articulũ vltra ea quæ scripsi supra in libello quo agitur confessoria. vel negatoria pro seruitute, quæro de quæstione sæpius occurrente, ecce testator legauit alicui simpliciter fundum, vel vsufructum fundi. quæritur an eidem fundo præstari debeat per hæredem via, vel iter ad ipsum fundum qua vel quo vtebatur, in qua quæstione glo. dubitauit in l.iij.§. si loci.ff. de adi.leg. Tu autem secundum not.per Barto. in l.j.ff. de serui.leg. plenius sic distingue cum quæritur an rei legatæ seruitus debeatur, aut quæritur de seruitute iam imposita ante legatum, aut de imponenda post legatum. Primo casu debetur vt l.j.& l.si is .qui.ff.de ser.le. cum simi. ibi no. Secũdo casu subdistingue, aut erat seruitus habens causam continuam & permanentem & tunc hic seruitus sequitur legatarium & ei debetur per hæredem ex præsumpta voluntate testatoris, vt dict. le.j.ff.de ser.leg. exemplum patet in seruitute oneris ferendi & sic debet intelligi le.quod conclaue.ff.de dam.infe. aut seruitus habebat causam discontinuam & non permanentem vt iter, & viam & tunc aut testator legauit vsufructum tantum & agere poterit ipse legatarius contra hæredem, vt patiatur hanc seruitutem imponi, si ea non imposita vsufructus redditur inutilis vt le.damnas.§.j.ff.de vsufruct. leg.& le.binas.§.fina.ff.de ser.vt predi.& le.j.§.j. & ij.ff.si vsufruct.pet.& le.seruum filij.§.fina.ff. de leg.j.aut legauit proprietatem & tunc licet glo. in le.tertia,§.si loci.dubitauerit tamen dic quòd debetur seruitus legatario per ipsum hæredem vt no.in l.binas.ff.de ser.vrb.præd.sumpto ar.à fortiori facit.l.j.in fin.ff.si vsufru.pe.
45 †Quid econtra an à legatario seruitus debeatur hæredi de qua supra per fundum legatum, & dic quod sic, vt l.restituere. in prin.c.ff.si ser.vend. & in l.si fundum sub conditione.§.qui fundum.ff. de lega.j.& in l.olimpiaco .ff.de ser.vr.præ. In venditione autem rei venditor non tenetur nisi specialiter, & expresśim actum esset hanc seruitutem discontinuam emptori præstare vt l.in vendendo ff.de contrahen.em. Fallit in via ad sepulcrum vt in l.sepulcrum.ff.de re.i.& sum.fu.
46 †Transeo ad quartum ar.qui est quando legatur dos vxori vel filiæ vbi quęri consueuit si teneat legatum factum vxori & distinguitur sic aut tale legatum dotis factum vxori cõtinet certam quãtitatẽ expressam v. g. lego vxori meæ certũ quæ habui in dotem & tunc tenet legatum in quantitate expræssa siue vxor nil dederit siue minus dederit in dote vt est tex. in l.si non designata.C.de fal. ca.adi.leg.si vero nulla quantitas est expressa tũc non tenet legatum nisi constet per instrumentum dotis vel aliter in quantitate in dotem tradita. vt d.l.non designata.& l.j.§.sed si in dote.& lege cum scriptũ.ff.de dona.præle.

Et si forte dicatur quid commodi affert vxori legatum dotis certæ quantitatis, quando alium de, puta per instrumentum constat de eius dote? respondetur quòd si legatum est purum, tunc subducitur tempus legale, & statim fit ipsius dotis solutio, vt l.j.§.verum est commodum.ff. de dot.præle.& est commoditas in alio; quia non fit retentio dotis propter res donatas, vel alias impensas, quæ tamen ipso iure non diminuunt dotem, vt l.dote prele.& d.§.verum.ff.de
47 do.præle. †Sed quid dices de frequenti quæstione, ecce testator legauit mulieri nondum nuptæ centum pro dote seu ex causa dotis quæritur an tale legatum sit purum vel cõditionale vel sub modo super quo varie sunt opi.vt refert Bar. in l.titio centum.§.titio genero.ff.de condi. & ad mone

mon.& no.per Cy.in le.sancimus.C.de nup.conclusiue autem secundùm eum potest sic distingui aut tale legatum est factum respectu matrimonij contrahendi cum certa persona, ver.g.si testator dicit lego.c.Semproniæ pro eius dote vxori futuræ Gaij, & tunc tale legatum est conditionale videlicet si matrimonium sequatur vt le.promittendo & le.stipulationem.ff.de iure do.pro quo facit auth.nisi rogati.C.ad tre.& in corpore vnde sumitur de san.epis.§.sed hoc depresenti, & ibi per Iaco.de bel.aut tale legatum est factum simpliciter nullo habito respectu ad certam personam, & tunc subdistingue aut extraneus legauit mulieri hanc dotem & est conditionale eo modo quo supra argu.in le.à titio.in prin.de ver..obligatio. & le.si ego in prin.ff.de in.do.& d.§. sed hoc de presenti.ad idem facit l.publius in prin.ff.de conditio.& demon nisi per aliquas coniecturas appareat quòd testator non voluerit legatum esse purum vel patriæ consuetudo se haberet quòd dos appellaretur patrimonium mulieris non nuptæ quia in hoc standum esset communi vsui loquendi vt l.cum delationis.§.asinam.ff.de fun.instr.Si vero pater legat filiæ dotem tunc aut vltra hoc legauit sibi suam legitimam & tunc est conditionale super quo vide quod dicitur infra in proxi.q.aut nullam legitimam sibi legauit,& tunc legatum dotis est purum & poterit statim peti ex præsumpta volũtate testantis cui incumbebat necessitas filiam dotare & ei relinquere legitimam, vt in l.qui liberos ff.de ri.nup.& quia tale legatum videtur factum ad filię prouisionem,ideo non recipit aliam dilationem nec grauamen,vt l.quoniam in prioribus. C.de in off.testa.Et aduerte quod hoc casu non sufficit hanc dotem titulo legati relinquere quo ad valorem testamenti dicendo.Relinquo filię meæ centum vel talem fundum,pro eius dote quia verbum, relinquo, adiectum certæ rei vel quantitati non trahitur ad institutionem.vt no per Bar.in le.cogi.versi.& generaliter .ff.ad treb.vt habetur in auth.vt cum de ap.cog.§. illud quoque. licet glo.teneat contrarium in auth.de hære.& fal.§.& hæc omnia.& ibi per Iaco.de bel.& sic secundum Bar.testamentum esset nullum ratione præteritionis ipsius filię vtendo verbo relinquo,sed debet vti verbo instituo, & dicet, instituo filiam meam in centum pro eius dote vel pro maritando ipsam.

4 †Quid si testator dixerit relinquo filiæ meæ cẽtum ad dictum sapientis quid poterit facere ipse sapiens dic quod poterit addere iure institutionis ad hoc vt potius veleat testamentum quàm pereat secundùm Iaco.de aret.sed Ricar.malum disputat & tenet contrarium cuius opi.sequitur Barto.in le.illa institutio.ff.de hæ.insti.& no.idem Bar. in le. his verbis .ff.de hære.institu. Item circa præmissa quæritur statuto ciuitatem Lombardię cauetur quod mulier dotata non faciat partem in hæreditate paterna vel materna cum fratribus suis &c. Contingit casus quòd pater impuberi filiæ legauit mille pro eius dote, quęritur de tribus. Primò an hoc legatum succedat in locum legitimæ. Secundò an huiusmodi legato videatur ipsa filia dotata. Tertiò an tale legatum possit statim peti vel differri debeat petitio in tempus nuptiarum.Et breuiter quo ad primum quæsitum variæ sunt opiniones, vt refert Cy.in l.sancimus.C.de nup. & tenet Ricar. malũ. quòd sic, nec possit agi per filiã ad supplementũ legitimæ si quid desijt.Et est ratio, quia per statutum potest diminui legitima,quamuis non in totum auferri secundùm eum,licet Dy. teneat contrarium in c.indultum.de regu.iur.lib.sexto.Cyn. verò vbi supra tenuit quòd tale legatum non succedat in locum legitimæ, quod etiam sequitur Bartolus in dicto §. titio.sicque habebit filia vtrunque,scilicet legitimam & legatum,nisi de voluntate testatoris aliud appareat , verbi gratia,si iusserit eam stare & esse tacitam & contentam dicta quantitate sibi legata, argumentum in l.vni volebat. cum ibi notatur.ff. de hære. insti. & ita consueuerunt notarij ponere in testamentis, aliud autem esset si fuisset filia hæres instituta in dicta quantitate pro eius dote,quia tunc substitutio hæc succederet in locum legitimæ, & si quid deesset agere posset ad supplementum,vt in lege omnimodo.& lege sancimus.C. de inoffi.testam. & in authen.ibi signata,& quod not.in dicta lege

49 his verbis. †Per quod patet quod sapienter faciunt notarij si in huiusmodi dispositionibus vtantur verbis institutionis non legati.vt supra dictum est. Quo autem ad secundum quæsitum, dic secundùm Barto. vbi supra, quòd filia dicitur dotata, argumentum in l. non est matrimonium. ff. de ri. nup. & in l. qui pupillam. in princi.ff. de adulte. facit quod nota. per glos. in l. cum plures. §.penul.ff.de administratione tutorum. & illa verba dotata sunt exponenda.i. in quam pater actũ dotandi exercuit quantum in se fuit, argumentũ, in l.mulieri.ff.de conditione instrumen. Alio verò casu contra, quia dos sine matrimonio esse non potest, vt l.si. C. de dona. ante nup. Prima opinio Bartoli est verior, & probatur per textum in le. non sine ratione. C. de bon. quæ liber. Ad tertium autem quæsitum respondetur secundùm eum quòd aut tale legatum est factum puberi aut impuberi. Primo casu differtur petitio in diem nuptiarum matrimonio contracto per verba de præsenti, quod sufficit etiam si non fuerit adhuc traducta ad domum mariti, argument. in l. sancimus.C. de nuptijs. coniuncta lege, si cui.ff. de conditionibus & demonstrationibus. Secundo verò casu expectatur tẽpus nubilis ætatis. & etiã quòd matrimonium per verba de præsenti contrahatur, quibus duobus cõcurrentibus petitio admittitur.arg.in l. hæc conditio.ff.de condition.& demonstratio.& l.si pupillæ.ff.quando dies le.ce.

50 †Quid autem si alia forma testator vsus sit,vt quia dixit lego centum pro ipsa maritanda.dicit idem Bar.aut est pubes,& poterit legatum statim petere, præstita tamen quæstione de nubẽdo, aut est impubes , & tunc differtur petitio in tempus

pubertatis quo tempore persona erit ad maritandum habilis & hæc sufficiat, etiam si matrimonium de præsenti tunc non contrahatur vt petitio admittatur, ar. in l. nec semel. §. in habitatione. ff. quando di. leg. ced. leg. j. Inde quęritur, pater legauit filiæ centũ ex parte dotis deinde ipsam maritauit, & dotam pro ea soluit postea moritur pater non mutato testõ, agit filia contra hęredes petendo legatũ prædictũ, quęrit', an sit audiēda. dicit Bar. in l. humani. §. cum pater. ff. de l. j. distinguendum esse, aliquando enim pater primo loco dotem simpliciter promisit non tantum tradidit vel promisit. Primo casu subdistingue aut expresse legauit pro dote & tunc semel tantum dos ipsa debetur & ideo petens legatum non auditur, vt dicto. §. cum pater & le. titia. §. qui inuita. ff. de legatis secundo. aut legauit simpliciter nulla facta mētiõe dotis & tũc legauit aliud diuersũ quã promiserit & tunc debetur vtrunque videlicet dos. & legatum, vt le. si pater pro filia. ff. de collatio. do. Aut legauit idem vel tantumdem in eodem genere & tunc in dubio præsumitur legare animo compensandi & præstabitur alterum tantum vt l. si cum dotem. §. si pater. ff. soluto matrimonio. & not. per glo. in dicto. §. cum pater. Secundo prīcipali casu videlicet cum primo dotem tradidit & postea legauit distingue aut legauit illud idem corpus quod fuerat traditum & tunc eius æstimatio debetur ac si legasset scienter rem alienam. l. cum pater. §. pater filiæ. ff. de legatis secundo. aut legauit dotem simpliciter & tunc semel tantum debetur nec præstatio duplicatur, & quia dos ipsa est legata non confertur, vt dicto. §. qui ita. & le. filiæ. & l. à patre. C. de colla. vbi autem legauit aliud omnino diuersum à dote, tunc vtrunque debetur, vt supra dictum est. Tertio vero casu principali videlicet quando primo legauit & postea tradidit distingue, aut post ipsum legatum dotis realiter dotauit & tunc videtur de primo legato dotata, ideoque vlterius legatum non debetur. le. lucius la. j, & ibi nota. ff. de legatis primo. & l. filia. C. de leg. vbi autem legatum esset simplicititer primo factum sine adiectione causæ dotis, tunc per traditionem dotis inde secutam non videtur à legato recessum ideoque vtrũque debebitur. vt l. quinquaginta. cum ibi nota. ff. de probatio.

51 †Ex promissis autem patet solutio ad illam quæstionem qua quæri solet. Si pater legauerit ducentum filiæ pro dote posquam ipsa nupserit & centum pro eius dote tradiderit an mortuo patre possit reliqua centum ex causa legati petere. Et secundùm Barto. in dicta le. lucius. distinguendum est aut legauit pro maritando ipsam filiam & tunc excluditur à petitione legati, quia cessat causa legati, argumen. in le. libertus. in princi. ff. de alimen. & ciba. leg. aut legauit simpliciter pro dote aut ex causa dotis & tunc admittitur ad petitionem legati quia dos potest augeri constante matrimonio vt, lege penult. C. de donatio. ante nup. de qua materia plene tangitur per eundem in l. liberorum. ff. de verborum signifi.

53 †Præterea quęritur ecce quòd pater legauit filiæ centum pro dote, vel pro ea maritanda & decessit filio masculo hærede vniuersali instituto qui inde sororem maritauit & dotem dedit simpliciter habita mētione legati, quęritur an soror poterit legatum petere. Respondetur quòd non, quia frater videtur eam dotasse de pecunia legata potius quàm de propria, argumen. in l. nesennius. & quod ibi no. per docto. ff. de nego. gest. & ita determinat Iacob. butr. vt refert Cyn. in le. fina. C. de do. promis. Vbi autem pater det dotem pro filia sua quæ habet bona materna videtur in dubio eam dotasse de bonis ipsius patris & non de maternis vt le. fina. C. de do. promiss.

54 Sed quid si testator sic dixit? lego centum pro dote filiæ meæ & quoties illa perdiderit sibi de nouo detur per hęredes meos quęritur de effectu huius legati, respondetur quòd semel tantum dos perdita reiterabitur & præstabitur & non vltra si milies perderetur vt est text. in le. fidei conmissa. §. si quis decem. de laga. tertio.

55 †Sed aduerte circa prædicta quòd de iure communi cessante dicto statuto quòd filia non succedat extantibus masculis tenetur pater dotem filiæ relinquere titulo institutionis & non legati vt prędixi & si invita sua eam nupserit & dotem pro ea dederit poterit eam in dote instituere & in aliquo pluri quantumcunque modico & sic tenebitur eius institutio vt plene disputat. gl. & docto. in le. denique. §. sed vtrum. in fin. ff. de minori. & Bartolus nota. in le. his verbis. ff. de hæredibus instituendis.

56 †Sed pone quod statuto cauetur quod muliere mortua in matrimonio vir lucretur dotem vt est communiter, in Lombardia cõtingit quòd mulier habens filium ex priori marito accepit secundum virum & mulier ipsa prędecesserit in matrimonio superstitibus secundo viro & filijs prioris matrimonij inter quos controuersia oritur super dote quæritur an ipse secundus vir lucretur dotem exclusis dictis filijs an redire debeat ad ipsos filios excluso secundo viro, dixerunt quidam filios præferendos saltem in ea parte quam lex ipsis refert de qua traditur & habetur in le. hac edictali. C. de secundis nup. Alij dicunt filios in totum excludendos etiam à legitima & virum preferendũ autoritate dicti statuti per quod derogatur dicta l. hac edictali. quia ista est quædam alienatio inter viuos per quã potest filius priuari legitima, vt not. Dyn. in. c. indultum. de reg. iur. libro. vj. & Cy. in l. sancimus. C. de secundis nupt. & in l. j. C. de inoff. do. & hanc partem tenet Bal. in l. si ea lege. C. de condi. ob. cau. & eam obseruat Lombardia de qua q. dixi supra in forma qua agitur ad dotis repetitionem.

57 †Quid autem si statuto caueatur non obser. vt proxime dictum est sed hoc modo quòd mortua vxore sine liberis exprimo matrimonio vir lucretur dotem an hoc casu præmoriente

ipſa vxor e in ſecundo matrimonio
ſuperſtitibus liberis ex ſecundo vi
ro,poterunt filij prioris matrimo
nij petere partem dotis maternę
à filijs ſecundi matrimonij.Et vti
que dicendum quòd ſic.cuius ra-
tio eſt per tale ſtatutum ſolum in
vnum caſum maritos ſibijpſis lu-
crari dotem videlicet quãdo vxor
moritur ſine liberis ex eo procrea
tis.Cum autem moritur cum libe-
ris,tunc caſus iſte relinquitur diſ-
poſitionis iuris cõmunis, vt l.extra
neus ff.de condi.ob cau.& l.ſi cum
dotem.in prin.ff. ſo.ma. ideoque
pariter filij vtriuſque matrimonij
in ipſa dote ſuccedent in auth.in
ſucceſsione.C.de ſuis & leg.& d.
l.hac edictali.niſi pactum de dote
lucrandæ interceſsiſſet,quia tunc
maritus in dote ſuccederet ſecun-
dum formam,d.le.hac edictali.&
non plus vt ibi no.de quo,& alijs
pluribus, de quo habetur & no.
per Ia.de Bel.in auth.de nup.§.opti
58 mè. †Quæritur ſi ſtatuto cauea
tur quòd fœmine non ſuccedant
cum maſculis in hæreditate pater
na,vel materna ſi fuerint dotatæ
vel fratres earũ velint eas dotare,
& contigerit patrem de cedere fi
lio maſculo,& filia ſuper ſtribus,&
filius deceſſerit ſuperſtite quadam
eius filia:& predicta eius ſorore an
in ſucceſsione paterna præferatur
dicta amita ſoror dicti filij predictę
eius nepti,&dic diſtinguendum ſe-
cundùm Cy.vt per eum not.in le.j.
C.ad.le.iul.de adul.Nam aui ipſe fi
lius deceſsit in vita patris & tunc pa
riter ſuccedunt.vt in auc. defuncto.
C. adtertul.aut poſt eius mortẽ &
tunc neptis excludit amitã:& eſt ra
tio quia iſtud ius excludendi amitã,
fuit quæſitum ipſi patri ſuo in eius
vita virtute dicti ſtatuti quod tranſ
miſit in eius filiam, vnde ei non
eſt deferendum, ar.in le.videamus.
59 ff.de neg.geſt. †Sed pone quòd
teſtator legauit filiæ pro dote cer-
ta bona , iubens eam eſſe tacitam
& contentam.vt multotiens contin
git? quæritur an ipſi filiæ poſt ag-
nitum legatum ſit ſaluum ius pe-
tendi dotem maternam.Bar.in.l.vt
iuſiurandi.§. ſi liber.in fin.ff. de
oper.lib.videtur dicere quòd ſic,
quia dos materna eſt extra bon
patris,es alienum tu diſtingue-
vt ibi no.& vide quod ſcripſi ſu

a No.de dictione, cum & dictione &, doc.in l.ſi quis arbitratu.ff. de ver.ob. & doc.in le.j.& ij.C de ver.ſi. & de dictione & vide Bartol.in l.ſi ſinita. in §. eleganter ff.de dã.in fe. Iaco. de are.in diſpu. incip. quidam paterfamilias facit teſtamentum lega. peculij.

per forma libelli quo agitur pro hæreditate ex
teſtamento delata in gl.iij.Et per hoc patet quòd
pater non videtur filiam dotare de dote mater-
na,quod eſt verum in dubio.Sit ergo cautus pater
quòd ſpecialiter ipſam dotet de dote materna per
tex.in l.fi.C de do.promiſ.ſecus autẽ in extraneo
vel fratre dotante vt ibi no.per Cy.quia in dubio
preſumitur dotare de dote materna. Redeo
ad quintum arti.quando legatur vinum,vel frumẽ
tum ſimpliciter non adiecto de quo ſit præſtan-
dum,videtur in dubio præſtandum de eo quod eſt
in patrimonio teſtatoris vel ſi nihil reperitur præ
ſtari debet aliunde per eius hæredem vt l.ſi cui vi
num.in prin.& ibi per Bar.ff.de vi.tri.& oleo leg.
nec tamen vaſa ſeu vegetes in quibus eſt vinum
reconditum cedant legatario vt d.l.ſi cui.§.j.& ſi
vinum vel frumentum legetur pro alimentis,licet
quantitas nõ ſit expreſſa tamen valet & cedit eo
caſu in legato omne vinum teſtatoris vt l.quidam
60 hæredem.ff.eo.titu. †Quid dices ſi teſtator le
get.x.vaſa vini titio ex eo quòd naſcet in tali vi
nea & nihil aut parum natũ eſt an hæres liberabi
tur vel ſupplebit de eo quod naſcitur in ſequenti
anno.dic vt ſupra dixi circa legatum annuum,&
quod plenè tangitur per Bar.in l.inter ſtipulan-
tem .§.ſacram.ff.de ver.ob.facit l.certum.& l.ex
eo.ff.de vi.tri.& oleo.leg. Tranſeamus ad ſex-
tum articulum qui eſt quando legatus eſt fundus
cum inſtrumento ſuo,vbi quæri ſolet quæ contine
antur appellatione fundi inſtructi ad quod breui-
ter reſpondeo quod ligones,aratra,boues,falces,
torcularia meſſoria & alia ſimilia ad agricolam
pertinentia & ad fructus colligendos vt plenè tra
ditur in le.inſtrumenta fundi. cum l.ſeq.ff.de fun.
inſtru.& inſtru.leg.nec refert quantum ad vim
coniungendi ,an legetur fundus cum inſtrumen-
to an fundum & inſtrumentum vel fundus inſtru
ctus licet quoadmodum diſtin.lega.differant hæc
inter ſe vt habetur in l.j.& l.ſi cui.ff.de fun.inſtr.
61 †Notandum tum eſt quòd dictio[a] cum contingit
a acceſſorie,ſed dictio.& cõiungit prĩcipaliter vt.d.
le.j. ſi cui. facit l.j.& ij.ff. de pecuni. lega.& le.ſi
quis titio. in fin. ff. de vſu. lega. &.le. triplici.ff.de
ver.ſig.quod facit ad multa.Plenius tamen & cla-
rius potes ſuper hoc diſtinguere ſecũdùm Bart.
vt per eum no.in d.l.ſi cui aliquando hæ dictiones
ſ,&.cum ponuntur inter res quarum vna ſui natu
ra alteri non accedit vt inter perſonas vt l.iuſtiſ-
ſime.ff de edi edi.vel inter res prorſus diſtinctas
& ſeparatas & tunc pariformiter coniungunt vide
licet omnes principales vt inſti.de legi.§.ſi quis an
cillas.& l.ſi ancilla cum liber.ff.de leg.ſ.aliquando
hæ dictiones ponuntur inter res quarum vna ſui
natura alteri accedit ſeu vna ſolet alteri accede
re vt inſtrumentum fundi & peculium ſerui &
tunc eſt differentia quia & coniungit principa-
liter ſed cum coniungit acceſſorie,vt dict.le.j.
& ij.& le.ſi cui.& vide de hoc per Cyg.in
62 le.ij.C.de verbo.ſigni. †An autem hæc di-
ctio,& inducat repetitionem qualitatis poſite

in præcedenti oratione, vide quod no. Bar. in l. seio. §. gaio. ff. de fun. instru. & in l. repetẽdis. ff. de le. iij. Nunc autem transitum facio ad vij. articulũ, qui est quãdo legauit seruo peculiũ, vbi quæritur seruo legato cũ peculio, quid cadat in legato si cõtingit seruum mori, dic in omnibus extingui legatũ vt in l. j. & ij. ff. de pecu. leg. & hoc q a sublato principali tollitur accessoriũ, p quod deciditur illa. q. cũ testator legauit equũ cũ sella. Nam mortuo equo viuente testatore extinguitur legatũ sellę per regulam prædictã. nã dictio, cum. coniungit accessorie, vt dictum est, facit. l. tunc inutile. ff. de pecu. legat. & regula. l. cum principalis. de

63 reg. iur. †Venio ad viij. articulum, qui est, cum legatur penus [a] seu canepa. in quo articulo quæritur quid penus appellatione contineatur, vbi sic distingue quòd quandoque legatur penus poculenta, aliquando legatur penus esculenta. Primo casu omnia continentur, quæ appellatione viui continentur. Secundo verò casu omnia continentur, quæ vsui patrisfamilias sunt deputata. vt hæc & alia latius habentur in le. qui penu. cum seq. ff. de pe. leg. & l. qui penu. la. ij.

64 ff. eo. titu. †Venio ad. ix. articulum qui est quãdo legatur suppelectilis. vbi notãdum quòd hoc nomen est iuris, sed in vulgari appellatur masaritia domus. sicque idem importat legare masaritiam domus & legare suppellectiiem: vt no. Bart. in l. j. de suppel. leg. & per hoc patet quæ contineantur appelletione supellectilis, de quo vi-

65 de tex. in l. iiij. ff. eo. titu. †Condescendo ad x. articulum qui est cum legantur cibaria seu alimenta, vbi quęrendum primo loco est, quid alimentorum nomine, seu appellatione compręhendatur, & breuiter respondendum est cibaria, vestimenta, & domus, seu habitatio contineri, vt l. legatis. & l. si. de ali. & ci. leg. imo etiam aqua si in ea regione vendi solet, vt l. j. ff. e. tit secus autem est in legato cibi vel diarij, nam appellatione cibi non continetur vestimentum, nec domus, vt l. diarijs. ff. eo. ti. Et sic patet quòd aliud

66 est legare alimenta aliud cibaria. †Quid si testator iusserit hæredi suo, vt talem eius nepotem instrui faciat in aliquo artificio non determinando de quo quæritur in quo artificio debeat ipsum instrui facere. Respondeo quòd iudex in hoc arbitrabitur inspecta qualitate & natura, & dispositione & finibus circumstantijs ipsius nepotis, expensis ipsius hæredis, vt habetur singulariter in l. titius liber esto. ff. de lega. iij.

67 †Quid igitur si alimenta sunt simpliciter legata nulla determinatione de his fact. qualiter fiet præstatio eorum, & limitatio, dic quia iudicis officio erunt limitanda, inspecta persona legatarij & fructibus & reditib' hæreditarijs, vt in l. cum alimenta. in prin. & l. cum vnus. in fi. ff. de ali. & ci. le facit. l. fi. in fi. C. de ali. pu. præ. & l. ius alimentorum. ff. vbi pu. educ. & quod not. Barto in l. imperator' arianus. in fin. ff. ad treb. Et no. quòd si fructus rerum hæreditariarum ad alimenta non sufficiunt, non propterea tenetur hęres proprietatem rerum ipsarum vendere & prætiũ in alimenta conuertere, vt ponit Bartol. in dict. le. cum alimeuta. Et si is cui legata sunt alimenta infirmitatem patiatur debent ei præ-

b stari medicinæ [b] vt l. verbo victus ff. de verbo. signi. & in leg. si cum dotem. §. si autem in seuissimo. ff. sol. matri. quòd sequitur idem Bar. in l. legatis. ff. de ali. & cib. lega.

68 †Inde quæritur an legatum alimentorum transeat in hæredem legatarij dic quòd non regulariter vt le. in annalib'. C. de le. & le. si in singulos. & ibi no. ff. de an. leg. & l. cum hi. §. mo dus. in fi. ff. de transa. & le. mella. in principi. ff. de annu. leg.

69 †Insuper quæritur legatis alimentis quo tempore sint præstãda an in singulis mensibus, vel annis distingue secũdùm Bar. vt per eum no. in l. fi. ff. de lib. le. & l. pecunię. ff. de ali. & ci. le. quandoque alimenta debentur seu relinquũtur cum demonstratione certi temporis vt puta lego omni anno vel omni mense. x. pro alimentis & tunc præstantur tempore illo designato vt l. annuam pecuniam & l. j. cum seq. ff. de an. leg. facit l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quando di. leg. ced. & l. diarius. ff. de ali. & cib. leg. cũ simi. quandoque legatũ alimenta simpliciter facta temporis designatione & tunc subdistinguitur aut relinquitur personis non morituris puta pauperibus talis hospitalis & tũc soluẽda sunt annuãtim vt l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cle. quandoque relinquũtur personis morituris, vt Titio vel Sempronio, & hic considera quòd in alimẽtis continẽtur quędam, quę non recipiunt comodam diuisionem per menses & quorum mensualis præstatio nimis grauaret heredem vt puta vestimentum & similia & tũc de his fienda est solutio cum necessitas imminet vt no. per glo. in l. firmio. §. fin. ff. qñ di. leg. ce. & facit d. l. semel. §. si in habitatiõe. qdã sunt q̃ possunt cõmodè diuidi per menses & in quorum diuisione hęres nõ grauatur vt dare frumentum, carnes, vinũ & similia ad vsum quotidianũ deputata & ĩ ipsis fiẽda est solutio

E singulis

[a] *Penus qd sit. Vide in to. ti. penu. leg. l. supellectilis leg. cibi sue alimentorum.*

[b] *Not. quod dãtur medicina Bar. in tract. de ali. in j. co. doc. in c. cũ haberet. de eo qui du. in mat. quã po. per adu.*

ſingulis menſibus , vt d.l.fin.ff.de
lib.agno. fallit in militibus quibus
fieri debet alimentorum præſtatio
ꝑ ſingulos,aut binos dies,vt l.j.C.de
erro.mil.an.li.x.& l.nulli.eo titu.Et
ſi fortaſſe plures ſint obligati ad præ
ſtationē huiuſmodi alimentorum ne
præſtatio cōfūdatur,fit inter eos di-
uiſio hoc ordine,videlicet vt vnꝰ ſol
uat vno mēſe,alius alio mēſe,vt ha-
betur in l.iij.ff.de ali.& ci.leg.De-
inde quæritur an ſolitio alimen-
torum fienda ſit in ſpeciebus,vel in
pecunia.diſtingue ſecūdùm Bar.vt ꝑ
eum no.in l.iij.ff.de ali.& ci.le.
quædam ſunt res quæ ſi ꝓ toto tem-
pore præſtarentur in ſuā ſpem,cor
rumperentur , vt carnes,& ſimilia,
& in his debet æſtimatio fieri in
pecunia pro eis , vt l.mella.§.qui-
dam.ff.de ali.& ci.le.quædam ſunt
quæ ſi præſtarentur pro toto tem-
pore non corrumperentur,puta fru-
mentum,vinum,& ſimilia,& tunc nō
debetur æſtimatio , ſed ſpecies ipſa
ſolui poteſt,vt in l.cum hi.§.ſicut.
70 ff.de tranſa. †Sed in quo loco
ſunt præſtanda hæc alimenta . di-
cit Bar.quòd ſi locùs ſit deſigna-
tus debent præſtari in eo loco in
quo hæres ſortitur domicilium,vt
in l.j.& ibi no.per eum.ff.de ali.&
ci.leg.& no.per gl.in l.cum hi.§.
cauſas.ff.de tranſa . pro quo facit l.
ſed & ſi ſuſceperit.in princ . & l.
71 quod legatur.ff.de iudi. †Sed hic
inſurgit dubium, pone quòd hæres
& legatarius ſunt eiuſdem fori,an
hæres teneatur alimenta deferre
ad domū legatarij vel legatarius
ipſe teneatur ire ad domum hære-
dis,in quo ſecūdum cū ſic pōt diſtin
gui , aut pro ipſis alimentis debet
pæſtari pecunia,vel quid ſimile in
cuius portatione nulla eſt expen-
ſa,& tunc tenetur hæres ire ad do-
mum legatarij , & portare pecuniē,
vt l.item illa.& ibi no.per gl.& doc.
ff.de cōſti.pe.aut præſtari debet
aliud quam pecunia cuius portatio
ne expenſa exigitur , & tunc debet
legatarius ire ad domum hæredis
& ipſius legatarij ſumptu alimenta
recipere. arg.l. prouinciales . in fi.
C. de erro. mil. an. li. xij. & l.j. §.
pe.ff.de peti.& con. rei ven. Et ex
his colligi pōt deciſio ad illam.q.ſa
tis frequētem,qua quæritur,ſi mari
tus legauit vxori alimenta , [a] an
ſint præſtanda in domo mariti,vel

[a] No.quando maritus legat alimenta vxori, vide Bar in cōſilio incip.ſuper eo qđ quæritur in iij. q.prima.

[b] Vidua cui alimēta debentur cui teneatˀ operari. Bart. in l.gato. in § imperator.ff. de ali.& cib. leg. et in l. ſicut.in fine.ff.de ope lib.

extra, in qua.q.quidam voluerunt ſic diſtinguere
aut hæredes viri ſunt filij ipſius vxoris ,& tunc
præſtari debent in domo ipſorū hæredū cū qui-
bus poteſt honeſtè viuere,niſi teſtator aliud ex
preſſerit,vt l.qui cōcubinā. §.j.ff.de le.iij.& ff.
de fun.iuſtr.l.quæſitū.§.puto.& l.ij.C.cō.vtri.iud.
aut nō erant eius filij,ſed extranei, & tunc præ
ſtari debēt extra domū.Alij aūt dicūt quòd ſi teſta
tor ſimpliciter reliquit vxori alimenta.nō adiecto
loco domus,quòd licitū eſt mulieri habitare vbi-
cūque voluerit,& vbique ſunt ei ab hærede alimē
ta prçſtanda.per tex.in l.libertis.§.lucius.ff.de ali.
& ci.le.& ibi ſequitˀ Bar.hāc opi.& in diuortio.in
prin.ff.ſo. ma.de quo tāgitur ꝑ gl.in l.cū hi.§.ſi in
72 cauſa.ff.de trāſ.ꝑ Spe.in ti.qui ſi.ſint le.§.j. †Sed
quid ſi teſtator voluerit vxorem recipere alimen
ta in domo ſua,an tenebitur in ipſa domo ope-
rari cum hæredibus ad eorum vtilitatē dic eſſe di
ſtinguēdū ſecundùm Bar.aut mulier eſt nobilis cu
ius nullæ ſunt operæ,& tunc non tenetur ope-
b rari:aut eſt ignobilis , quæ conſueuit operari, &
tunc aut huiuſmodi alimenta ſibi debentur ex
iuris neceſsitate,vt quia ipſa ex infra annum lu-
ctus, & tunc debet operari ad vtilitatem hære-
dis. vt habetur & nota. in l.j. §. exactio. C. de rei
vxo.actio.& l.ſicut.ff. de ope.lib. aut debentur ex
ſola teſtatoris diſpoſitione, & tūc nō tenetur ope
rari ad cōmodum hæredū: arg.d.l.libertus.§.j.&
73 ita determinat Bar.in d.l.diuortio. † Sed quid
ſi teſtator legauerit Titio fundū ad alimenta, vel
ꝓ eius alimētis. quæritur cuius ſit dominiū fundi
dic ſecūdū Bart.ꝙ in hoc forma legati eſt mul-
tum attēdēda,quādoq; enim teſtatōr dicit lego ti
tio fundum ad alimēta,vel pro alimētis,vt habeat
alimenta,& his caſibus dn̄iū fundi eſt legatarij,
vt l.libertis præalle . & l.pe.de ali.& cib.leg.&
ibi per eum quādoq; teſtōr dicit lego alimēta ex
tali fundo.& tunc ſola alimenta cedūt in legato
& proprietas fundi eſt hæredis,vt l.j.in fin.& l.
lucius.ff.eo.ti.qn̄q; teſtator dicit lego alimenta
& ꝓ eis obligo talē fundum.& tunc ſola alimenta
& fundi obligatio cedunt in ipſo legato.proprie-
tas verò remanet hæredis.l.lucius.ff.eo.ti.ita de-
terminat ipſe Bar.in d.l.libertis,& huius diffe-
rentiæ ratio poteſt eſſe,qa in primo caſu verba di
ſpoſitiua legati referuntur principaliter ad ip-
ſum fundum,vt determinat ipſum verbum lego,&
ipſum verbum fundum.cōſecutiue autē reſpiciunt
alimenta.ideoque nimirum ſi ꝓprietas & dn̄iū ce
dunt legatario alijs verò caſibus verbum lego de
terminat ac reſpicit principaliter alimenta de-
monſtratiue,aut conſecutiue reſpicit ipſum fun-
74 dum. †Sed circa hoc occurrit aliud dubium in
eo quod dictō eſt dn̄ium fundi trāſire in ipſum le
gatariū,an ipſe legatariꝰ hoc dominiū trāſmittat
in hæredē ſuum.Circa huius dubij ſolutionem gl.
ſunt contrariæ.nam gl. in d.l.cū hi.§. ſi vſui.tenet
quòd non tanquā finitum morte legatarij,ſed re-
uertitur ad hæredem ipſo iure, ſicut finitur lega-
tum alimentorum,vt d.l.cum hi.§.modus.pro qua

opi

opi.facit l.titia.§.fi.ff.de le.ij.in contrariũ videtur esse tex.in d.l.libertis.in prin.& d.§.si vni.& l.pe. ff.de ali.& cib.le.& hãc partem tenet Iac. de are.
75 & Bar. vbi supra. † Solet denique dubitari, an causa adiecta legato limitet ipsum legatũ, super quo Bar.in d.l.libertis. tradit hãc doctrinã,aut loquimur in causa de præterito, & tũc nulla induci tur limitatio,cũ ipsius causæ defectus nõ vitiet legatum:vt in l.cũ tale.§.falsam. & l. demonstratio falsa.§.j.ff.de condi.& demõ.& ibi plenè not.aut loquimur in causa de futuro,quę impropriè dicitur causa.& hic subdistingue,aut apparet de mẽte testatoris,ꝙ voluerit per causam limitari legatũ, & tũc limitatur,vt l.titia.§.fi.ff. de leg.ij. & l.species.ff.de auro & argẽ.leg. aut nõ apparet de eius voluntate,& tũc aut talis causa per se simpliciter cõsiderata nõ continet aliquẽ fauorẽ legatarij,& tunc limitat legatũ,vt l. si pater.§. dulcissimus.ff. de leg.ij.& l.epistola.ff.ad treb.aut continet fauorem eius,& tunc aut ipsa causa potest operari augmentum legati & operatur,vt l.si cui habitatio.§. j.de vsu & habi.aut nõ potest operari augmẽtũ,& tũc operatur restrictionẽ,vt d.l. libertis. & d.§.si vni.& facit l.fi.ff.de vsu.ca.re.quę vsu consumuntur.& l.donationes.§.species.ff.de dona.& idẽ dic seruandũ esse in contractibus, vt no.per Cy.in l. si mulier.C.de iu.do. Et ex his patet decisio ad illam inusitatam practicã, si testator legat vxori suæ domũ ꝓ habitatione , qđ dñiũ seu ꝓprietas dom⁹ ꝑtinet ad vxorẽ,scđm opi. Ia.de Are. licet Old.aliter teneat, est ergo bonũ cõsilium addere donec vixerit.prædicta autẽ vendicãt sibi locum, quoad dñiũ q̃rendũ legatario , qñ ipse est capax dñij. Si autẽ alimentorũ tantũ, vt patet exemplũ in spurio & alio nato ex coitu dãnato : vt traditur in c.cũ haberet.extra de eo qui dux.vxo. quã pol. ꝑ adul.facit quod plenè no.Bar.in l.si gener.ff.de his qui.vt indi.& l.si deportati seruo.ff.de leg.ij.&
76 l.titio ei qui capere.ff.de leg.ij. †Rursum scien dum est quòd alimenta quãdoque sunt præstanda quadã necessitate iuris, præter hominis dispositio nem, suadẽte naturali ratione,vt v.g.pater & mater tenẽtur ad educationẽ liberorũ: vt in l.j.cũ se. ff.de lib.ag.facit l.j.§.ius naturale.ff.de iu.& iu.& ecõtra tenetur filius ad pręstationẽ alimẽtorũ patri & matri.vt ff.de lib.ag.l.si quis à liberis. in prĩ. & facit qđ habetur in l.fi.§. hoc proculdubio.ver. ipm aũt.C.de bo.quæ lib.& hæc vera,qñ alter ex his est inops, alius verò diues, vbi aũt oẽs pariter essent diuites,seu sibijpsis sufficiẽtes ad alimenta, tunc alter ab altero nõ põt alimẽta petere,vt in l. si qs à liberis.ver.sed si filius.vel si oẽs essent pariter pauperes,nullus peteret sibi inuicẽ alimẽta: vt no.ꝑ glo.in d.§.ipm aũt.& si forsitã vnus esset sibi soli tantũ ad alimẽta sufficiẽs,nõ tenetur sibi detrahere, & alteri cõferre, quia prima charitas incipit à seipso , debet ergo conferre alteri inopi, quod sibi supest vltra propria alimẽta,& ita determinatur per gl.& tex. in l.ij.C. de alen. lib. & d.l.
77 si qs à liberis.§.pe.†Quid aũt si dubitetur an sit fili⁹ vel pater q alimenta petit,dic ꝙ ante oĩa fiet de hoc cognitio sũmarie vt,d.l.si quis à liberis.§.si vel parens.&.§.solent. quã cognitione pẽdẽte nihilominus alimenta actori præstabuntur vt l. si negent.ff.
78 eo. titu. †Denique sciẽdũ ꝙ libertus tenetur ad alimenta patrono suo si quid ipsi liberto superest vltra sua propria vt l.si quis.§.alimenta. & d.§.de alimentis.similiter econuerso patronus tenetur liberto:vt l.alimenta in prin.ff.eo.ti.
79 †Quid autem dices de domino & vassallo an teneantur sibi inuicẽ a ad alimenta [a] & quidem planum est vassallum teneri domino suo secundùm Dy. ar.d.l.alimẽta.§.j.nã tenetur dominum defendere vt col.x.in tit.quid sit forma fide.c.j. ergo ipsum alimentare, quia negare vt quod denegat alimenta:vt l. vel negare.ff.de lib.ag.quę opi.cõfirmatur ex his qui hñr & no.per gl.in l.solo.ff.de li.cam. & in c.j.& Spec.in tit.qui fi.sint leg.§.j.ver. quod si dominus.& vassallus denegans alimẽta priuatur feudo sicut libertus priuat̃ libertate & redigit̃ in seruitutẽ:vt d.l.alimẽta.§.j.s.al.
80 †An autem dominus teneatur vassallo dubium est sed inclinandum & dicendum est quòd sic, ar. b à paritate remanet per tex.in d.l. alimanta.in prin.pro quo facit illa gñalis regula quod reciproce sunt inuicem obligati domin⁹ & vassallus adeo qđ ex his causis ex quib⁹ vassallus feudo priuatur ex eisdem priuetur dominus à proprietate vt in d.c.j.& in ti.quando proprie priuetur ea.ex facto & ti.si de feu.fue. contro.c.domino guerram cõmi-
81 tente. †Amplius quæritur an frater fratrem alere teneatur de- ter .communiter.gl.& doct. quod sic siue si frater naturalis & legitimus siue naturalis tm̃:vt in auth. licet.C.de natu.li.& le.quamuis.ff. so.ma.& no.per glo.& Cy.in le.j. C.de alen.lib.& in le.si quis libe ris.§.sed verum.& ibi no.per Bar.ff. de li.ag. Ex premissis autem patet qđ filius naturalis tantũ alend⁹ sit à pre quod est verum si nat⁹ est ex cõcubina, cuius etiã coit⁹ licit⁹ est
b scđm iu. ciuilia vt.ff. de cõc.ꝑ to. [b] Sec⁹ aũt in filio nato ex coitu dãnato.C.de in.nu.& d.§. sed vtrũde iu. aũt ca.talis fi.ex coi.dã.nat⁹ est

a Vassallus tenetur domino præstare alimẽta.vide Spe in ti.qui fil. sint legi. §. j.versic.sed nunquid dominus. & Car. Alex. in c.licet.in fi.j.ver.quaro. hic dicitur in tit. si de feu. fue. cotra. inter do.& agn. in vsi. feu.

b No. de alimentis spurio præstan. Bar.in tra. de ali.in iij col.Cyn.in auth. ex cõplexu.C.de incest. nup. Bar.in l. si quis à liberis.ff. de li. agn. Spe.ti. qui fil. sint le.ver. quid de natis.

alendus,vt habetur in c. cum habe-
ret.extra de eo qui du.vxo.in matri.
82 quam po.per adul. † Quæritur vl
tra, pone quòd pater vel filius in-
gressus est monasteriū ꝓpter quod
bona eius sunt monasterio dedica-
ta,an monasterium teneatur præsta
re alimenta illi qui in seculo remā-
sit.Dyn.& Bar. tenent quòd sic per
d.l.si quis liberis.§.idem scripsit &c.
& ibi no. etiā Spe.in titu.qui fi.sint.
§.j.versi.item quid si intret:vbi ple-
nè tractat materiam alimentorum,
83 & Alber.in tit.de ali. †Quæritur
an mater ita teneatur ad alimenta
a filiorum, [a] sicut pater, dic quòd in-
fra triennium pertinet educatio ad
matrem,post triennium autem per-
tinet educatio ad patrem,vt l.fin.C.
de pa. pot.nisi pater esset pauper &
mater diues, de quo plenius dic, vt
habetur & not. in d. l. si quis à libe-
ris.§. si mater. & per Cyn. in l. ali-
menta.C. de neg.gest. & per Barto.
in l.nesennius.ff. de nego.gest.
84 †Sed pone quòd aliquis habet
patrem & filium ambos diuites cum
ipse sit egenus,quæritur à quo prius
petenda sint alimenta.hancq. for-
mat Barto. in l.nō quemadmodum.
ff.de lib.ag. & Cyn.in l.j.C. de alen.
lib.& per Iaco.de are. finaliter con-
cludendo, dic secundùm eos quòd
prius debet petere à patre quàm
à filio.Et sit ratio,quia iure natura-
li magis astringitur pater ad alimē
ta filij quam ecōtra filius ad alimē
ta patris.argu.in l.si quis.§.vtrū.ver.
ei magis.& l.isti quidē.ff. quod met.
causa.& l.cū ratio.in prin.ff.de bon.
85 dam. †Quæritur si testator lega
uerit alimenta pupillo vel infanti do
nec ad pubertatē peruenerit,vsque ad
quod tēpus extēdatur hoc legatum,
dic ꝙ fauore alimentorū pubertas
extēditur cōtra cōem regulā in ma-
ius tēpus, videlicet in masculo vsque
ad xviij. annū, & in fœmina vsq; ad
xiiij.vt est tex.fin.in l.mella.in prin.
ff de ali.& ci.le. ꝑ quod collige pri-
mo vnū speciale in alimētis; secun-
dum est speciale,nā fauore alimen-
torū facta solutione eorū per trien
nium ex volūtate minus solenni de
bentur exinde in futurum, vt l.j.C.
de fideic. Item tertiū est speciale,
quia persona alias incapax legati do
minij,vel proprietatis redditur ca-
pax alimentorū,vt l.is cui.ff.de ali.
& ci.le.Item quartū quia clausula ge
neralis per quā minuuntur legata, nō trahitur ad
legatum alimentorū,vt l.libertis.§.posthumus.ff.
eo.tit.Item quintū est, quia legatum relictum ad
alimenta à certa persona instituta, intelligitur
repetitum à substituto,vt l.iiij.§.lucius.ff.de alim.
& ci.le. Item circa modum exigendi est sextum
speciale,quia executor vltimę voluntatis habet in
his actionem,vt l. alio hærede.ff. de ali. & ci.leg.
Item in causa alimentorum dantur breuiores dila
tiones.vt l.ij.ff.de re iu.Item à sentētia lata in cau
sa alimentorū non appellatur.l. fi.ff.de app.recip.
Item quãdoque in his nō admittitur cōpensatio, vt
l.iiij.C.de cōpē. Itē alimētorū ius nō potest remit
ti solo pacto contrahentiū,nisi accedat iudicis au
toritas,vt l.cū hi.ff.de transact.Item pro alimen-
tis agi potest etiam tempore feriato,messium vel
vindemiarum,vt l.ij.ff.de ferijs. quę omnia plenè
86 no.Bar in d.l.mella.in prin. † Cæterum est no
tādum,quòd tutores & curatores pupilli vel adul
ti tenentur ipsis alimenta præstare de eorūdem
pupilli vel adulti patrimonio:secundum quòd pa
tiuntur eorum facultates:vt l.ius alimentorum.ff.
vbi pu.edu.de.ad quæ alimenta cogendi sunt iudi
cis officio,vt l.offi.iu.ff.eo. si tamē ipsi tutores &
curatores,ne fortassę ipsorū pupilli & adulti pau
pertatē detegerēt, aut fortasse diuitias timore ty
rannidis bonafide occultarēt,& ipsos male alerēt
non eis hoc imputabitur ad aliquā culpam,vt l.fi.
C.de ali. pu. præstan. Vltra autem memoratos
casus,in quibus dictum est aliquem teneri de ne-
cessitate alimēta præstare, si aliquis qui nō est ad
huc obligatus alimenta præstiterit alicui, poterit
illa repetere per actionem negotiorū gest.nisi ani
mo donandi alimenta præstiterit, quod in certis
casibus fecisse præsumitur, puta si motus affectio
ne domestica alimenta exibuit vel alia pietate,vt
habetur in l.j.C. de nego.ge.& l.alimenta. & l.qđ
in vxorē.eo.tit.& ibi no.ꝑ Cy.& alios doct. & per
87 Bar.in l.neusenius.ff.de ne.ge. †Nunc venio ad
decimū articulū,qui est cū legatur argentū vel au
rum:vbi ante omnia sciēdum est.quòd si legetur
simpliciter & absolute aur. & arg. vel omne au-
rum,quod in hoc legato non cedit pecunia sed id
tantū quod est in massa,vt l. quintus.la ij. & in §.
j.& in l.cū aurū.ff.de au.& argen.leg. imo nec ce
dit corrigiū argentū vel deauratū, vt d.l.quintus.
§.penul.ff.eo.ti.Nec cōsequēter cedit,si legauerit
argentū suum,illud argentū quod personali actio
ne poterat vendicari,& hoc ideo,quia illud nō est
suū antequā sit traditū, vt l.quintus.§. argento le-
gato.& l.scribit.ff.eo.tit. in prin. nam ista prono-
mina possessiua meum,tuum,& suum,regulariter
significant dominium,vt l.meorum.ff. de ver.sig.
& Bartò.no.plenè in §.argento.& in rub.ff.de no.
oper.nun. Alia autem circa hunc articulum vide
88 in tex.dict.titu. † Transeo ad duodecimum ar
ticulum, qui est quando legatur liberatio debito-
ri, vbi aduertendum, quòd quatuor modis relin-
quitur liberatio.primo modo quando testator di-
cit, relinquo Titio quod mihi debet: vt l. j.
princi.

a An mater teneatur alere filium. doct.in l.j. §.si mulier ff.de lib.ag. & in auth. si pater. C. de diuer. et Bar.in tra. de alim.& Abb.in c.ij. de conuer. coniu.

prin.ff.de li.le.Secundo cum dicit testa.damno hæredem meum non petere, vt in l.ij.& l.nō solū in prin.ff.eo.ti. Tertio cum dicitur lego liberatione. vt l.iij.in prin.ff.eo. Quarto cū testator dicit lego chyrographū.vt d.l.iij.§.j.ad qđ facit pdicta. l.non solū in prin.cū si.ff.eo.ti. Huius aūt legati liberati ōis effectus talis est, nā siue ipse legatarius sit solus debitor, vel sint plures socij corre., tenetur hæres liberare per acceptilationem. Si verò non sint socij, tunc ille solus cui liberatio est legata liberandus est pacto psonali tātū, vt habet in l.iij.§. nūc de effectu.ff.de lib.le. habet etiā ipse legatari⁹ si cōueniatur exceptionē, vt d.§.nūc de effectu.sic q; patet qđ cōpetūt legatario quæ defēsiōes, vide

89 licet actio & exceptio. †Cuius gratia reuocari solet in dubium an habenti exceptionem cōpetat ius agendi, vt liberetur per acceptilationem, vel pactum, vbi sic distingue secundùm Bar. vt per eum no.in d.§.nūc de effectu, quandoque quis habet exceptionem ex vltima voluntate, quādoque ex dispositione inter viuos &c. Primo casu competunt tria remedia videlicet actio, vt liberetur pacto vel excep. Item excep. vt d.§.nunc de effectu. Item offi.iud. vt pronuncietur legatarius nihil debere, vel imponatur hæredi perpetuum silentium, vt probatur in l.aurelius.§. centum.ff.de lib.leg. secundo autem casu consideranda est forma petitionis, aut enim petit sibi fieri instrumentum suæ excep. videlicet quòd iudex declararet sibi exceptionē cōpetere, & auditur, quia non plus petit, quàm sua excep. contineat, ar. in l.plures. C. de fi.instru. & l.sicut datam.C.de li.causa.& in c.albericus.& c.significauit.extra de testi. aut petit se simpliciter liberari per acceptilationem, & tunc non auditur, quia plus petit. nam si habet exceptionem ex pacto nudo, tunc actio non est sublata ipso iure, quæ tollitur per acceptilationem, & idem in similibus vbicunque contigerit plus petit, vt traditur in l.dedi.in prin.ff.de condi.ob.cau.ad quæ omnia plenè facit quod no.per Bar.in l.finali. §.eleganter.ff.de dam.inte.& per gl.& Cy.in l.

90 dissolutè.ff.de cond.ex le. †Vltimo quæro de quotidiana.q. ecce quòd tutori, vel curatori, aut alij administratori relinquitur liberatio suæ administrationis, vel gestionis, quæritur de effectu huius legati distingue breuiter secundùm doc. quandoque relinquitur liberatio præteritæ, & iam factæ seu gestæ administrationis, aut futuræ, aut nondum gestæ administrationis; primo casu liberatio trahitur ad omnia ad quæ fuerat obligatus præterquam ad dolose commissa, & ad reliqua restituenda hoc est illa quæ habet penes se de bo.pupilli vel adulti, vt l si quis rationes & l.lutius.& l.procurator. & l.aurelio.§.gaius. ff.de lib.leg. fallit in parte legatario, in quo amplior fit talis legati interpretatio, vt liberatio porrigatur tam ad reliqua quàm ad dolose commissa, vt habetur in l.aurelius.§.titius.ff.eo.ti. fallit etiam si testator damnauerit hæredem ipsi legatario remittere quicquid ab eo exigere, seu petere posset ex causa. d. administrationis prout fieri contingit in testamentis, vt probatur in l.si quis rationes.in fi. Secundo casu principali nō trahitur hoc tale legatum ad dolose cōmissa nec ad res quæ sūt testatoris, sed veniūt hæc oīa restituēda, vt §.gaius.in fi.& l.nō solū.§.fi.& d.l.si quis decedēs.ff.de admi. au. & ibi per glo.& Dy.& plenè per Bart.in d.§.gaius. Amplius quæritur qđ si relinquit liberatio ei q tenetur aliqua singulari actiōe qs est effect⁹ hui⁹ legati. Respōdeo quòd si cōpetit actio & excep. vt supra dictum est

91 & probatur in d.§.nunc de effectu. †An aūt rem quam habebat à testatore in deposito vel commodato restituere teneatur, distingue secundùm Bar.in d.l.non solum.§.fi.aut iste legatarius erat debitor ex causa prædicta alicuius pecuniæ, aut spei. Si pecuniæ, tunc habet locum d. §.nunc de effectu. si spei tunc res ipsa per eum est restituenda hæredi, quia ad eam rem non porrigitur in dubio tale legatum liberationis, si tamen in ipsa re commissus est dolus, vel lata culpa, non tenetur pro his legatarius ad aliquod interesse tanquam liberatus, vt probatur in d.§. fi.& in §.cui fundum.& ibi no.in l.aurelius.§. mœuia.ff.de lib.le.licet Guil.in hoc attendat formam legati, vt per eum no.in l.si vnus.§.illud

92 ff.de paci. †Sed quid si legatur liberatio generaliter ei qui pluribus tenetur actionibus, an sit ab omnibus liberatus. Et quidem gl.in l.emptor.§.lucius.ff.de pac. videtur dicere, quòd referatur ad omnes obligationes, nisi appareat de mente contraria disponentis. Guil. verò de cu. videtur dicere quòd quando aliquis liberatur, aut exprimitur aliqua specialis causa, & postea subiungitur clausula generalis liberatoria, & tunc generalitas subsequens restringitur ad specificatam causam. per tex.in d.§.lucius. & per l.aurelius.§ testamento.ff.de li.leg. aut nulla est causa specificata, & tunc porrigitur ad omnia, sed Barto. reprahendit Guil. in primo eius dicto per tex.in d.l.si ex pluribus.ff.de accep. Vnde distinguit ipse sic, aut disponens facit generalem liberationem sine aliqua expressione causæ, & tunc refertur ad omnia de quibus est cogitatum, vt d.l.si ex pluribus. aut expressa est certa causa generalis subiecta, & tunc aut sciebat alias causas obligatorias subesse, & tunc porrigitur ad omnes causas. vt d.l. si ex pluribus. & sic intelligitur.d.§.lucius. cum glos. sua: aut ignorabat alias subesse, & tunc ad eas non porrigitur, quia de his cogitasse non videtur, vt l.cum acquiliana.ff. de transf. & etiam quia cum remittere sit donare, vt l.contra iuris.§.fi.ff.de pac.& no.per glo.in l.fi.C.ad mace. non præsumitur ignorata donatio, vt l.nec ignorans.C. de do. nisi ex verbis manifestè appareret quòd etiam ignorabat remittere voluisse, vt d.l.cum acquiliana.ff.de transa. dicam autem præsumi scientiam in certis obligationibus, si fuerit

facto proprio remittentis argu.lege quisquis.C.de rescin.ven.si verò fuerit in facto alieno tunc præsumam ignorantiam,vt lege fina.ff.pro suo.de quibus omnibus & alijs,vide Barto.in dicto.§.gaius supra alle. Aliquando contingit legari alteri nō debitori,quòd per debitorē debetur ipsi testatori, & sic in legato cedit nomen debitoris quo casu valet legatum, vt habetur in lege si sic.§.primo & lege no quocunque.§.qui gaium.ff de lio.leg.cum
93 si. †Sed pone quòd testatot legauit omnes res mobiles Titio, nunquid in hoc legato veniant nomina & actiones debitorum, dic breuiter quòd non,quia talia nomina debitorum hoc casu inter mobilia computantur, vt determinat glo.in lege momentum.ff.de ver.si.& not.per Iaco.de bel.in aucten.de non alie.in princ.col. secunda per glo.C.in qui.cau.in integr.restit. non est necessa.lege fina.Idem dico in fructibus pendentibus, quia non cedunt in hoc legato quia pars sunt fundi,vt lege fructus.la.ij.ff. de rei vendica.& in lege si seruus communis.§.
94 lo caui.ff.de furt.cum si. †Quid si debitor tutus exceptione peremptoria leget debitum creditori, an hæres eius poterit vti ipsa exceptione contra creditorem, dic quòd non, quia per tale legatum videtur remissa ipsa exceptio
95 vt in lege si creditor in fine.ff.de lia.e. †Nunc descendo ad.xij.articu.qui est quando legatur electio ex pluribus rebus testatoris, vbi aduertendum quòd in electione fienda circa res sunt necessaria quinque, prout not.glo.in lege serui electione in prin.ff.de leg.j.videlicet quòd hæreditas sit adita, vt in lege optime.ff.de opti.le. Secundò requiritur ætas personæ eligentis,vt sit maior & sui iuris,vt in lege si fine.§. primo.ff.de mino.non autem pupillus vel similis persona,in qua non cadat plena deliberatio vt in lege pupillus.ff.de acqui.hęre. Tertiò quòd res ipse exhibeantur & demonstrentur.vt lege serui electione.ff.de oper.leg.& in lege secunda.§.si quis optare.ff.ad exhi.Quartò quòd electio fiat de rebus super quibus cadit electio, videlicet ipsius testatoris & non alieni.vt lege secunda ver.datam igitur.ff.de ope.le. Quintò quòd interueniat forma debita verborum circa ipsum actum eligendi, hoc est secundum glo. quòd ipse eligens dicat, eligo hanc rem, non autem dicat volo eligere,quia istud verbum volo eligere,habet actum suspendere,& non inducere actum,licet glo.in lege in ementis.C.de contrahen.emp.teneat contrarium,quod plene examinat Barto.in dicta lege serui elect.& Cy. in dicta lege in ementis,& si aliquid prædictorum deficiat, electio redditur nulla ipso iure, vt dicta lege secunda cum si.quo casu poterit iterum ipse legatarius petere electionem vt dicta lege secunda ver.datam.& ver.vti.sed si semel electio fuerit aliqua non admittitur eius repetitio,vltra, vt l.apud aufidium.ff.eod.titu.
96 †Sed quid dices si legatarius teneat hæredē in suspenso,differēdo & procrastinando electionē,qualiter consuletur hæredi,dic quòd hæres adibit iudicē,& faciet terminum assignari ipsi legatario intra quē elegisse debeat,quo termino elapso, si nō elegerit,vlterius volēs eligere nō auditur,vt in lege si optio.in fin.& lege mancipiorum.& lege si tibi electio.in prin.ff.de optio.lega. Ex hoc habes vnum singulare.quòd lapsus termini à iudice prefixus,interdum priuat contumacem iure suo,ad quod facit.l.titia.& quod ibi not.par Barto.ff.de accusatio.& in lege si eo tempore.C. de remissio.pigno. & lege diffamari.C.de inge. manu.& quod nota.per glo.in lege omissa.C. de adul.& in lege fina.secundùm tertiam lecturam.C.de vsu.pupili.Idem est aliquando in lapsu termini à lege præfixi, vt in auct. hodie.C. de appell.& in lege secunda.C.de naufragijs. libro.xj.in fin.& lege miles.§.sexaginta.ff.de adulterijs, facit quod not.per doct.in lege secunda.ff. de reg.iur. de quo etiam patent multa exempla in varijs præscriptionibus in corpore iuris interclusis, de quibus plenè posuit Azo in
97 brocardis suis sub titu.de præscriptio. †Et hoc facit ad quæstionem quando iudex terminum statuit ad producendum testes, vel instrumenta,an elapso termino pars possit teste,vel instrumenta producere,de qua quæstione plenè tangitur per Dynum in regula indultum,de re.iur.li.vj.& per Cynum in lege si ea,in fine. C.qui accus.non pot.& in lege iudices.C.de iudicijs.& videtur tex.in capitulo pastoralis.extra de exceptionibus.& nota per Bartolum in
98 dicta lege mancipiorum. †Sed an legatarius cui competit electio poterit ex pluribus rebus vnam, aut duas eligere.dic breuiter quòd aut est sibi data electio in numero plurali verbi gratia quòd eligat illos seruos quos voluerit,& tunc poterit eligere vsque ad tres non vltra, aut est data electio in numero singulari,& tunc poterit eligere vnum tantum.vt hæc habentur & notan.in lege prima.ff.eodem titulo dumtamen non eligat optimum, sed mediocrem secundum aliquos per tex.in lege fina.§.sed & si quis.& ibi not.C.communia dele.licet alij contradicentes, dicant posse optimum eligere, vt not.in lege tertia.ff.de op.leg.& lege legato ge-
99 neraliter.& ibi nota.ff.de lega.j. †Deinde quæritur an mortuo legatario, ante electionem per eum factam, poterit eius hæres eligere,dic breuiter quòd quandoque alicui competit electio iure suo proprio ad ipsius propriam vtilitatem, quandoque competit iure alieno & ad alienam vtilitatem. Primo casu dic quòd siue talis electio sibi competit ex vltima voluntate, siue inter viuos.tale ius eligendi transmittitur in hæredem suum de vltima voluntate.probatur in lege illud aut illud.ff.de op.leg.& in §. optionis.ii ff.de leg.& in lege fina.in prin.C. communia de le.de dispositione autem inter viuos traditur in lege si stipulatus fuerit illud.in

prin

prin.ff.de verbo.oblig. & ibi nota.per Bartolum. Secundo autem casu ius eligendi finitur cum persona: nec transit ad hæredem. vt l.fin.§.sed si quis. C.communia.de leg.& not.per Cyn. in l.fin.C.de contrahen.emp.

100 † Transeo ad vltimum articulum, qui est, quòd quando legata per testatorem adimuntur, vbi est aduertendum, quòd quandoque legatum adimitur expresse per testatorem, quandoque tacitè. Item no. est, quòd legatum quod adimitur, quandoque simpliciter reuocatur, nec ad alium transfertur, quandoque reuocatur & ad alium transfertur.

101 † Item est sciendum quòd varijs modis legatum expresse adimitur: primo si dixerit testator, quod Titio legaui id non do neque lego: vt probatur in l.ij. & iij.§. si Titio.ff. de adi. le.insti. de adi.lega.in prin.vel si testator dixerit: id quod Titio legaui do vel lego Sempronio: vt lege si pluribus. versic. quod ti separatim. & lege planè. in prin.ff. de lega. primo. facit lege transactio. cum sequen. & lege sicut.ff. de adi. lega. tacite autem adimitur legatum, si testator inter viuos rem legatam voluntariè alienauerit, secus autem si necessitate: vt lege rem legatam. ff. de adi.lega. & vide quod habetur in lege fideicom. §. si rem. ff. de lega. iij. & quod notatur per Bartolum in dicta lege rem legatam. Item dic, si post testamentum superuenerunt graues inimicitiæ inter testatorem & legatarios: vt lege tertia, in fine. ff. de adim. lega. nisi postea ipse testator adhuc in amicitiam redierit, quo casu reconfirmabitur legatum, vt dicta lege quòd si iterum. ff. eodem titulo. Item adimitur tacitè legatum, quando testator expresse adimit onus quod fuerat ipsi legato appositum & annexum: vt habetur & not. in l. alumnæ. §. seia. & lege filio. §. primo.ff. de adi.leg.

102 †Transfertur autem legatum altero de quatuor modis. Primo modo de persona legatarij ad alterum legatarium. Secundo de persona hæredis vel alterius grauati ad alium vel hæredē grauatum. Tertio de re ad rem. Quarto de tempore ad tempus, quæ omnia declara, vt habentur in dicta lege translatio. Circa hunc articulum, quæritur quid si de primo legatario transfertur ad secundum legatarium, an dies vel conditio adiecta in primo legato sit repetita in secundo, distingue secundùm Bartolum, vt plenè per eum notatur in l.alumnæ.in principio.ff.eodem titulo: aut trāslatio legati fit de eadem persona ad seipsam, & tunc dies & conditio apposita in primo non videtur repetita in secūdo legato: vt l.si tibi.ff. de adi. leg. aut fit translatio de vna persona ad aliam, & tunc aut est nouum onus iniunctum secundo legatario, & tunc non videtur in secundo onus repetitum quod fuerat in primo: vt dicta lege alumnę.in principio aut non est iniunctum nouum onus, & tunc aut onus iniunctum primo legatario cohærebat personæ ipsius, & tunc non videtur onus repetitum secundo legato, vt lege legatum sub conditione .in prin. eodem titu.&.le. gaio.in prin.ff.de ali.& ci.le.aut cohęrebat personę & tunc videtur in secundo repetitum vt dicta lege legatum j.respon.

103 Inde quęritur quid si legetur bis eadē quātitas vel species eadem an legando secunda vice videatur facta ademptio præcedentis legati vel potius ipsum legatum duplicasse in qua questio.sic distinguit Barto.in lege cum centum.ff.de adi.leg.& lege triticum.ff.de ver.ob.aliquando legatur vni & eidem vna & eadem quantitas aliquando eadem species sepius & sepius. Si quantitas eadem sepius legetur subdistingue aut à diuersis hęredibus aut ab eodem. Primo casu sępius debetur & quodlibet insolidum vt l.seruo alieno.§.si quis à pr imo. ff.de leg.j.fallit quando omnes heredes loco vnius reputantur vt ibi no. Secundo casu dic aut legatur pluries in diuersis voluntatibus aut in eadem primo casu scilicet quando legatum est simpliciter factum debetur vtrunque in duobus casibus primus est si ambæ voluntates loco vnius habeantur vt l.proculus.ff.de leg.ij.secundo legatum factum sit ad vnam & eundam causam quibus casibus status vltimę volunta.vt l.libertis quo. in prin. ff. de ali.& ci.leg. Si verò sit species que eidē ab eodem sępius legatur tunc semel tantum debetur vt l.plane.§.primo ver.sed si non corpus.ff.dè leg.j. & ibi no. Secundo casu principali quando in eadē voluntate sępius legatur tunc aut vtrunque legatum continet tantūdem aut aliud plus vel minus, primo casu non pręsumitur testator legatum duplicare in dubio alio non apparente. Ideoque semel tantum debetur vt d.ver.sed si non corpus secundo casu subdistingue aut secundum legatum est factum sub commemoratione primi & tunc vltimū debetur vt dicta lege cum centum cum glo.sua aut secundū legatū est factum simplicit & tūc pręsumitur testatorem voluisse duplicare legatum nisi aliud appareat per verba expressa vel per verba taxatiua vt l.si ita.ff.de leg.j.& lege tertia.§. conditio.ff.de adi.leg.

104 Et per hoc determinari potest illa quæstio secundùm eum pone quod appareat instrumentum publicum in quo continetur quòd tibi mutuaui cētum item apparet illud in quo continetur quod mihi promisisti dare centum an dicemus vtrunque instrumentum debere intelligi de eadem quātitate. Et Barto.in dicta lege titium.sic distinguit aut primum instrumentum fuit de simplici mutuo nulla stipulatione vallatum & sequens instrumentum fuit de stipulatione ex causa mutui primo casu dic quòd sine in continenti sequatur secundum instruentum stipulationis præsumitur super eadē quantitate celebratum vt l.si stipulatus & lege cū enim.ff.de no.siue ex interuallo & adhuc idem secundùm eum per.l.si diuortio.ff.de verborum obligationi.lege secunda.§.j.ff.de dote præalleg.

Se-

Secundo casu etiam debet vtrunque instrumentũ de diuersis quantitatibus per l. quinquaginta.& quod no.ff. de proba. quia si intelligeretur de eadem quantitate, esset secunda stipulatio, & secundùm instrumentum inutile: vt l. qui bis. ff. de verb. obli. Est ergo consilium quòd in secundo instrumento apponatur hæc clausula, videlicet quòd omnis alia promissio computetur in ista: vel simi-
105 lia verba. † Quid si quis pluries, vel diuersis temporibus simpliciter confiteatur debitorem ti tij. de flo. x. ex causa mutui siue alia stipulatione, an intelligitur de eidẽ decem vtraque confessio, vel de diuersis: & Bar. ibi distinguit, aut confessio sequens requiritur emissa extra iudiciũ, & tunc intelligitur de eadem quantitate & secunda confessio non erit noua dispositio, sed prioris probatio. vt l. publia. in fi. ff. depo. & erit in hoc casu ac si de eodem quis haberet plures probationes: ar. ad hoc ff. de leg. ij. l. sempronius. aut huiusmodi confessiones reperiuntur emissæ in iudicio, & tunc, quia dispositionem inducunt, aliud fortè erit secundùm eum. arg. d. l. quinquaginta. Sequitur.

EPITOME.

1 *Legatum de re incerta an valeat.*
2 *Legato casu perempto ad quem spectet periculum.*
3 *Legatarius an agat de euictione contra hæredem re sibi tradita & euicta.*

DOMVM VNAM positam in monte. Hic apparet quòd domus erat certa, de qua
1 testator sensit. † Quid igitur si testator simpliciter & indeterminatè legauit domũ, nec apparet de qua senserit, an teneat legatum, & quæ domus cedit in legato, dic breuiter, quòd aut testator habet domos plures in patrimonio vel vnam tantùm, & illa cedit in legato quã eliget hæres: aut nullã habet domũ in eius patrimonio. & tunc legatũ est nullũ, vt l. si domus. in princ. ff. de leg. j. quæ distinctio nõ habet locũ in prædio, vel homine simpliciter legato: vt no. ibi. & in l. legato gene
2 raliter. ff. de leg. j. † Sed quid si domus legata ca sinatę, vel igne consumpta est, cuius erit periculũ. dic quòd aut hæres fuit in mora soluendi, & tunc erit periculum eius, aut in nulla fuit mora, & tunc erit periculũ legatarij, vt habetur in c. cum res. §. item si fundus & §. item si res. & in l. domos hęre
3 ditarias. cũ l. seq. ff. de leg. j. † Sed pone quod domo tradita per hęredẽ ipsi legatario post aliquod tempus ipsa domus est euicta ipsi legatario, an poterit legatarius agere de euict. contra hæredẽ: distingue plenè circa hoc, vt no. per glo. & Bar. in l. domus. §. de euictione ff. de leg. j. & l. qui cõcubinam. §. si hæres. ff. de leg. iij. & in l. cũ alienã. C. de lega. Et no. quòd licet in donatione facta in vltima voluntate, puta in legato & fideicõmisso particulari, habeat locum aliquãdo euictio, vt dictis iuribus, attamen in donationibus in viuos regulariter cessat euictio: vt habetur in l. ad res donatas. ff. de edi. edic. & l. aristo. §. fi. ff. de do. & no. in l. ij. C. de euict. sed nec in fideicõmissis vniuersalibus tenetur hæres de euictione regulariter: vt habetur in l. de euict. ff. ad tre. Et ad præmissa adde quod no. per glo. in l. cum aliena. C. de leg.

EPITOME.

1 *Clausula codicillaris an ponatur per verba præsentis & futuri temporis.*
2 *Verbum solum præsentis temporis non potest operari, vt testamẽtum per natiuitatẽ posthumi valeat vt codicillus.*
3 *Licet posthumi natiuitate rumpatur testamentum, tamẽ codicillus non rumpitur.*
4 *Codicilli dependent ex testamento.*
5 *Quamuis codicilli dependeant ex testamento quando tamen fiunt in defectum testamenti, rupto testamento non rumpuntur codicilli.*

1 NEC VALET nec valebit. † Hic vides quòd ponuntur ista verba in tempore præsenti & futuro, quęritur autẽ cur hoc fiat, & apud scholasticos dubitatur. Sed responde secundùm doct. quòd hoc, ideo ne natiuitate posthumi contingat testamentũ tanquã codicillũ infirmari. Si enim testator filium posthumũ præterierit qui postea natus est, cõstat eius natiuitate testamentũ rumpi. ff. de lib. & posthu. l. gallus. in prin. & l. posthumorũ. §. j. ff. de iniu. rup. testa. & l. ij. C. de post.
2 hære. insti. cum simi. † Et quidem in oratione si sit positũ verbũ valet simpliciter, tunc nõ operabitur testamẽtũ vires, vt codicillus: ratio est: quia testamentũ semel valuit: vt testamentum, scilicet ante natiuitatem posthumi, ideoq; deficit conditio sub qua valuit testator testamentũ valere tanquam codicillus, cũ dixit, & si nõ valet &c. vt igitur posthumi natiuitate valere possit testamẽtum vt codicillus adijci solet verbũ futuri temporis. s. valebit, vt sit sensus, si nõ valet de præsenti, vel in futurum nõ valebit tanquã testamentũ, tunc valeat iure codicillorũ, nã verba præsentis tẽporis nõ compræhendũt futurũ: vt l. si à colono. ff. de verb. ob. & ita no. per doc. in auth. ex causa. C. de li. præ.
3 † Patet ergo ex his quòd licet posthumi natiuitate rũpatur testamẽtũ, attamẽ codicillũ nõ rũpitur, cuius ratio est, de qua infra colligitur, & pro hoc facit l. qui in vtero. in fi. & l. ab intestato. ff. de iure codi, in cõtrariũ facit l. j, C. de cod. cũ sim. Sed dic quòd hic, & in l. qui in vtero. cũ si. codicilli nõ dependẽt ex testamẽto, ideo nõ rũpũtur: sed in d. l. j.
4 dependebãt ab eo: vt d. l. j. & ibi no. per doct. † Dicũtur aũt codicilli depẽdere ex testamẽto q facti fuerãt ante vel post testm̃: vt habetur in d. l. ab intestato. §. fi. & l. testm̃. §. fi. ff. eo. ti. & no. per glo. &
5 C. v. in d. l. j. † Diceret quis, si hoc est verũ, igitur sequitur quòd isti codicilli qui fiũt in tali testamẽto debẽt rũpi, cũ ab eo dependeãt. Sed dic quòd ideo valẽt nec rũpũtur, quia sunt facti in defectũ testamenti, & sic in casu successionis ab intestato, vt probatur in d. l. ab intesta. in princ. vnde nõ dicuntur à tali testamento nullo dependentiam habere. Prædicta autem loquuntur quando codicilli facti sunt separatim à testamento, & concurrunt cum eo casu, quo dicuntur virtutem & depen

dependentiam ab eo sumere, quando ergo nullũ
est factum testamentum tunc non dicuntur pẽde
re ex testamento idem si sit tale quod pro nullo
habeatur ex defectu formæ, vt hic, alias secus, vt
in prædictis.

EPITOME.

1 *Clausula si non valet iure testamenti est certe vulgaris.*
2 *Predictæ clausæ qui sint effectus.*
3 *Persona instituta in testamẽto, pôt declarari in codicillis.*
4 *Clausula codicil. deficiente solẽnitate requisita ad testamentum an operetur.*
5 *Clausula codicil. an aliquid operetur si fiat testamẽtum quasi caducum.*
6 *Clausula codicil. an operetur existente testamento imperfecto ex defectu voluntatis.*
7 *Clausula codicil. an operetur per testamentum præterito filio nu. 7. & 8.*
9 *clausula codicil. an operetur rupto testamento agnatione sui hæredis.*
10 *Clausula codicil. an operetur rupto testamento ex causa exhæredationis.*
11 *Clausula codicil. an operetur ex defectu hæreditatis non aditæ.*
12 *Legata an conseruentur hereditate non adita.*
13 *Sententia lata contra hæredem scriptum in fauorem venientis ab intestato an præiudicet legatarijs.*
14 *Secundum testamentum factum cum clausula codicilla. an deroget primo cum clausula codicil.*
15 *Limitatio ad prædictam clausulam codicil.*
16 *Clausula codicil. an confirmet substitutionem pupillarẽ.*
17 *Ista verba iure cuiuslibet alterius vlti. volunt. quid importent.*
18 *Post clausulam vulga. substitu. in testamento subijciatur clausula si non valet iure codicillo valeat iure dona. causa mor. quid importet.*

VALERE DEBEAT iure codicillorum.
1 †Ista est quędam vulgaris clausula quã
nouerunt omnes notarij & eam ponunt in
2 fine cuiuslibet testamenti. †Huius autem clausu
læ sunt effectus varij & multiplices vt plene tra
ctauit Bar. in l.j.ff.de iure codi. & aliquid in auth.
ex causa. C.de lib. præte. Pro cuius aliquali intro-
ductione sciendum est quòd hæc clausula aliquã-
do ponitur conditionaliter vt cum dicitur si non
valet iure testamenti valeat iure codicillorum ali
quando ponitur pure & hoc dupliciter. nam quan
doque ponitur copulatiue. ve.g. cum dicitur valeat
iure testamenti & codicillorum quandoque poni-
tur alternatiue vt si dicitur valeat iure testamenti
vel codicillorum. Primo autem casu componitur
conditionaliter talis clausula multos operatur effe
ctus primo enim operatur vim fideicommissi vt.s.
si testamentum non valet vt testamentum. videt
tamen tacite rogari succedentes ab intestato ipsã
hæreditatem restituere scriptis hæredibus in eo
dem & sic per modum indirectum inscripti hære
des veniũt ad successionẽ cũ aliqua tamẽ diminu
tiõe vt infra dicã & hæc pbã. & no. p gl. & doc. in
d. auth. ex causa. & in l. testamẽto. C. de fideic. & in
l. quærebatur. ff. de test. mi. & l. qui autẽ. circa prĩ.
ff. si quis omis. causa te. Et huius ratio est, quia li-
cet virtute dictæ clausulæ testamentũ valeat vt
codicilli, nõ tamẽ possunt hęredes scripti se dicere
hæredes testamentarios, quia hæreditas nõ datur
directo in codicillis: vt l. quidã. §. sed cum veteres.
C. de neces. ser. hære. insti. & l. hæreditatẽ. C. de co
di. cũ si. ibi no. facit l. sceuola. ff. ad trebel. alij etiã
sunt effectus, de quibus infra patebit. Secũdo casu
cũ clausula ponitur copulatiuè, tunc licet prima
facie hæc dispositio videatur repugnantiã cõtine
re, & per consequens nõ deberet valere: ar. l. vbi re
pugnantia. ff. de re. iu. attamẽ valet per tex. in l. fi.
C. de codi. sed nẽ repugnãtia locũ habeat, resolui
tur illa copulatiua in disiunctiua, vel, nec immeri-
tò, quia vbicunq; copula cadit inter incõpassibilia
resoluitur in disiunctiuã: vt l. si titio fundus. ff. de
vsufr. lega. & ideo isto casu debet eligere institutus
quo remedio vti velit, an ex testamẽto, an ex co-
dicillis: vt d. l. fi. facit l. recusare. §. titius. ff. ad treb.
Tertio casu cũ ponitur alternatiue, dic idẽ per o-
mnia vt supra dictũ est, cũ idẽ sit sensus vtriusq;.
3 † Adhuc tamẽ aduerte quòd licet dixerim hære-
ditatem in codillis cõferri directo nõ posse, potest
tamen in codicillis declarari persona, quã testator
dixit in testamento se hæredẽ instituere, vt verbi
gratia, si testator dixerit in testamẽto, instituo
mihi illũ hæredẽ, quẽ instituero in codicillis, vel
quẽ nominauero in codicillis. nam hoc casu talis
institutio & nominatio valet, & fingitur retro tẽ-
pore testamẽti facta extitisse: vt habetur in l. asse
toto. ff. de hære. insti. & l. illa institutio. ff. eo. tit. de
hæredibus institu. cũ si. ibi no. in glo. ideo iste erit
directo hæres testamẽtarius, & ad integrã hęredi
tatem, sine aliqua diminutione admittetur, vt pro
4 batur in dictis iuribus. †Restat nũc plenius intel
lectum huius clausulæ p quæstiões declarare, quę
ro ergo primo, an hæc clausula operetur, quando
testamentũ deficit ex omissione solẽnitatis ad te-
stamentũ necessarię, puta numeri testiũ, dic quòd
sic, vt in l. codicillis. §. fi. ff. de leg. ij. & d. l. fi. C. de
5 codicil. † Quid si testamentũ fiat quasi cadu-
cum, quia hæres institutus decedit viuo testatore,
an clausula ista operetur, dic quòd sic: arg. l. eam
quam. C. de fideicõ. cum si. & eorũ quæ no. infra.
ver. quid autẽ dices. & ver. iij. quæritur.
6 † Secundo quæritur quid sit testamentum sit
imperfectum ratione defectus voluntatis ipsius
testantis, an operabitur hæc clausula, dic quòd nõ
per l. fideicõ. §. j. de leg. iij. & no. in l. ex ea scriptu
ra. ff. de test. & per glo. in l. is qui. ff. de test.
7 †Tertio quæritur quid si testamentum non
valet ex causa præteritionis filij in potestate.
an hæc clausula operabitur: distingunt docto. &
Barto in d. l. j. ff. de iure codi. aut fuit præteritus
filius iam natus aut nasciturus, & sic posthumus.
Primo casu secundùm opi. glo. in d. authen. ex cau
sa, talis clausula nihil operatur. Sed doct. cõmuni-
ter omnes tenent quòd operatur vim fideicõmis-

si, argum. in l. si patronus. §. fi. secundùm primam lectu. ff. ad trebel. nam ita sunt paria rogare expresse de restituendo venientes ab intestato, vel hanc clausulam apponere: vt not. per glo. in d. l. ex testamento. C. de fideicom. facit d. l. quia autem. in prin. ff. si quis omis. causa testa. vnde qua ratione si testator expresse grauasset succedētes ab intestato, filius præteritus tenetur hæreditatē restituere hæredi scripto: vt in c. raynal. & in c. raynu. extra de test. & l. si quis cum nullum. ff. de iure codi. sic eo modo quando hæc clausula est apposita, vt hic secundo casu, cum posthumus est præteritus, attendi debet forma codicillaris, aut enim clausula hæc est simpliciter probata sub verbo præsentis temporis, vt quia dixit si non valet, & tunc quia semel valuit vt testamentum ante natiuitatem posthumi, desinit postea valere iure codicillorum vt dictum est, & sic clausula nihil operatur, aut est prolata sub verbo tam præsentis temporis quàm futuri temporis, & tunc operatur vim fideicommissi, vt superius dixi.

8 † Sed hic aduerte quia secundùm Bar. in hoc casu debet clausula hæc operari, quando testator sciebat ventrem esse prægnātem, aliàs autem secundùm eum talis clausula nil operari debet si rupto testamento eius natiuitate sunt rupti etiam codicilli, & sic non valebit iure testamenti nec iure codicillorum. arg. l. si cum vel in vtero. & l. si vt certi iuris. C. de testa. mil. quæ opi. Bar. communiter reprobatur per aliquos, maxime in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irri. test. & l. ij. C. de posthu. hære. insti. Nec obstant contraria, quia in eis est speciale in milite, vt eius exhæredatio potius restringatur quàm amplietur, arg. l. cum quidā. ff. de lib. & posth.

9 † Quartò vt puta si testamentum rumpatur agnatione sui hæredis, vt puta si testator habens tres filios, eosdem hæredes instituit, & alter ex his viuo patre mortuus est superstite vno eius filio nepote dicti testatoris an hæc clausula hic operabitur. quidam dicunt quòd sic, exemplo posthumi, de quo supra dixi. Barto. autem vbi supra dixit quòd quantum ad partem hæreditatis in qua filius præmortuus fuerat institutus, hæc clausula non operabitur vim fideicommissi: argu. in l. ab omnibus. §. si à Titio. in fin. & ibi not. per glo. ff. de lega. j. quo autem ad alia particularia legata bene operatur, quia illa confirmantur per authen. ex causa.

10 † Quintò quæritur, quid si testamentū rumpatur ex causa exhæredationis an clausula operabitur: distinguit idē Bar. vbi supra aut exhæredatio facta est nulla incerta causa, & tunc, quia testamētum est ipso iure nullū, dicendū erit idem quod superius dictū est in ipso filio prӕterito, aut est facta cū legima causa incerta sed non probata, & tunc cū testamentū sit aliquid interim, sed probata falcitate causæ falsæ detegitur nullum, tunc operabitur quantū ad institutionē, quo autem ad legata nihil operabitur, quia illa confirmātur per auh. ex causa & ista verba, & si non valent debent exponi, id est quatenus nō valent: arg. in l. stichum. qui meus erit. ff. de lega. j. & dic secundùm eum, si testamentum rumpatur per contratabulas, sufficit quoad operationem clausulæ testamentū rumpi vel infringi.

11 † Quid autem dices si testamentū rumpatur ex defectu hæreditatis nō aditæ, an clausula operabitur, dicit ipse quòd sic, per l. eam quā. C. de fidei. & l. quia autē. ff. si quis omis. causa testa. dūtamen clausula contineat vtūque tēpus tam præsens quā futurum, & eo modo operatur, si testamentū non valet propter defectū hęredis scripti incapacis: vt d. l. eam quam. secundùm vnam lect. & sic legata soluentur per succedentes ab intestato, vt ibi, sin. autem & ipsi repudiāt hæreditatem, tunc à nullo præstabuntur secundùm eum: vt ibi no. & l. si nemo. ff. de test. tut. & ibi not. ad quod optimè facit l. j. in fi. ff. vt in pos. leg. qui ergo vellet colludere, posset legatarios fraudare.

12 † Sed nunquid poterunt legata conseruari per authē. hoc amplius. C. de fideicō. dic vt ibi no. Roffre. autem in titu. de ac. ex testamento. tenet quòd quantum ad confirmationem codicillorum non requiritur aditio ab intestato, sed male dicit secundùm Iacobum de Are. & Bar. vt no per eum in l. ij. ff. de fideicō. lib. l. qui filio. §. seruus. ff. de hæredi. insti. l. si quis cū nullum. §. testamento. ff. de iure codicil.

13 † Quid autem in sententia lata contra hæredem scriptum in fauorem venientis ab intestato an præiudicet legatarijs. dic quòd non, licet prodesse posit si feratur pro substituto, vt habetur in l. si seruus plurium. §. j. ff. de lega. j. & l. j. ff. de exc. rei iud. In contrarium facit l. papi. §. si ex causa. ff. de inoff. test. dic quòd ibi legatarij sciuerunt causam agi, ideo sibi imputatur si non appellauerunt, sed in d. l. j. & d. §. j. ignorauerunt. vbi verò testamentum esset nullum vitio personæ testatoris, & tunc clausula nihil operatur, quia qui non potest testari nec codicillari, vt l. diuus. §. codicil. ff. de iure codicil. fac. l. j. ff. de leg. iij.

14 † Rursum quæritur de quotidiana quæstione, ecce quòd aliquis fecit testamentum, apposita in eo hac clausula codicillari, deinde in processu tēporis fecit aliud testamentū, quo consimiliter adiecta fuit hæc clausula, quæritur an per hoc secundum testamentū sit reuocatū primū, cū eius clausula codicillari, nō tamē quātū ad vim codicillorū quia testamētū secundū se pōt cōpati cū codicillis anterioribus, ar. l. cōficiūtur. in prin. & l. ante tabulas. cū si. ff. de iu. codi. Barto. aūt in præalle. l. j. dicit aut testator in secundo testamento visus est illa vulgari clausula, quā notarij cōmuniter apponunt. videlicet cassans & irritans omne aliud testamētū & vltimā volu tatem ab hodierna die retro conditū & cōditā &c. & tūc p secūdū testamētū tollitur primū cū vniuersis in eo depositis: vt l. si iure. ff. de lega. iij. & ibi de hoc per eundem, aut testator non visus fuit ista clausula, cassans &c. quam semper solent apponere notarij. nisi de contraria voluntate testatois appareat, & tunc videtur dicendum primum valere, saltem

tanquam

tanquam codicillum.per.d.l.ante tapulas. cum si. verumtamen .Bar.determinat contrarium.Ratio est duplex primo quia in dubio per secundum testa mentum videtur reuocatum totum primum, & quicquid continetur in primo vt d.l.ii iure & l.j.§. item si ipse.ff.si cui pluśquam per l.fal.& sic illa clausula erit reuocata secunda ratio quia in testamento militis inest tacite illa clausula si non valet iure communi valeat iure militari & tamen p secundum testamentum tollitur primum omni iure tam communi quam speciali nisi expresse primum confirmaretur in secundo licet primumpotu isset si de eius voluntate constasset valere iure militari & secundum iure communi vt l.quæreba tur.ff de test.mili.& ibi.no.per glo.

15 †Patet ergo quòd hæc clausula si non valet iure testamenti &c.debet intelligi si non valet alio mo do quàm per reuocationem expressam vel tacitã ipsius testatoris,quod tene menti. Ex his patet solutio,ipsius dubij quo quæritur si vtrunque testa mentum habens hanc clausulam sit nullũ vt testa mentum an vtrunque valebit vt codicillus & dic quòd non.Sed circa secundum habenda erit consi deratio an causa.propter quam redditur nullum pariformirer respiciat ipsum testamentum vt te stamentum & tanquam codicillũ quo casu nullo iure valebit an respiciat ipsum testm̃ vt simplicit̃ testm̃ & tũc valere poterit vt codicillus ꝙ qualit̃

16 sit patet ex prędictis. †Quæritur vlterius an ta lis clausula codicillaris confirmet substitutionem pupillarẽ & per hoc succedẽtes ab inte.pupillo te neatur substituto hæreditatẽ pupilli restituere di cit Bar.vbi s.ꝙ sic, ar.l.sceuola.ff.ad trebel.& l.cũ fidei.ff.de le.j.& ꝙ.sibi no.ad ꝙ facit l.qui duos in

17 ff.de vul.& pup. †Sed quid si apposita hac clau sula testator adiecerit si non valet iure codicillo rũ valeat tamẽ iure cuiuslibet alteri⁹ vltimæ volũ tatis ꝙ importabunt ista verba valeat iure cuius libet &c.si cõtigerit non valere iure testamẽti nec iure codicillorũ dicit idẽ Bar.ꝙ operabũtur vt valeat iure volũtatis simplicis & imperfectę in ter liberos vt l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto. C.de test.& l.fi.C.fa.er.in qua minus solenni volũ tate sufficiũt duo testes etia si sint mulieres secũ Bar.& hãc opi,credo verã quãdo testamẽtũ est factũ inter liberos alias aute si factũ esset inter ex traneos illa talis clausula nihil vel modicũ opera tur quia solẽnia testamẽti nõ põt tollere vel minu ere testator nisi in casibus à iure expressis vt in l. nemo põt.ff.de le.j.& l.testãdi.C.de testamẽ.

18 Postremo quæritur quid si in testamẽto post p̃ dictã clausulã fuerit alia clausula apposita videlicet si nõ valet iure codicillorũ valeat iure donationis causa mortis qd importabũt ista verba dic breuit̃ ꝙ si testamẽtũ nõ valet iure codicillorũ ꝙ si quidẽ hæres institutus.fuerit præsens testamẽto vel nuncius eius nomine vel notarius stipulatus est nomine ipsius hæredis tũc his casibus ius ex ipsa donatione quæritur hęredi scripto aut fuit absens tẽpore testamẽti p se vel q aliũ & tũc nil sibi quæritur virtute dictæ donatiõis,ratio est,quia donatio causa mortis requirit præsentiam eius cui donatur vt l.inter mortis in principi.ff.de do. causa mor.vel eius nũcij aut notarij eius nomine stipulantis vt no.per Cy in.l.nec ambigitur.C.de do.& l.j.circa fi.C.de do.causa mortis. & no.per Bar.in l.tam his.§.fin.ff.de do.causa mor.facit.l.si quis argu.§.fina.C.de dona.bonum est igitur cõsi lium ꝙ hæres sit præsens testamento vel ꝙ nota rius stipuletur eius noĩe & cęterorũ. quoru inter est, quod tene menti. Sequitur in littera.

Iure dona tionis causa mortis.Cuius effe ctus sit hæc clausula vide supra proxime & adde ꝙ notaui supra circa formã libelli quo agitur pro re donata. Sequitur in litera.

Cuiuscunque alterius vltimę volũtatis. Hãc clausulã declara,vt prædixi.Sequit̃ in litera.

Quare cum prędicta.Hæc est conclusio libel. ad quam semper aduertẽdum est vt superius dixi.

Domum ant edictam. Sed nunquid lega tarius possit propia autoritate sine licentia hęre dis appręhendere rem legatam dic quòd non vt l.prima.§.rediguntur.ff.quorum leg.nisi per testa torem fuerit ei data potestas & licentia rem ipsã ingrediendi sua propria autoritate in quo casu posset vt l.titia.§ j.& ibi per Bar.ff.de le.ij.& ideo notarius faciet sapienter si apposuerit talem licen tiam in testamento.

Simul cum fructibus. Sciendũ est quòd hęres morosus circa solutionem legatorum tene tur ad restitutionem fructuum & vsurarum rei seu quãtitatis legatæ.vt C.de vsufru.leg.l.j.& ij.& traditur in l.in minorum.§.j.in qui.cau.in integ. res.non est ne cessar.quæ quidem mora contrahit̃ per lapsum diei vel per interpellationem l.si ex le gati causa.ff.de ver.ob.Patitur etiam aliam pœnã hæres morosus,nam si precepto iudicis eidem facto super solutiõe legatorum nõ obtemperauerit sed in contumatia per annum perseuerauerit priuatur hereditate & defertur substitutis & alijs per sonis de quibus traditur in auth.hoc amplius.C.de fideic.& l.fi.in fine.eo.ti.& in auth.de hæ.& fal.§. si quis autem non implens.col.j.loã.pe.

Forma libelli qua petitur hæreditas ex testamento.

Coram vobis &c.Agit & in iure pro ponit dominicus de medijs bar bis contra & aduersus Pascalinum barbatium & quamcunque aliam p sonam pro eo seu eius nomine legiti me in iudicio corporentem dicens idem Dominicus quòdquondam Andrinus de lacorona in suo vltimo testamento eundem domini . hæredem

pure instituit in omnibus eius bonis, quod quidem testamentum exhibet & producit coram vobis ipse domini. in forma plublica & solenni non abolitum. nec cancellatum, in aliqua sui parte suspectum vel viciatum legitimoque numero testium roboratum traditum & subscriptum per Simonem speltam notarium Papie anno præsenti M.cccc.die.j.Aprilis.item dicit & proponit præfatus Domini.quod præfatus Pasqua.post mor. dicti And.indebite & iniuste occupauit & apprehendit & adhuc hodie tenet occupatam hereditatam resque & bona hæreditaria quę dictus quondam Andri. tempore sui decessus tenebat & possidebat & ante eius mortem pro suis & tanquam sua.quam quidem hæreditatem res & bona hæreditaria pręfatus Pasqualinus dimittere & relaxare recusauit & hodie recusat dominico ante dicto hæredi vt præmittitur instituto licet indebite & iniuste.

Quare cum prædicta sint vera iureque cautum reperiatur hęredem scriptum forte per iudicem mittendum in possessionem rerum & bonorum quæ fuerunt tempore mortis defuncti petit & requirit cum instantia quanta potest dominicus supradictus quatenus ex officio vestro & omni alio iure, modo, via, & forma, quib⁹ melius fieri potest per vestram diffinitiuam vel interlocutoriam sententiam secundùm quod iure melius fieri potest pronuncietis & declaretis dictum Domini. fore mittendum & mitti & induci debere in possessionem hæreditatis & bonorum dicti quondam Andrini quæ requirit tempore mor. suæ ac pariter possidet nec non ipsum dominicum realiter & actualiter introducatis & imponatis in corporalē possessionem hæreditatis & bonorum prædictorum & sic inductum & impositum manuteneatis & defendatis vt iura disponunt contradictionib⁹ & exceptionibus dicti Pasqua. omnino reiectis & prædicta petit per vos fieri &c. Saluo iure &c. nō se astringens &c.

EPITOME.

1 *Remedia pro hæreditate vendicanda quæ sint.*
2 *Conditio ex l. & interdictū quo.bo.in quibus cōueniēt*
3 *Petitio hæredi.& actio fa.herc.s.in quibus conueniat*
4 *Petitio datur quemcunque singularē rei successorem.*

1 CORAM VOBIS. †Ad euidentiam est sciendum quod in iure quinque reperiuntur remedia pro hæreditate vendicanda. Primū est interdictum quorū bonorū de quo tradit in toto ti. ff.&.C quorū bono. Secūdū est cōditio ex l.de quo habet in l.fi.C.de edic.diui adri.tol.sup quo fūdat hic libellus. Tertiū est petitio hæreditatis q̄ est actio de qua loquit to. ff.&.C. de pet.her. Quartū est actio fa.her.de quo habetur in ti.ff.& C.fa.her. Quītū est fideicom.hære.petitio de qua loquit ti.ff.de fideicō.hær.pe. Prima duo remedia s. interdictum quorum bonorum & conditio ex le. sunt remedia possessoria quia in eis solum illud quęritur an defunctus possederit non autem an dñs vel quasi fuerit. vt in his habetur alia verò tria remedia posteriora.s. petitio hæredita.fa.her.& fidei commissaria hæreditatis petitio proprietatis causā in se habent, quia in eis quæritur an defunctus fuerit dominus vel quasi vel ius aliquod in rebus habuerit, per quæ patet vna differentia inter dicta remedia. Sunt & aliæ differētię de quibus plene no.per gl.in d.l.fi.& in l.j.C.quorum bono.

2 † In quibus autem conueniat duo priora remedia possessoria. Respondetur quòd in pluribus. primo quia vtrumque datur hæredi scripto item datur vtrunque pro rebus corporalibus, tantum.non autem pro incorporalibus. vt l. fi.ff.quorum bo.& l.fi.ver.j.C.de edic. di.adri.tol. Item vtrumque datur pro vniuersa hereditate. & non pro rebus singularibus. vt l.j.in fi.ff.quorum bono.& ibi no.item vtrumque remedium est perpetuum tam interdictum quam conditio ex l.arg. tol.in honorarijs.ff.de ac.& ob.& init. de perpe.& tempo.acti.differunt tamen in aliquibus, quia interdictum datur tam ex testamento quàm ab intestato vt l.j.ff.quorum bono.& l.j.cum seq.ff.eo. ti.sed conditio ex lege solum datur ex testamēto & non ab intestato.vt d.l.fi.in prin.& ibi no.in gl. super verbo in omnibus bonis.

3 †Quid autē differant à pe.hę.& quid differat peti. hære. ab actio.fa.herc.tangitur in gl. præalle.& quid differat directa peti.hære. à fideicōmissaria habetur in l.j.ff.de fideicommi.hæ.pe. vna tamē potest generalis differentia determinari inter pe. hæ.& fa.herc.

4 †Nam petitio hęredi datur in quemcumque singulare rei successore vt l. licet minimam cum si. ff.de pe.hæ.sed actio fa.hær, competit solum contra hæredem vt l.ij.§ penu.ff.fami.hærcis.

EVNDEM dominicum. Si iste dominicus decessisset in vita testatoris testamentum esset nullū: vt in §.posteriore.institu.qui.mo.test.infir. hęreditas verò non trasmitteretur in eius hæredem. in §. pro secundo.& in §.in nouissimo.C. de ca.to.Si vero ipse dominicus viuit & est sui iuris potest adire hæreditatem & repudiare sua voluntate & agere secundum formam huius libelli. vbi autem esset in pa[illegible]a vel in auita potestate tunc nō posset adhibere nec repudiare nec litem in iudicio mouere sine patris vel aui licentia quādo pater vel auus vult consentire vel consensum præstare vt habetur in l. cum non solum. §.j.&.§.necessitate.cum sequen.C.de bo.quę lib. vbi autem recusaret consentire tunc non liceret patri repudiare in preiudicium filij nec econuerso filio, sine autoritate patris agnoscere autem hęreditatem potest quilibet eorum altero inuito, vt habetur in l.fi.§.j.& ij.C.de bo.quę libe.& l.filio C.de in deli. Quę autem requirentur circa aditionem vel repudiationem hereditatis plene no.per glo.& docto.in l.is potest.ff.de acquiren.heredi. & dicetur infra titu.proxim.in glo.penulti.

gua

EPITOME.

1 *Quot modis hæres instituatur.*
2 *Pure instituere quid sit.*
3 *In diem instituere quid sit,*
4 *Solo animo aditur hæreditas.*
5 *Institutio sub conditione causali vel mixta non tenet.*
6 *Ius deliberandi transmittitur in hæredem licet non trāsmittatur ius adeundi.*
7 *Infans hæres transmittit hæreditatem quamcunque sibi delatum non solum ad ascendentes per lineam masculinā sed etiam femininam.*
8 *Semel adita vel repudiata hæreditas amplius agnosci vel repudiari non potest.*
9 *Quas cautelas debeat obseruare volens adire hæreditatem.*
10 *Filius defuncti de legatis detrahit eius legitimam.*
11 *Faciens inuentarium conseruat omnia a defuncto sibi debita.*
12 *Fideicommissarius vniuersalis an teneatur, facere inuentarium.*

PVRE INSTITVIT. †Quare dicatur pure posset scholasticus interrogare, vnde pro eius plena & clara dotrina sciendum est quòd altero de quatuor modis potest quis hęres institui videlicet pure in diem sub conditione & sub mo-
2 do. †Dicitur autem quis purè institui quando institutio non est suspensa tempore vel conditione ita quod statim mortuo testatore potest hæres scriptus hęreditatem adire.
3 †In diem dicitur facta instituto cum aditio est suspensa in euentum alicuius diei de quo loquitur lex hæreditas ex die.ff.de acqui.he.Si ergo institutio sit pura potest hæres statim adire mortuo statore hęreditatem dum tamen concurrant alia adminicula de quib⁹ notarur in d.l. is qui potest. tamen aditiocem differre in tempus prolixius quia ius adeundi durat xxx.annis.vt le.licet.& ꝙ ibi notatur C.de iure delib.nisi fortasse ad petitionem creditoris iudex pręfigeret tempus breuius ad ipsam aditionem quod facere posset,vt traditur in l.quaudiu. in prin.ff. de acqui.hæredi. & in l.si quis instituatur.ff de hæredibus instituen. Et notat quod solo animo aditur hæreditas vt in l.si auia.C.de iu.deli.& in l.gerit.ff.de ac.hę.& l.potuit & ibi no.C.de iu.delib. dumtamen adeatur purè & non sub conditione vt in l.eum qui in fi.ff.de acqui.hære.per quod patet quod licet institutio recipiat diem & conditionem, tamen aditio non recipit conditionem, ius autem deliberandi circa aditionem vel repudiationem durat anno vt le. sancimus.& l.antiquioribus.C.de iure deli.quo anno finito & sic in delib, sublato adhuc remanet firmum ius adeundi & repudiendi ipsi hæredi vsque ad alios.xviij.annos secundum opinio.glo.& omnium doct.vt l.si curatoris.C.de iu.delib.licet Pla.tenuerit cōtrariū vt ibi nota.& male.Cū enī ius deliberādi repertū sit in fauorē hæredis nō debet in eius odium retorqueri, vt l. quod fauore.C. de legi. & per consequens ipsum ius deliberandi non habebit absorbere ius adeundi, quod est perpetuum.argumen.institu.de perpe.& tempo.ac. post princi.& l. licet.C. de iure deliberan. cum simi. ibi nōt. In ea autem institutione quæ est in diem solet subdistingui. aut est facta in diem certam aut incertam, primo casu circunscripta die remanet conditio pura, vt d.l. hæreditas ex die. Secundo casu expectatur euentus ipsius diei, antequam possit hæreditas adiri: vt l.in tempus.in principio. & l.qui filio.in princ. ff. de hæred. insti. Cum autem quis est institutus sub conditione, tunc considerari oportet an sit filius in potestate testatoris an extraneus.Primo casu subdistingue, aut filius est institutus sub conditione impossibili de natura vel de iure, & tunc institutio redditur nulla,vt l.filius ff. de con di.instit.licet in extraneo esset aliqua, vt l.prima. ff.de condi. instit. aut est institutus sub conditione possibili, & tunc est potestatiua aut causalis aut mixta: quæ declara, vt notatur in l.j. C. de institu. & substitu. sub conditio. fac. & in l.testamento.ff.de conditio.& demonst. Si quidem sit potestatiua tenet institutio, vt l. suus quoque. in princip.ff.de hæredi. instit. Sed aliqui dixerunt an sit potestatiua quæ possit impleri vltimo vitæ spiritu vel non, refert Cyn. in l.si pater.C. de in-
stitutionibus & substitutionibus.sub conditione fa- 5
cta. †Si verò sit conditio causalis vel mixta, tūc non tenet institutio nisi in defectum conditionis fuerit exhæredatus, vt d.l.si pater. & d.l. suus quoque.§.penul.vbi autem extraneus vel filius emancipatus hęres instituitur, tunc distinguitur an sit institutus sub conditione impossibili, & institutio valet tanquam pura, ipsa conditione habitu pro nulla, vt l.obtinuit.C.de condi.& demon. & ff.de condi.insti.l.j. & l.conditiones. aut est institutus sub conditione possibili, & tunc qualiscunque fuerit conditio, siue causalis, siue potestatiua, siue mixta, semper tenet institutio: & debet ipsa conditio impleri in forma specifica antequam hæreditas possit adiri, vt l. meuius.ff. de condi.inde.& l.qui hæredi.§.fi.ff.de acquiren. hære.& l.si quis ita hæreditate.de cond.insti.facit l.facta.§. si sub conditione. & §. si in danda.ff. ad trebel. Et prædicta procedunt quando conditio dependet à fortuna vel à voluntate instituti, vbi autem dependeret à voluntate expræssa alterius personæ, puta, instituo te hæredem, si Titius voluerit, vel si tu me institueris in futurum, tūc tanquam captatoria nō valet, vt l.captatorias.& l.illa institio. & l.si quis sempronium.ff. de hære.inst. secus si institutio mea cōferatur in præteritū.verbi gratia, si dicam, instituo te hæredē, si me insti-
6 tuisti, vt l.mulier.§.fi.ff.de condi.insti. †Amplius scias quòd licet semper ius adeundi & hæreditas nō adita regulariter per hæredem non transmittatur in eius hæredem, vt l.j.§. in nouissimo. C.de cadu.toll. Ius tamen deliberandi, quod an-

aliun

nali spacio concluditur, & in consequentiam ius adeundi & repudiandi bene transmittitur si ipse hęres intra anni spacium moriatur, vt habetur in l.cum antiquioribus. C.de iu.delibe. Speciale tamen est in filio qui post ius deliberandi finitum tam paternam quàm maternam & cęterorum ascendentium hæreditatem non aditam & sibi delatam ex testamento vel ab intestato transmittit nedum in descēdentes suos vt le.j.C.de his qui ante aper.tab.sed etiam ad superiores, vt le.apud hostes.C.de suis & leg. & ibi per docto.immo etiam ad extraneos.vt ibi no. Idémq; est si filius est emancipatus iure nouissimo cum sit sublata differentia inter suum & emencipatum secundum alios & per hoc sequitur quod hodie filius matris hæreditatem non aditam transmittit in eius fratrem licet aliqui cōtra, de quo not. plene per Cy.in le.ij.C.ad orfi.de qua transmitione vide plenè infra titu.proxime seq.& prædicta procedunt in filio maiore infante.infans vero hæres omnem etiam extraneorum hęreditatem sibi delatam transmittit ad omnes superiores suos sibi per lineam masculinā tantùm coniunctos secundùm aliquos, vt l.si infanti.C.de iu.deli.

a Hæres nō cōficiens inuentarium priuat falcidia non trebellian. Barto. & Ange. in l. paulus. ff. ad l.fal.Io. de imo.in l. creditoribus. eo.ti. Bar.in l.rescri. ff.de his qui vt ind. Bal.in fi.C.de iure delibe.

b An fidei cōmissarius vniuersalis tenetur facere inuē tariū. Bal. in l.cum secūdum.C. de fideicō.

7 †Tu dic melius quod immo trāsmittit etiam ad ascendentes perlineam fęmininam secundùm do. & dictum est infra ti.proximo & no.plene in le.si infanti.C.de iure deli.fallit etiam regula in d.§. in nouissimo. in hærede minore & in absente probabili causa quorum successoribus competit beneficium restitutionis in integ.pro adeunda hæreditate non adita per ipsum minorem vel absentem, vt traditur in l.pantonius.in princi.ff.de acqui. hæ.& ibi per Barto.in le.j.C.de resti.mili.& ibi per Cy.& alios quod est no.fallit etiam dicta regula in certis alijs casibus quos enumerat glo.& Bar.ibi declarat in l.ventre. ff.de acqui.hę. postquam autem fuit hęreditas adita.transfertur dominium bonorum hęreditariorum in ipsum hęredem vt l. cum heredes. in prin.ff.de acquiren. hære.cum ibi no.sed nō transfertur possessio nisi naturaliter fuerit appręhensa.

8 †Et no.quod aditā hęreditatē vel repudiatā semel non licebit vlterius agnoscere vel repudiare vt l.si quis.& l.sicut.C.de rep.nisi fuerit filius qui post repudiationem adhuc admittitur ad eundem si res hæreditarie sint in eodem statu vsq; ad trienniū: vt l.fi.C.de repu.hęr.vel nisi hæres fuerit minor xxv.annis, qui beneficio in integ.restit.auditur volens post repudiationē adire etiā si res nō sint in eodē statu: vt d.l.fin. cum simi.vel nisi alius cohæres repudiet partem suam quo casu ille qui prius hęreditatem adiuit poterit suam ac cohæredis eius repudiare vt l.cum hereditatē, & seq.ff.de acqui.hære.

9 †Sit autem cautus hęres script[9] vel ab intestato succedēs antequam adeat diligenter inquirere de viribus hæreditatis & infra mensem inchoare inuentarium omnium bonorum hæreditariorum & infra alios duos menses complere quo facto gaudebit tali priuilegio quia tenebitur solù in respōdere creditoribus hæreditarijs, quatenus patiētur vires hæreditatis detracta falcidia de legatis. Si autem adierit simpliciter nullo facto inuētario tunc tenebitur si sit hęres extraneus etiam de suo proprio insolidum nulla facta detractione falcidiæ satisfacere in totū creditoribus & legatarijs.

10 †Si verò sit filius defuncti tūc licet creditoribus teneatur insolidum tamen de legatis detrahet eius legitimam, vt no.per Ia.de Bel.in auth.de hę. & falcid.§.si vero expressim vt habetur etiam per tex.in l.fi.§.sinautē dubius.& §.j. præfatam.& §. si quis autem temerario proposito.C.de iu.delib. & in auth.de hęre.& falc.§.si verò expressim. Et

a no.quod licet hæres[a] qui nō facit inuentariū priuetur falcidia non tamen priuatur trebellianica vt plene notatur per dictū Ia.in d.§.si vero expressim.hoc autem tempus faciendi inuentarium non currit ignoranti nisi à tempore scientiæ quo quis sciuit hæreditatem sibi delatam esse testamēto vel ab intestato vt habetur & no.in d.§.sinaūt

11 dubius. †Aduertendum etiam quòd ille qui facit inuentariū consequitur aliud beneficiū, quod sibi conseruat omnia illa quę sibi erant debita à defuncto vt d.l.fi.in §.in computatione.quę nullo facto inuentario extinguntur per aditionem l. si debitori.C.de pac.& l.stichum.§.aditio.ff.de solutio.& l.si debitori.ff.de fideiusso. cum simili. In cuius inuentarij forma sunt necessaria infrascripta videlicet vt fiat coram iudice vt d.l.fi. Item requiritur citatio creditorum legatariorum saltē per preconem & si non comparuerint debēt eorum loco adhiberi tres testes patrimonium possidentes in loco in quo fit inuētarium. Item hæres debet in eo inuentario subscribere vel si scribere nesciat alius notarius pro eo & sic erunt duo notarij & sex testes vt d.l.fina.

12 †Sed circa prędicta quęritur an fidei cōmissa

b rius vniuersalis teneatur facere inuentarium[b] sicut dictum est de hærede principali dic quòd sic, alioquin tenebitur insolidū creditoribus & legatarijs sicut dictum est de hærede, nec ei prodest inuentarium factum per hæredem nisi hoc

L. u

beneficium sibi cesserit, quod facere potest argu.l.si hæres pecuniā.ff. ad treb. & determinat Iac.de Bel.in auth. de hære. & falci.§.si verò expresim.superius allegato.

EPITOME.

1 *Institutus in re re speciali, an posit intentare beneficiū l.fi.C.de edicto diui adria.tollen.*

2 *Benefi.de bo.fi.an cōpetet hæredi succedēti ab intestato.*

3 *Institutus in re certa, quando habeatur loco hæredis,& quando loco notarij.*

4 *n Institutus in re certa nullo dato cohærede vniuersali, an non obstante prohibitione testatoris succedat in omnibus bonis.*

5 *Filia instituta in re certa, an non obstante prohibitione testatoris posit petere dotem maternam.*

1 IN OMNIBVS eius bonis. † Quid autē dices si fuit institutus in speciali re, puta domo vel fundo, an habebit seu intentare poterit beneficium.d.l.fi.C.de edic.di.adri.tol.aut nō habet aliū cohæredē vniuersalē.& tūc quia detracta rei mētione ꝓ vniuersali reputatur hærede, vt l.j.§. si ex fundo.ff.de hære.instit. habebit beneficiū.d.l.fin. C.de edi.di.adria.tol.aut habet aliū cohæredē vniuersalem,& tūc quia pro legatorio reputatur: dicunt doc.ꝙ nō habebit illud beneficium,quia nec interdictū quorū bonorū datur pro re singulari:

2 vt l.j.in fi.ff.quorū bono.& no.in l.fi. †Quæritur insuper,an hæredi ab intestato succedēti competat beneficiū.d.l.fi.dicūt doct. ibidē quòd nō,vt no.per Cy.in d.l.fi.in ver.i ij.iuxta præmissa quæritur &c.& ratio,quia in tali possessorio iudex ꝓcedit,non per modū notarij, quod notoriū inducitur per exhibitionem testamenti nō aboliti nec cancelati.nō autem potest fieri notoriū ꝓ id quod quis alleget verbotenus iudici se proximiorē defuncto,cū hoc sit facti, & posset iudex faciliter errare:vt no.in l.fi.ff.pro suo.

3 †Vlterius pro meliori declaratiōe hæredis instituti in re certa quæro, quando habeatur loco hæredis & quādo non. In quo articulo sic distingue,aut quis instituitur in re certa,nullo alio sibi dato vniuersali cohærede, & tūc habetur loco vniuersalis hæredis instituti, quia rei expręsio pro nulla est,vt d.§.si ex fundo. aut habet aliū vniuersalē cohæredē, & tūc habetur loco legatarij,vt l.quoties.C.de hære.instit.& ibi no. verūtamen si hic vniuersalis cohæres repudiet,vel tēpore testamēti mortuus fuerit,habebitur iste institutus in re certa quoad ius accrescēdi loco vniuersalis & veri hæredis secūdùm Gui. de cu.vt no.per eū in l.seruo.ff.de cōd.inst.ar.in l.ex militari.§.fi.& l.miles.ff.de test.mil.quā opi. sequitur Bar.in l.quoties.§.si duos.ff. de hęre.inst.& in l.ex facto.eo.titu.

4 † Quid dices si testator hærede instituto in re certa nullo dato cohærede vniuersali expræsse ꝓhibuerit, ne ipsa institutio trahatur ad alia bona, an ipse succedat in oībus bonis vel in re certa, in qua est institutus,dicit Bar.in d.§.si duo,quod tūc solùm succedit in re illa,& cessabit ius accrescendi & cætera bona deuenient ad succedētes ab intestato iure fideicō.ar.l.peto.in prin.ver. quid ergo.ff. de leg.ij. cōmuniter doct. tenēt contrariū: quia testator nō potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus, vt l.ius nostrū.ff.de re. iur. nec potest facere quin leges locum habeāt in suo testamento.l.nemo potest.ff.de leg.j. Nec ob. d.l.peto. quia loquitur quādo contēplatione alterius cohæredis facta fuerat illa particularis institutio taxatiuè & limitatiuè, merito ergo videt̄ grauatus eidem partē reliquā restituere.quæstio autē præsens loquitur quādo alterius cōteplatione nō fuerat facta particularis institutio.Sicq; cōcludere licet, quòd particularis institutio in re certa nullius alterius cōtēplatione facta,quoad ius accrescendi nullo alio sibi dato cohærede loco hæredis habetur, nec venientibus ab intestato restituere

5 tenetur. † Deinde circa hoc quæro de quotidiana q. ecce pater filiā suā instituit in certis specialibus rebus,iubēs eā stare debere ipsis rebꝰ tacitā, &contentā,ita quòd de bonis suis vltra nihil petere posit. quæritur an excludatur à petitiōe dotis maternæ,videtur ꝙ sic.ar. in l. qui volebat.ff.de hære.insti.& d.l.peto.in prin.In cōtrariū determinat Bar.in l.vt iusiurādi.§.si liberi.in fi.ff. de ope. li.tali ratione bona dicūtur deducto ære alieno: vt l.bonorū.& l.subsignatū.§.bona.ff.de verb.sig. dos autē materna est eis æs alienū:ar.in l.prętor. §.emancipati.ff.de colla bo.meritò sequitur ꝙ in d.prohibitione nō cōpræhēditur,cū nō sit de bonis.Aliud ergo esset si testator dixisset, nil petere posit in bonis vel super bonis meis &c.qa videretur tūc se retulisse ad omne ius cōpetens ipsi filię quacūque occasione,ꝓ quod posset aliquid in ipsis bonis petere,ar.l.rē in bonis.ff. de ac.re.do.& l.bonorū.§.in bonis.cū si.ibi no.ff. de ver.si. vide quæ scripsi in præcedēti libello,circa articulū dotis.

EXIBET & procedit in forma publica. Hæc duo sunt necessaria.s. quòd productio fiat corā iudice, & quod testamētū sit in forma publica redactum,vt per hoc fiat ipsi iudici notoriū de iusticia ipsius hæredis instituti:vt d.l.fi.Item & tertiū vide licet quòd constet ipsum testatorem esset defunctum,vt supra dictum est.

EPITOME.

1 *Qualis numerus testium requiritur in testamento.*

2 *Testamentum militis quot testes requirat.*

3 *Testamentum pagani quot testes requirat.*

4 *Numerus testiū sufficiens ad testandū in aliquo loco cōtra dispositionē iu.com.an sit sufficiens ad deferendā hæreditatem existentem in loco vbi seruatur ius commune.*

5 *Quid iuris in succeßione hæreditatis defuncti in loco vbi etiam bona habet,vbi primogenitus succedit,cū etiā alia bona in alio loco habeat,vbi seruatur ius commune.*

1 VALLATVM Legitimo numero testium. †Sed qualis numerus testium exigitur in testamētis.Respondeo secūdùm qualitatem ꝑsonarū ipsorū testantiū & hæredū ipsorū institutorū ac varietatē locorū,in qbꝰ fieri cōtingit te-

2 stamētū. †Vnde ad huius doctrinā debes scire ꝙ aliquādo testator est miles,aliquando paganꝰ.

Si sit

Si ſit miles, aut eſt in libelli conflictu & in acie & tunc numerus teſtium non requiritur,ſed ſufficit eius nuda voluntas aut eſt ſub tentorio & tunc requiritur numerus duorum teſtium vt hæc habentur in le.milites.C.de teſt.mi.& le. diuus. in princi.& le.lucius.ff.de teſt.mi. & inſti.eo.tit. in principi.ſi vero ſit in ciuitate domi ſuæ tunc requiritur numerus ſeptem teſtium ſicut in pagano vt le.pe.C.de teſta.mi.& inſti.eo.§.j.Requiritur etiam quòd ſi miles habet filium in poteſtate quòd ipſum inſtituat vel exhęredet alias teſtamentum nullum eſt.Attamen in eo eſt hoc ſpeciale quòd ſi ſciat ſe filium habere & non inſtituat videtur ipſum tacite exhęredare,ſi vero ignoret ſe filium habere tunc non inſtituendo videtur pręterire vt habetur in le.ſicut certi iuris.& in le.ſi cum vel in vtero.C.de teſta.mi.Iſta tamen præſumpta exhæredatio forte hodie nil operaretur niſi haberet cauſam expręſſam & legitimã per ea q̃ tradũtur in §.aliud quoq; capitulũ.in auth.vt cũ de appellatiõe cog.& in auth.ex cauſa.C. de li.pt. q̃ iura locũ habẽt tam in milite quàm in pagano.

3 †Vbi autem paganus facit teſtamentum,tunc attende aut eſt cęcus carẽs luminibus aut eſt vidẽs. Primo caſu ſiue ſit cæcus naturaliter ſiue accidentaliter dummodo accidens contigerit longo tempore ante teſtamentum tunc requiritur numerus octo teſtium & filij in poteſtate inſtitutio vel exhæredatio aut numerus ſeptem teſtium & notarij ſubſcriptio cum quibuſdam alijs ſolennitatibus,vt habetur in l.hac conſultiſsima.C.qui tex.face.poſ. Si vero teſtator videat, tunc aut fecit teſtamentum in ſcriptis & magna requiritur ſolennitas videlicet numerus ſeptem teſtium qui propria manu ſe teſtamento ſubſcribant, & ſigilla ſua imprimant & teſtator ſe ſubſcribat,& quędã alia de quibus habetur in le.hac cõſultiſsima.C.de teſt.& inſti.e.ti.in prin.Si autem faciat teſtamentum nũcupatiuum tunc conſideranda eſt qualitas loci cõditi teſtamenti aut enim ſit teſtamentum in iure, & tunc ſi plures haberi non poſſunt ſufficit numerus.v.teſtium: vt in l.fi.C.de teſta.aut ſit teſtamentum in ciuitate vel alibi vbi ſit perſonarum copia.& tunc aut in eo inſtituuntur ſolum filij teſtatoris & tunc ſufficit numerus duorum teſtium etiam ſi eſſent mulieres ſecundùm glo.& Bal.in l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſta. cum auth.ibi.poſita aut in eo inſtituũtur ſoli extranei & tunc requiritur numerus ſeptem teſtium vt l.hac conſultiſsima.§.per nuncupationem.C.qui tex.fa.poſ.&.inſti.de teſt.in prin.niſi ſtatuto vel conſuetudine aliud caueatur: vt l.ſi non ſpeciali. C.de teſti.requiritur etiam & aliud quòd teſtator filios quos in poteſtate habet inſtituat vel exhęredet,aliàs eorũ preteritio redderet teſtamẽtũ nullum:vt le.j.ff.de iniu rup.& irri.teſta.& inſti.de exhære.lib.in prin.& le.filius & l.inter cætera.ff. de lib.& poſth.Aut inſtituũtur mixtim extranei cum filijs,& tunc quantum ad filios ſufficit numerus duorum teſtium, quo autem ad extraneos requiritur numerus.vij.teſtium vnde ſequitur quòd aliquando teſtamentum quo ad filios valebit, & quo ad extraneos erit nullum,eſt tamen caſus ſingularis, vbi ſufficit vnus teſtis videlicet quando teſtamentum ſit in præſentia principis, vt in l.omnium.C.de teſt.non tamen crederem quòd eius pręſentia ſuppleat de fectum præteritionis filij, cum hoc non ſit aliquo iure cautum,ergo ad hunc caſum non extendendum quia odioſum, arg.in l.verò.§.de viro.ff.ſo.ma vide de his not.per gl.inſti.de teſt.§.fin.

4 †Pro declaratione autem pręedictorum quæro.ecce teſtator condidit teſtamentum in ciuitate Venetiarũ vbi ſufficit.nu.iiij.teſtium,bona autem hæreditaria ſunt in ciuitate Papiæ in qua originem,& domicilium habuit ipſe teſtator,& ſecundum quam obſeruatur ius commune,nunc venit hæres ſcriptus coram iudice Pa.exhibens teſtamentum nu. iiij. teſtium roboratum petens ſe mitti in poſſeſsionem hęreditatis & bonorum deſuncti, contra quam ſe opponit proximior agnatus defuncti ab inteſtato dicens teſtamentum nullum ob de fectum teſtium.& ob hoc hæreditatem iure ſucceſsionis ab inteſtato tanquam proximiori deuolutam, quæritur quid iuris in qua q.doc.antiqui pariter & nouiſsimi multum dubitauerunt,vt refert Spec. in tit.de inſtru.edi.§. compendioſe.ver.quid ſi de conſuetudine.& Cy. in l.j.C.de ſum.tri.& fide catho.& ibi per Iac. bu.& Bart.finaliter & concluſiue ſecundùm veriorem opi. tenendum eſt quòd hęres ſcriptus in huiuſmodi teſtamento mitẽdus ſit in poſſeſsionem excluſo ab inteſtato veniente cuius illa ratio potiſsima eſt, quia quo ad valorem teſtamenti ſufficit quòd illa ſolennitas interuenerit quæ obſeruatur in illo loco in quo perfectum eſt teſtamentum, vt l.fi.C. de teſt.& l.ſi non ſpeciali.C.eo.titu.facit l.milites.ff.de.teſt.l.diuus.in prin.& l.lucius.ff.de teſt.mili.& accedat l.ij.cum ſe.C.quemadmo.teſt.ape.ideoque ipſius teſtamenti auctoritate facta aditione per hæredem ſcriptum ius vniuerſum in eum iuris diſpotione transfunditur,nedum quòd habuit defunctus in loco conditi teſtamenti,vt l.hęres & l.omne ius.ff.de acqui.hęre.& l.nihil aliud.ff.de re.iu. ſed etiam omne & quodcunque habuit vbique locorum per quandam conſequentiam,ar.ad hoc in lege.j.ff.de auc.tu.& inſti.de legi.patro.§.j. Melius tamen facit quòd de actione ſeu obligatione quæſita alicui in certo loco dicitur quæ pôt intẽtari in quolibet loco, vt l.fi.C.de lon.tem. præſcr.Sicut etiam acta facta in vno loco faciunt fidem in alio,vt l.is apud quem.C.de eden.l.à proconſulibus.C.de appel.& l.fi.C.de teſti.& l. fi.C.de arb.ſic etiam in quolibet aluo actu in quo dicemus attendi locum in quo geſtus eſt,vt l.j. in fine.ff.de ven.inſp.cum ſi. quam ſententiam

5 tenent communiter omnes doc. †Vltra quæritur ad eius pleniorem doctrinam quid in hæreditate delata ab inteſtato. Ecce conſuetudo eſt

est in anglia quòd primogenitus succedat defuncto in ciuitate autem papiæ, vnde mihi origo est succedũt omnes filij æqualiter ab intesta. cõtingit quòd papieñ. mercator habens bona in anglia & in Papia. decessit in anglia sine testamento vult primogenitus succedere in tota hereditate, tã in bonis anglicis quàm papiẽ. Reliqui autẽ filij dicũt hæreditatẽ viriliter inter eos distribuendam. quæritur quid iuris. Et certe in hac. q. fuerunt etiam diuersæ opi. vt intra præcedẽti, & merito dicũt enim quidã cũ quibus est Gui. de cu. quòd primogenitus in bonis anglicis insolidum succedat in Papieñ. fit communis diuisio inter eos. ar. in l. si pupillo. ff. de tu. & cu. da. ab his, nec ideo trahetur successio anglicana ad alia bona, vt in proxi. q. dictum est, quia illa sola & localis consuetudo non est ad aliũ locum extendenda, ar. in l. in certa forma. ff. de iure fis. & l. constitutionibus. ff. ad munici. quam opi. sequitur Cy. in d. l. j. Alij dicunt quòd debet attendi locus in quo adita est hæreditas per quam aditionem quasi contrahitur, vt l. apud iul. in fi. ff. ex qui. ca. in pos. ea. §. hæres insti. de obli. ex quasi cõ. sicut inspicitur in cõtractibus l. si fundus
6 ff. de eui. †Alij, vt Bar. in d. l. j. considerant formam consuetudinis seu statuti & eius verba. aut enim verba statuti seu consuetudinis sunt in rem. vt puta quòd bona decedentis perueniant in primogenitum, & tunc attendi debet locus vel loci consuetudo vel statutum in quo sunt bona hæreditaria, quia res ipsæ afficiuntur tali iure consuetudinatio, quod verum intellige. l. in rebus quæ sitæ sunt in ipso loco, ar. in l. rescripto. in fi. ff. de mune. & hono, & l. an in totum. C. de edi. pri. aut consuetudo vel statutum loquitur in persona, vt puta. Primogenitus succedat & tunc aut defunctus non erat anglicus sed. Pap. & tunc ipsum non ligat nec comprehendit tale statutum, quia dispositio relata ad personas, non porrigitur ad forenses. arg. in l. fi. C. de testa. iuncta. l. cõficiũtur. §. j. ff. de iure co. & quod no. per Bar. in d. l. j. aut erat anglicus. & tunc primogenitus præferendus est omnibus alijs in bonis anglicanis. in cæteris autem cõmuniter succedunt. & ita loquitur opi. doc. secundùm eum. ego autem crederem in hoc vltimo casu primogenitum in quibuscunque bonis præferendum. nam cum eius persona sit in hoc habilitata per. l. municipalem dicam eam suum effectum porrigere per quandam consequentiam ad quæcunque loca. ar. eorum quæ dicta sunt in proxima quæstione.

EPITOME.

1 *Institutus in codicillis, an habeat beneficium. d. l. fi.*
2 *Testamentum an reddatur suspectum si vna tota oratio in eo reperiatur rasa deinde est emendata.*
3 *Rasura in litera vel syllaba, an reddat testamentum suspectum.*
4 *Testamentum superlineatum, an reddatur suspectum.*
5 *Prothocollum testamenti interlineatum, an reddat testamentum suspectum.*

1 NON abolitũ nec cãcellatũ. †Quid autẽ si fuerit institut⁹ in codicillis, an habeat, beneficiũ. d. l. fi. dicũt ibi docto. quòd nõ, qa talis dicitur succedere ab intest. vt l. cõficiãtur. in prin. ff. de iure cod. & hæreditas ab intestato nõ datur, vt supra dictum est, quam opi. cõfirmat gl. in l. si sup verbo ex more. C. de codi. ponitur autẽ testamẽtũ nõ abolitũ, qa in prima sui figura debet esse sine aliqua suspitiõe, vel alio visibili vitio. Si verò opponeretur vitiũ inuisibile, puta qa falsũ vel inofficiosũ, aut nullũ nõ habere impedire missionẽ, vt l. ij. C. de edi di. adri. nisi opponẽs pbare vellet tale vitiũ incõtinẽti secundùm do. & gl. ibi posita. debet tamen diligenter aduertere opponens & allegans huiusmodi vitium nam si succũberet perderet legatum, vt l. papi. §. meminisse. ff. de inoff. test. & l. polla. & l. alia. C. de his qui. vt indig. & no. per gl. in l. si ex sextante in prin ff. de exce.
2 rei iudi. †Circa præmissorum declarationem quæro, ecce quòd vna tota oratio reperitur rasa, deinde est emendata. an testamentum reddatur suspectum, distingue secundùm doc. aut est certum quòd emendatio est facta manu eiusdem notarij, vt quia ipse notarius hoc protestatus est in sua subscr. aut est certum quòd est facta manu alterius aut est dubium. primo casu dicunt quidam quòd testamentum non redditur suspectum, alij verò quos sequitur Cy. dicunt contra, vt no. per eum in l. fi. præal. ar. ad hoc. in l. iul. C. de prob. & in §. j. in auc. de fi. instr. secundo autem casu repellitur testamentum veluti suspectum, ar. in c. licet. §. v. extra de cri. fal. Tertio autem casu subdistinguitur secundùm quosdam, aut est rasura in dictione, aut in litera vel syllaba, si quidem sit in dictione, tunc suspectum redditur testamentum,
3 vt l. ij. & fi. C. de edi. diui. adr. tol. †Si verò sit in litera vel syllaba. tunc aut illa rasura alterat sensum vel disputationem inducit circa dispositiõis intellectum, & tunc suspectum facit testamẽtum, ar. in c. fi. extra de cri. fal. Aut non alterat sensum. & tunc non redditur suspectum ar. in c. ex literis extra de fi. instr. & facit quòd not. in c.
4 inter dilectos extra. e. ti. †Quid autem dices si testamentum sit superlineatũ habes inter lineã & lineam aliquid super additum, an erit suspectũ dicunt quidam esse distinguendum eo modo quo supra. Alij dicunt simpliciter reddi suspectum per tex. in c. cum ve. extra de reli. do. & quod no. Spe. in ti. de instru. edi. §. post. ver. item excipitur
5 quòd est vituperatum. †Rursum quæritur quid si pthocollum testamenti sit interlineatum modo quo supra an propter vitium prothocolli impedietur missio testamenti inde exacti non interlineati nec cancellati, videtur quòd sic, quia pthocollum est scritura & matrix ad quam habetur recursus vt in auc. de fi. instr. §. j. facit quod no. per glo. c. mortem. & ibi per Archi. & ix. di. c. noli frater. & quod no. per Bar. in l. sempronius. ff. de le. ij. In oppositum facit quia lex solùm considerat formã testamenti quod in iudicio producitur de protho-

collo autem nihil diſponitur,ergo &c.vt l.ſi verò.
§.de viro.ff.ſoluto matrimonio.

EPITOME.

1 *Hæreditate iacente quid agendum.*
2 *Reus conuentus poßidens hæreditatem ſi dicat ſe eam poßidere ex alio teſtamento,quid agendum.*
3 *Quãdo reperiũtur duo teſtamẽta facta eodẽ tpe,q̃d iuris.*
4 *Fideicõmiſſarius vniuerſalis,an ſit legitim⁹ cõtradictor*

1 INIVSTE occupauit. †Aduerte q̃ ſi hære
ditas eſſet vacãs & à nemine occupata,nõ eſſet
vtile hoc remediũ intẽtare ſed deberet hæres
ſcript⁹ ſua ꝓpria auctoritate ipſã hæreditatẽ ingre
di & apprehẽdere,vt no.Inn.in c.cũ in officijs.ex-
tra de teſt.& ꝗ dixi in glo.iiij.& ſi iſta bona in qui
b⁹ petitur fieri miſsio eſſẽt occupata in vita teſta
toris,ceſſaret etiã remedium.d.l.fi.vt habetur &
no.in d.l.fi.& maximè ſi haberet titulum à defun
2 cto,vt ibi no. †Quid autem dices ſi hic paſcali-
nus cõuẽtus opponat,& dicat ſe hæredem inſtitu
tum in alio teſtamẽto eiuſdẽ teſtatoris,an p hoc
impedietur miſsio poſtulata.dicũt gl.& doc.quòd
ſic in præalle.l.fi.& erit iſto caſu legitimus cõtra
dictor.& iudex cognoſcet prius & terminabit
ſuper vtroq; teſtõ,ſic tamẽ quòd poſterius præte-
ratur priori,vt in §.poſteriore.inſti.qui.mo.te-
ſta.infir.niſi fortaſſe præcedẽs eſſet derogato ſub
ſequentis,vt l.ſi quis.in prin.teſt.ff.de leg.iij.
3 †Verum pro huius clariori & pleniori doctri-
na ſciẽdum eſt quòd aliquãdo producũtur duo te
ſtamenta facta eadẽ die & hora,& equaliter ſolẽ
nia,in quibus ſunt hæredes diuerſi ſcripti,nec
apparet quòd prius & q̃d poſteri⁹ ſit cõditum.Ali
quãdo ꝓducũtur duo teſtamẽta,quorum vnum eſt
altero poſterius.Primo caſu licet q̃ſtio ſit antiqua
& ſabbatina.de qua per gl.& Cy.in l.j.C.de edi.
di.adri.tol.& in l.iij.C.de codi.& per gl.Dy.&
Bar.in l.j.§.j.ff.de bo.poſ.ſcd̃m tab.Attñ ſecũdùm
eos concluſiue tenẽdum eſt quòd melior eſt cõdi
tio poſsiden.quã petẽtis q̃a regulariter ĩ pari cã,
&c.vt l.ſi ob turpẽ.cũ ibi no.ff.de condi.ob.tur.
cau.facit.§.commodum.inſti.de inter.Et ſi fortaſ
ſe tertia pſona poſsideret,& agerent ambo cõtra
eã tunc p cõcurſum ſe inuicem impedirẽt,tũ quia
ſcripturæ ſunt ſibi inuicem cõtrariæ,vt in l.ſcri-
pturæ diuerſæ.C.de fi.inſtru.& l.optimam.& quod
ibi no.C.de contrahen.& cõ.ſtip.tũ q̃a dubitat̃ de
iurib⁹ vtriuſq; teſtamẽti,vt in l.ſed ſi de ſua.ver.cũ
autem.ff.de acq hære.q̃a ꝓbatio deficit ſuper iure
alterius,vt in l.duo ſunt ticij.ff.de te.tu.In ſecun-
do autem caſu cũ duo ꝓducũtur teſtamẽta,quorũ
vnum eſt altero poſterius,ſubdiſtingue,aut vtrũ-
q; eſt validum & ſolenne oĩ iure tã iure cõi quàm
ſpãli,aut vtrũq; eſt inualidum oĩ iure,aut vnũ eſt
validum de iure cõi,& aliud de iure ſpeciali,aut
vnum eſt tñ validũ de iure cõi vel ſpãli & aliud
eſt oĩ iure inualidum,aut vtrũq; eſt validũ de iu-
re ſpãli tñ & inualidum de iure cõi.Primo caſu
ſubdiſtingue aut primum teſtm̃ eſt derogatoriũ
ſcd̃o ex teſtõris diſpõne.& tũc primũ p̃fert̃ ſecũ
do.niſi in ſcd̃o expreſſe pœniteat teſtõrem de pri
mo & ipſũ ſpãliter reuocet ſeu caſſet hoc mõ,vtz
ſi dicat,reuoco tale teſtm̃ p me factũ ſcriptũ p ta
lẽ notarium,vel ſi dicat caſſo irrito ac reuoco oẽ
aliud teſtm̃,etiã ſi in eo ſint poſita aliqua verba de
rogatoria ſub quacũq; verborũ cõceptiõe,vt ple-
nè tradit̃ p Bar.& doc.in d.l.ſi q̃s.in prin.teſta.ff.
de le.iij.& l.ſi mihi.& tibi.§.in legatis.ff.de le.j.&
idẽ dic p oĩa ſi ſit derogatoriũ p l.auctoritatẽ.vt
in auct.hoc inter liberos.C.de teſt.Si verò primũ
teſtm̃ nõ ſit derogatoriũ ſcd̃i,tũc p ſcd̃m tollit̃ pri
mũ,ſiue ex ſecũdo poſsit adiri hæreditas de iure
ciuili ſiue de iure prætorio tñ,licet eo caſu quo
poſsit adiri de iur̃ p̃torio tñ q̃da dicũt cõtrariũ &
male p tex.in l.ſi duobus.§.ſi prius.ff.de cõtrata.
& ibi plene no.p Bar.& etiam tãgit̃ p gl.& doc.in
l.cum in ij.ff.de iniu.rup.& irri.teſt.& l.ſi q̃s eum
ff.de vul.& pup.& facit.d.§.poſteriore.inſti.q.
mo.teſta.infir.& l.ſi quis priore.ff.ad treb.Secũdo
caſu principali cum vtrũq; eſt inualidum oĩ iure,
tũc fruſtra quærit̃ de effectu vtriuſq;.q̃a non entis
nullæ ſunt operationes,vt l.eius q̃ in ꝓuinciã.ff.ſi
cer.pe.Tertio caſu principali q̃ñ vnum eſt validum
iure cõi & aliud validum iure ſpãli,dic tp̃is ordi
nationem obſeruari,iõq; p ſcd̃m tollit̃ primum,vt
l.militis.§.militia miſſus.ff.de teſta.mili.iuncta
l.ij.ff.de iniuſt.rup.& irri.te.& d.§.ſi prius.niſi
prius haberet clauſulam derogatoriã ſcd̃i,vt ſupe
rius dictũ eſt.Quarto caſu cum vnũ eſt inualidũ
oĩ iure & aliud validum aliquo iure,& tunc,aut p̃-
cedit inualidum ſcd̃m validũ,& tũc præfert̃ ſcd̃m
arg.d.§.poſteriore.cum ſi.aut econtra p̃cedit vali
dum & ſequit̃ inualidum,& tũc aut cõtra ſcd̃m in
ualidum ꝓceſsit teſtõr ad actũ verbi tñ ſine ali-
qua hæredis inſtõne,dicendo volo q̃d tale meum
teſtm̃ valeat.tunc p tale ſcd̃m nõ tollit̃ primũ,vt
in §.ex eo.& ibi no.inſt.q̃.mo.te.infir.etiam ſi te
ſtator alia verba coram ſeptem teſtibus cõtuliſſet
ſcd̃m Bar.vt p eum no.& hr̃ in l.ſi iure.ff.de leg.
iij.niſi poſt hmõi inualidam diſpõnẽ teſtõr ple-
uerauerit in ea ſpacio decẽnij,quo caſu tollitur
primum teſtm̃,vt hr̃ in l.ſancimus.C.de teſt.aut
teſta.ꝓceſsit ad actum facti ſine aliqua heredis in
ſtõne,puta cãcellãdo vel lacerãdo primum teſtm̃
& tũc p hũc actum ſeu volũtatẽ tollit̃ p̃cedẽs te-
ſtamẽtum,vt plene no.in l.noſtrã & l.hac conſul-
tiſsima.§.ſi q̃s.C.de teſt.Aut in ſecundo minus ſo
lẽni ꝓcedit ad actum cõis inſtõnis hæredis,& tũc
aut illud ſecũdum redditur minus ſolẽne ex vitio
prætermiſsiõis,aut ex vitio alterius deficiẽtis ſolẽni
tatis.puta nũeri teſtium.In primo caſu dicit glo.
quòd p ſcd̃m non tollitur primum,vt in l.ſi filius
q̃ in ptãte.de li.& poſth.q̃d etiam ſequitur ibi Bar.
& alij doc.in l.cum in ſcd̃o.ff.de iniuſ.rup.& irri.
teſta.& l.ſi q̃s eũ.in fi.ff.de vul.& pu.quæ opi.ꝓce
dit q̃ñ in ſecundo teſtõ ſunt extranei inſtituti ſe-
cus ſi venientes ab inteſta.p l.ſi duobus.§.ſi prius.
ff.de cõtrata.Scd̃o autẽ caſu dic,aut ſcd̃m eſt mi-
nus ſolẽne de iure ſpãli quia in eo ſunt inſtituti
veniẽtes ab inteſtato,& tunc p ſcd̃m tollitur pri-
mum,vt l.hac cõſultiſsima.§.ſi q̃s aũt,& ibi ple-
nè

nē no.C.de test. Aut est minus solenne omni iure, & tūc ꝑ secūdū nō tollitur primū. vt d.§. ex eo.& d.§ si quis autē. Tertio casu principali quādo vtrū q; est validū de iure speciali, tūc subdistingue, aut vtrūq; est validū iure & priuilegio militari, & tūc ꝑ secūdū tollitur primū, vt d.l.ij.ff. de iniu.rup.& irri.test.nisi primū haberet clausulā derogatoriā: ar.d.l.si quis.in prin.testa.cū sim.aut vtrūq; est validū priuilegio filiali, & tūc ꝑ secūdū nō tollitur primū, nisi in secūdo fiat specialis reuocatio pri-
4 mi.vt d.auth.hoc inter liberos.C.de te. †Sed an fideicō.vniuersalis sit legitimus contradictor, distingue secūdū gl.& doc.in d.l.fi. aut enim possidet, & de iure suo vult statim probare, & tūc est legitimus cōtradictor, & impedit missionē, aut nō possidet, & tūc nō est legitim⁹ cōtradictor. Seqt.

EPITOME.

1 *Hæres ad obtinendam missionem quæ debeat probare.*
2 *Qualiter probetur de morte testatoris.*
3 *In rebus possessis à defuncto vt alienis, an fiat missio.*
4 *Bona apud debitorem deposita quare non aduocantur per hypothecariam.*

POSSIDEBAT & ante & post pro suis &
1 tanquā sua. † Aduerte ꝙ hæres vt obtineat missionē tria ꝓbare tenetur. Primò ꝙ testm̄ sit solēne. Secūdò ꝙ res in qbus petitur missio fuerint in bonis defuncti tp̄e eius mortis. Sicq; practica erit cū fieri quæritur missio ꝑ hæredē scriptū, quòd bona singulariter describatur in libello, seu requisitiōe & probetur tp̄e mortis defuncti fuisse in eius bonis, ꝑ quod patet differentia inter petitionē hæreditatis & hāc missionē: vt no.in d.l.fin. Tertiò ꝓbare tenetur qđ testator sit mortu⁹ quā uis em̄ appareat testm̄, nō ideo p̄sumitur eū esse mortuū, qa qlibet p̄sumitur viuere vsq; ad c.an.vt l.fi.C.de sa.san.ec.& l.an vsufructus.ff. de vsufr.& sic nō posset adire hæreditatē: vt l.neminē.& l.hæres institutus.ff.de acqui.hær.cū viuētis nō sit hæreditas: vt l.j.ff. de hære.vel ac.ven.& l.ij.§.inter-
2 dum.ff. de vul.& pu. †Sed qualiter probabitur
a de morte testatoris[a], dic ꝙ ꝑ famā vel præsumptionē vel vnū testē: vt no.ꝑ gl.in l.ij.§. si dubitetur.ff.quēadmo te.ape.& l.si qdē.C.solu.ma.& ibi plenè ꝑ Cyn.& ꝑ Bar.in l.genero.in fi.ff.de his q
3 no.infam.d.§.si dubitetur. †Quid igitur dices si defunctus possidebat aliqua bona nō ꝑ suo sed ꝑ alieno, vt qa res erāt sibi cōmodatæ vel apud eū depositæ. an in eis fiet hæc missio: dicit gl.ꝙ sic in præalle.l.fi.& bene secūdū doc.& in hoc cōuenit cū petitione hæreditatis, vt l.nō tantū.in prin.ff.
4 de peti.hære. †Hic moueo tale dubiū, quare ꝑ hypothecariā nō aduocātur talia bona debitori cōmodata vel apud eū deposita sicut ꝑ petitionē hæreditatis, & ꝑ hoc remediū possessoriū, cū ꝑ hypothecariā sola possessio aduocatur: vt l.cū vēditor.in prin.ff.de euic. pōt dici ꝙ in hypothecaria requiritur ꝙ ius cōstituatur in re ꝑ debitorē.C. si ali.res pig.da.sit.l.j.cū seq.quod ius nō potest cōstitui nisi ab eo qui dominus sit, vel quasi, sed hoc nō est necesse constitui in hærede, cogitabitis.

QVARE CVM prædicta vera sint. Pro declaratione huius conclusiōis libelli reuoco in dubium an in hac missione obtinenda sit necessarius libellus dicunt quidam, quos refert Cy.in dict.le.fina.quòd sic, & citari debent hi quorum interest & si non comparuerint procederetur super eodē libello alia mutatiōe facta ar.in auth.siue oēs.C. si vt se ab hære. absti.& l.j.C.qui. pe.tu.alij dicunt quos sequitur idem
a Cy. quòd in aditione iudicis non est necessarius libellus nisi, postquā apparuerit cōtredictor vnde practica secundùm omnes talis erit quòd hæres scriptus coram iudice præsente suum testamentum non abolitū &c.& apud acta absq; alia solēnitate faciat scribi quomodo petit se mitti in possessiōe talium bonorum virtute talis testa. iudex aut hoc viso & audito faciet citari illos quorum interest ar.in l.hoc autē.§.j.ff.ex qui cau.in pos.ea.& eis cōparentibus tunc offertur libellus nominatim cōtra eos si fuerint legitimi cōtradictores & procedetur ordine iuris obseruato qa secūdū regulā iuris siue agatur aliqua actione siue officio iud.semper libellus offerēdus est si cōtradictor apparet vt hr̄ & no.in l.j.§.dies.ff. quis or.in bo.pos.ser.vbi aūt nullus apparuerit iudex interlocutorie ꝓnunciabit ipsum hæredem in possessionem mittendum & sic habes no. quòd sn̄ia interlocutoria vel diffinitiua debet p̄cedere hāc missionē vel executionem & hæc opi.est in vsu. Alij tamen voluerunt dicere & malle nullos esse citandos si tamē aliquis contradiceret tunc audiendus esset ar.in l.ij.vel iij.§.si causa & le.seruus.ff.de bo.pos. Ad vnum tamen attende quòd à sententia lata super hac missione siue fuerit interlocutoria siue diffinitiua non potest appellari: vt l.j.C.si de momē. pos.& quisquis.C.quorū ap.nō reci

QVATENVS ex officio vestro. Hic quæritur quis sit iudex competens huius missionis quouis modo in ea procedatur vbi est aduertendum quòd longa super hoc est dubitatio vt refert.Cy.in d.l.fina.tamen concludendo potest iudicis competentia tripliciter considerari. vno quidem modo inspecta natura ipsius causæ alio modo attenta

No. quid ꝓbare debet hæres vt in possess oneē mittatur.

Mors testatoris quomodo ꝓbatur vide Bar.i l.quoties.C de nauf.lib xj. Bar .in l.fi.C.de edi.adr.tol. bal.in l.ij. C.de ꝓba. spec . ti.de ꝓba.e.in.§. j.in ver.verū gl.in c. quoniā frequēter in § perro.vt lit nō cōte.lāfrāc.in re pe.c.quoniā cōtra falsā de pb.lo.ā. in addi.spe titu.de noterio crimine in §.fama.

qualitate rei petitę.tertio modo ipsius rei & actoris personarum inspecta qualitate. Primo modo attento distinguendũ est. aut quæritur de ipsa rei missione,& tunc iudex competens est ille qui habet merum & mixtum imperium, ita intelligitur glo.illa in d.l. fi. aut quæritur de pronuntiatione de mittendo, & tunc quilibet iudex etiã inferior esset iudex competens:vt l.cognitio.§.vt bonorũ. ff.de offi.eius cui man.est iuris.Secundo casu principali cum attenditur rei qualitas, dic idem, nam quilibet iudex ordinarius est iudex competens huius missionis, maxime is in cuius iurisditione est res seu hæreditas sita: vt l.ij.ff. quemadmo. testa. aper.& l.fi.C. de edi. diui adria.tol. Et pronunciata supermissione, si fortasse aliqua res posita sit in alterius iurisdictione, ille talis iudex, in cuius territorio illa res sita fuerit, ad literas primi iudicis faciet realem missionem in illa:argu.in l.cum vnus.§.j.ff.de bo.auth.in.pos.& no.in l. à diuo pio. in prin.& §.j.de re iudi. ad quod faciunt nota.per Bar.in l.j.C.de sum.tri.& fi.cath.in q. quæ incipit, sed dubitatur vtrũ testamentũ &c. Tertiò verò cũ cõsideramus qualitatẽ personarũ tam rei quã actoris.tunc distingui debet an agitur cõtra certã personã,vt hic. & tũc iudex cõpetẽs est iudex rei conuenti:vt in l.iuris ordinẽ.C. de iurisdi.om.iud. aut agitur cõtra incertã personã,cũ nullus appareat cõtraditior. & tũc iudex cõpetẽs est ille vbi hæreditas iacet,arg d.l. cũ vnus. in §.j. nam actiones seu conditiones ex l. potestatẽ suam vbique exercent.vt l.fin.C. de lon.tempo. præscriptio. Sequitur in littera.

PER VESTRAM diffinitiuam sententiam. Petitur autem hic per sententiam declarari super hac missione,quia vt supra dictũ est,sententia requiritur super eã vel diffinitiua si contradictor appareat vel interlocutoria si nullus contradicit: vt no.Cy. in d.l.fin. An autẽ à tali sententia possit appellari, dixi supra quòd non per l. quisquis.C. quorum ap. non resci. & l.j.C. si de mo. post. fu. ap.& tetigi plenius supra in titu.de appella. quæ interpo.ab interlo.Poterit tamen in integ.restiti. peti ex causa iusta.vt determinat Iaco.Bu.in l.falsam.C.si ex fal.instru.facit quod no.in l.cum se.C. si aduer.rem iudi. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Missus semel in possessionem hæreditatis cadens ab ipsa, an iterum benefi.d.l.fi.possit petere missionem.*

2 *Hæres scriptus existens in possessione hæreditatis petens se tueri per benefi.d.l.fi.an audiatur.*

3 *Secuta missione contra filium testatoris, si dicat postea testamentũ patris inofficiosum,an obstet excep.rei iudi.*

4 *Filius acceptans patris legatum,an possit dicere testamẽtum nullum,quia non est in eo institutus.*

5 *Testamentũ quãdo dicatur nullum ratione præteritiõis.*

6 *Filius eescendens per lineam fœmininam an possit dicere testamentum aui materni nullum.*

7 *Annullato testamento cogitur hæres scriptus restituere hæreditatem hæredi legitimo.*

8 *Filius institutus in bonis alienis, & extraneus in proprijs, an possit annullare testamentum patris.*

9 *Stante statuto quòd filia dotata non succedat quousque filius masculus vixerit,an præterita filia & institu.filio testamentum possit dici nullum.*

10 *Filio præterito & mortuo antequam impugnet testamentum patris,an testamẽtũ cõfirmetur vel nullũ remaneat.*

11 *Posthumo præterito quid iuris.*

12 *Fauorabilior est causa succedentium ab intestato quàm extraneorum.*

13 *Testamentum ex defectu solennitatis probatoriæ, an confirmetur filij voluntate tacita vel expræssa.*

14 *Fratre instituto cũ extraneo, dicente testamentũ patris nullum,quia fratrem præterijt & fratre præterito decedẽte,an extraneus succedat cum filio instituto.*

15 *Si testamentum dicitur nullum ratione præteritionis,an legata ex eo debeantur.*

16 *Quantum duret ius impugnandi testamentum.*

17 *Quæ sit legitima filiorum.*

18 *Legitima filij an possit auferri per statutum.*

19 *Querela inofficiosi cui competat.*

AC ETIAM realiter & actualiter mittã-
1 tis. †Sed quid dices si semel inductus fuit in possessionem,posteaq; cecidit ab ipsa possessione,an poterit iterato petere se mitti à iudice in eandem possessionẽ beneficio.d.l.fi.dicũt doct. quòd non,vt no.Cy. in d.l.fi.quia hoc beneficium non potest nisi semel intentari : arg.in l.quid si in diem.in prin.ff.de peti.hære.sicut nec actio famil. hercis.vt.l.si filia.§.familiæ.ff.fami.hercis. licet petitio hæreditatis sæpius intentari possit: vt l.licet. ff.de peti.hære.& not.per Cy. & glo.in l.j.C.fam. hercisc.

2 †Deinde quæritur quid si hæres scriptus sit in possessione hæreditatis, timens tamen futurã litem, petit à iudice per beneficium.d.l.fi. se tueri in dicta possessione,quæro an sit audiendus, doct.in d. l.fi.verũtamẽ secundùm Iaco.Bu.in d.l.fin.si mota esset lis vel quæstio contra ipsum hæredẽ possessorem per aduersarium petentẽ ipsam possessionem declarari nullã,& reuocari debere posse, hæres scriptus per modũ replicatiõis allegare ipsam esse aliquam,& petere inquantum appareat nullã ipsam per iudicem confirmari, & sic patet quòd quædam consequi possunt per modũ excipiendi, quæ non per modum agendi.

3 †Rursum quæritur,ecce lata sententia super missione ista cõtra filiũ testatoris, & facta & secuta reali bonorũ appræhensione per scriptũ hæredẽ, agit filius testatoris cõtra hæredẽ scriptũ, dicẽdo testamentũ nullũ,vel inofficiosum,& vendicat hæreditatem. quæritur an sibi obstet exceptio rei iudi.dic quòd nõ.arg.l.& in eadẽ.§.fi.ff.de excep. rei iudi. quia nihil cõmune habet proprietas cum possessione,vt l.naturaliter.§.nihil.ff.de acqui.po. ad quod facit l.si de proprietate.C.si à nõ compe. iu.& hanc partem sequitur glo.magna in fi. posi-

4 ta in d.l. fin. † Sed pone quòd testator legauit centum filio in testamento, in quo alius est institutus, & acceptauit legatum, deinde vult dicere testamentũ

testamentum nullum vel inofficiosum, quæritur an possit. dic quòd nō, quia petēdo & agnoscēdo legatū, videtur approbare testamētum, vt l.nō tantum. §.fi.& l.si ex duobus.ff.de bo.pos.cōtra tab.facit.l.parētib⁹.in fi.C.de inof.te.& ff.de iof.te.l.si pars.in fi.& l.pe.& l.post legatū.in prin.ff.de his q vt indi. Sed ecōtra si filius primo dicat testamētum nullū esse ex defectu solenitatis, & succūbat, nō repellitur à legato, secus autē si dicat ipsum testamētū falsum vel inofficiosum, quia succumbēs pdit legatum & fisco applicat̃, vt l.papinianus.§.meminisse.ff.de inoffi.test.l.alia causa.& ibi plene per Cy. C.de his qui vt indig.& l.post legatum.§.j.cum si. cuius ratio est quia non debet quis premium consequi ex eo quod nixus est impugnare, vt in c.cum olim.& ibi no.extra de censi.& in c.ex

5 co.& ibi per Dy.de re.iur.lib.vj. †Nunc reuocari potest in dubium quando dicatur testa-

a mentum[a] esse nullum ratione præteritionis, & breuiter dic quòd quando filius vel alius descendens testatoris in ipsius potestate constitut⁹, non fuit institutus. vel legitimè exhæredatus, quòd tunc dicitur præteritus, vt l.j.ff.de iniu.rup.& irri.test.& l.gallus.in princ.ff.de libe.& post. Et hoc habet locum etiam in filio legitimo tantum præterito, vt l.certum.ff.de iniu.rup.& irri.test. de iure fforum, sed de iure C.in tali filio hodie alter distinguitur. vt habetur in l.cum adopti-

6 uus.C.de adop.& insti.eo ti.§.ij. †Sed quid si filius filiæ, qui non est in aui materni potestate. vel alius descendens per lineam fœmininam, fuerit ab ipso auo præteritus, au poterit dicere testamentum nullum. dic quòd sic olim sed non per quærelam impugnare poterit testamentum, vt traditur in §.mater.insti.de exhære.hodie verò distinguitur aut est præteritus ex causa legitima & expressa, & locum habet ius antiquum, vt in d.§.mater.aut nulla causa est expressa, & tunc poterit dicere testamentum nullum, sicut quilibet existens in potestate, qa hodie expresio causæ est magis de substantia præteritionis & exhæredationis in omnibus descendentibus per quancunque lineam quā patria potestas secūdùm Bar.& doc. vt no.in auct.ex causa.C.de lib.præte.& ideo de iure nouo potest emancipatus præteritus sine causa dicere ipsum testamentum nullum, vt deter.gl.insti.de exhe lib.in prin. & l. maximum vitium.C.de libe.præte.& eodem modo filius præteritus à matre sine certa causa, pōt hodie dicere eius testamentum nullū, vt no.in d. §.mater.& per Bar.in l.si mater in prin.ff.de

7 vul.& pup. †Quouis autem modo fuerit testamentum ruptum vel annullatum, cogetur hæres scriptus in eo, restituere ipsam hæreditatem ipsi hæredi legitimo, ad quem delata est hæreditas ab intestato, vt l.cum emancipatus.in prin.ff.de contra.tab.cum si.ibi no. vt habetur in d.auct.ex cau

8 sa & in cor.vnde sumitur. †Quid autem dices de q.quam ego vidi, ecce quòd pater vel mater instituit filium in bonis alienis & extraneum instituit in proprijs. an hic filius poterit dicere testamentum nullum, dic quòd sic, qa nemini licet in reb⁹ alienis facere quequā sibi hæredē, vt no. in auct.ingressi.C.de sa.san.eccle. licet possit facere legatariū, vt in l.cū aliena.C.de leg.& in §.nō solū. insti tu.eo.ti. ergo dicitur filius præteritus, pro hoc faciunt omnia iura de filij institutione loquentia, quæ se referunt ad bona propria patris vel matris, vt l.in suis.ff.de lib.& posth.& l.maximum vicium.C.de lib. præte. & no.in d.auct.ex causa, & in cor.vnde sumitur. Ad hoc facit quòd pater tenetur de proprijs bonis, & non de alienis relinquere filio legitimam, alioquin potest filius impugnare testamentum tanquam inofficiosum, vt l.omnino do.& l.sancimus. C. de inofficio. testa. & l.papianus.§. quoniam.ff.

9 eodem. †Sed circa hoc quæritur, pone quòd statuto ciuitatis caueatur, quòd fœmina dotata nō succedat in hæreditate paterna, quousque superuixerit filius masculus & pater fecerit testamentum, in quo filium masculum hæredem instituerit & filiam præterierit, an testamētum erit nullum. videt̃ quòd sic per l.maximum vitium.C.de lib. præte. In contrarium determinat Bar.in l.fi.§.j.ff.ad ter.ista ratione, quia ille demum filius rumpit testamentum ratione præteritionis qui potest succedere ab intestato. & non aliter, vt d.l.j.§.penu.ff.de contratab. sed hæc fœmina excluditur à successione extantibus masculis per statutum, ergo liquet ipsam ratione præteritiōis eius nō posse infringere testamētū, sed stabit in pendenti secundùm eum, donec filius institutus superuixerit, eo autem mortuo post aditam hæreditatem patris, nullis ex eo superstitibus liberis, poterit ipsa mulier vendicare hæreditatē patris secūdum eum. aliter autem esset si statutum absolute diceret quòd fœmina non succedat extantibus masculis, quia tunc repelleretur à successione paterna, tam viuo quàm mortuo eius fratre masculo. Sicque patet quòd longa est differentia, an statutum loquatur sub hac conditione, vsque, vel donec vixerit masculus & similia. An simpliciter dicat fœminæ non succedant &c. dic vt ibi

a Quādo testamentum dicat̃ nullum ratiōe præteritiōis Bal.in l.si c.i.de testa. nuli. Bald. in auct.ex causa.C.de lib. præte. Bar.in l.cū quis.C. de iu.& facti ign.Bal. in addi.spe.in ti.de test.in ver.si præterite.& ibi spe.in ver. pone hæres.

per eum. Ex præmissis patet quòd in ciuitate Papiæ, in qua viget illud statutum, quo disponitur quòd extātibus agnatis vsq; ad quintum gradū inclusiuè non admittantur cognati ad successionem defuncti, est necesse testatoribus etiam descendētes ex linea seu per lineam fœmineam instituere vel exhæredare.

10 †Vlterius quæritur, ecce quòd filius fuit præteritus & antequā impugnaretur testm̄ mortuus est, quæritur, an testm̄ cōfirmetur vel nullū remaneat. Vbi notādum quòd variæ circa hoc sunt opi. doc. vt plenè no. in l. filio præterito. ff. de iniusto ru. test. & p Cy. & alios in l. ij. C. de posthu. hære. institu. attamē cōclusiue distingue. aut fuit præteritus filius natus. aut posthumus nascitur. Primo casu aut moritur ipse filius in vita tastatoris, aut post eius mortē. Si quidē moritur testatore viuente, tūc distingue. aut erāt in ipso testō instituti extranei qui aliâs non erāt ab intestato successuri, & tūc testm̄ rūpitur, & nullū remanet, nec filij morte confirmātur, vt l. si filius qui in ptāte. ff. de libe. & posthu. quæ lex debet sic intelligi. facit instit. de exhe. libe. in prin. & ibi no. Aut in testō erant instituti venientes ab intes. & tūc morte filij cōfirmatur testamētū vt l. posthumus, ver. idem circa. ff. de iniusto rup. & irri. testa. Si verò filius moritur post mortem testatoris, tūc secūdùm verā opi. licet aliqui aliter sentiant, dic quòd aut loquimur de rigore, & nullo modo confirmatur. sic intelligatur l. ij. C. de post. hæ insti. aut loquimur de æquitate, & tunc cōfirmatur siue in eo sint instituti extranei, siue venientes ab intest. & siue ipse filius expressè approbet testamentum, siue taceat, vt d. l. filio pterito. quæ sic est intelligenda, quæ quidē æquitas, cum sit scripta in iure. pfertur rigori, vt d. l. j. C. de leg. & l. placuit C. de iud.

11 †Scdo autem principali casu qñ posthumus fuit præteritus tunc distingue, vt s. nam aut posthumus decedit in vita testatoris aut post eius mortē. Si in vita, tunc siue sint instituti extranei, siue venientes ab intesta. testm̄ cōfirmatur æquitate prætoria, non ciuili, vt d. l. posthumus in prin. j. rñ. & quo ad hoc differt posthumus à iam nato filio, nam vt dictum est, in filio iā nato fit differentia inter personas institutas, vt dictum est, huius aūt differētiæ rō pōt esse, qa testm̄ in quo posthumus est præteritus est aliqd à sui principio sed ipsius posthumi natiuitate rumpitur, vt d. l. j. illud autem testm̄ in quo iā natus est pteritus, est à sui principio nullum, in l. j. ff. de iniust. rup. & irri. testa. vñ quòd ab initio fuit aliqd, facilius vires reassumit, quā quòd fuit nullū, ar. in l. si testm̄ & quòd ibi not. ff. de testa. in l. iij. in fi. ff. de lib. & posth. & l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. Si autem moritur post mortē testōris, tunc siue ilico, siue ex interuallo, non confirmatur de rigore iuris ciuilis, vt d. l. ij. C. de posth. hæ. insti. quæ sic intelligitur. sed de æquitate prætoria bñ cōfirmatur casū d. l. filio præterito. immo scdm̄ aliquos inspecto iure ptorio, nullo mō fuit ruptum, vt habetur & no. in l. ij. ff. de contrata. Et ex hoc patet quòd d. l. filio præterito. pōt locum habere etiam in filio posthumo. fuit aūt in hoc casu dñs Bar. in singu. opi. dicit eē aduertedū esse, an posthumus decedat in tali statu in quo possit sibi tacita approbatio imputari. & tūc confirmatur, an, nō, & tūc non cōfirmatur, arg. in l. si impubes. in fi. ff. de carbo. edi. quæ opi. reprobatur & merito, qa debet facilius simpliciter confirmari in posthumo qua in iā nato, iuxta rōnē prædicta. vel pōt distingui in hoc casu sicut in superiori an sint instituti veniētes ab intesta. vel extranei, primo casu loquitur l. filio præterito. Secundo casu loquitur l. ij. C. de posthu. hære. sicque secundùm hoc mortuo posthumo post mortem testatoris, non est differentia inter eum & filium natum, quia vtrobique distinguendum est inter eum & institutos.

12 †Et ratio, quia fauorabilior est causa succedentium ab intesta quàm extraneorum, vt lege si duobus. §. si post. ff. de contrata.

13 †Sed an testamentum ex defectu solennitatis probatoriæ, puta numeri testium, confirmetur voluntate filij, tacita vel expressa, dic quòd non, vt not. in l. non dubium. C. de testa. Si tamen scienter ipse filius impleat voluntatem testatoris, soluendo legata, vel promittendo soluere, non poterit repetere, vt l. secunda & lege si veritas. C. de fideicom. & lege fina. C. ad legem fal.

14 †Inde quæritur, supra dictum est quòd taciturnitas filij præteriti operatur confirmationem testamenti. Pone ergo duos esse fratres in potestate quorum vnus est præteritus, alius verò institutus cum extraneo. modo frater institutus beneficio præteriti dixit testamentum nullum quod facere poterit, per l. post mortem. in fine. ff. de contrata. deinde frater præteritus tacuit, & mortuus est, ita quòd eius taciturnitate confirmatum est testamentum per dictam le. filio. Extraneus autem vult petere partem suam hæreditatis ex testamento. quæritur an possit, videtur quòd non, sed alteri fratri superstiti deferatur tota hæreditas ab intestato per ius accrescendi, arg. in lege prima. §. fina. ff. si tac. te. null. exta. in auct. vt cum. de appel. cogn. §. siue igitur. ver. si autem. In contrarium determinat Bartolus in dicta lege filio per l. nunquam. in princip. & lege si is qui. §. sed si solus. ff. de leg. præstan. & lege secunda. §. sed si sit consanguineus. ff. ad ter. nec ob. dicta lex prima in fi. quia debet intelligi. quando præteritus expressè dixit testamentum nullum. secus autem si tacuit, quod multum not.

15 †Amplius quæritur quid si testamentum dicatur nullum ratione præteritionis, vel inofficiosum, an legata in eo relicta erunt præstanda. dic breuiter quòd olim nullo modo præstabantur, licet omnia ad nihilum reducebantur, vt lege papinia. §. si ex causa. ff. de inofficio. testa. cum si. ibi not. hodie autem præstantur, nam vicium interueniens circa præteritionem vel exhæredationem non se extendit ad legata, vt in auct. ex causa. C. de lib. præte. & in corpore vnde sumitur. & procedit hoc in præteritione. tam paterna quàm materna

secus

ſecundùm communem opin. licet Iaco.But.quem ſequuntur aliqui & malè,teneat quòd dicta authē. ſolùm procedat in præteritione materna,& nō in paterna, ſed in paterna firma remanent iura antiqua.Item procedit d.authen. ſiue ſit filius iam natus, ſiue poſthumus præteritus vel exhæredatus, ſiue ſcienter ſiue ignoranter ſecundùm communem opi. alij verò faciunt differentiam inter filiū natum & poſthumum,dicentes quòd ſi filius iam præteritus ſit vel exhæredatus,tunc legata debentur,vt d.authen. ex cauſa. & in hoc corriguntur iura antiqua, vbi autem præteritus vel exhæredatus ſit poſthumus, tunc debentur legata.& hoc caſu firma remanent & incorrecta iura antiqua, vt lege prima.C.de poſthu.hære.inſti. & lege ſi quis teſtamento.ff.de lega.primo,cum ſimi.quam opi. ſecuti ſunt Dyn.& Iaco.But.priorem verò opinio. ſequitur Cynus & Iacobus de Are. quam opinio. confirmat glo.in lege generaliter.§. teſtamento. ff.de fideicommiſ.liber. & in lege bona.§.ſi.ff. de capti.& in lege ſi pater.ff.de fideicom.libe. & ff. de teſta.tut.lege prima & lege ſecunda.ff. de leg. tertio. lege ſi quis teſtamento. & in lege prima. C.de codi.alia fuit opinio Bartoli in dicta authen. ex cauſa. ſic dicentis , quòd ſolùm attendi debet ſcientia vel ignorantia teſtatoris circa præteritionem vel exhæredationem interueniens, non autem qualitas perſonarum ipſorum filiorum. aut ergo ſecundùm eum teſtator ſcienter exhæredat filium iam natum vel poſthumum:& tunc legata debentur:vt dicta authen.ex cauſa. & quo ad hoc corriguntur iura antiqua,aut ignoranter, & tunc legata non debentur, & hoc caſu ſtant incorrecta iura antiqua. argumentum in lege ſi cum vel in vtero.C.de teſtamen. mili.& lege qui iure militari.ff.eodem titu. puto quòd opinio Cyni & ſequacium ſit æquior & verior.

16 †Sed quantum durat ius impugnandi teſtamentum, dic aut impugnatur vicio nullitatis , & tunc durat xxx.anno.ſicut cætera iura:vt inſti.de perp. & temp.ac. in prin. & notatur in l. quidam in ſuo. ff.de condit.inſtitu.per Bar.aut impugnatur vitio crudelitatis ſeu impietatis tanquam inofficioſum: & tunc durat quinquennio.vt lege papi.in fine.ff. de inofficio. teſtamen. & l. ſi quis filium. in fine. C.eodem titulo facit lex ſecunda.C.in quibus cau. in inteſt. reſtituatur, non eſt neceſſaria. & procedit hoc tam in vim agendi quàm excipiendi , vt dicta lege papinia. §. ſi filius. Aduerte tamen ad hoc vt teneat præteritio vel exhæredatio, debet in teſtamento eſſe incerta cauſa legitima, & à iure approbata, vt in §.cauſas. in authentica vt cum.de appella. cogno. quam tenetur hæres probare veram eſſe, quia non creditur teſtatori, vt ibi, ſicut nec iudici: vt in c. quoniam contra falſum. extra de probatio. probata autem cauſa per hæredem, filius excluditur ab vniuerſa ſucceſsione,etiam à legitima,vt in d.§.cauſas in fine. & §. liberi. in fine.C. de inoffi. teſtamen. & notatur in dicta lege papinia.§. quoniam autem quarta.ſi verò nō fuerit probata cauſa admittitur ipſe filius ad debitam portionē ab inteſtato, ac ſi non fuiſſet præteritus vel exhæredatus, vt lege omni modo.& l.ſancimus.§. repletionem. C.de inoffi. teſt.

17 a † Iſta autem filij legitima [a] olim erat quarta pars illius portionis hæreditariæ , quæ ſibi deferebatur ab inteſtato , vt dicto §. quoniam. & l. parentibus.C.de inofficio.teſtamen. hodie verò eſt tertia vel dimidia ſecundùm numerum lib. vnde verſus,

Quatuor aut infra dant natis iura trientem. Semiſſem verò dant natis quinque,vel vltra,

vt in auth. nouiſsima.& ibi not.C.de inoffi.teſta.attende tamen quòd in computatione huius legitimæ prius detrahi debet omne æs alienum,vt dicto §.quoniā. in fine. & probatur in lege prima. §.finali. ff. ad trebellianum. & lege ſucceſſores.ff.ſi cui pluſquam. per legem fal.plene no.per glo.& Cyn.in l.cū à matre.C. de rei vendi.& in l. ſancimus. §. in computatione.C. de iure deli.

18 †Sed dubitatur & aſsidue in practica contingit an legitima filij poſ- b ſit auferri per ſtatutum,[b]ſeu legem municipalem, ſuper quo ſunt variæ opi. nam Dynus tenuit quòd ſic in regula indultum, Richar. male tenuit quòd poſsit minui,ſed non in totum auferri, de quo plenè nota. per Cyn. in lege ſancimus.C. de nup. & per Bartolum in lege titio. §. titio. ff.de conditio.& demonſt. quod no. pro ſtatutis, quæ diſponunt quòd filia ſit eius dote contenta &c.

19 †Not. etiam quòd quærela inofficioſi teſtamenti competit illi ſoli, qui obtinet primum gradum ſucceſſionis,vt in lege pater.& ibi per Bar ff.de inofficio. teſta.& glo. in lege ſi quis exhæredato. in prin. ff.de iniu.ru.& irri.teſta.& no.Azo.in ſum. C.de inofficio.teſtamento. & glo.in lege neptem.C. eodem. Ideoque poteſt filius , ſi eius filium inſtituat hæredem præterire patrem & matrem, nec eis dabitur quærela contra filij teſtamentum, quia non obtinent primum ſucceſsionis gradum . Iſta autem quærela, de qua præmiſimus & per quam impugnatur teſtamentum tanquam inofficioſum tranſmittitur in filij hæredem , etiam non præparata, ſeu li.nō cōte. licet olim ſecus eſſet,

a *No. qua ſit legitima filij.gl. in authē. nouiſsima. & ibi docto.C.de inof.teſt.& in l. nuper. eo.ti.Barto. in l.quotiēs C. de hære. inſti.doc.in c.ray.de te.*

b *Vtrū legitima filij tolli poſsit p ſtatutū Pa. de Caſt. in authē.nouiſsi. C. de inof. teſt. Cy. & Bal.et doc. in l.ſcimus C. de nupt. Bal. in l.cū l.C. de epi. & cle.Bal. in l.j. in §. ius naturale. de inſti. & iu.Ang. in l.quod de bonis. in §. ſi.ff.ad legē fal. Spe.tit. de inſtru. edi.in §.cōpēdioſe.Ioā. And.ī regu. indul.de regu.iu.lib.vj in mer.Ioā. de Imo.c.cū cauſam. de iureiu.Fed. de Se. cōſil. lxxv. & in cōſ.cclxxv. Lu.Ro.cōſ. cxxxij.& ī cōſi. xxxij. Pau.de caſ. cōſi. lxxvj. & in conſi. ccxxxij. Alber.de roſa in trac.ſta. in ij. parte q.ciij.*

vt habetur in l. si quis filium. C. de inoffi. test. patet ergo quòd testamẽtum potest impugnari quatuor modis, videlicet dicendo ipsum nullum ex defectu solẽnitatis, & nullum ex defectu præteritionis, & nullum ex defectu pietatis, & falsum ex defectu veritatis.

MISSVMQVE defendatis. Hoc enim pertinet ad iudicis officiũ possessorẽ tueri in eius possessiõe: vt ff. ne vis fiat ei qui in pos. per totum.

EPITOME.

1 *Exceptiones legitimæ sunt admittendæ nume. 2.*

3 *Rescriptum propter quod procedatur in causa nulla obstante exceptione, qualiter intelligatur.*

4 *Possessor restituens hæredi scripto hæreditatem, an teneatur ad fructus perceptos.*

CONTRA dictionibus & exceptionibus.

1 † Hoc debet sane intelligi, videlicet quando sunt tales exceptiones, quæ de iure nõ sunt admittendæ, quæ ponuntur in d. l. ij. C. de edi. diui. de quibus no.

2 in d. l. ii. vt supra dixi. † Aliæ autẽ exceptiones legitimæ sunt audiendæ & examinadæ, quia defensio legitima nemini est denegãda, cũ sit de iure naturali: vt l. vt vim. ff. de iusti. & in l. j. C. vnde vi. & in cle. pastoralis. extra de re iu. facit l. scientiã. §. qui cũ aliter. ff. ad l. acqui.

3 † Hinc est quòd si Papa vel princeps rescribat iudici ꝙ in causa procedat nulla exceptione[a] obstante, videtur remota sola exceptione friuola, nõ autem legitima: vt in c. ex parte. & quod ibi no. extra de offi. dele. & no. ꝑ Bar. in l. j. ff. quod vi aut clã. Sed pone ꝙ iste Pasqual. dicat se expẽdisse vtiliter vel necessario in rebus hæreditarijs, an sit audiendus, dic quòd sic: vt l. si quid possessor. ff. de pe. hę. & procedit hoc in bonæfidei possessore. In malæfidei verò distinguitur, an res sit ex illa impensa melior facta. & tũc auditur, aliàs secus: vt l. planè. & l. quòd sumptus. ff. de pe. hæ.

4 † Sed quid si iste Pascalinus fructus ex his bonis percepit, an teneatur eos restituere hæredi scripto, dic quòd aut fuit malæfidei possessor, & tunc siue fructus extant siue cõsumpti sunt, tenetur ad restitutionem, aut fuit bonæfidei, & tunc subdistinguitur, aut fructus extãt, & tũc tenetur eos restituere, aut sunt consumpti, & tunc tenetur, quatenus est factus locupletior, & nõ vltra, vt hæc omnia habẽtur & probantur in l. illud. §. prædo. & l. quod si sumptus. cũ seq. & l. cum hæreditas. & l. ancillarũ. & l. sed & si lege. §. sed si fructus. & l. itẽ veniunt. §. fructus. & ibi no. ff. de peti. hæ. licet vbi agitur actione singulari aliter distinguatur: vt traditur per glo. in d. §. fructus. & latè scripsi supra in primo li. in glo. super verbo simul cum fructibus.

a *Nulla exceptione. adde & vide Peru. in c. pastora. de appella. & Alexand. de Imo. in l. nõ erit. §. dato ff. de iu. iuran. vbi dicit quòd nõ intelligitur exclusa excep. nullitatis ex defectu iurisdi. nunc etiam excep. comprehensa à statuto stante, quod nulla excep. opponi possit.*

ET PRAEDICTA petit. Hanc clausulam declara cum alijs sequentibus clausulis, vt plenè scripsi in d. j. lib.

Forma libelli pro hære. ab intestato delata.

CORAM VOBIS. Agit & in iure proponit Musellus de Salerno hæres & hæredario nomĩe intrascripti Bernardi, cõtra & aduersus Thomasinum de Barachis. & cõtra quãcunque aliã personã pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparantẽ, Dicens quòd q. Bernardus de Salerno certo tempore elapso diem suũ clausit extremũ, nullo condito per eum testamento, nullisq; ex eo superstitibus liberis, nec alia aliqua persona proximiore in gradu ipsi Bernardi, quàm sit d. Musellus, cuius rei causa hæreditatis, & bona d. q. Bernar fuerunt & sunt ab intestato deuoluta ad ipsum Musellum, & ad eum iure proximitatis, & tanquã proximiorẽ pleno iure spectauerunt & pertinuerunt, & hodie spectant & pertinẽt ad ipsum, quam hæreditatem adiuit, & adit ex causa prędicta. Item dicit & proponit idẽ Musellus, ꝙ d. hæreditatem, res, & bona hæreditaria vniuersa, præfatus Tho. certo tẽpore elapso emit & possedit, & adhuc hodie tenet & possidet indebitè & iniustè ipsam hæreditatẽ, res & bona hæreditaria, indebitè & iniustè dimittere & relaxare, ac restituere d. Musello hæreditario nomine recusauit, præsentialiterque recusat. Quare cũ prædicta vera sint, petit & requirit præfatus Musellus hæres hæreditario nomine quo supra, quatenus per vos & officium vestrum & omni alia via, iure & forma, quibus melius fieri potest pronũcietis & declaretis hæreditatem resque & bona hæreditaria antedicta suprascripti q. Bernar. spectasse & pertinuisse, ac spectare & pertinere pleno iure dicto Musello tanquam agnato & proximiori ipsius q. Bernar. quodq; cõdemnetis præfatũ Thomasinũ versus d. Musellũ & cõdemnatũ iuris remedijs cõpellatis ad dimittendũ & relaxandũ, tradẽdum & restituendũ eidẽ Musello d. hæreditatem, resque & bona hæreditaria prædicta simul cũ fructibus perceptis per ipsum Thomasium ex hæreditate, & bonis antedictis & qui percepti potuerunt

ac etiam in omnibus damnis intereſſe & expenſis paſsis & factis & in futurum fiendis & patiendis. Et prædicta petit per vos fieri &c. deducendo in præſenti iudicio &c. ſaluo iure addendi &c. nõ tamen ſe aſtringens &c.

EPITOME.

1 *Hæeditatis petitio datur tam ex teſtamento quàm ab inteſtato.*
2 *Ius adeundi ſuper hereditate durat ſolum anno.*
3 *Ius deliberandi tranſmittitur ad omnes hæredes.*
4 *Tranſmitio hodie fit æqualiter tam per emancipatum quàm per ſuum.*
5 *Speciale eſt in infante quod per eum tranſmittatur hæreditas non adit.*
6 *Tranſuerſalium hæreditas non adita non tranſmittitur*
7 *Is in quem facta tranſmiſsio ſemel ſi decedat non adita hæreditate an eam tranſmittat ad ſuum heredem.*
8 *Quid veniat in hæreditatis petitione.*
9 *Volens agere ad rem ſingularem hæreditariam potius debet agere rei vendi. vel publicia quàm petitio hære.*
10 *Rei vendi. & hæredita. petitio an ſimul intẽtari poſſit.*

1 CORAM VOBIS †Hic in præſenti libello intentatur hæreditatis petitio quæ datur tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, vt l. licet. & ibi no. C. de iu. delib. & l. hæreditati. C. de peti. hære. & l. hęreditatẽ. C. in qui. cau. ceſ. lon. temp. præſcri. ſicut etiã durat ius & facultas
2 hæreditatis adeundæ, vt d. l. licet. †Ius autẽ deliberandi ſuper adeunda hæreditate durat ſolùm anno, vt l. cũ antiquioribus. C. de in. del. & ipſius iuris fit tranſmiſsio hæredis in hęredem quemcũq;, ſiue extraneum ſiue ſuũ, cum poteſtate adeundi, vel repudiandi, vt l. cum antiquioribus. anno verò elapſo hæreditate nõ adita, non tranſmittitur regulariter nec ius aliquod adeundi, vt l. quoniam. C. de iu. deliberã. & l. j. §. in nouiſsimo. C. de cadu. tol. niſi ſit filius minor infante qui hæreditatem omnium ſuorũ aſcendentium tranſmittit non adhibitam etiam poſt annum in eius deſcendentes, vt l. j. §. in nouiſsimo. C. de cadu. tollen. & l. j. C. de his qui ante aper. ta. imo etiam ad omnes, cuius gratia circa tranſmiſsionẽ hęreditatis duo ſunt cõ
3 ſideranda principaliter. †Primò, an ius deliberandi tranſmittatur, & dic quòd ſic ad omnes hæredes, ſiue ſint aſcendentes ſiue deſcendentes, ſiue extranei, vt l. cũ antiquioribus. C. de iu. deli. Secundò eſt conſiderandũ, an hæreditas non adita & ſic ius adeundi tranſmittatur. Et hoc eſt diſtinguendum, aut ille qui deceſsit hæreditate nõ adita, erat infans, & tunc aut erat hæreditas paterna, vel materna, & tunc tranſmittitur in eius aſcendẽtes vtriuſq; lineæ, aut erat hæreditas extranei & tũc ſecũdũ cõmunẽ. doc. opi. etiã illa trãſmittũtur, tã ad patrẽ quã ad matrẽ, & alios ſuperiores vtriuſq; lineæ, p l. ſi infanti. C. de iu. deli. & not. p Bar. in l. vẽtre. ff. de ac. hæ. & l. ex militari. ff. teſta. mili. & l. ij. §. ſi qs ex liberis. C. ad ter. & p Ia. bu. in d. l. cũ antiquiorib⁹. & p Cy. ĩ d. l. ſi infanti. licet Ia. de bel. male dicat in authen. de trien. & ſeu. quòd infans extraneus hæreditatẽ non tranſmitit ad eius matrem, nec ad alios ſuperiores ex linea materna, ſicut facit ad matrem. Aut ille qui deceſsit hæreditate non adita, erat maior infante, & in hoc ſubdiſtingue tres principales caſus. Quãdoq; enim quæritur de tranſmiſsione hæreditatis paternæ vel maternæ fienda per filium vel alium deſcendentem. Quandoq; quæritur ecõuerſo de tranſmiſsione hæreditatis filij vel nepotis, aut alterius deſcendentis fienda per eorum aſcendentes. Quandoq; quæritur de tranſmiſsione hæreditatis tranſuerſalis, puta fratrem couſanguineorum inter ſe vel aliorũ extraneorũ. Primo caſu dum quæritur de tranſmiſsione hæreditatis aſcendentium, puta paternæ vel maternæ fiendæ per eorũ deſcendentes, ſubdiſtingue. Aut loquimur in filio vel nepote in poteſtate defuncti cõſtituto, & per eum fit indiſtinctè tranſmiſsio in quoſcũq;, tam aſcedentes quàm deſcẽdẽtes, etiã extraneos ſecundùm cõmunẽ omniũ doct. opi. vt probatur in d. l. ex militari. §. ſi. ff. de teſt. mil. & l. hæreditatem. §. ſi filius. ff. de caſtr. pec. & l. lucius. ff. de iur. ſiſ. & not. in l. apud hoſtes. per Cyn. C. de ſuis & legi. & plenius per eum in l. j. C. de his qui ante aper. tab. & l. ij. C. ad orfi. & l. iij. C. de iu. deli. & Barto. in d. l. ventre. aut loquimur in filio nepote emancipato, & tunc ſi habet deſcendẽtes, fit in eis tranſmiſsio, ſecundùm omnes doct. per l. j. C. de his qui ante aper. tab. ſi verò habet ſolos aſcendẽtes: puta auum vel matrem, & tũc ſecũdũ opi. glo. traditam in l. ij. C. ad orfi. & d. l. apud hoſtes. & d. l. j. fit in eos tranſmiſsio de æquitate. d. l. j. de his qui ante aper. tab. quam opi. ſequitur Iaco. Bu. ſed Cy. & Iac. de Are. vidẽtur ſentire cõtrariũ in d. l. ij. ad orfi. & d. l. apud hoſtes. quorũ opi. ſequitur Bart. in d. l. ventre. aut habet ſolos collaterales vel extraneos, & tunc de iure veteri planũ eſt quòd non fit tranſmiſsio: vt d. l. ij. ad or. ſed iure nouiſsimo, in quo ſublata eſt differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis: vt in anthen. de hære. ab inteſt. §. nullã. videtur dicere ꝙ fiet trãſmiſsio, ſicut dictũ eſt de illo qui eſt in poteſtate, pro quo facit l. me minimus. C. de legi. hære. ſuper quo Bar. dubitat in d. l. ventre. ſed ſequendo opi. Cy. de qua ſupra nõ fit trãſmiſsio ad matrem multominus ad aliũ
4 collateralem vel extraneum. †Ego credo quòd hodie æqualiter fiat tranſmiſsio, tam per emancipatum quàm per ſuũ in poteſtate conſtitutum, & hoc reſpectu ſit vera opin. d. glo. de qua in d. l. ij. ad orfi. cũ enim ille §. nullã. loquatur generaliter, generaliter debet intelligi: vt l. j. §. generaliter. ff. de le. præſtan. cum ſi. & maximè cum de filij fauore tractatur, quod etiam confirmat ratio & æquitas d. l. j. C. de his qui ante aper. tabul. Secundo caſu principali quando quæritur econtra de tranſmiſsione hæreditatis deſcendentium fienda per eorum aſcendentes, verbi gratia, deceſſit nepos ſuperſtite eius patre & auo, qui pater deceſsit nõ adita hæreditate filij, an illam tranſmittet

ter ad auum & breuiter secundùm
5 Cy.& Pe.in dicta.l.j. †Dic quòd non quia speciale est in infante vt dicta lege si infanti. & quia d.l.j.est contra omnes regu.ideo non est extendēda ad alios casus vt l.quòd vero cōtra.et l.q nō ratiōe.ff. de leg. Tertio principali casu dum quęritur de transmissione hæreditatis transuersalium vel extraneorum p eos fienda in suos hæredes.
6 †Dic quòd regulariter talis hæreditas non adita non transmittitur, vt d.§.nouissimo & not.per Cy.in d.l.j.Fallit in certis casibus not.per glo.& Barto.in d.l.ventre. de qua materia transmissionis plenè not. Iaco.de bel.in auth.de triē.& se.sed tamen secundùm Bar.in pluribus errauit.
7 †Quid si ille in quem semel est facta transmissio decessit ante aditam hæreditatem nunquid ipse transmittat ad suum hæredem puto quòd non quia lex de primo tantùm hærede loquitur.
8 † Quid autem veniat[a] & deducatur in hac hęreditatis petitione. Attende quia in ea venit ius pleni dominij & proprietatis quod competit hæredi sicut competebat defuncto vnde sententia lata in hac petitione hæreditatis facit plenum præiudicium inter partes tam in proprietate quàm in possessione vt l.si inter me & te.ff.de exce.rei.iudi.& in hoc differt à cōditione d.l.si.C.de edi.di.adri.toll. de qua in proximo titu.loquuti sumus insuper per hanc actionem vendicantur omnia bona quæ defunctus possidebat seu simpliciter detinebat vt puta commodata vel deposita siue fuerint bona mobilia siue immobilia siue corporalia siue incorporalia & iura & actio vt habetur in l.item videndum.§.fi.et l. non tantum.in prin.ff.de pe.hær.et datur hęc petitio. hæreditatis solummodo contra eum qui possidet pro hærede vel possessore vt l.regulariter cum sequen.ff. de peti.hęre. non autem contra alium alio singulari titu.possidentem, vt le.hæreditatis petitio.C.de peten.hæredit. lege hęreditatem.C.in qui.cau.co. ces.lon.tempo.præscri.cum ibi no. et quæ sit ratio tangitur per Cy.in l.cogi.ff.de pe.hær.quæ ratiōes magis iuris apices et superfluas subtilitates respiciunt quàm subditorū vtilitates. Ideoq; sanctū esset sup hoc puidere, qa multi dānificātur & decipiūtur, & ob hoc in exordio litis fiunt interrogatiōes reo, an possideāt pro
9 hærede vel pro possessore. †Est ergo cōsultius volēti agere ad rem singularē hæreditaria, potius rei vendi. vel publicia. intētare, quàm hæreditatis
10 peti. †An autem vtraque actio simul possit intētari, no.per gl.Cy.& Ia.Bu.in l.ij.C. de peti.hære. secundum quos cōclusiuè dicitur quòd pro eadē nō possunt simul intentari, sed pro hæreditate potest agi petitio hæreditatis, & pro re singulari potest agi rei vendi.vel publicia.vel alio singulari titu. sed interdictū quorū bonorū nō datur contra ti.singulari possidentē, vt l.ij.C.quo.bo.& not.per glo.in l.fi.C.de edi.di.adri.tol. Interrogandus est ergo ante omnia possessor, an pro hærede vel possessore possideat, vt no.in d.l.ij. & l.cogi.vt s.dixi.
11 † Cōpetit autē hæc petitio hæreditatis, cū ipsa actio sit ciuilis his solis, qui ad hæreditatē vocantur de iure ciuili, illis autem qui de iure prætorio admittuntur, datur alia actio quę bonorū possessoria hæreditatis petitio appellatur. quæ quidē est eiusdē effectus & potestatis cuius est ista ciuilis, vt habetur in l.j.& ij.ff.de bo.pos.hær.peti. Et not. quòd hæreditas solo animo acquiritur, vt l.gerit.& l.pro hærede.ff.de acqui.hære.& l.si auia.C.de iu. deli.dūtamen cōcurrāt illa, de quibus no.per glo. in l.is potest.ff.eo.tit. & etiā quod fiat purè & nō sub cōditione aliqua.& ideo nō valeret, si quis diceret, adeo talem hæreditatē, si est locuples.& soluendo: vt in l.eum qui.in fi.ff.eo.tit.

NVLLO condito testamento. Hoc ideo dictū est, quia si fecisset testamentū, nō haberet locum successio ab intestato, per l.quādiu.ff.de acqui.hę. & l.quādiu.de reg.iu.& sic hæres scriptus excluderet ipsum M.nisi fortasse ipse M.esset hæres scriptus & proximior agnatus, quia tūc repudiare posset ex testamento & adire ab intestato, vt l.j.cū le. ff.si quis omi.causa test. Quid igitur si vtroque modo adire poterit hęreditatē, & eā petijt ab intestato & succubuit, an postea poterit eam petere ex testamēto, circa hoc subdistingue, aut sciebat scriptū hæredē, aut ignorabat. Primo casu nō auditur vlterius quasi videatur tacitè renūciasse successioni ex testamēto, vt l. filiū emancipatū.& l. ex contrario.§.hæres institutus.ff. de acqui.hęre. secūdo autē casu audiēdus est, vt quasi ignorās nō videatur iuri suo renūciasse, vt l.mater decedens. ff.de inoffi.testa.facit l.si is ad quē.ff. de acqui. hę. & l. si ex sextante.§. latinus largus.ver. quęro. & ver.cum autem.ff.de exce.rei iu.

a Quid autē veniat.adde tu quòd emphiteusis ecclesiastica possessa à defuncto nō venit in hac actiōe ita Cy.& Bar.in l.vidēdū.§.fi. de pet.hær. & per Alexā.in cōsi. xcj.col.pe. versi.nō obstat in j. vol.& ibi etiam habetur quòd agēti hac actione nō ob exceptio de iure tertij allegat. l.si res.Alexand.ff.ad trebellia.

EPITOME.

1 *Filius est dominus bonorum paternorū, etiam viuente patre.*

2 *Filij si ex omni causa repudient, tam ex testamento quā ab intestato, adhuc priuilegio speciali volentes infra triennium adire audiuntur.*

3 *Hæredum quot sunt species.*

4 *Filiorum quot sunt species.*

Qui

NVLLISQVE superstitibus ex eo liberis. Merito dicitur quòd nulli supersunt liberi.
1 †Nam extantibus liberis hi omnibus successione præteruntur, vt pote domini bonorum paternorum etiam viuente patre probatur in l. in suis.ff.de li.& posth.& l.cum ratio in princi.ff.de bo.dam.& l.scripto.ff.vnde lib.& in auth. de hær. ab inte.in prin.& l.j.§.recte.ff.si ta. te.nul.ex. & insti.de hæred.ab inte. in princi.& in tantum præferuntur quòd si repudiant paternam vel ascendentium hæreditatem vel ex ea parte quæ est vnde liberi adhuc possunt ad illam venire per vnde legitimi & hoc modo possunt sibijpsi succedere & alios remotiores excludere vt per Bartolum in l.ij.ff. vnde leg.& in lege prima.§.nunc
2 videndum ff.de su.edi. †Et etiam amplius si ex omni causa repudiãt tam ex testamento quàm ab intesta. adhuc priuilegio speciali volentes infra triennium adire audiuntur vt l.fin.C.de repu.hær. quanquam regulariter semel repudiata non possit vlterius adiri nec adita possit re pudiari vt l.j.§.qui semel.ff. de suc. edi.& leg. sicut.& l.suus.C.de repu. hær.impedit ergo aditionem hære ditatis ab intesta.fiendam per extraneum filius siue sit natus siue vtero exstens idemque impedit quilibet alius proximior defuncto nam regula est quòd posterior in gradu impedit adire donec spes est quòd prior velit adire l. cum quidam. ff. de acqui. hær. Alia etiam sũt necessaria vt possit hæreditas adiri de [redacted] potest ff.de acqui.hær.[redacted] in gl.quę incipit.hic aduerte.
3 †Ad huius [a] tamen tractatus pleniorem doct.dic quòd hæredum siue succedentium tres sunt species secũdùm communem sententiam, quidam enim sunt descendentes vt filij & similes, quidam sunt ascendẽdentes vt pater & mater & similes: quidam sunt collaterales vt fratres, & similes & consanguinei & si. addo & quartam speciem videlicet qđ quidam sunt reuerentiales vt patronus

[a] Ad huius. vide p Ca. alexã. super arbore consanguinitatis.

nus & similes, vt inst.de suc.li.& ff.
de depo.li.per to. in quibus omni-
bus casibus quæri solet de modo &
ordine succedenti inter eos. Venio
itaque ad primam spem hæredum
videlicet filiorum circa quā no.est.
4 † Quòd filiorum quinque sunt
spés, nam quidā sunt filij naturales
& legitimi vt illi qui nati sunt ex le
gitimo matri. vt insti.de nup.post
prin.& in c.per venerabilem, & ibi
no.extra qui fil.sint leg. quida sunt
filij legitimi tm̄, in quibus natura
nil operata est, vt adoptati: vel arro
gati: vt in le. cum in adoptiuis.C.
de adop.& insti. eo. in prin.&.§.le.
ff.de adop.per to. maximè in le. si
a arrogator. Quida sunt naturales [a]
tantùm, vt nati ex concubina, vt.C.
de na.lib.le. humanitatis. & in auc.
5 licet.C.eo.ti. † Vnde aduerten
dū quòd tria debēt concurrere. vt
sit naturalis tantùm. Primò quòd
natus sit ex soluto & soluta. vt in
auc.de.incest.& nefan. nup. §.du-
bitandum.col.ij.& in auth. vt liceat
matri & auiæ. §.ad hęc. & le.C.
de cōcu. Secūdò quòd mulier vni-
ca concubina sit, & nō inter plures
annumerata. Tertiò quòd sit in do
mo retēta, aliter nō est propriè na-
turalis. vt no.per Dy. & bar.in.le.
in cōcubinatu.ff.de cōcu.& proba-
tur in authē. qui mo. na. effi.sui.§.
si quis autem.& xxxiiij.dis.c. si quis
vxori.xxij.q.ij.c.solet. & facit quod
hr̄, & no.in d.c.per venerabilē. quod
multum no. pro istis principibus, &
magnatibus qui tenent multas fœ-
minas quia ex eis nati nō sunt pro
prie naturales. Alij sunt quia spurij
appellātur qui vulgo nati sunt ex
muliere publica & patre incerto,
de quibus loquitur l.vulgo. ff.de
sta.ho. Alij nascuntur ex aliena vxo
re & adultero vel nati ex dannato
coitu [redacted] & hi filij damna
ti coitus appellātur & innumerabi
les sunt de quibus loquitur le.iij.&
in auth.ex cōplexu.C.de incest.nu.
6 † Si quæratur ergo qualiter [b] hu
b iusmodi filij succedant ascenden
tibus ab intestato defunctis. Aduer
tendum est quòd aut queritur de
filijs legitimis & naturalibus & ta
les siue in ptāte sint siue emanci
pati regulariter preferūtur oībus
in successione suorum ascendētium
nulla ab intesta. inter eos habita dif
ferentia vt in.§.nullam.in auth.de hęredi.ab inte-
sta.cum si.vt dixi supra si sint fœmine quia sublata
est differentia hodie in successionibus inter mares
& fœminas licet olim esset differentia, vt traditur
in le.maximum vitium.C.de in.prete.& in aut.de
hær.ab intest.§.j.& eo mó. preferūtur h[redacted]filij in
hęreditate matris & auię vt.ff.& C.ad orfi.p eo.&
insti.eo.tit.post princi.
7 † Super[redacted]o au[redacted]succedendi eorum ascēdēti
bus est quędam inter istos filios differentia, nam
aut sunt oēs cōsanguinei & vterini simul hoc est
nati ex eo patre & mr̄e & hi ęqualiter patri & ma
tri succedunt aut sunt vterini tantùm, hoc est nati
ex eadē matre & diuersis patribus & isti succedūt
æqualiter in bonis maternis.
8 † In bonis verò paternis quilibet succedit patri
suo vt hęc habētur in auth.de cōsan.& vter.fra.co.
vj. Et præmissa procedunt in filijs primi gradus
in alijs autem vlterioris gradus puta nepotibus &
deinceps distinguendum est secundùm Bar.& Cy.
vt per eos plene no.in auth.itaque mortuo.C.cō.
de suc. aut enim isti concepti erāt viuente eorum
auo vel proauo de cuius successione agitur aut fue
rint concepti post eius mortem. Primo casu sub-
distinguitur aut nati sunt in vita sui patris aut eo
defuncto. Primo casu aut ipse pater eorum hære
ditatem vult adire & tunc filius ideq; pater præfer
tur nepotibus tanquam vno gradu proximior ipsi
defuncto siue ipse sit filius emancipatus & nepo-
tes in ptāte sint vel econtra omnes emancipati
vel omnes in ptāte secundū iura nouissima & de
quibus traditur in auth. in successio.C.de su.& le
gi. licet olim aliter dicebatur vt habetur in l.j.&
per to.ff.de coniūgen.cum eman.li. vbi autem fili
us pręmoritur vel repudiat tunc nepotes ex eo ad
mittuntur siue sint nepotes ex filia vel ex filio iu-
re nouo & nouissimo licet olim natus ex filia ex-
cludebatur ab alijs natis ex alio masculo vt habet
insti.de suc.ab inte.§.nostra autem. & in auth.de
trien.& se.§. neque illo. quod ius antiqum est com
muniter approbatū per statuta ciuitatū & locorū
9 † Si autem supersunt soli patrui cum nepotibus
tūc succedūt oēs auo defūcto in stirpes tā iure ve
teri quā nouo. insti.de hę.ab inte.§.cū filius.& l.vt
intestato.C.de su.& le.& l.ij.& l.si defūctus.eo.ti.
& procedit hoc vt p̄dixi tam ī nepotibꝰ natis ex fi
lia quā ex filio iure nouo & nouissimo, vt d.§.neq;
illis. & in auth.de triē.& se.col.iij.& in.§.pe.& fi.
insti.de hæ.ab inte.& in auth. quæ tertiæ portiōis
C.de coll.& tā in nepotibꝰ natis viuēte patre quā
10 etiā post eius mortē. † Secūdo vere casu prin.
quādo nepotes sūt cōcepti post mortē aui & tūc si
eorum pater viuit ab eo excluduntur, si autem
mortuus est & tunc aut ipse filius adiuit ipsam
hæreditatem aut decessit infra tempus delibe-
randi & tunc ex persona sui patris ex iure inter
eos nepotes transmisso possunt ipsam hæreditatē
adire argu. in lege prima.C.de his qui ante aper.
tabu. & lege prima. §.in nouissimo.C. de cad.
tol.& no.per Cy.in l.fi.C.ad or.& d.auth.itaque.
&

Naturales qui sint gl. insti. de ingenuis. in §. fi. & diffuse per Car. Alex. in repet. c. per venerabilem. qui fil. sint leg.

b Qualiter descēdentes succedunt ascēdētibꝰ ab intestato doc. in l. si matre. et ibi Bal. C. de suis & leg. AZo. in su. in ti. de suis et legi. Bar. in l. j. de cōtrata. Bar. in l. fi. ff. de his qui ut indi.

& per Bar.in d.l.j.ff.vnde le.& in l.si quis exhæredato.§.j.ff.de iniu.rup.& irri.test. Aut filius decessit non adita hæreditate,& post ann. deliberandi, vel ipsa hæreditate repudiata, & tunc hi nepotes quasi incogniti excluduntur: vt no in l. intesta.C. de [redacted] auth.in succes.eo.ti.& probatur insti. [redacted] cit in authē.de hær. ab intest.§. reliquum.& d.l.si quis exhæredato.§.sed hoc ita.& [redacted]j.§. sciendū.& l.titius.& l.item prætor.ff.de su.& le.hæ. Quæ sententia est multum rigorosa & æquitati contraria. ideo bona esset prouisio facere super hoc statutū.

11 †Transeamus nunc ad filios tantū legitimos, vt adoptiui[a] & arrogati, circa quod est aduertendū quæ & qualis fuerit condicio ipsius patris adoptātis, aut enim talis pater erat de eius ascendētibus per lineā naturalē, puta auus vel proauus, & tunc cū per talem adoptionē subijciatur ipsius potestati, vt in l.cū in adoptiuis.C.de ado.insti.de adop.§. cū hodie.succedet hic filius adoptiuus ipsi patri adoptiuo, sicut quilibet legitimus & naturalis, tam ex testamēto quā ab intestato,& tales filij exhæredati habent quærelā,& præteriti dicūt testamētum nullum: vt l.certū.& ibi no.ff. de iniu.rup.& irri.test.& in iuribus prædictis, aut iste pater adoptans erat extraneus,& tunc cū per hāc adoptionem non transeat in eius potestatem, relinquitur distinguendū, aut ipse pater fecit testamentū, aut decessit intestatus. Primo casu si hūc filium in aliquo instituit, illud habebit, sicut quilibet extraneus.

12 †Si verò fuerit præteritus vel exhæredatus non impugnabit testamentum, quia non est in potestate, vt dixi. secūdo autē casu quādo decessit intestatus subdistingue, aut decessit intestatus superstitibus sibi alijs filijs legitimis & naturalibus,& tunc secundùm veram opinionem succedit hic adoptiuus æqualiter cū alijs naturalibus, sin autem decesserit nullis superstitibus filijs legitimis & naturalibus, tunc in totū succedit si mās erit tempore mortis in adoptione ipsius patris, secus autem si fuisset emācipatus, quia tunc dissoluta essent iura adoptionis: ideoque in nihillùm succederet, vt hæc oīa probantur in l.cū adoptiuus.§.sed hunc articulū cō iuncta l.si te.& l.fi.C. de su.& legi. ex quibus patet quòd licet quis nō subijciatur potestati patris extranei adoptiui, quòd nihilominus retinet ius successionis, tam ex testamento quàm ab intestato, quid autē in filio arrogato, an pater arrogator teneatur eidē aliquid relinquere. & solet in hoc distingui, aut arrogatus erat pubes aut impubes, primo subdistinguitur, aut remansit in potestate patris,& tenetur sibi quartam relinquere, aut nō remansit, & tunc dic vt plenè disputat Cy. in l.ij.C. de adop. si verò erat impubes, tunc tenetur sibi quartam relinquere, vt l. si arrogator. & ibi plenè no.per doct.ff. de adop. & l.papi.§.si quis.ff. de inoffi.testamen.& d.l.ij.

13 †Nunc venio ad filios naturales tantùm in quo articulo secundum docto. sic distinguitur aut pater decessit superstitibus alijs filijs legitimis & naturalibus[b] aut superstitibus solis naturalib⁹ primo casu sub distinguitur aut pater decessit testatus aut intestatus. Si testatus tūc licet naturalem tantum filium in vna sola vncia quę est pars xij. hæreditatis instituere. vt l.ij.& in auth. ibi posita.C de natu.libe. secundo casu in nihilum succedit hic naturalis filius est tamen de paternis bonis alēdus vt in auth.licet in fi.C.de na li. Si verò decesserit sine legitimis filijs, tunc aut supersunt ipsi defuncto ascendentes, aut verò nulli, si supersunt sibi ascendentes, & possit facere testamentum, tunc licitum est ei filium naturalem in totum instituere, legitima tamen reseruata ipsi ascendenti. si verò nullum facit testamentum.& sic decessit intestatus:& tunc aut mater filij naturalis superest. & tunc pariter succedunt patri defuncto in duabus vncijs hæreditatis. quæ sunt sexta totius partis hæreditatis communiter inter eos diuidenda. Aut non superest mater naturalis, & tunc solum filij naturales succedūt in ipsis duabus vncijs. in alijs autem partibus succedūt agnati proximiores ipsi defuncto: vt hęc habentur in auth. licet.C de na.li. & no.per gl. insti. de nu.§.fi.& in c.tāta.extra qui fil. sint le. prædicta autem procedunt stante filio illegitimo si autem legitimatus fuisset tunc eo modo succederet ac si á principio natus esset naturalis & legitimus: vt in auth. q mo.na.effi.le.per to.

a No. qualiter filij adoptiui succedunt vide Spec. ti.de testa.in §. iij.ver.hodie Spe.ti. de suc.ab intesta. versi. necne ad naturaliū.

b No.de filijs naturalibus tātū qualit quorum patri succedāt vide doct.in auth.licet. C.de.na.li. & Abba.in c.tem qui fi.sint legitimi.

14 † Efficitur autem legitimus quis multis modis inter quos ille annumeratur videlicet quādo pater cō cubinam ipsius filij matrem despōsauit vt plerunque euenit, vt traditur in d.c.tanta.& c.j.extra qui fil. sint leg. facit l.cum quis.C.de na.li. & in §.fi.insti.de nup.& q hoc succedet æqualiter cum omnibus alijs legitime natis: vt dicta lege cum quis.

15 †Descendo ad filios spurios in quo articulo est dicendū aut agitur de successione paterna tantùm, aut materna. Primo casu tales filij à successione paterna repelluntur, vt in authentica quibus modis

na-

na. effi. ſui. §. j. & ff. vnde cog. l. ſi ſpurius. Secundo caſu conſidera, aut agitur de hæreditate ſolius matris, aut hæreditate aliorum coniunctorum per lineam maternam, ſi quæritur de hæritate matris tantùm, aut erat mater illuſtris, aut nō, ſi illuſtris tūc aut deceſsit ſuperſtitibus ſibi aliis filijs legitimis & naturalibus. & tunc in nihillū ſuccedit ſpurius ex teſtamento, nec ab inteſtato. Immo nec inter viuos: vt habetur in l. ſi qua illuſtris. C. ad or. in principio. licet quod eſt notatū, filius naturalis tantùm ipſi matri illuſtri ſuccedat ſimul cum legitimis: vt dicta l. ſi qua illuſtris. in fine. & quo ad hoc differt ab eo qui vult ſuccedere patri naturali qui excluditur à legitimis, vt dictum eſt. Aut ipſa mater deceſsit nullis ſibi ſuperſtitibus legitimis, & tunc ſpurius ſibi ſuccedit in totum, vt in §. nouiſsimè. inſtitu. ad orfi. Secundo caſu principali cum mater non erat illuſtris, & tunc aut ſpurius fuit vulgo conceptus, & talis ſuccedit matri & auiæ, vt d. §. nouiſsimè. & l. j. §. ſed vulgo. ff. ad tertul. facit l. modeſtinus. & l. hac parte. ff. vnde cog. Aut ſunt ſpurij ex damnato coitu nati, puta ex adulterio, vel inceſtu, vel monacha. & hi non ſuccedunt matri: vt in authen. quib. mod. natu. effi. ſui. §. fin. & not. per glo. in d. §. in nouiſsimo. & d. l. ſi qua illuſtris.

16 † Dixi etiam quòd aut quæritur de conceptione coniunctorum per matrem, & tunc ſecundùm Dy. & alios, ſpurij ſuccedunt eis, & econtra: vt l. ſi ſpurius. & l. hac parte & l. modeſtinus. ff. vnde cognitio. patri autem vel alio auo, tales filij. nullo modo ſuccedunt, & ſi fuerint præteriti à matre, vel exhæredati in teſtamento, non poſſunt impugnare eius teſtamentum, immo quod plus eſt ab ipſis parentibus inter viuos nihil acquirere poſſunt nec directè nec indirectè: vt hr̄ in l. j. C. de na. lib. ꝑ gl. & doc. in l. qui teſtamentū. ff. de proba. & plenius per Bar. in l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupil. in l. quod conditionis. ff. de don. cau. mor. & per Iaco. de Bel. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. fi. quia ſecundùm ius ciuile tales ſpurij non ſunt alendi: vt in authenti. ex complexu. C. de inceſt. & nefa. nup. licet de iure cano. ſit ſecus. vt infra

a Filij naturales quot modis efficiātur legi. diffuſe per Car. Alex. in c. tanta. qui filij ſint legitimi.

17 dicam. † Sicque quo ad omnes acquiſitiones bonorum paternorū, tam inter viuos quàm in vlti. volūtate ſunt incapaces penitus, cum eo iure ſint incapaces alimentorū, quod eſt multum durum & aſperū. Iure autem cano. benignius eſt prouiſum, quo cautū eſt quod alimentētur, [redacted]

18 † Poſſunt aūt tales ſpurij acquirere ab extraneis tā inter viuos quàm in vlti. volū. vt no. plenè in l. q teſtamētū. & per Bar. in l. ſi gener. ff. de his qui. vt indi. & ꝑ glo. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. fi. & probatur per tex. in l. ſi is. ff. de vul. & pu. filius aūt naturalis tantū poteſt à quocūque etiā patre ſuo inter viuos acquirere, dumtamen in fraudem filiorum legitimorum non fiat in eum alienatio, quia tūc nō valet ſecūdū doc. licet gl. ibi aliter dicat, vt plenè no. in d. l. qui teſt. ff. de proba. & l. j. de na. li.

19 † Deinde quæritur quot ſunt neceſſaria, vt qs dicatur, & ſit filius naturalis tantùm, dic vt ſupra breuiter quòd tria. Primò quòd ſit natus ex tali muliere, cum qua poſsit eſſe tunc matrimonium cū ipſo patre: vt in auth. de ince. nup. §. dubitatū. & in auth. vt lice. me. aui. §. ad hæc. Secūdò ꝙ mulier fuerit vnica. Tertiò ꝙ fuerit in domo retēta affectione cōcubinæ, vt hęc probātur in auth. qb. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis aūt. xxxiiij. diſt. c. ſi quis vxori. & xxij. q. ij. c. ſolet. Ex quib⁹ colligo quòd iſti principes qui aliqn̄ nō habentes vxorē tenēt in cō cubinatu tres, aut plures mulieres in domo, vel extra domū filij ex eis vel ex aliqua earū nati, non ſunt naturales tantū, ſed ſpurij nuncupādi, vt expreſſe deter. Dy. & Bar. in l. j. & fi. ff. de concu.

20 † Poſtea quęritur quot modis filij naturales a effi. legi. dic ꝙ octo modis, inter quos ſunt qn̄ cōcubina deſpōſatur, vt in c. tāta. & in c. gaudemus. extra q fil. ſint le. Itē per diſpenſationē principis vel ab eo poteſtatē habentis: vt in auth. q. mo. na. effi. le. §. & iſte. & §. illud. & §. ſed hæc & alijs modis ibi no. in tex. & glo. per Azo. in ſum. C. de na. lib. & per glo. in ſum. extra qui. fi. ſint leg. facit qđ habet i l. iij. C. de na. li. & in auth. vt li. ma. & auię. §. ad hæc. & inſti. de nup. §. fi.

21 † Sed an filius ſpurius poſsit per patrem pupillariter ſubſtitui filio legitimo & naturali, dic quòd ſic in rebus pupillaribus

ſaribus tantùm non autem in paternis, vt probatur in l. is qui ex bonis. ff. de vul. & pup. & ꝑ hoc habes caſum ſpecialē cōtra regulā qua cauetur ꝙ ſubſtitutio pupillaris traditur etiā ad bona teſtatoris: vt in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vul. & pup.

a †Vltimo no.[a] quòd tales illegitimi nati non admittuntur ad dignitates & beneficia eccleſiaſtica niſi cum diſpenſatione Papæ vt in c. cum in cunctis. extra de ele. & no. per Inn. in c. niſi cum pridē. extra de renun. Viſo itaque de prima ſpecie ſuc ceſſorum ſupereſt videre de ſecunda quæ eſt econ uerſo ad primam videlicet qualiter aſcendētes ſuc cedent deſcendentibus. Circa quem articulum eſt ſic conſiderandum quandoque filio vel alio deſcē dente defuncto ſupereſt eo pater, & mater tātùm quandoque pater, & mater cum alijs fratribus defuncti vtrinque coniunctis quandoque ſuperſunt parentes ipſi ſimul cum alijs fratribus coniunctis ex altera parte tantum quandoque ſupereſt ſolus auus vel auia cum fratribus defuncti quandoque ſupereſt auus vel auia aut alius eis ſuperior cum patruo ipſius defuncti vel ex alio in gradu remotiori qn̄q; ſupeſt mater tm̄ ſimul cū auo paterno.

23 †Primo caſu quando filius deceſſit ſuperſtitibus ſibi patre & matre tantùm dic quòd filius ſiue ſit in poteſtate ſiue emencipatus & deceſſerit inteſtatus quòd ſibi pariter ſuccedunt pater & mater eodē modo auus paternus & auia, & auus matern⁹ ī bonis aduētitijs & caſtrēſibus qa paternis parētib⁹ debetur dimidia & maternis alia dimidia vt in auth. defuncto. C. ad ter. & ſic fili⁹ in poteſtate hodie habet hęredē vt in auth. de hę. ab int. §. j.

24 † Secundo vero caſu cum defuncto ſupereſt mater ſola vel auia ſola tunc ipſam ſuccedit: vt. C. ad or. l. fi. in fi. & C. ad ter. l. j. cum ſeq. niſi velut indigna à ſucceſsione repellatur quod eſt in tribus caſibus, primo ſi tranſiuit ad ſecunda vota tutore filio impuberi non petito: vt C. ad ter. l. omnem. & l. ſciant. C. de le. hæ. etiā ſi eſſet ipſi filio impuberi in paterno teſtamēto ſpecialit̄ ſubſtituta, vt ī auth. de nup. §. ſi autē tutelā. colū. iiij. In quo infinitæ mulieres decipiūtur maximè ruſticanę vnde bene eſſet ꝓuidere ꝑ viā ſtatuti, excuſat̄ tn̄ in plurib⁹ caſibus ꝑ gl. in l. matres. C. ad tertu. ſecūdus caſus eſt in quo mulier ad ſecūda vota priuat̄ parte ſuc ceſsiōis filij etiā maioris cū diſtīctiōe de qua habetur in l. mater. C. ad ter. tertius caſus eſt ſi fuerit mulier luxuriata ſeu vixerit turpiter ſecūdū. Ia. de bel. vt: no. per eū in auth. de nō eli. ſecūdo nup. §. cū

25 igit̄. co. j. †In tertio autem principali art. videlicet qn̄ parētes ſuꝑſūt cū fratrib⁹ defuncti vtriq; cōiunctis tūc iure nouiſsimo æqualiter ſuccedūt vt in §. cōſequens in auth. de hæ. ab inte. & d. auth. defūcto. licet olim aliud eſſet: vt §. frat̄. inſti. ad ter. & in l. fi. C. e. ti. Quarto caſu prīci. quādo cum parētib⁹ ſuꝑſūt fratres cōiūcti ex altera parte tantū tūc eis præferūtur pat̄ & mat̄ vt d. auth. defun. cū ſim. Quinto caſu prīcipali cū ſupeſt auus vel auia cum fratribus ex altera parte vel vtrique cōiūctis defuncto tunc ſunt variæ docto. opini. de quibus per Cyn. in d. auth. defun. Attamē ſecūdū veriorē ſētētiā ſimul æqualiter admittūtur vt eſt ſupra dictū in iij. arti. ꝑ dictā auth. defun. cū ſi. ſexto verò prīcipali caſu quādo ſupereſt aliquis ex aſcēdentib⁹ cum patruis defuncti vel alijs vlteriori bus in gradu tūc dic ſemper aſcēdētes præterri in totum vt probatur in d §. ꝑ conſequēs. & in auth. defū. a

26 †Eſt enim ius ſingulare in fratribus ſolius defuncti vt cum aſcendētibus admittentur vt ibi habetur. Septimo & vltimo caſu quando ſupereſt mater im̄ cum auo paterno vel auia paterna tunc ſecūdùm gl. & doct. in d. auth. defun. prefert̄ mater ipſi auo vel auiæ ꝑ tex. eiuſdem auth. cum dicit ſalua gradus prærogatiua &c. ſed Ia. bu. ibidem dicit quòd pariter ſuccedunt: nec ob. illa littera auia aliter eſt intelligenda hoc modo videlicet quò ille qui prior eſt in linea paterna excludat alios inferiores ex eadem linea & eodem modo prior in linea materna excludat ſequentes in eadem linea materna. Exempli gratia pat̄ excludit auum paternum quia ꝓxi mior & mater excludit à uiam maternam & hoc probatur tali ratione quia de natura correlatiuorum eſt vt poſito vno ponat̄ & reliquū vt l. vranius. ff. de fideicō. mod. ſic eſt quod ſi filius moriat̄ nepos ſuccedit in eius locum quātum ad auum & efficitur in primo gradu vt inſti. de hær. ab inte. §. cū filius. ergo & ecōuerſo auus fiet in prio gradu mortuo filio quātū ad nepotē & ſic debēt parit̄ ſucedere, q̄ opi. eſt æqtati magis ꝓxima. Viſo ſuffi

b cictē de ſucceſsiōe [b] collateraliū in

27 quo añ oīa ſciēdū eſt † ꝙ ī hac ſuc ceſsio collateraliū ſūt duæ lineæ vna agnatorū alia cog. q̄ quide lineę plures ī ſe grad⁹ cōtinet pſonarū & extēditur in his lineis ſuc. ab int. hodie vſque ad x. gra. incluſiue & nō vltra vt no. inſt. de cog. ſu. §. fi. & ff. de gra. l. nō faci. e. & īīt. e. ti. & no. ꝑ Azo. in ſum. C. de le. hę. Itē ſciē. eſt ꝙ oli extētib⁹ agna. vſq; ad. x. gradū excludebātur cognati ī totū nō attēta gradus ꝓgatiua ſed ſola agnatiōis linea: vt inſti. de gra. §. repetitis. & §. ſe alias eſt. in ti. de ſer. cog. hodie autē nō atenditur diuerſitas iſtarū linearum ſed ſola proximitas gradus cuiuſque, cum ſit ſub-

lata

a Ibi vlti. no. & vide c. innotuit. de elec. c. ij. de fil. pſby. li. vj. & in c. cenomatenſes. in §. qd ergo. & in c. qd aūt. & in c. naſcitur. lvj. di. Bal. in l. tā quā. C. de fideico. & per Cardi. Alex. in c. per venerabilē. in §. qd autē. in ver. no. d. §. qui filij ſint legitimi.

b No. qualiter collaterales ſuccedūt ab inteſtato vide per Cardi. ale. & ſcribentes ſup arbore cōſāguinitatis.

a Matrimonia. Adde Bal.in l.si auiæ.in vj.colum.de suc.edi.C.s.quod computatio graduum in omnibus pterquam in matrimonijs sit secundum ius ciui.Saly.in d.l.si auiæ.

Spe.ti.de di spu.& all. §.porro. Barto.in l. iuriscon.§. pe.de gra. in aliquib⁹ lec.Ang.in repe.l.j.C. de iud.Ioã and.c.ij.de arbi.in vj. & in c.ij. de reg.iur. eo.lib.Bar. in l.priuile gia.de sac. san.ecc.gl. in §.hacte nus.insti. de gra.Bar pulche in consi.ccxx iiij.incipi-en.an fratres consobrini.Ioã. And.in ad di.Specula. titu.de suc ab intest. & vide omnino domi. Card.Alexand.in titu.de consã & affini. in lectu arboris in vi ij car.ver. quæro circa prædicta vide bonum tex.in c.j. gradu.xxx v.quæstio. v.Pan.de cas.cõsi.cc xl.j.lo.vi Zalu.

lata differentia linea,tum agnationis & cognationis in totum vt in auth.de hær.ab inte.§.nullam.col. ix.& no.in auth.in succesione.C.de suis & leg.attamẽ per statuta Lombardiæ adhuc hodie remanet inter has lineas differentia,prout ipsa lex antiqua xij.tab. disposuerat vt insti. de hær.ab inte.§.item vetustas. de leg.agna.suc.§.ceterum.& bene & recte prouidetur vt parentelæ per agnatos melius conseruentur.Contingit tamen aliquando quòd duo erunt in eodem gradu & tamen vnus præfertur alteri iure nouissimo exemplum in patre & filio defuncti & in fratre & pronepote eiusdem defuncti,nam filius præfertur patri & pronepos fratri vt.d.§.repeti.licet pronepos sit remotior in gradu vt ibi,sed hoc operatur diuersitas linearum quarum vna est fauorabilior altera videlicet tã descendentium quàm ascẽdentiũ & collaterarium, procedit ergo hæc regula quòd proximior præfertur in eadem linea tantùm & non in diuersis simpliciter.

28 †Vnum tamen scias quod est no. dignum licet regulariter cognatorum numero habeantur qui ex fœminis descendunt tamen filius sororis solus non autem vlteriores in gradu inter agnatos annumerãtur & sic prout alij agnati defuncto succedit vt l.lex xij.ta.C.de le.agn. suc.§.hoc etiam addendum,licet secundùm Azo.in sum.de le.hær.sit impropriè agnatus ideoque non cõprehenderetur in statuto quo disponitur quod agnati preferentur cognatis vsque ad quartum gradum.quod expresse sequitur Bald. in.c.j.in.ti.an agn. vel fi.defun.re. pu. heræ.col.x. Si ergo quæramus de modo & ordine succedendi inter collaterales agnatos vel cognatos,distingue sic aut defuncto supersunt fratres vtrinque coniuncti tm̃ & hi succedũt æqualiter ff.de su.& le.he.l.j.§.fi.& auth.cessante.C.de le.hære. aut supersunt coniuncti ex altera parte tantùm & tũc aut sunt nati ex legitimo matrimonio aut non.Primo casu pariter succedũt vt in auth.post fratres C.de leg.here.Secundo casu subdistinguitur aut sunt coniuncti per patri tantũ,& nõ succedũt sibi inuicem,quãdo sunt spurij vel incestuosi:vt l.si spurij.ff. vnde cog. si autem sunt naturales tantùm, tunc dic vt supra dictum est in arti. de filijs natu-
29 ralibus tantùm. †Aliquãdo supersunt defuncto fratres vterini tantùm,& legitimi ex vna parte,& alij fratres ex altera parte tantùm, seu consanguinei tantùm ex alia, & tunc pariter succedunt,quia agnatio hodie à cognatione nõ differt: vt in auth. post fratres.& hic in bonis tantùm à defuncto quesitis,in bonis autem paternis præferuntur consanguinei,in maternis autem præferuntur vterini:vt l.emancipati.in fin.C.de le.hær. & not.per glo.in
30 auth.post fratres. †Aliquando supersunt defuncto fratres legitimi ex vtroque parẽte ex vna parte,& alij ex altero parente tantùm nati ex alia, & hoc casu preferuntur in succesione nati ex vtroq; parente in omnibus bonis defuncti vndecunque quæsitis, alijs exclusis: vt d.l. aut itaque mortuo. C.communia de suc. & in corpore vnde sumitur. §.hoc igitur. quia duplici iure fungitur, vt ibi not. Aut supersunt fratres & filij fratrum, & tunc omnes succedunt cum distinctione coniunctorũ vtrinque, & nõ cõiunctorem. vt d.auth. cessante. Aut supersunt soli nepotes fratrum, vel alij vlteriores, & tunc qui prior est in gradu potior est in iure,nõ habita differentia agnatorum & cognatorum,vt in auth. in succesione. C. de su. & legi. & in corpore vnde sumitur:& in d.auth. post fratres. de qua materia succesionis plenè tractauit Cy.in d.auth.itaque mortuo. †Circa antem præ
31 missa occurrũt quædam dubia declaranda,primo itaque ad hoc vt cognoscatur quis inter collaterales dicatur prior vel posterior in gradu, quantũ ad succedendum sibi inuicem, formo talem questionem. Titius decesit superstitibus sibi quatuor filijs, videlicet Caio, Titio, Sempronio, & Alberto, ex quibus omnibus descenderunt tam filij quàm nepotes & pronepotes,contingit quòd nepos Alberti decesserit sine liberis,superstite sibi vno filio Sẽpronio quondã nepote Titij, & altero pronepote Caij,queritur qs horũ in pnepotis defuncti succesiõe pferatur seu preferẽdus sit.de qua q. & similibus aliqd summariè no.p Iaco.Bu.in l.fi.C.de suc.edi. Ad cuius q. clariorẽ decisio. pro euidentia
32 est sciendũ,†quòd in cõputatione graduũ collateralium differũt ius cano.& ciui.vt no.per Gof.in summa de spõ.& ma.& super arbore consanguinitatis & per gl.in c.fi.extra de consan.&affi.nã eius cano.ponit duos fratres in primo gradu & eius ciuile ponit eos in secundo. Et ratio differentiæ est quia ius ciuile fundat cespitam transuersalium in eorum ascendentes.s. in patre quod est in primo gradu vnde fratres sibi inuicem sunt in secũdo:vt instit. de gra.§.ij. Ius autem cano. fũdat cespitem cum ipsis fratribus tantùm,sed ius ca. habet respe
a ctum quantum ad matrimonia [a]. Ius autem ciuile quantum ad succesionem vt dicit tex.in.c.ad sedẽ xxxv.q.v.& no.per glo.& per Bar.in l.j.& l.scemata.

mata. ff. de gra. maior autem difficultas, quæ in hoc fit in modo computandi gradus, ideo est & aliud præmittẽdum, videlicet quòd in hac cõputatione, primo debet superius poni pater communis duorum fratrum. Inferius autẽ ipsi fratres, à quibus descẽdũt duæ lineæ separatæ in qualibet earũ ponũtur descẽdẽtes ab ipsis fratribus diuisim de persona in psonã, qui descẽdẽtes inter se appellantur collaterares. vt patet ex figuratione infrascripta.

Sequitur arbor consanguinitatis.

	Petrus pater communis.	
Gaius filius Petri.	Fratres	Titius filius Petri.
Filius Ga.		Filius Ti.
Nepos		Nepos
Pronepos		Pronepos
Abnepos		Abnepos
Trinepos		Trinepos

33 †Item est sciendum quòd dupliciter quæritur quoto gradu sit aliquis ex istis collateralibus vno modo quoto sit gradu. v. g. nepos alterius fratris, quo ad alium fratrem. Alio modo quæritur quoto sint gradu inuicem duo nepotes duorum fratrum, vel pronepotes eorum, & sic de alijs.

Circa primum quæsitum fit computatio de persona in personam. incipiendo ab alio fratre, & ponendo eum in secundo gradu, & descendendo per eius lineam vsque ad nepotẽ, & sic reperitur quòd filius eius. erit in gradu tertio, & nepos in quarto, & pronepos in quinto. & sic de cæteris. In hoc casu fit computatio, vel graduum duplicatio ad inuicem, quando solus frater vult succedere alicui ex descendentibus alterius fratris. In alio autem quæsito, cum agitur de successione inter descẽdẽtes plurium fratrum adinuicem, tunc si sunt in pari gradu omnes respectu habito ad eorum descendentes, puta omnes filij fratrum, vel nepotes, vel pronepotes, tunc duplicantur gradus inter eos, nam filij sunt inuicem in quarto gradu. Ratio
34 †quia quælibet persona facit vnũ gradũ de iure. v. g. vnus frater facit vnum gradum. alius frater facit alium gradum, & sic sunt inuicem duo gradus, filius vnius fratris facit alium gradum & sic tertium, & alter filius alterius fratris facit alium gradum, & sic quartum, ergo filij duorum fratrum sunt sibi inuicem in quarto gradu, & per consequens sic gradus duplicando, reperitur quòd eorum nepotes inter se erunt in vj. gra. & pronepotes eorum in viij. & quod dixi de duobus fratribus, vel eorum descendentibus in numero duorum. Idem intelligas in mille fratribus, quia omnes erunt sibi inuicem in secundo gradu tantùm. Item in mille eorum filijs, quia & ipsi inter se solum erunt in quarto & sic de alijs, vbi autem hi descendentes duorum fratrum non essent in pari gradu respectu, de quo supra, vt est in proposita q. tunc in reperiendo gradum incipiendum est ab eo qui est in remotiori gradu, quo ad eius patrem, vt hic est pronepos defunctus, & idem per lineam sui patris ascẽdere, sicut si iret per scalas vsque ad eius patrem, inclusiue posteaque sic diuertere ad alium fratrem, & descendere per eius lineã, sicut per scalas, vsque ad illas personas, quæ volũt ipsi defũcto. succedere, & sic in hac tali cõputatione nõ cõputatur, nec includitur immo excluditur pater cõmunis ipsorum fratrum. Vnde si aduertas reperies sic dinumerando & computando gradus, quòd d. filius Sempronij est in gradu sexto ipsi pronepoti defuncto, & nepos Titij in gradu. vij. & pronepos Gay. in gradu viij. Et per hoc traditur à doc. tam de iure ciuili, quàm de iure can.
35 talis regula in collateralibus, quòd †quot sunt personæ detracto communi stipite, tot sunt gradus inter se. in alijs autem lineis ascendentium, & descendentium non differt ius cano. à iure ciuili, immo cõueniunt, & traditur secundùm vtrunque ius talis regula, quot sunt personæ ascendentium, & descendentium, tot sunt gradus inter se. Et not. semper, quòd pater & mater sint in primo gradu descendentium, & filij in primo gradu descendentium, vnde abnepos, & abauus sunt inuicem in octauo gradu. In collateralibus autem aui, & proaui & aliorum superiorum differt vtrun
36 que ius, vt no. doc. vbi supra. †Deinde cognitis gradibus personarum, quæritur secundo an filijs fratrum veniant ad successionem fratris defuncti cum eorum ascendentibus. dic quòd sic secundùm Cy. & doc. non per auc. defuncto, sed per auc. vt fratrum filij. §. j. situata. C. de le. her. quæ incipit post fratres. Vlterius quæritur, pone quòd defuncto supersunt ascendentes. dispari numeri, puta auus paternus, aut auus, & auia materna, & duo fratres vtrinque coniuncti ipsi defuncto, quæritur qualiter succedere debeat
37 In qua. q. Cy. refert tres opi. †Prima est quòd hæreditas diuidatur in quatuor partes hoc modo pone quòd hæreditas sit valoris flor. cccc. ex ea quantitate centum capiet auus paternus, auia materna alia centum, & duo fratres alia. cc. arg. d. auc defun. Alij verò diuidunt ipsam hæreditatem in partes viriles, alij diuidunt vt primi, cum illis. cc. fratribus assignatis, vt omnes partes ferant æqualiter, & ita pertransit Cy. nullam
38 opin. approbando. †Vlterius quæritur pone quòd ad successionem patrui præmortui veniunt soli filij aliorum fratrum præmortuorum inter se, an admittantur in capita, vel in stirpes, dic quòd licet fuerint diuersæ opi. tamen glo. tenet quòd admittantur in capita, vel in stirpes tantùm, vt no. in auc. de hære. ab inte. §. si autem defuncto. & §. si verò fratres. quam opini. sequitur Dy. Iac. de are. & Cy. in dicta nu. cessante. quia hi filij fratrum repræsentant personam suorum fratrum hoc casu, sicut quando succedunt cum eorum patruis viuentibus, vt dicto §. cum filius. & hanc partem sequitur etiam Barto. in l. post. consanguineos. ff. de su. & legi. hær. vbi plenè not. per eum, quæ omnia locum habent etiam cum agitur inter se de successione auunculorum

G amita

amitarum & materterarum tantùm. Nec obst. §. hoc etiam addẽdum. insti. de leg. agn. suc. quia ibi loquitur de iure C. quod hodie corrigitur per ius auct. In vlteriori aũt seu remotiori gradu, vltra prædictos hi filij fratrum nõ repræsentãt psonã genitorum suorum, sed veniũt ex sua ppria psona tatùm sicque gradus cuiuscunque psonæ attendit vt colligitur in d. auct. post fratres. & l. auũculo. C. com. de suc. & d. §. hoc etiã addẽdum. & sic succedũt in capita nõ in stirpes, vt no. per Cy. in d. auct. cessante. & in d. auct. post fretres. & per Barto. vbi

39 supra. †Ex qbus sequitur quòd vno consãguineo germano defuncto, superstitibus alijs consanguineis germanis, vel remotioribus omnes ad defuncti successionem in capita, non in stirpes admittuntur, vt no. etiam per tex. in l. post consanguineos. §. hæc hæreditas & ibi in gl. ff. de su. & le. & sic qui prior est in gradu præfertur in successione, licet quando quæritur de successione ascẽdentium, inferior in gradu descendẽtium vocatur ex persona sui patris cum suo superiore in gradu, vt d. §. cãm filius. & l. iij. C. de su. & le. & sic ipsi succedunt in stirpes, non in capita, vt dictum est. Postremo videndum superest de vltimo articulo successorum, quos reuerentiales appellaui, de quibus exempla patent in successione patronorum, & libertorum. In quo arti. sic cum distin. conclude, aliquando libertus descendens reliquit in eius hæreditate minorem summã centum aureorum. Aliquando maiorem reliquit. Primo casu, aut discedit testatus alio extraneo hærede instituto, & tunc patronus excluditur, & hæres institu-

40 tus præfertur. †Aut decedit intestatus, & tunc aut superstitibus sibi liberis, & illi in totum succedunt patrono excluso, aut nullis ex eo supstitibus liberis, & tunc patronus succedit in totum etiam exclusis ascendentibus liberti, quod est mirabile, & singulare, vt hæc omnia habentur insti. de suc. liber. in prin. §. sed nostra constitutio. in prin. ver. sinautem. Scdo autem casu principali quando reliquit maiorẽ summam in eius hæreditate. c. flo. tũc subdistingue. Aut decedit libertus testatus aut intestatus. Primo casu aut supersunt ei liberi, & illi præferuntur patrono, aut nulli liberi supersunt, & patron⁹ etiam omnibus alijs ascendentibus præfertur, vt supra proxime dictum est, & habetur in d. §. sed nostra. ver. cũ verò maiores. Scdo casu cũ decedit testatus, tunc aut filios instituit, & illi patrono excluso prẽferuntur in totum, aut extraneos instituit, & tunc in parte tertia hæreditatis patronus succedit, quam sequitur tanquam æs alienum sine aliquo onere legatorum. vt d. §. sed nostra. ver. si verò testamentum. Sunt etiam alia plura debita paterna, maxime inter viuos per libertum. & à quibus patronus aliquando priuatur certis de causis, quæ habentur per Azo. in som. C. de bonis quẽ lib. & per glo. in d. ver. si verò testamentum.

41 †Sed in præmissis solet in dubium reuocari, an libertus alienando, vel se obligãdo inter viuos possit eius patronum sua debita portione fraudare. Ad quod sic videtur respondendum, quòd aut alienat inter viuos ex causa lucratiua, vel in vlti. volũtate, & tunc nõ tenet alienatio in præiudiciũ ipsius patroni, nisi donauerit bene meretibus, vt habetur in l. viuus libertus. ff. si quid in frau. pa. Aut alienauit, vel se obligauit ex causa onerosa, & tunc aut fit talis alienatio, vel obligato dolose, & in fraudem patroni, & tunc per eum non poterit reuocari, aut bonafide, & tunc non reuocabitur, vt traditur in l. j. & ij. C. si quid in frau. pa. & l. j. §. j. cum se. ff. eo. & prædicta faciunt ad q. sæpissime occurrentem in partibus Montisferrati, Sabaudiæ, & Pedemontium, in quibus sunt nobiles habentes ius succedendi in eorum subditos. seu homines in aliqua parte hæreditatis, qui homines plerunque varijs de causis bona sua alienauit, & debita contrahunt. Vnde dubitatur an tales obligationes, & alienationes valeãt in præiudicium ipsorũ nobilium, vbi est aduertẽdum quòd aut subditi, vel homines æquiparabuntur libertis aut filijs. Si æquiparabimus eos libertis, tunc distingue, vt proxime dictum est in eis. Si verò ẽquiparabimus eos filijs, & tunc decurrẽdum est ad ea quæ filijs traduntur, in l. nam & si parẽtibus. ff. de inoffi. test. & in auct. vt cum de ap. cog. §. sancimus. & puto verius esse, qđ isti homines æquiparantur libertis, & domini sui æquiparantur patronis. ex quo sequitur quòd si talis homo alienauerit inter viuos, quòd decurrendũ est ad distin. de qua supra & si prætererit in testamento suo dominum suum, quòd testamentum ex hoc non redditur ipso iure nullum sed est rumpendum per contratabu. si nil est domino relictũ.

42 †Si aũt aliquid ei relictum sit quod ad debitã portionem non attingat, tunc dominus potest agere ad supplementum, vt habetur in d. ver. si verò testamentum. insti. de suc. lib. & in l. si patronus. in prin. ff. si quid in frau. pa. De consuetudine tamen in aliquibus locis aliter obseruatur, vbi autem defuncto ab intesta. nulli supersint ascendentes, aut descenden tes, vel collaterales, seu reuerentiales, de quibus dictum est, tunc ei vxor succedit, qua non obstante vltimo succedit fiscus, vt habetur in le. j. ff. & C. vnde vir & vxor.

IVRE PROXIMITATIS. Ille dicitur proximus, quem nemo præcedit. vt ff. de su. & le. & l. ij. §. hæc hæreditas. l. j. §. proximus. ff. vnde cog. & ff. de ver. sig. l. proximus. & proximior præfertur posteriori, quia defertur hæreditas de gradu in gradum, vt ff. quis or. in bo. pos. ser. l. j. & ff. de su. & le. l. j. in fi. & l. ij. in prin. & d. §. hæreditas. & insti. de leg. agn. suc. in prin. & ff. de suc. edi. lege prima cum simi. multis, facit ff. vnde lib. lege prima.

EPITOME.

1 *In adeunda hæreditate licet sufficiat solus animus adeuntis, tamen quædam alia sunt necessaria.*

2 *Institutus in duobus testamentis factis ab eodem testatore an poßit adire.*

Hæres

3 *Hæres institutus debet esse certus, an vxor testatoris sit prægnans.*

IPSAMQVE hæreditatem adiuit.
1 † Hic aduerte quòd in adeunda hæreditate alicui delata ex testamento, vel ab intestato, licèt regulariter sufficiat solus animus adeuntis, vt l. si auia. C. de iu. deli. & l. gerit. ff. de acqui. hære. tamen quædam alia sunt necessaria, de quibus plenè traditur per glo. & Bar. ff. de acqui hære. l. is potest repudiare. primum autem quod requiritur, est quòd ille qui vult adire sit homo liber & non seruus. Item quòd sit sui iuris & non in potestate patris. Item quòd sit compos mētis & nō furiosus. Item quòd sit maior xxv. an. & nō minor sub tutela vel cura alicuius constitutus. Item quòd sciat testatorem defunctum nec hoc dubitet. Item quòd hæreditas sit sibi delata. Item quòd sit certus an fuerit purè institutus an sub cōditione. Item si est institutus sub cōditione, debet certus esse, & scire quòd conditio sit impleta. Item debet scire quòd testator poterit testari. Item hæreditas si deferatur ab intestato debet esse certus quòd nullus eū præcedit in gradu. Item scire debet an hæreditas sibi deferatur ex testamēto vel ab intestato. Item debet esse certus de viribus testamenti, in quo dicat se hæredem institutum: nam si de eius viribus dubitet, vt quia dicatur testamentum falsum, tunc recurrendum est ad distinctionem iuriscōsulti traditam in l. cum falsum. ff. de acqui. hære. cum si. vbi sic distinguitur, aut allegatur quòd ipse hæres fecit ipsum testamentum falsum, & tunc quia certus est de facto suo ꝓprio poterit adire, aut dicitꝰ ab alio est falcificatū, & tunc nō poterit adire.
2 † Quid si vna & eadem persona sit instituta in duobus testamentis eiusdem testatoris, an poterit adire, dic quòd si dubitet, an posterius testamentum falsum sit, non poterit adire, aliàs sic, vt in l. eum qui. in prin. ff. de acqui. hære.
3 † Item debet esse certus quòd vxor testatoris non sit prægnans, nam si prægnans esset, nec foret institutus posthumus nasciturus, sed præteritus posset rumpere testamentum, ideoque non poterit interim antequam nascatur hæres institutus adire hæreditatē, nisi ipse hæres esset de liberis, vt hæc habentur in l. cum quidam. §. quod dicitur. & §. suum hæredem. ff. de acquirenda hæredi. quod not.

QVARE CVM PRAEDICTA. Hęc est conclusio libelli, ad quam semper debet attendi. Sequitur in littera.

ET RESTITVENDVM eidem Musello dictam hæreditatem. Hic nota quòd ipse erat solus hęres, ideoque integram hæreditatem petebat, si verò habuisset alios cohæredes, tunc necessarium fuisset in libello exprimere quam partem peteret. an tertiam vel quartam, vt in l. j. in prin. & §. j. ff. si pars hæredi. peta. nisi cohæredes essent adhuc in ventre, sic quòd incertum sit quòd nasci possint, nam tunc admittitur petitio incertę partis ipsius hęredis, vt d. l. j. in fi. & l. antiqui. ff. si pars hæredi. peta. & l. cum quidam. ff. de acqui. hæredi. Sequitur in litera.

EPITOME.

1 *Possessor conuentus hæreditatis petitione, qualiter teneatur pro fructibus hæreditatis.*
2 *Quando quis dicatur intestatus decessisse.*

SIMVL CVM FRVCTIBVS.
1 † Not. qualiter teneatur possessor hęredita. petitione conuentus pro fructibus hæreditatis, vt plene no. supra in libello præceden. & traditur in l. item veniunt. §. fructus. & l. sed si lege. §. fructus. ff. de peti. hære.
2 † Post prędicta formo talem quęstionem, nam cum hic tractetur de successionibus quę deferuntur ab intestato, videamus quando quis dicatur intestatus decessisse, & respondetur quòd largè intelligendo quilibet maior vel impubes qui non fecit vel facere non potuit testamentum de iure vel de facto, intelligitur decessisse intestatus, sed propriè & strictè intelligendo non dicitur intestatus, nisi ille qui de iure potest facere testamentum & non facit, vt hęc probantur & not. per doct. in l. prima in prin. ff. de su. & legi. per quod sequitur quòd si verbum intestatus vel ab intestato proferatur in aliquo statuto. quod solùm comprehenderetur persona habilis de iure ad testandum & non impubes vel alia persona à iure prohibita testari. Nisi consuetudo patriæ aliter interprætata esset ipsum verbum ab intestato, quia tunc comprehenderentur omnes, secundùm Bartolum, vt per eum no. in d. l. prima in principio. quę faciunt ad multas quæstiones de quibus ibi not. Cætera quæ sequuntur declara vt dictum est & scriptum in primo libello.

Forma libelli quo agitur ex substitu.

CORAM VOBIS Domino vicario domini potestatis Papiæ, agit & in iure proponit Iaco. de Ferrarijs contra & aduersus Zanellum de Scaphenatis & quamlibet aliam personam pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparantem, non per viam solennis libelli, sed qualis qualis petitionis & simplicis facti narrationis. Dicens & proponens idem Iacobus, quòd quōdam d. Petrus de Ferrarijs eius patruus suum postremum condidit testamentum, in quo ipsum Iacobum Frācīscum & Bernar. omnes fratres æquis portionibus hæredes instituit & eosdem inuicem substituit vulgariter & pupillariter breuiloque & exemplariè, cōpendiosè & per fideicōmissum. Ea cōditione apposita, quòd si quis eorū quandocūq;

decesserit sine liberis ex suo corpore & legitimo matrim. procreatis. quia tūc ille vel illi, qui ex eis superuenirent ipsi sic descendēti succederēt, prout seriosius in d. testamēto cōtinetur, ad quod relatio habeatur tradito & rogato per Ber. tolum Papiē. notariū anno, mense, & die in eo cōtentis. Insuper dicit & proponit Iac. antedictus, quòd suprascrip. Ber. eius frater iā tribus annis elapsis decessit adita per ipsum hæreditate prædicta, nullis ex eo superstitibus liberis, & per eundē Ber. condito testamento, in quo præfatū Zanellū sibi hęredē institu it, qui Zanellus ipsam hæreditatē d.q. Ber. adiuit & appręhēdit, appręhensamq; occupatā detinuit & hodie detinet indebitè & iniustè. Amplius dicit & proponit d. Iac. quòd per mortē d.q. Ber. vt prædicitur sine liberis defuncti eius hæreditas, & bona virtute d. fideicōmissi seu substitutionis prædictæ peruenerūt & deuoluta sunt ad d. Iac. & Fran. nunc superstites æqualibus portionibus hodie ad eos spectant & pertinēt, quāuis pręscriptus Zanellus ab eisdē fratribus sæpius requisitus d. hęreditatem & bona hæreditaria per ipsum indebitè occupata restituere & relaxare denegauerit & denegat pręsentialiter ac recusat debitè & iniustè. Quare cū prædicta vera sint, petit & requirit d. Iac. quatenus omni modo, via, iure, forma, & causa, quibus melius fieri potest per vestrā diffinitiuā sententiā pronūtietis & declaretis d. hæreditatē resq; & bona hęreditaria d.q. Ber. spectasse & pertinuisse: ac spectare & pertinere ex causa antedicta pro parte dimidia ipsi Iac. & ad ipsam dimidiā hæreditatē prædictis relaxandā & dimittendam ipsi Iaco pręfatum Zanellum per dictam vestram sentētiam condemnetis & cōdemnatū iuris remedijs compellatis simul cū fructibus tam per ipsum Zanellum perceptis, quā qui percipi potuerunt à tempore mortis citra d.q. Bern. necnō in reliquis damnis, interesse, & expensis factis & passis per dictum Iaco. & de futuris protestetur deducendo in pręsenti iudicio omne ius suum &c. Saluo iure addenti &c.

EPITOME.

1 *Quot sint genera substitutionum.*

2 *Cur dicatur substitutio directa.*

CORAM VOBIS. Quia huius libelli materia sub aureo & quotidiano substitutionum tractatu est fundata, duxi pro rudium informatione aliqua prolixius pertractare.

1 †Sciendum est itaque pro euidētia, quòd substitutionum genera duo sunt, quædam enim sunt substitutiones directæ, quædā obliquæ, earū autē quę directæ sunt, quinque sunt species, nam quædā est substitutio vulgaris, alia pupillaris, alia breuiloqua seu reciproca, alia exemplaris, & alia compendiosa: de obliquis facile & breue iudiciū est, quia vnica sola reperitur in iure, quæ fideicōmissaria appellatur. Et no. ꝙ sicut iste substitutiōes diuersa habent nomina, sic etiā habēt diuersos effectus, vt inferius apparet.

2 †Appellantur autem hæ substitiones directæ, quia in eis nō requiritur factū alterius, nisi solius substituti sua autoritate capiētis ipsa bona ex causa substitutionis, hæc sicut in libertate directa, quam recta via consequitur seruus sine ministerio alterius, puta si testator seruo suo legauerit libertatem vel eundem hæredem instituerit, vt traditur in l. generaliter. §. j. C. de nece. ser. hære. inst. & l. sed si in conditione. §. primo. ff. de hære. insti. & ff. de manu. per to. In fideicommissaria autem libertate, quæ est directa, seruus libertatem accipit de manu alterius, videlicet hæredis, de qua loquitur ff. de fide. lib. per to. & eo modo dicimus in fideicōmis. substitione, ad quā peruenitur interueniente restitutione, & fit facto hæredis scripti, de qua loquitur to. ti. ff. & C. ad treb.

EPITOME.

1 *Nihil refert an substitutio fiat nominaliter vel verbaliter.*

2 *Substitutio vulgaris fit per verba negatiua, & est conditionaliter prolata.*

3 *Substitutio cur vulgaris dicatur.*

4 *Quando sit locus substitutioni vulgari.*

5 *Substitutus vulgariter an præferatur hæredi hæredis, mortuo hærede ante aditam hæreditatem.*

6 *Substitutus per fideicommissum, an præferatur substituto vulgariter hærede instituto repudiante.*

7 *Quotuplex sit substitutio vulgaris.*

8 *Vulgaris substitutio quando finiatur.*

9 *Sublata pupillari an finiatur substitutio vulgaris in ea contenta. nume. 10. 11. 12. 13. & 14.*

15 *Facta substitutione per fideicōmissum an ex tacita vulgari vel fideicommiss. vel compendio. contenta admittatur substitutus.*

16 *Quot sint effectus substitutionis vulgaris.*

17 *Substitutio vulgaris an euanescat etiam quo ad alios, vno ex pluribus hæredibus institutis adeunte.*

18 *Petita in integrum restitutione aduersus aditionem hæreditatis an substitutio extincta reuiuiscat.*

19 *Substitutus reuiuiscens vt in superiori casu, an succedat de iure ciuili vel prætorio.*

20 *Existentia sui hæredis an sicut confirmat tabu. pupillares, ita etiam annullet & confirmet substitutionem vulgarem.*

21 *Hærede instituto adeunte, nō ex iure ciui. sed prætorio, an expiret substitutio vulgaris.*

1 SVBSTITVIT vulgariter. †Istud est nomen aduerbialiter prolatum, & alia sequen. sed nil refert an nominaliter vel aduerbialiter proferatur, secūdùm Car. & doct. magis enim attendi debet intentio & mens testatoris, quā figura verborum, vt l. nō figura. ff. de ac. & ob. & l. iij. in fi. C. de li. pręte. Pro huius itaque vulgaris substitutionis doctri. quæritur de pluribus. primò de eius forma, vbi respondetur quòd communis, & à iure introducta forma talis est. instituo mihi hæredem Cayum, & si hæres non erit p. substi-

tuo, vt habetur institu. de vul. substitu. in prin. ff. de
2 vul. & pup. l. j. in prin. †Ex quibus patet quòd hæc substitutio super verba negatiua est conditionaliter prolata. patet etiam quòd vulgariter substitutus dicitur conditionaliter institutus, & idem est in omni alia substitutiōe, vt inquit gl. in l. qui liberis. in prin. ff. de vulg. & pup.
3 †Secundò quæritur quare appelletur hoc nomine vulgaris, respōdeo secundùm omnes doc. quia vulgus ea vtitur, & quilibet popularis, in suo
4 testamento, & quia cuicunq; fieri pōt. †Tertiò quæritur, quando huic substitutioni sit locus. Dic quòd tunc cum hæres scriptus non est hæres. vel quia nō vult, vel quia nō potest, vt in l. cum ꝓponas. C. de hær. insti. Nō posse aūt intelligitur, vel ꝑ seipsum, vel ꝑ aliū facto eius, vt d. l. cū ꝓponas. & insti. de vul. substi. §. fi. vnde scđm Bar. si testator vnū solū casum in substitutione expressit, puta si hæres esse voluerit, tamen dic quòd in ea includitur alius casus, videlicet si hęres esse nō poterit qđ videtur probari in l. gallus. §. & quid si tantū. ff. de lib. & posth. nam paria sunt nolle, & non posse, vt l. mulier. ff. ad tre. & l. j. §. vsus. ff. de procu. fallit
5 in casu. l. iulliam. ff. si quis om. causa test. †Sed quid si hæres post mortem testatoris & ante aditam hæreditatem decesserit, vt aliquando contingit tempore epidimiæ, vel magnæ mortalitatis infra tempus diliberandi, quod est annus à tempore mortis testatoris, an substitutus vulgariter præferatur in successione excludendo hæredem hæredis, dic quòd non, imo hæres hæredis, si voluerit esse hæres, excludet ipsum substitutum, & ratio huius, quia hæres defuncti alium facit hæredem ministerio sui, quod sufficit ad excludendum alium substitutum, vt dictum est per d. l. cum proponas. cum si. secundùm Bart. pro qua decis. facit l. pater. & quod ibi no. ff. de hær. insti. & l. j. C. de his qui ante aper. tab. ibi aliosque &c. & l. si quis filium. ij. respon. ff. de acqui. hæ. & no. per gl. in l. sed si pro dote. §. j. ff. de le. præst. & ibi no. per Bar. & plenius per eum in d. l. j. in prin. ff. de vul. & pup. facit ad prædicta qđ in simili dicitur de hærede indigno, cui fiscus succedit excluso eius vulgari substitutio. vt no. per gl. in l. si sequens. in prin. ff. ad sil. & in l. in seruitute.
6 §. ei qui. ff. de bo. li. †Postea quæro de q. quæ de facto contingit, ecce quòd testator filio suo duos substitutos dedit vnum vulgariter, alium per fideicom. institutus repudiat hæreditatem, modo vulgariter substitutus vult adire, substitutus autem ꝑ fideicon. vult compellere hæredē scriptum adire, & sibi hæreditatem restituere per l. cogi. cum si. ff. ad treb. Quæritur quis eorum substitutorum præferendus sit, dicit Bar. in d. l. j. sic debere distingui, aut fideicommiss. fuit à substituto repertum, & tunc præfertur vulgariter substitutus fideicommissario, vt l. si patroni. §. fin. ff. ad tre. aut non fuit à substituto repertum, & tunc præfertur fideicom. vt l. non iustam. C. ad tre. & l. facta. §. iul. & l. recusare. §. titius.
7 ff. ad trebel. †Vlterius quæritur quotuplex est substitutio vulgaris, dicūt cōmuniter gl. & doc. qđ est duplex videlicet tacita & expręssa, vt no. Azo in sum. eo. ti. & gl. insti. de pup. subst. in prin. alij dicūt tertiā speciē, videlicet quòd quædā est partim tacita, & ꝑtim expręssa est illa quæ cōcipitur sub illa forma, de qua supra dictū est. Tacita verò est quę includitur in expræssa pupillari, vt in l. iam hoc iure. in prin. ff. de vul. & pup. cum si. vel in expræssa reciproca, vt l. lucius. ff. eo. ti. & l. quam uis. C. de impu. & ali. sua. vel in alia substitutione. Illa autem est partim expressa, & partim tacita, quæ in sui forma vnum casum exprimit & alium tacitè inclu-
8 dit. †Deinde quæritur quando hæc substitutio finiatur, dic adita hæreditate per scriptum hęredem, vt in l. post aditam. C. de impu. & ali. sub. & in l. si mater. in fi. ff. de vul. & pup. & in l. cum in testamento. ij. respon. ff. de hæ. insti. siue sit tacita, siue expressa pupillaris an sublata pupillari, vel extincta expiret, & finiatur substitutio
9 vulgaris in ea contenta. †In qua q. conclusiuè sic puto cōsiderandum, & pariter distinguendum, colligendo plura sparsim à doc. tradita. Aliquando substitutio pupillaris annullatur. in vita testatoris, aliquando post mortem testatoris, primo casu aduertendum est quòd hæc annullatio potest contingere diuersis modis, vno modo quia fuit facta hæc substitutio extraneo, vel maiori. vel à matre, vel ab eo qui non habet in potestate, quibus casibus est inutilis ipsa substi. pupil. vt l. si mater. ff. de vul. & pup. in §. extraneo. insti. eo. ti. Alio modo viciatur, quia pupillus ipse factus est maior, vel quia decessit viuo testatore, aut quia emancipatus fuit, quibus casibus etiam redditur nulla ipsa pupillaris substitutio. vt infra no. in materia pupillari. Si quidem ipsa substi. pupil. redditur inutilis, quia facta sit extraneo, vel maiori, tunc secundùm Guil. de cu. cuius opi. approbat Bar. in d. l. j. in prin. in vlt. q. talis substitutio in se continet vulgarem, nec propter vitium pupillaris inficitur vulgaris, quia viciato expresso remanet firmum tacitum in eo cōtentū, vt in l. j. §. j. ff. qui. mo. pig. vel ipo. so. & quia vbi peccatur in materia, si non valet vt agitur, valet vt valere potest, vt in l. si vnus. §. si acceptilatio. ff. de pac. & probatur per l. si fideiussor. ff. de le. j. & per l. si. C. de hær. insti. nec huic repugnat gl. in d. §. extraneo. per quam Ray. voluit tenere cōtrariū, quia est falsa secundùm eos. Si verò hæc pupil. substitutio finiatur per emancipationem, tūc scđm Guil. Ray. & Bar. vbi supra ver. item quæro quid si pater. extinguitur tacita vulgaris, quia illa conditio quæ est in pupillari videlicet si in potestate permanserit, sicut vitiat ipsam pupillarem, ita & ipsam vulgarem, ar. in l. si mulieri & titio. ff. de condi. & dem. & quia vniformiter circa vtramque debet operari, vt in l. si legatarius. in fi. ff. de le. ij. & imputet sibi testator, si sibi non prouidit postquam in facto suo hoc contingit, ar. in l. tractabitur. ff. de testa.

10 mil. cum si. †Vbi verò hæc substitutio pupil-
laris finitur per mortem pupilli in vita testato-
ris,tunc nõ distinguitur vulgaris,ideoque vulgari
ter substitutus ad hæreditatem nõ admittitur vt de
ter.glo.in l.lex cor.ff.de vul.& pupil.quæ est super
ver.nõ existant.& alia gl.similis posita in l.si pater
ff.eo.ti.quam opi.sequitur Guil.sed Dy.tenet con-
trarium per l.quod si filius.ff.de cast.pec.ibi nihil
&c.sentit glo.& sequitur Cy.in l.præcibus.ꝑ quo-
rum opi.facit quia si extinguitur ꝑ emancipatio-
nem,vt proxime dictum est,cur.nõ sic ꝑ eius mor
tem,cũ eadem sit ratio vtroq; casu,Barto.verò in
d.l.j.in ver.vlterius quæro pupillus pro concor-
11 dia sic distinguit. †Aliquando pupillus viuo
patre moritur ciuiliter,quia ab hostibus capi-
tur & post mortem patris moritur naturaliter,&
tunc firma remanet tacita vulgaris, & substitu-
tus admittitur.& ita procedit quod habetur in d.
l.lex cor.ff. de te.Ratio quia patre viuo adhuc
durabit species pupil. substi. vnde non videtur
patri imputari, cur testamentum non mutauerit
aut filius patre viuo decessit & post illum filius
etiam immediate,ita quòd non habuit tempus mu
tandi testamentum,& idem quod supra, quia cum
institutus veniat ex tacita vulgari præsumptio
est,quòd eum instituisset si vixisset,sic loquitur
12 l. si pater. cum glo. † Aut pater decessit ex in
teruallo,ita quòd habuit potestatem mutãdi testa
mentũ,& sic repellitur substitut⁹,nã cũ potuit si
bi pater prouidere, & non fecit lex non succurrit
sibi , ar. in l. tractabitur. ff. de test. mi. & l.iij.C.
de inof.testa.& ita procedit opi.Dy.in d.l.j.§.
13 quòd si filius. †Venio ad iij.arti. prin. qui est
quando pupillaris substitutio annullatur post
mortem defuncti testatoris,quod quidem potest
contingere dupliciter , vno modo quando pu-
pillus effectus est maior, alio modo quando pu-
pillus posthumus non est natus. Siquidem an-
nulletur propter pubertatem superuenientem ,
tunc secundùm glo.in l.lex corn.ff.de vul.& pu.
super ver.ad agnatum non extinguitur vulga-
ris hæc tacita,& per hoc substitutus vulgariter
admittitur,alij vt Dy.Ia.& Ray.tenent contra
rium per l.qui habebat.ff.de vul.& pup.& l.si
fundum per fideicommissum.§.fin. cum l.seq.
ff.de le.j.quam opi.etiam sequitur glo.insti.eo.
ti.in glo.magna. sed Barto. in d.l.j.ver.quæro
quid si ille. distinguit,aut pupil.substi.facta fuit
cum limitatione temporis,puta si decesserit in
fra pupillarem ætetem,& tunc finitur vulgaris
& pupillaris.quia voluntas defuncti non fuit pro-
uidere vltra illud tempus.ar.ff.de vulg.& pup.
l.si ita quis.& l.si plures.in prin.quo casu pro-
cedit opin. Dyn. & sequa.nisi forte quis diceret,
quòd cum vulgaris sit inducta ad prouisionem te
statoris,cùm per eam ipsi succedatur non videtur
ab hac prouisione recessisse prouidendo filio ex
substitutione pupillari,aut fuit facta sine tempo-
ris præfinitione,vt quia dixit quisquis mihi hæ-
res erit,& filio meo hæres esto,tunc licet pupil-
laris expiret adueniente pubertate,vt ff.de vul.
& pup.l.in pupilari.& l.centurio.tamen durabit
vulgarius, & sic hoc casu substitutus admittitur,
14 vt l.si.C.de hær.insti. †Vbi autem hæc pupilla-
ris substitutio deficit,quia pupillus posthumus nõ
est natus.qui sperabatur nasci,tũc sc̃dm glo.rema
net firma substitutio vulgaris,& substitutus admit
titur.vt no.in l.pe.ff.de ve.insp.& facit.l.fi.C.de in
sti.& subst.Alij dicũt cõtra,nisi sit cohæres,cuius
aditione cõfirmatur vulgaris.Bar.in l.j.ver.itẽ q̃ro
distinguit , aut spes natiuitatis posthumi deficit
post mortẽ testatoris,vel ante ꝑ tẽpus modicũ,&
tũc durat vulgaris,& admittitur substitut⁹, & sic
ꝓcedit opi.gl.in d.l.pe.Aut deficit,q̃a decessit,vel
natus nõ est ꝑ longũ tempus ante ipsius testatoris
mortem,& tũc expirat vulgaris,& repellitur sub-
stitutus,vt supra dictum est in alio casu. Et ex
præmissis habes quando testamentum potest in-
cipere à tacita vulgari,& quando non,de quo per
gl.in l.apud iulia.§.idem iul.& l.ita tamen.§.à pa-
tre.ff.ad tre.& prenè per Bar.vbi supra ver.quæ-
ro an testamentum.Ad tollendum ergo prædicta
dubia,& ad faciendum rẽ clarã debet prudẽs no-
tarius exprimere specialiter , & expresse omnes
species substitutionum,& vti verbis hic apposi-
tis,dicens,quòd talem substituit vulgariter,& pu-
15 pillariter,& per fideicommissum. †Quid ergo
si substituit simpliciter per fideicommissum,an ex
tacita vulgari,vel fideicommissaria,vel cõpendio
sa contenta admittatur substitutus.dic vt infra
in materia compendiosa.l thays.§.pe.ff.de fidei-
16 com.lib.& in l.j.§.ꝑ secũdo.C.de ca.d,tol. †Quæ
ritur vltra quot sunt effectus substitionis vulga-
ris,dic quòd quinque.Primus est in homine sui
iuris hærede scripto , quia intelligitur si hæres
non erit.vel mutato eius statu hæres esse non pos
sit,vel alium sibi hæredem non fecerit.In homine
autem alieni iuris intelligitur si hæres nõ erit.vel
alium nõ fecerit.vt insti.de vulga.substi.in fi.& l.
cum ꝓponas.C.de hære.instit.Scds est effectus,
quia testamentum potest vires assumere ab isto
secundo gradu , videlicet ab ipsa vulgari,vt l.
iij.in fi.ff.de libe.& posthu.Tertius est effectus
quia ista vulgaris expressa,si fiat pupillo conti-
net tacitam pupillarem,vt l.iam hoc iure.in prin.
ff.de vul. & pup. Quartus est effectus, quia per
eam defuncto succeditur,& non hæredi scripto.
vt insti.de vul.substi.in prin. Quintus effectus
est,quia facit de suo necessario hæredem volun-
tarium,vt in l.si filius hæres.ff.de libe.& posthu.
& l.papinian⁹.§.quarta autem.ff.de inoffi.testa.
17 †Modo quæro circa prædicta.Pone quòd plu
res sunt hæredes instituti quibus omnibus vnus
solus est vulgariter substitutus,an per aditionem
hæreditatis factam ab vno euanescat substitutio
quo ad alium,seu ad alios,distingue breuiter se-
cundùm doct.vbi supra hoc modo aut substitu-
tio respicit omnes cohæredes coniunctim, ver-
bi gratia,dixit testator si Titius & Cayus hære-
des non erunt,vel si neque Titius,neque Cayus
hære

hæredes erunt, Sempronium substituo, & similia. tunc adiectione facta ab vno, expirat substitio, quo ad alios, ratio est: quia requiritur defectus aditionis copulatiuè in persona vtriusque; vt probatur in l.quidam testamento.ff. de vulga. & pupil. l.quamuis.ff. de impube. & alijs, substi. & not.per glo.institu.de vulga.substi.§. si instituto. aut substituto respicit omnes diuisim & separatim, verbi gratia, si testator dixit, Cayo hæredi meo substituo Sempronium, & Titio hæredi meo substituo Sempronium, vel similia, & tunc per aditionem vnius, expirat substitio quoad alios, vt ff.de iniust. rupto & irrupto testamento.l. penul.ff. de vulga, & pupil.l. duobus.§. filius.& l. cum ex filio.§.fin. & l.cohæredi.§.cohærede.ff.eo.tit.cum simi.

18 †Inde quæritur, pone quòd facta aditione ipse hæres impetrauit contra ipsum in integ. restitu. quod fieri potest.C. si vt se ab hære.absti.l.j. cum simi. ibi no. an hæc substitutio vulgaris, extincta per aditionem restaurabitur per hanc in integ.restiti. Dic breuiter quò sic, per tex. in l.& si fine.§. sed quòd papinianus.ff.de mino. & l.ij.§. interdū. ff.de vul.& pupi.& l.ex contractu.ff. de reg.iur.& no.per Cy.in l.post aditam. & per Bar. in d.l.j.de vul.& pupil.

19 †Sed an iste substitutus cuius substitutio restaurata est per talem restitutionem admittatur de iure ciuili vel prætorio, ampla est inter doct.disputatio, nam Vltramonta. quorum opi. sequitur Cy. in l.qui se patris.C. vnde lib. tenent quòd solùm admittatur de iure prætorio, sicque habebit solū annum ad bonorum possessionem petendam, vt probatur in l.j.§. interdum.ff. de vulg.& pup. Sed Bar. vbi supra tenet quòd vtroque iure tam ciuili quàm prætorio admittantur per text. in l. j. §. si quis adita.ff.ad treb. & ibi de hoc per eum, & per consequens adire poterit vsque ad xxx.ann.facit l. fi.ff.de suc.edi.

20 † Item quæritur nunquid existentia sui hæredis sicut confirmat tabulas pupillares, vt l.si filius qui patri.ff. de vulg.& pupil.& ff. de acquirē. hære.l.filius.& l.iulianus. ita etiam annullet & cōfirmet ipsam substitutionem vulgarem.dicit Bar. in d.l.j.quòd non, quia ad hoc vt substitutio vulgaris expiret, requiritur vera hominis aditio & expræssa, nec sufficit ficta vel præsumpta, & hoc modo debet intelligi d.l.post aditam. quod est multum notandum.

21 † Vltra quæritur si hæres institutus non potest esse hæres de iure ciuili, sed solùm de iure prætorio in casibus not.per glo.& doct.in l.fi.C.vnde legi. an per aditionem factam de iure prætorio expirabit ipsa vulgaris substitutio, in qua q.licet Bar. valde dubitet, dicit tamen non improbabiliter sic posse distingui, aut ius succedendi de iure prætorio traxit originem in vita testatoris, vt patet in l.posthumus.in principio.de iniusto rup. & irrup. testa. & l. facta.§. si sub conditione.ff. ad treb. & tunc per aditionem factam de iure prætorio finitur ipsa substitutio, vt probat in d.l. conditionibus.§.si patronus.ff. de condi. & demonst. Quod quidem firmatur tali ratione, ille qui succedit de iure prętorio contra voluntatem defuncti per bo. pos.cōtratab. excludit successorem de iure ciuili: vt no.per to.ti.ff.de bo.pos.contratab. ergo multo fortius succedens de iure prætorio secundùm voluntatem defuncti, excludet illum substitutum. Aut ius succedendi de iure prætorio traxit originem post mortem testatoris, verbi gratia, filius est præteritus à primo gradu, & exhæredatus à secundo, primus gradus redditur nullus propter petitionem filij. Vnde fit locus secundo de iure ciuili, postquam filius præteritus approbauit testamentum, quod facere potuit per legem filio præterito.ff. de iniust.rup.& irrup.testa. Certe hoc casu institutio præfertur substituto, argum. in l.cum in secundo. & quod ibi not.ff.de iniusto rup. & irrup.testamen. & l.si quis eum.§. primo.ff. de acquiren.hæredi. per quæ patet quòd approbatio filij non confirmat institutionem primi gradus in præiudicium substituti, cuius ratio est, quia ius fuit ipsi substituto quæsitum per ipsam petitionem vnde sequens approbatio non est potens ipsum ius quæsitum eidem auferre, vt in regula alteri per alterum, nec huic sententiæ habet refragrari glo in l.si quis.ff.de vul.& pu. quia secundùm aliquos illa glo.est falsa. Tu autem verius dic omnem vulgariter substitutum per aditionem cuiuscunque hæredis de iure ciuili vel prætorio penitus excludi per tex.in l.si duobus.§.si prius.ff. de contrata. & ibi no.Bar.pro qua opi.facit l.puberem.& quod ibi nota. & lege suum hæredem.C. de iure deliberandi.

EPITOME.

1 *Pupillaris vnde dicta.*
2 *Quot sint necessaria in pupillari substitutione.*
3 *Quibus hæredibus substituitur pupillariter.numero 4 5.& 6.*
7 *Quare is cui fit substitutio debet esse impubes.*
8 *Stante statuto, quòd pubes minor xxv.an.non possit testari, an poterit ei pupillariter substitui.*
9 *Filio naturali tantùm pater hodie substituere potest pupillariter.*
10 *Substitutio facta filio naturali legitimato per principē post mortem an valeat.*
11 *Pater si faciat testamentum sibi minus solenne, an valea substitutio pupillaris.*
12 *Substitutio facta nepoti præterito ex filio emancipato an valeat.*
13 *Vitiato testamento ex causa præteritionis, an vitietur substitutio pupillaris.*
14 *Hæreditate non adita, an valeat substitutio pupillaris.*
15 *Sola existentia sui hæredis, an confirmet pupillaris substitutionem.*
16 *Substitutio quæ alias sustineri non potest, an sustineatur per vim fideicom.*

17 *Qui ſit effectus pupillaris ſubſtitutionis. nume. 18. 19. & 20.*

21 *Tacita vulgaris contenta in expreſſa pupillari, an excludat matrem.*

22 *Expreſſa pupillaris, an ſicut excludit matrem ita excludat patrem.*

23 *Expreſſa pupillaris, an excludat fratrem pupilli.*

24 *Tacita pupillaris admittitur contra matrem.*

1 PVPILLARITER. † Hæc ſubſtitutio eſt ſecunda ſpecies inter directas ſubſtitutiones quæ fit ſolùm pupillo. Ideoq; pupillaris dicta eſt, vt inſti. de pupil. ſubſti. quæ in multis differt à præcedenti, vt inferius apparebit, forma autem eius eſt talis: ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Cayum ſubſtituo, vt probatur in l. ij. in prin. ff. de vul. & pu. & inſti. de pupilla. ſubſtitu. in prin. de natura cuius pupillaris ſubſtitutiōis tractauit Bar. in d. l. iij. in prin.

2 † Vnde pro ipſius declaratione quæritur quot ſunt neceſſaria in ſubſtitutione pupillari, dic concluſiuè quòd octo ſecundùm doct. & glo. in d. l. ij. in prin. quorum vno deficiente ipſorum ſubſtitutio vitiatur. Primùm quod requiritur, eſt quòd perſona cui fit ſubſtitutio ſit impubes. Secundùm, quòd ſit in poteſtate teſtatoris. Tertiùm quòd ſit de liberis eius. Quartùm quòd per mortem teſtatoris efficiatur ſui iuris, nec reincidat in alterius poteſtatem: vt d. l. ij. in prin. & ver. planè. Quintū quòd in vita teſtatoris non deſierit eſſe in eius poteſtate: vt l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. Sextùm quòd pater ſibijpſi faciat teſtamentum: vt ff. de vul. & pupil. l. j. in fi. & d. l. ij. ver. quiſquis. Septimùm quòd impubes ſit inſtitutus vel exhæredatus: vt d. l. ij. ver. ſed ſi eos. & d. l. j. §. pluri. Octauùm & vltimùm requiſitum eſt quòd ipſius teſtatoris adeatur hæreditas: vt d. l. ij. & ver. adeo. vel pro adita hæreditate reputetur, vt infra dicetur. Nunc autem procedendū eſt ad declarationem ſeparatim omnium prędictorum articulorū, vnde circa primum, de liberis quæro, quibus libe-
3 ris poſsit pupillariter ſubſtitui, † vbi aduertendum quòd quidam ſunt liberi naturales & legitimi, & his poteſt indubitanter ſubſtitui cuiuſuis gradus ſint: vt d. l. ij. in prin. & d. l. ſi teſtamento. C. de impub. & alijs ſubſti. & inſti. de pupil. ſubſti. in princ.

4 † Quidam ſunt filij legitimi tantùm, vt filij adoptiui, & in his attenditur an tranſeat in poteſtate patris adoptiui, an non, quod qualiter fiat traditur in l. cum in adoptiuis. C. de adop. & inſti. eo. §. j. vt tranſeant in poteſtate, poſsit eis ſubſtitui, aliàs nō: vt l. ſi arrogator. ff. de ado. & l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. & no. per glo. in d. l. ij. in prin. & verſi. ſed ſi extraneum. ff. eo. tit.

5 † Quidam autem ſunt liberi naturales tantùm, vt nati ex concubina, & iſtis non poteſt pupillariter ſubſtitui, quia non ſunt in poteſtate teſtatoris: vt l. lucius. ff. de vulgari & pupil. & multo minus poteſt ſubſtitui ſpurijs vel inceſtuoſis, cum nec illi ſint in poteſtate.

6 † Quidam ſuut hæredes penitus extranei, & his non poteſt pupillariter ſubſtitui: vt l. verbis ciuilibus. ff. de vul. & pup. quia in eo deficiunt ſubſtantialia, de quibus ſupra. Quid igitur ſi teſtator eius nepotem ex fratre vel ſorore in pupillari ætate conſtitutum ſibi hæredem inſtituerit, eique pupillariter ſubſtituerit, vt plerunque accidit, vel ignorantia teſtatoris vel notarij, an hæc ſubſtitutio aliquid operabitur, & dicunt glo. in d. l. verbis. & doct. quòd ſic, quia operabitur iure fideicōmiſsi, & ſic operabitur vt reſoluatur in fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ne verba fruſtratoriè videātur appoſita, ſed operentur eo modo quo poſsint, argu. in l. ſi quando. ff. de leg. j. itaque ſi non valent vt agebatur, ſaltem valeant vt valere poſsint: vt traditur plenè per glo. & doct. in l. j. §. eum qui. ff. de conſti. pecu. & per Cy. in l. non codicillum. C. de teſt. Si verò hæc pupillaris ſubſtitutio facta eſſet maiori extraneo, tunc non reſolueretur in fideicommiſſarium, ſecundùm doct. in d. l. ij. quia duplex vitium concurrens in hoc, videlicet ætatis & patriæ poteſtatis impedit hanc reſolutionem, pro qua ſentētia facit l. ſceuola. & lex ex facto. in prin. ff. ad trebel.

Tranſeo ad ſecundum articulum, qui eſt quòd requiritur, quòd is cui fit impubes, & quæro de ratione huius.

7 † Reſpōdeo ratio eſt, quia impubes teſtari nō poteſt: vt l. qua ætate. ff. de teſt. vnde lex huiuſmodi perſonis prouidere voluit, vt ille pater ſub cuius ſunt poteſtate, ipſis faciat teſtamentum, nam pupillaris ſubſtitio appellatur teſtamentum filij: vt d. l. ij. §. quiſquis. & §. interdum. & l. patris & filij. ff. de vul. & pup. & inſtitu. de pupillari ſubſtitu. §. j. per hoc ſequit͛ & declaratur quòd ideo non poteſt fieri puberi, quia ipſe poteſt per ſe teſtari: vt d. l. verbis. & in l. pupillari. & habetur in l. qua ætate. ff. de teſt. & ſi diceretur, ergo hac ratione attenta debet poſſe quilibet extraneus pupillo inſtituto pupillariter ſubſtituere, reſponde quòd in hac ſubſtitutione lex magis conſiſa eſt de patre, quàm de extraneo.

8 † Sed circa hoc occurrit dubiū, pone quòd ſtatuto ciuitatis caueat͛ quod pubes minor xxv. an. non poſsit facere teſtamentum, an pater eius poterit ſibi pupillariter ſubſtituere, videtur quod ſic à paritate rationis, quia ſi poteſt ſubſtituere impuberi, qui non poteſt teſtari, ergo & iſti qui priuantur factione teſtamenti, vnde cum in vtroque ſit eadem ratio & eadem iuris diſpoſitio eſſe debet: vt l. illud. ff. ad legem acquil. & l. quod dictum. ff. de pact. & l. cum tale. §. falſa. ff. de condi. & demō cùm ſimi. Bartolus autem tenet contrarium in d. l. ij. & in dicta l. ex facto. ff. de vul. & pup. in princ. quia in pupillo non eſt ſola illa ratio. videlicet defectus ætatis, ſed etiam inhabilitas procreationis filiorum, quæ ratio ceſſat in maiore. An autem huic impuberi prohibito teſtari per ſtatutum poſſit ſubſtitui, ſicut prodigo & furioſo: vt no. per eſſ
a in d. l. ex facto. Circa tertium [a] ſubſtantiale quod eſt, quòd impubes ſit in poteſtate quæro an iure

no

nouissimo autheticorum, quo exequata est patria potestas & emancipatio: vt in §.nullam. in authē. de hære.ab intest. sit necesse, quòd impubes sit in potestate, dicunt doct. quòd sic. nec obst. d. §. nullā. quia loquitur in eo tantùm casu, quo locus est successioni ab intestato, hic autem loquitur cum agitur de successione ex testamento, quo casu iura vetera remanent incorrecta, vt determinat glo. in d.l.gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & in authen.ex causa. C. de lib. præte. & C. de col. l. si emancipati. Ex quibus patet quòd l. si mater. ff. de vul. adhuc etiam remanet incorrecta, † sequitur etiā & aliud, videlicet quòd filio naturali tantùm, pater non potest etiam hodie substituere, vt dictum est pupillariter.

9

10 † Quid autem dices si pater filio naturali pupillariter substituerit, qui post mortem patris fuit legitimatus per principem vel comitem, quod fieri potest: vt in authen. item si quis in corpore vnde sumitur. C. de natu. lib. an reualescat hæc substitutio, videtur quòd non per regulam. l. quod ab initio. ff. de re. iu. In contrarium determinat Bar. in d.l.ij. cuius ratio est, quia legitimatio retrotrahitur: vt l. si. ff. de na. re. sicut dicitur in diuerso ab hostibus, vt l. lex cornelia. ff. de vul. & pupi. & l. pater. cum l. seq. ff. de capi. & postli. & l. illa institutio. §. j. ff. de hære. insti. & sic non dicitur hoc casu ab alijs sui principio natis legitimis & naturalibus, vt naturalibus, vt in authen. quib. mod. natu. effi. sui. §. illud. & §. bella.

11 † Nunc autem alijs pro nunc omissis articulis capio illum qui est, quòd pater sibi debet facere testamentum, & quæro si fecit testamentum minus solenne de iure communi, licet sit solenne de iure speciali, vt puta cum duobus vel tribus testibus, vt in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. an tenebit pupillaris substitutio, distingue, aut substitutus est de liberis, & tunc tenet, aut est extraneus, & non valet per d. §. ex imperfecto. quod no. quia multoties occurrit de facto, & sic tenet Bar. vbi supra.

12 † Descendo ad alium articulū, qui est, quòd decet impubes esse institutus vel exhæredatus, quia si esset præteritus testamentum esset nullū, d.l.ij. ver. sed si. & l. j. de iniust. rup. & irri. testa. Et quæro quid si facta fuerit substitutio nepoti præterito ex filio emancipato, an vitiabit hæc substitutio. dicit Barto. quòd non. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & ibi per eum in d.l.ij. coniuncta l. meminimus. C. de leg. hære. Cuius ratio potest esse, quia hæc substitutio reperta est fauore filiorum, vt dictum est, ergo non debet in eorum læsionem retorqueri: vt l. quod fauore. C. de legi. & l. si iudex. ff. de mino.

13 † Vlterius quæro an vitiato paterno testamento causa præteritionis vel exhæredationis, vitietur ipsa pupillaris substitutio, dicunt doct. quòd non, nisi pupillus cum tutoris sui autoritate approbauerit testamentum, quod fieri potest per l. filio præterito. ff. de iniusto rup. & irrup. testamē. coniūcta l. si ad pupillos. ff. de aucto. tut. Ex quo patet quòd auth. ex causa quæ dicit respondi testamētum quo ad institutionem non habet locum in pupillari substitutione vt ibi nota. per docto.

14 † Venio ad aliud necessarium ad hanc substitutionem, quod est vt hereditas patris adeatur & quęro quid si non fuerit adita an hęc substitutio confirmetur per auth. ex causa. dicunt quidam quòd non per legem sine mo. ff. de test. tut. Barto. autem tenet contrarium sequendo opi. communem vt in l. j. §. fin. in iiij. opi. ff. de vulg. & pup. quę opi. verior est.

15 † Sed an sola existentia sui hæredis sine alia expressa aditione cōfirmet tabulas pupillares dic breuiter secundùm omnes quòd sic in l. si pater. in prin. ff. de priui. credi. & tangitur in l. filius quod patris. ff. de vulg. & pup. per quod sequitur vnum quotidianum quòd si pater habeat vnicum filium impuberem quem hęredem instituit & idem pupillariter substituit, quòd licet ipse pupillus decesserit non adita hęreditate p eum quòd nihilominus substitutus pupillari substitutione admittetur de quo p Cyn. in l. qui dam eulogio. C. de iure delib. & p Bar. in l. si filius la. ij. & l. si nemo. ff. de testa. tute. Quæro amplius si hęc substitutio facta pupillo nō tenet vel ex defectu ipsius testatoris vel ipsius pupilli an valebit saltem iure fideicōmiss dic vt supra dixi quòd sic habetur & no. in d.l. verbis ciuilib⁹. ff. de vnlg. & pup. & l. sceuola & l. ex facto. ff. ad treb. cū simi.

Circa tertium. adde consil. Bal. cōsi. cccclxxvj. in iiij. parte. & Rapha. ful. go. cōsi. lxlij

16 † Effectus autem huius instigationis est quia pupillaris substitutio trahitur tam ad bona testatoris quàm ad propria ipsius pupilli vt in l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vul. & pu. & in l. cēturio in princi. ff. eo. titu. Sed substitutio fideicommissaria solū trahitur ad bona testatoris vt in d.l. centurio. ver. j. & l. cohęredi. §. cum filiæ. in fi. ff. de vul. & pup. Ex præmissis habes quibus modis pupillaris substitutio finiat. Alius casus est si substitutus pręcedat ipsi pupillo vt in l. qui habebat. ff. de vul. & pup. quia hęc pupillaris substitutio non transit in hęredem substituti licet ius

accreſcendi tranſeat vt l.qui pater. ff.de acqui.hære.& le.qui liberis.§ fi.& l.ſed ſi plures, in prin.ff.de.vul. & pu.& l.ſi pluribus.ff.de ſuis & le. Alius eſt ſi pupillus decedat in vita teſtatoris vt lege apud iulianum. §.idem iulianus.ff.ad treb.facit le. quòd ſi filius.ff. de caſt.pec.cum ſi. & dixi ſupra circa tacitã vulgarẽ.

17 †Deinde quæritur quis ſit effectus huius pupillaris ſubſtitutionis Et breuiter dic quòd eſt multiplex. Primus eſt quia in ſe continet tacitam vulgarem vt dictum eſt & probatus in l.iam hoc iure in prin.ff. de vul.& pu. cum ſimi.

18 †Secundus effectus quia p hãc ſubſtitutionẽ fit heres ſubſtitutus pupillo.vt inſti.de ſubſti.pupilla. in prin.& l.centurio. ff.eo.tit. Sed in quibus bonis ſuccedat ſubſtitutus, an in bonis pupilli tantùm vel etiã paternis diſtingue plenius, quàm ſupra dixerim ſecundùm do.& Bar. vbi ſupra aut hęc ſubſtitutio eſt facta filio legitimo tantùm vt puta adoptiuo & tunc ei ſucceditur ſolùm in bonis ſibi delatis à teſtatore vt in l.ſi arrogator.ff.de ado.& l.ſed.ſi plures.§.in arrogato.ff. de vulga.& pupil. Aut eſt facta filio legitimo & naturali,& tunc ſucceditur in omnibus bonis ſibi vndecunque delatis vt.d.l.ſed ſi plures §.ad ſubſtitutos licet miles priuilegio militari poſsit hanc ſubſtitutionem reſtringere ad certa bona vel ſua tantùm vel pupilli tantũ vt d. §.ad ſubſtitutos.& ſic patet quòd qs poteſt grauari in rebus proprijs p viam ſubſtitutionis quod eſt verũ & ſpeciale in ſubſtitutione directa pupillari. Secus autem in fideicommiſſaria,vt l.cohæredi.§.cum filiæ. ff.de vulga. & pupil.& l. ex facto.in prin.§.primo.ff.ad trebel. niſi teſtator ſpecialiter & expræsſè ipſum hæredem ſcriptum grauauerit de reſtituendo res proprias,& ipſe hæres ex rebus hæreditatis tot fructus percipit qui æquiualeant rebus proprijs;vt l.ita tamen.§. trebellianus. ff. ad trebellianum. & l. cum pater.§.titio.ff. de leg.ij. quo caſu tenet & valet grauamen. vt ibi.

a Poſt hæc quæritur. Adde Bar. in l. ij. de vul. & pu. Bar.in l.ſceuola.ad trebel.gl.Bar. & doc.in l. ſi. de inſtit. & ſubſtitu. Bar.in d.l. j.ff. de vul. & pupi. & per Oldr.cõſil.xx.

Secundò quæritur. de quibus adde Bart. in l. iã hoc iure. ff. de vul. & pu. Bal. ĩ l.præcibus.C. de impu.

19 †Tertius effectus eſt, quòd teſtator poteſt illum facere hæredem ſuum, & neceſſarium pupillo, quem facere poteſt ſibijpſi, vt dicta lege ſi plures. §. quos poſſum.& l.ij.§.prius.in fi.ff.de vul.& pupil.Et ex hoc ſequitur quòd mortuo pupillo, ſi ſubſtitutus decedat ante aditam hæreditatem, cum ſit ſuus, & neceſſarius tranſmittit ipſam hæreditatem in eius hæredem, vt l.j.C. de his qui ante aper.tab. quod no.quia tẽpore epidimiæ poteſt contingere.

20 †Quartus effectus eſt quòd hæc ſubſtitutio pupillaris expræſſa matrem pupilli ab eius hæreditate & à legitima in totum excludit, vt in c.ſi pater.in fine.extra de teſt.lib.vj. & in l.præcibus. & ibi no.de impu. & alijs ſubſti. & l.papinianus.§. ſed nec impuberis.ff.de inoffi.teſt. Tacita autem pupillaris ipſam non excludit,imo mater ipſa excludit eo caſu ſubſtitutum, vt in l.ſi.C. de inſti. & ſubſti.no.in d.l.præcibus.in fi. & idem dicit per omnia in auia pupilli ſecundùm Barto.arg.in l.nepotes.& l.vbi auiarum.C.de ſuis & legi.in authen. matri & auię.in prin.pro quo facit l.ij.§.ſi mater. coniuncto §.ſi de nepotibus.ff. ad trebel. Sed hic quæritur de tali dubio, ſi filius non poteſt matrem excludere à ſua legitima, ergo multominus pater eius, quia non poteſt per ſe, nec per alium. Solutio,reſpondetur per text.& glo. in d.c.ſi pater. & in d. §. ſed nec impuberis. quòd eſt teſtamentum,cuius contrarium dictum eſt ſupra, cum dixerim, quòd eſt teſtamẽtum filij,ſed poteſt ſuſtineri quòd eſt teſtamentum patris quo ad quid & quo ad aliud teſtamentum filij: vt no. in l.patris & filij.ff.de vul.& pu.

21 †Poſt hæc quæritur [a], an tacita vulgaris contenta in expræſſa pupillari excludat matrem, videtur quod à paritate rationis, quia ſi tacita pupillaris non excludit eam, ergo nec tacita vulgaris. in contrarium facit, quia non reperitur iure cautum.ergo non eſt dicendum, vt in authen.de triẽ. & ſemiſ.§. conſideremus. Item quia de ſeparatis non eſt recta illatio, vt l. papinianus exuli. de mi. Bar.in d.l.j.Circa tertium effectum uulgaris dicit quòd contra matrem pupilli admittitur ipſa tacita vulgaris, & ſic ſubſtitutus vulgaris præfertur matri,& hoc modo intelligit glo.in l.ſi.C.de inſt. & ſubſti. ſed contra matrem ipſius teſtatoris tacita vulgaris non admittitur, & ſic eo caſu ſubſtitutio hæc matri præfertur, ſumpto argumento à paritate rationis, quæ eſt in pupillari, patet ergo ex prædictis, quòd regulariter tacita pupillaris non admittitur contra matrem pupilli. quod eſt verum niſi de voluntate contraria teſtatoris appareat, ad quam probandam ſufficerent duo teſtes, quo caſu tacita reſoluitur in expræſſam, vt hæc habentur & no.per glo. & doct.in l.in teſtamento.in fine.C.de teſtamen.mili. & l.præcibus. C.de impu.& alijs ſubſtitu.facit l.hæredes palam. §.ſed ſi nota.ff.de teſtamẽ. & ſic eſt vnus caſus in quo tacita pupillaris matrem excludit. Alius caſus videlicet quando frater ipſius pupilli eſt ſibi vulgariter ſeu aliter ſubſtitutus, quo caſu præſumptio eſt, quòd teſtator filium prædilexerit ipſi matri, ideoque matrem excludit: argument. in lege cum acutiſsimi.C.de fideicom.

&

& l.generaliter.C. de institu.& substitu. & l.cum auus.ff.de condi.& demon. quam opi.tenet glo.in dict.l.præcibus.& communiter doct.in dict.l.fin. C.de insti. & substi. Alius casus est videlicet quando ipsi pupillo est substituta vulgariter mater testatoris tunc enim mater pupilli per eam excluditur, quia præsumtum est in eadem substitutione tam expressa vulgari quam tacita pupillari testatorem prædilexisse matrem suam eius vxori arg. in auth. defuncta.C.de suis & le.hære.& lege.iij. post prin.ff.de lega.pręstan.Item fallit quando ipsa mater pupilli peccauit contra eius virum testatorem in vita sua quo casu ipsa mater excluditur secundùm Barto.quia præsumitur testatorem alium substituendo ipsam odio hæbuisse & sic eã excludere voluisse ar.in l.iij.in fin.& l.ex parte.ff. de adi.le.& l.si inimicitiæ.ff.de his q. vt indi.Ideq; dicendum secundùm eum etiam si post mortem stuprum commisit argu.l.fideicommissum & quod ibi no.C.de fideicom.cui in hoc non consentio nã quomode voluntas testãtis potest extendi ad casũ inexcogitatum.item excluditur ab hæreditate pupilli.etiam si expresse esset sibi substituta si ipsa mater peccauit in pupillum non petendo sibi tutorem ante transitum ad secunda vota vt in l.ij.in fi.ff.ad ter.& in l.j.§.pe.ff. de contrata.& l.omnes. C.ad ter.& l.scient.C de legi.hæ.licet in pluribus hære.ab hac pœna excusetur: vt no. per glo.in l. matres.C.ad tert.

22 †Deinde quæritur an pupillaris expressa sicut excludit matrem regulariter & quandoque casualiter etiam tacita vt dictum est supra ita excludat patrem v.g.auus habet filium emancipatum& ex eo nepotem in potestate retentum, cui dedit substitutum pupillariter, & expresse nunc moritur pupillus,an substitutus excludet patrem in legitima,dicunc doct. quòd sic,secus autem esset in tacita pupilari, quia pater non excluditur. sicut nec mater sumpto ar.à paritate rationis & iurium supra alle. quæ sententia confirmari potest per l.cum acutissimi. in ratione sui.C. de fideicom.l. generaliter.C.de.insti.& substi.&.le. cum auus.ff.

23 de condi. & demonstra. †Rursum quæritur an hæc expressa pupillaris fratrem ipsius pupilli excludat.dicit Bar. vbi supra quòd sic à fortiori ra-

24 tione, ar.l.l.supra allegatarum. †Sed pone nota. q.ecce quòd testator filio impuberi vulgariter tantùm substituit in qua continetur tacita pupillaris vt dictum est quæ non admittitur contra matrem & matri ipsius pupilli legauit x.annua donec vitam duxerit vidualem quæ exinde ad secunda vota transiuit postea moritur pupillus non adita hęreditate & in pupillari ętate superstite eius matre prius ad secunda vota deducta & transita sicque locus fit tacite pupillari quęritur an in successione ipsius pupilli mater pręferatur substituto videtur quòd sic, quia tacita pupillaris non admittitur contra matrem vt dictum est.In contrarium terminat Bar. vbi supra dicens quòd sicut testator voluit ipsam priuari dicto legato annuo per transitum ad secunda vota ita pręsumptum est eam voluisse priuari in hunc casum prædicta successione,& sic erit alius casus in quo tacita pupillaris admittitur contra matrem, quod nota.

EPITOME.

1 *Cur breuiloqua & reciproca substitutio appelletur.*
2 *Quæ sit forma reciprocæ.*
3 *Quibus personis fiat reciproca.*
4 *Nomen istius sudstitutionis an sit naturale siue substantiale an accidentale.*
5 *Quas species substitutionis reciproca in se contineat.*
6 *Reciproca de vno pubere & duobus impuberibus an cõtineat duas pupillares.*
7 *In vita testatoris post cõditũ testamẽtũ si alter filius efficiatur pubes nihilominus pu.substi.durat in psona alterius*
8 *Substitutio pupillaris an habeat locum ad acta inter qualitatem ad æqualitatem.*
9 *Substi.recipro.an possit continere pupilla.& exempla.*
10 *Substitutio breuiloqua facta impuberibus in disparibus partibus institutis an contineat pupillarem.*
11 *Substi.recipro.facta duobus puberibus furiosis an continent vulgarem & exemplarem.*
12 *Substi.reci.formata in casu vulgaris an cõtineat pupilla*
13 *Pupil.cõtẽta in reciproca an dicatur tacita vel expressa.*
41 *Substitutio reciproca factã duobus maioribus an contineat substitutiones fideicommissarias.*
15 *Substitu.recipro. an æqualiter comprahẽdat omnes fratres licet alij non sint ex eadem matre.*
16 *Reciprocè substitutus an possit venire ad successionem p̃ mortui tam iure accrescẽdi quàm iure substitutiõs.*
17 *Ius accrescendi sequitur portionem hæreditariam ad quã cunque deueniat.*
18 *Ius accrescendi an faciat accrescere cum onere.*
19 *Portio vnius filiorum ex diuersa matre tantum repudiãtis an accrescat cæteris æqualiter.*
10 *Inter legatarios an sit locus iuri accrescendi.*
21 *Coniuncti re & verbis qui dicantur, item qui verbis tãtùm item qui re tantum.*
22 *Vnus ex coniunctis admissus ad patrem suum de iure speciali non vtitur iure accrescendi.*
23 *Ius accrescendi in legatarijs an accrescat cum suo onere.*
24 *Inter plures contrahentes an sit locus iuri accrescendi.*
25 *Eadem re data duobus in feudum an habeat locum iu accrescendi.*
29 *Inuestito patre de feudo an pars filij morientis accrescat alteri fratri.*
27 *Ius reciprocæ substitutio an transeat ad hæredem substitutum.*

1 BREVI locę.†Hęc species substitutiõis aliquãdo appellatᷣ reciproca.Ideoq; quęro quare his nominibus appelletur. Respon.ꝙ appellatur breuiloqua quia breuiloquio in se multas continet substitutiones.reciproca autẽ ideo dicitur quia ab vtraq; parte hęredũ resoluitur & in seipsã reflectitur vt habetur & notatur in l.lucius.ff.de vulga.& pupilla. & ibi plenè per Barto. in l.iam hoc iure. in princ.ff. eodem titulo . & dicta le in testameto.ff.de testamen . mil.& l. quamuis C.de impup.& alijs substitu.prout latius infra

2 patebit. †Pro cuius substitutionis decla-

ratione quærendum eſt de pluri-
bus & primò quæritur de forma
eius. Reſpondeo quòd forma talis
eſt, ecce teſtator pluribus hæredi
bus inſtitutis dicit, vos inuicem ſub
ſtituo vt probant iura proxi. alle.
& in l. cohæredi. §. quod diſcretas.
& . §. qui fratrem. ff. de vul. & pup.
& l. hæreditatem. C. de impu. & a-
lijs ſubſti. Vt ſi teſtator dicat vter
vel quis eorum viuit hæres ſit alte-
rius, vt l. titius & ſey⁹. cũ l. ſe. ff. de
vul. & pu. cũ ſi. & idem ſi teſtator
dicat ſi quis hæredum eorũ deceſ
ſerit alter ſit hæres vel bona deue
niant ad alterũ & ſimilia verba ꝑ
quem colligi poſsit quòd alter al
teri ſubſtituiſſe vt dictis iuribus.
3 †Secũdò quęrit quibus ꝑſonis fie
ri poſsit hęc reciproca ſubſtitutio,
dic quòd omnibus tã filijs quã ex-
traneis & tã puberibus quã impu-
beribus vt probatur in præalle. iu-
ri. & in hoc differt à pupillari. ſub
4 ſtitutione. †Tertiò quęritur an
nomẽ attributũ huic ſubſtitutioni
ſic ſubſtantiale vel accidentale ſi-
cut dicitur in actione de peculio
vt l. iij. §. cui cõgruit. ff. de pecu.
Reſpõdeo ſcd̃m doct. quòd eſt no
men accidẽtale vel quia ipſa ſubſti
tutio continet vulgares tantùm
vel pupillares tãtũ vel exempla-
res tantũ vel communiter omnes
vt infra demonſtrabitur.
5 †Quæro ergo [a] pro huius de-
claratione quot & quas ſpecies ſub
ſtitutiõe in ſe cõtinet hæc recipro
ca ſubſtitutio vbi ante omnia ad-
uertendum eſt quæ & qualis ſit
qualitas vel inæqualitas in perſo-
nis inſtitutis vt infra declarabitur
iõque ſic diſtingue. Aut hæc ſubſti
tutio ſit ſimpliciter ſine temporis
diſtinctione aut cum temporis diſ
tinctio. primo caſu quando ſit ſim
pliciter. verbi gratia, quia teſtator
dicit vos inuicem ſubſtituo tunc
conſiderat qualitatem ꝑſonarum
inſtitutarum. Aut enim ſit hæc ſub
ſtitutio pluribus hæredibus extra-
neis vel duobus filijs in poteſtate
diſparibus in ætate vt quia vnus
eſt impubes alter verò pubes vel
quia ſint diſpares quantum ad pa
triam poteſtatem quia vnus eſt
emãcipatus, alter in poteſtate vel
extaneus & tunc omnibus iſtis ca
ſibus continet vulgarem tantùm
hincinde ratione inęqualitatis vi-
tandæ vt probatur in l. lucius & l. iam hoc iure. §. j.
ff. de vul. & pu. & d. l. hæredes. C. de imp. & ali. ſub.
niſi de voluntate teſtatoris appareret contrarium
vt in d. l. in teſtamento. in fi. aut ſit hęc ſubſtitutio
duobus impuberibus filijs in poteſtate conſtitutis,
& ſic paribus & æqualibus & tunc continet ſolùm
duas pupillares vt inſti. de pup. ſubſt. §. non ſolum.
& l. j. in fi. ff. de vul. & pu. Aut ſunt inſtituti & tunc
continet quatuor ſubſtitutiones duas vulgares &
duas pupillares & ſi eſſent quatuor filij contine-
ret plures quia ſecũdùm numerum inſtitu. amplia
tur numer⁹ ſubſtitutionũ vt d. l. lucius & l. iam hoc
iure. in prin. & hęc procedunt eo caſu quo ſubſtitu
tio iſta facta ſit in teſtamẽto ſolẽni, vbi autem fie
ret in codicillis tunc ſolũ contineret fideicommiſ
ſarias vt l. ſceuola. ff. ad treb. Secundo caſu princi.
videlicet cum hæc ſubſtititio ſit cum temporis di-
ſtinctione verbi gratia, ſi teſtator dicat vt commu-
niter fieri ſolet, ſi filij mei deceſſerint in pupillari
ætate vel poſtea quancunque eos inuicem ſubſti-
tuo tunc cõtinet ſex ſubſtitutiones, videlicet duas
vulgares & duas pupillares, & duas fideicom. & ſi
ambo ipſi filij eſſent furioſi vel mentecapti con-
tineret alias duas exemplares, & ſic eſſent octo &
ſi ipſi filij eſſent plures numero ampliaretur nume
rus ſubſtitutionum vt ſupra dixi. Ex quibus om-
nibus habes vnum notabile colligere, videlicet ꝙ
inæqualitas contingens circa perſonas inuicem
ſubſtitutas habet reſtringere & qualificare nume-
rũ & ſubſtantiam ipſarum ſubſtitutionũ & reduce
re ad ordinem ęqualem. Cuius ratio eſt quia eadẽ
diſpoſitio nõ debet inęqualiter & difformiter ope
rari vt in l. eum qui ædes. in prin. ff. de vſuc. & in l.
6 quamuis & in l. ij. C. de impu. & ali. ſub. †Vnde ꝓ
huius declaratione quæro, pone teſtator habens
tres filios vnum puberem & alios duos impube-
res eos inuicem ſubſtituit, nunquid quo ad il-
los duos impuberes hęc ſubſtitutio continet pupil
lares ſubſtitutiones videtur quòd non per rationẽ
prædictam quia quo ad puberem remanebit in-
æqualitas vt probant iura proximio. allega. &
iſta eſt veritas, quam opinio. ſequitur Barto. decla
rando eã tali ratione, q̨a poſito q̃d alter impubes
decederet ſequeretur abſurdũ, videlicet quòd ali
us impubes ipſi in totum ex pupillari ſuccederet
excluſo in totum alio pubere & dum ipſo pube-
re dacedente ipſi impuberes filij ſuccederent ex
vulgari vel ab inteſtato ſicque conquęri poſſet &
iuſtè dicere, ego ſum ita frater vt tu, ergo debeo
æqualiter ſuccedere, non eſt ergo in dubio
veriſsimile ipſum patrem voluiſſe hanc ſubſtitutio
nem cõpræhendere pupillarem ſubſtitutionem
inter ipſos impuberes & ipſum puberem filium
ab ipſius impuberis ſucceſsione priuare. argumen.
in l. vel ſingulis. ff. de vul. & pupil. & l. illud in fi.
C. de colla. nec ob. l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff.
de vul. & pup. per quam legem voluerunt tenere
contrarium quia ille. §. loquitur quando ipſe teſta
tor eoſdem impuberes de per ſe vniuit in ſubſtitu
tione, ideoque ipſã vnionẽ reperiſſe videt̃ in ſubſti

tutiõe

a Quæro ergo. adde Bal. in l. precibus. C. de impu. Bal. in l. centurio. ff. de vul. & pup. Bar ba. ĩ c. ray. de teſt. Bal in rep. c. ſi pater. de teſ. lib. vj.

tutione, sed in præsenti q. fuerunt vniti simul cum alio, ideoque locũ habent rationes præmissæ, postea quæro, pone testator habet duos filios, quorũ vnus habebat, verbi gratia, duos annos, alter xij. eosq; inuicẽ substituit demũ anno decurso, qui xij. an. habebat pubes efficitur, sicq; superuenit imparitas, an per hoc pupillaris substitutio vitietur in persona alterius qui in pupillari ætate remãsit, & no. quòd hæc quęstio est quotidiana quæ de facto sæpe contingit, videtur quòd sic ratione inæqualitatis euitãdæ, vt supra dictũ est, & etiã ex eo, quia si reducitur ad eũ casum à quo incipere nõ posset vitiatur, vt habetur & no. in l. pluribus. §. fi. ver. placet. ff. de ver. sig. cũ simi. ibi no. In cõtrariũ tenet Bar. & alij doct. in l. lucius. ff. de vulg. & pupil. nam longe differt inter æqualitatẽ existẽtẽ à principio dispositionis, de qua superius dictũ est, & eã quæ postea ex accidẽti cõtingit in q. pręsenti, prima vitiatur, secũda nõ: ar. l. eadẽ. §. illud. ff. de duo. re. &
7 l. iij. §. illud. ff. de suc. edic. † Ex his dicitur aliud videlicet quòd si in vita testatoris post cõditum testamentũ, alter filius pubes efficiatur, quòd nihilominus pupillaris durat in persona alterius, secundùm Bar. licet alij cõtra, vt no. in d. l. lucius. & sic secũdùm eius opi. habes hic vnũ casum quo attenditur tẽpus cõditi testamẽti, & nõ mortis ipsius testatoris cõtra. l. si alienũ. §. in extraneis. ff. de hære. insti. & prædicta procedũt, quãdo dicta inæqualitas superuenit facto naturæ ipsius testatoris, puta quia alterũ filiũ emãcipauit alio in potestate retẽto. tũc secũdùm eũ vitiatur pupillaris in persona vtriusq;, quod est no. argu. in l. alterius. in fin. ff. de adi. leg. & C. de diuer. rescrip. l. j. & in
8 authẽ. vt li. ma. & auiæ. §. ad hæc. † Pone aliam quęstionem ecõuerso ad præcedentẽ, ecce quòd à principio factæ substitutionis pupillaris erat inæqualitas inter substitutos, quę postea reducta est ad æqualitatẽ, verbi giatia, testator habens duos filios impuberes, vnũ in potestate, alium emãcipatum ipsos inuicem substituit, quæ substitutio solũ vulgares continet hoc casu propter eorũ inæqualitatem, vt d. l. quãuis. cũ si. deinde filiũ emãcipatũ ad suã potestatẽ redegit per adoptionẽ, an hoc casu pupillaris substitutio locum habebit in persona vtriusque, videtur quòd sic, quia cessat ratio inæqualitatis, ergo &c. vt l. qui soluendo. ff. de hære. institu. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. facit l. si alienas. in fi. ff. ad trebellia. & text. in l. ij. ver. j. ff. de vul. & pupil. In contrariũ est veritas, secundùm doct. & Bar. quia cũ talis substitutio pupillaris fuit ab initio inutilis nõ confirmatur tractu temporis. vt in regula, quòd ab initio. & l. penult. ff. de regu. iu. facit l. j. §. fi. ff. de lega. iij. & l. si ita. ff. de auro & ar. leg. Nec obst. d. l. ij. quia loquitur quando constabat de voluntate testatoris, quæstio
9 autẽ loquitur in casu dubio. † Rursum quæritur, pone quòd testator habens duos filios, vnum puberem & furiosum, & alium impuberem sanæ mentis, quos adinuicẽ substi tuit. An talis substitutio compræhendet pupillarem in personam impuberis & exemplarem in personam furiosi, videtur quòd sic quia insurgit ex hoc paritas in vtroque. ergo &c. doct. & Bar. vbi supra tenent contrarium quia non est verum quòd paritas insurgat sed in multis remanet imparitas cũ inter se in pluribus differant dictę substitutiones vt infra dicetur in materia exemplaris substõnis: patet ergo quòd nedum imparitas personarũ sed imparitas successionum cessare faciunt pupillarem, sed nõ imparitas
10 bonorum vt sequitur. † Vnde quæritur si testator duos impuberes filios instituat vnum in tribus vncijs alium in quinque eosque inuicem substituat continebitur ne pupillaris dic quòd sic, ar. in l. qui plus. cum l. seq ff. de vul. & pu. Idem si vnum alteri substituit post aliquod tempus & aliũ alteri post aliud tempus nam imparitas temporis sicut bonorum nõ habet impedire pupillarem substitutionẽ vt in l. miles. §. & quia iussimus. ff. de testa. mil. & facit ad hoc l. qui plures. & l. cohęredi. §. qui discre
11 tus. ff. de vul. & pup. † Quid autem dices si testator habens duos filios puberes furiosos eos inuicẽ substituit an talis substitutio continet vulgarem & exemplarem videtur quòd sic exemplo pupillarium substitutionum nam & hic reperitur inæqualitas inter eos. In oppo. facit quia hæc substitutio exemplaris procedit de iure speciali vt l. ex facto ff. de vul. & pu. ergo non videtur in breuiloqua cõtineri. argu. l. in testamento in fi. C. de test. mil. Tu autem secundùm doc. dic quòd trahitur ad omnes species substitutionum tum quia reperitur æqualitas tum quia hęc exẽplaris fit hodie de iure cõi per l. humanitatis. C. de impu. & ali. sust. Nec ob. d. l. in testamento. in fi. quia ibi loquitur quando substitutio secunda veniebat de iure speciali priuilegio testatoris hic autem veniebat olim priuilegio personę eius cui fiebat substitutio. hodie autem est ius commune omnibus in quo casu attenditur sim
12 pliciter æqualitas vel inæqualitas. † Deinde quæritur pone quòd hæc reciproca substitutio sit formata & expressa in casu vulgari, verbi gra. si quis eorum hæres non erit eos inuicem substituo aut in ea continetur pupillaris doct. dicunt quòd nõ virtute substitutionis vulgaris cuius natura est includere tacitam pupillarem vt d. l. iam hoc iure. ff. de vul. & pup. Ex his liquet manifeste quod hæc reciproca non est per se species substantialis alicuius substitutionis vt supra dixi.

13 † Amplius quæritur an pupillaris contenta in hac reciproca dicatur tacita vel expressa. Cuius scientia & inuestigatio magni est effectus vt infra dicetur & ideo aduertẽdum quòd in hoc gl. sunt cõtrarię. nam glo. in d. l. lucius. & insti. de pup. subst. tenent quòd sint expressæ, quam opi. secutus est Azo in sum. C. de impu. et alijs substi. Alibi glo. in d. le. precibus tenet quòd sint tacitę. Bar. verò vbi supra concordando dicit quòd sunt expressæ quo ad effectum ideoque matrem excludunt tacitè autem quo

14 quo ad sonum & formam verborum. †Insuper quæritur de notabili q. si fuerit huiusmodi substitutio facta duobus maioribus vel extraneis, an includat substitutiones fideicommissarias, dic secundùm doct. quòd aut substitutio est facta in codicillis, & porrigitur ad fideicommissarias, vt aliquid operetur: vt l. sceuola. ff. ad trebel. aut est facta in testamento, & tunc aut est concepta cum temporis multiplicatione, verbi gra. quãdocũque aliquis eorũ decesserit inuicem substituo, vel est relata ad desistentiam vel defectum liberorum ipsorũ hæredum & si. verbi gratia, si hæredes mei decesserint sine liberis, eos inuicem substituo, & tunc trahitur etiam ad fideicommissarias, quia ex verbis illis colligitur mens testatoris voluisse trahi, vt d. l. præcibus. & ibi no. glo. & per Bar. in l. centurio. ff. de vul. & pupi. aut est facta simpliciter, & tunc secũdùm Dy. & Bar. nõ porrigitur ad fideicommissarias sed ad vulgares tantùm, vnde cũ à principio valuerit iure directo, postea obliquatur, vt l. verbis ciuilibus. ff. de vul. & pu. & ibi no. Nec huic sententiæ habet repugnare l. qui plures. in prin. ibi in omnem casum & c. ff. eo. ti. quia ille tex. debet exponi, id est in omnem emolumentũ proueniens ex directa substitutione.

15 †Rursum quæritur de alio multotiens occurrẽte, ecce quòd testator habet quatuor filios, duos ex prima vxore, alios ex secunda, quos omnes hæredes sibi instituit, eosque sibi inuicem substituit, deinde, vnus ex his moritur, quæritur an cæteri omnes superstites ad eius successionẽ admittantur, an solus frater vtriusque cõiunctus cæteris præferatur, & videtur fratrem solùm vtrinque coniunctum cæteris anteferri per tex. in auth. post fratres. & in authẽ. defunct. C. communia. de suc. Ad idem facit, quia coniunctus coniunctione legali æquiparatur coniuncto cõiunctione hominis: vt l. ex testamento. C. de hær. inst. vnde cũ isti duo fratres sint coniuncti coniunctione legali. sequitur ipsum fratrem debere cęteris anteferri, sicut coniunctus cõiunctione hominis coniuncto coniunctione legis: vt l. cohæredi. §. discretas. de vulga. & pupi. Alij dicunt omnes æqualiter admittendos quasi hæc fuerit mens testatoris, cum parem affectionem ad omnes institutos ostenderit, & per consequens eandem videtur habuisse in substitutione: argu. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & pupi. & hanc partem sequuntur cõmuniter doct. nec ob. contrarium, quia illud procedit in coniunctione sanguinis in qua attenditur motus charitatis & dilectionis: vt no. in d. §. qui discretas, vel dic quòd d. authẽ. loquitur in successione ab intestato, hoc in successione ex testamẽto in qua testatoris volũtas potius quàm legis attẽditur, vt l. in testamẽtis. ff. de re iu. & l. in conditionibus. ff. de conditio. & demon. cum si.

16 † Postea quæritur an is qui est reciprocè substitutus possit venire ad successionem præmortui vtroque iure, tam ascendenti quàm iure substitutionis glo. quòd sic in l. nec his. §. si hæres. ff. de aqu. hære. & idem sentit Barto. in l. re coniuncti. de leg. iij. hoc idem determinat gl. in l. testamento. C. de impu. & alijs substitu. & ibi per Cyn. patet ergo quòd inter plures hęredes ante aditam hæreditatem & non post est locus iuri accrescendi. Fallit l. si ex pluribus. ff. de suis & leg. hær. & l. j. ff. de vsuf. accre. & ibi no. per gl. & in l. j. §. his ita. C. de cad. tol. & ibi per Cyn. & plenissimè per Bar. in d. l. re coniuncti. Pro cuius materiæ declaratione aduertendum est quòd aliquando sunt plures hæredes coniuncti. vel disiuncti in aliqua institutione, substitutione directa secus autem in fideicommissaria vt infra, aliqando sunt plures legatarij coniuncti vel disiuncti in legato. Aliquando sunt plures contrahentes coniuncti in contractu, primo casu subdistingue aut sunt hæredes ex testõ vel ab intestato si ex testamento aut omnes disiuncti, aut omnes coniuncti, Aut quidam coniuncti & alij disiuncti, primo casu vbi sunt omnes disiuncti tunc portio deficiẽns alij accrescit ne testator decedat pro parte testatus & pro parte intestatus vt in regula ius nostrum. ff. de re. iu. etiam illis inuitis vt d. l. testamẽto. & ibi no. C. de impu. & ali. substi. & l. j. §. is ita. C. de ca. tol. & l. j. C. quando non pe. par. pe. acc. & ibi per Cy. Secundo casu cum sunt omnes coniuncti, tunc aut post partem defectam alius cohæres adiuit parem suam & tunc ei inuito accrescit portio deficiens vt d. l. testamento. ff. de acqui. hæ. l. si quis hæres. & l. si tu ex parte. Aut ante partem defectã cohæres suam partem adiuerat & tunc aut pars ipsa deficiẽs deficit beneficio speciali vt quia restitutus est in integrum ad repudiationem faciendam, & tunc non accrescit cohęredi inuito sed solũ volẽti vt l. si minori. ff. de acqui. hęre. aut deficit benefi. communi vt quia nunquam adiuerat & tunc non accrescit cohæredi inuito simpliciter. sed defertur sibi electio an velit suam partem retinere vel repudiare & si voluerit retinere alia pars deficiens sibi accrescat vt est tex. fin. in l. cum hæreditate. ff. de acquiren. hæredi. & per hoc patet quòd post aditam hæreditatem admittitur quis ad repudiandam partam suam beneficio alterius qui ex persona sua admitteretur, vt le. sicut. & leg. suus. de repud. hæredi. Tertio casu cum alij sunt coniuncti & alij disiuncti tunc si quidam deficiat portio vnius ex coniunctis accrescit soli coniuncto cum limitatione supra proximè tradita. Si verò deficiat portio vnius ex disiunctis tunc accrescit communiter omnibus vt hæc habentur in d. §. his ita. Ratio autem diuersitatis ibi ponitur. Nec ob. l. item quod sabinus. §. j. ff. de hær. insti. quia ille §. secundùm veram opi. debet intelligi, quòd ibi erant omnes disiuncti.

17 †Quod autem dictum est accrescere cohæredi idem, intelligas in ipsius cohæredis hærede, quia ius accrescendi sequitur portionem hæreditariam ad quemcunque deueniat, sed non sic ius substitutionis, quia illud finitur cum persona, nec transit ad hęredem suum. vt lege si ex pluribus. ff. de suis. & leg. hæredi &

& lege sed si plures in prin. & lege qui habebat.
ff.de vulga. & pupillar. nisi fortasse substitutio
esset cum iure accrescēdi cōiūcta.v.g.si esse vnus
& idem hæres substitutus vt l.qui patri.ff.de vul.
& pup. secundùm Bar. vbi supra.Et notandum,
quòd portio quæ accrescit pluribus cohæredibus
non accrescit æqualiter sed pro portionibus hæ-
reditarijs: vt l. meuio. in prin. ff. de leg. ij. & le. liber
homo. §. cum quis. ff. de hæ. insti. Hic pro aliqua de-
claratione præmissorum quære, regula est quòd
inter legatarium & hæredem non est locus iuri
accrescendi vt no. in l. quoties. ff. de hære. institut.
& l.j.§.ex fundo.ff.eo.titu.Pone ergo quòd testa-
tor putans Titium ipsum hæredem vniuersalem
instituit.Sempronio autem fundum legauit,quæ-
ritur cum Titius reperiatur mortuus an hæredi-
tas quæ sibi deferebatur accrescat Sempronio le
gatario,videtur quòd non per regulam antedictā.
Tu dic quòd accrescit, vt expresse determinat
Guil.de cu.ī l.seruo.ff.de cōd.inde.& Bar.in l.quo
ties.§.si duo.ff.de hæ.insti.non ob prædicta regula
quia tunc locum habet prędicta regula cum hæ-
reditas facta fuerit quasi caduca,vt not.in dict.le.
quoties.&.§.si duo.
18 †Sed hic considerandum occurit an accrescat
cum onere vel sine onere vbi distinguendum aut
accrescit portio pro non scripta aut quasi ca-
duca. Si pro non scripta aut portio deficit deli-
cto ipsius hæredis priuati & tunc alijs accrescit cū
suo onere.ff.de his qui pro nō scri.l.si. Aut est pro
non scripta ex alia causa, & tunc in legatis accres
cit sine onere:vt l.j.§.in primo.C.de ca.tol.In hæ-
reditatibus autem sunt opi.diuersæ, dic tamen se-
cundùm Barto.aut onus fuit simpliciter appositū
& tunc accrescit cum onere :vt.d.§.his ita.Aut fu
it appositum nominatim,& tunc aut ab omnibus
hæredibus& accrescit cum onere,vt d.l.qui condi.
ij.respon.ff.de condi.& de. & l.ciuitatibus.§.lucius.
ff.de leg.j.aut nominatim ab vno solo & tunc ac-
crescit sine onere vt l.celsus.§.pe.& fi.ff. de lega.
ij.Secundo casu & tertio accrescit cum onere:vt d.
l.j.§.pro secundo.&.§.nouissimo.C. de ca.tol.& ad
de his quę not.per Bar.in l.quæ conditio.& l.plau
tius.ff.de condi.& de. Venio ad secundum prin.
arti.qui fuit quando sunt plures hæredes ab inte-
stato in quo sic dicas secundùm Barto.quod regu-
lariter vbi sunt pares in gradu & coniunctione
locus est iuri accrescendi inter eos:vt di.le.si ex
pluribus.ff.de suis & leg.Vbi verò esset disparitas
in coniunctione ver.g.pone quòd pater decessit
pluribus derelictis filijs & nepotibus ex filio præ
mortuo quorum vnus partem repudiauit qualiter
ad partem repudiatam admittentur cæteri,distin-
guit Barto.vbi supra aut repudiat vnus ex nepoti
bus & tūc soli fratri suo accrescit exclusis patruis
tanquā duplici iure cōiuncto aut repudiat vnus de
filijs & tunc nedum ipsi fratri sed cæteris nepotib⁹
pariter accrescit argu.in l.si duobus. in fi.ff. de cō
trata.& ff. de coniug.cum eman.lib. l.j.§. si quis
ex nepotibus.fallit in casu l.j.§.si duo fratres.ff.de
19 co.bo. †Quid autem dices si pater decesserit
duobus filijs superstitibus ex prima vxore & alijs
duobus ex secunda, alter ex his repudiat partem
suam cui accrescit,dicit ipse Barto.quòd accrescit
pariter omnibus.vt in l.si duobus.in fi.ff.de con-
trata.& ff.de coniug.cum eman.lib.l.j.§.si quis ex
nepotibus. Nec huic sententiæ repugnat auth.ces
sante.C.de leg.hær.quia ibi loquitur secundū eum
in successionem quæsita ipsi patri defuncto in
qua præferuntur plus coniuncti, hic autem loquitur
de successione nondum ipsi defuncto quæsita sed
deferenda per ius accrescēdi, quo casu non attendi
tur maioritas coniunctionis pro quo facit l.fi.ff.ad
tre.Dy.tamen tenet contrarium :vt no.in l.cohæ-
red.§. qui discretas.& l.iam hoc iure .ff.de vul.&
pupil.
20 † Viso de hæredibus videndum superest de
legatarijs an inter eos sit locus iuri accrescendi,de
quo per Cy.in d.l.j. §.his ita.C. de cal.tol.& l.si
tortidianum fundum.C.de leg.& per Bar.plenissi
mè in d.l. re coniuncti.ff.de leg.iij.Pro cuius faci-
liori introductione sciendum est quòd quidam sūt
disiuncti re & verbis,quidam autem vtroque mo
do coniuncti,quidam verò coniuncti re tantùm,&
quidam verbis tantùm coniuncti dicuntur autem
illi omnino disiuncti, quando in diuersis orationi-
bus vni legatur vna res & alij alia res:vt v.g.lego
Titio fundum item lego Sempronio domum & in
ter istos non est locus iuri accrescendi :vt l.& pro
culo ff.de le.ij.& d.l.j.in prin.& ibi per glo.ff.de
21 vsufr.accres. †Coniuncti vero vtroque modo di
cuntur illi qui simul coputantur in eadem re, ver.
g.Titio & Sempronio lego fundum vt no.ꝑ gl.in
l.j.de vsufr.accr. quod exemplum reprobatur per
Pe.licet male scd̄m Bar.qa ꝑ gl.est tex.insti.de le.
§.sed si eadē res & ibi no. cōiūcta l.triplici.ff.de
ver.sig.Verbis tātùm coniūcti dicūť quādo ꝑsonæ
cōpulāť in oratiōe & in re legata diuidūť.v.g.Ti-
tio & Sēpronio lego fundū æquis portionib⁹ vel
singulis ꝑ dimidia aut vni ꝑ tertia parte alij ꝑ du
ab⁹ vt l.si ita quis.de hęr.insti.& l.meuio.ff.de leg.
ij. Re autē tantū cōiūcti sūt quādo ꝑsonę separāť
in diuersis oratiōib⁹ & in eadē re instituātur ver
bi gratia,Titio lego fundū item Sempronio lego
eundē fūdū vt l.si separa im.ff. de cōd.& dem.&
l.si plures.ff.de le.j.quo casu videť in dubio legādo
secūdo adimere prio.scd̄m gl.in d.l.j.de vsuf.acc.
quæ in hoc male dicit scd̄m Dy.& Bar.vt no.in d.
l.si plurb⁹.& sicut ff.de adi.le.& ꝑ sua gl.ff.de sti.
seruo.Quib⁹ sic ꝑmissis respōdeo ad quęstionē di
stiguendo aut sūt pariť cōiūcti re & verbis & ha
bet locū inter eos ius accrescendi si velint,nō au
tem eis inuitis vt l.j.§.vbi autē legatarijs.C.de ca.
tol.& ibi ꝑ Cy.& ꝑcedit hoc ius accrescēdi modo
de quo infra dicetur aut sunt coniuncti verbis tan-
tùm & tunc subdistingue secundùm Barto. aut in
verbis est coniunctio sed in re totalis & separata di
uisio vt lego Titi. & Sēp.singulos boues & si.& nō
habet

habet locũ inter eos ius accrescẽdi: vt ff. de vsu. ac. l. j. in ij. responsio. facit l. recte dicimus. §. si. ff. de verbo. sig. aut in re non est totalis diuisio. v. g. lego Titio, & Sempronio fundum æquis portionibus pro indiuisio & tunc quia res est indiuisa nec possunt partes ad oculum demonstrari vt l. meuius. §. duobus. ff. de le. ij. erit locus iuri accrescendi si velint vt d. l. re coniuncti. Aut sunt coniuncti re tantum & tunc sub distinguitur aut sunt coniuncti in vsufructu tantum aut in domino. Primo casu aut portio vnius deficit ante acquisitionẽ vsufructus, & habet locum ius accrescendi qa à pri. in. totidẽ singulis est collatũ. Aut deficit post acquisitionem, & tunc habet locum etiam ius accrescendi inter volentes vt probatur in d. l. j, §. interdũ. ff. de vsufr. accr. Secundo casu cum sint coniuncti in dominio tunc habet locum ius non decrescendi quia à prin. cuilibet ipsa res fuit insolidum attributa sicque per solum concursum faciebant sibi partes quo concursu cessante remanet res ipsa insolidũ apud alium vt habetur in d. l. forti dianum. C. de leg. & ibi no. per Cy. & probatur in d. l. j. §. sin autem à deficientis. C. de ca. tol. & cum hac distinctione & tali modo veniũt simul ad hoc ius accrescendi qui cõiuncti sunt vtroque modo. l. re & verbis licet in hoc sint aliqui qui contrarium sentiant vt no. per Bar in d. l. re coniuncti. Ad quæ vide q̃ habentur in l. plenè. §. si coniuncti ff. de leg. j. & in §. si eadem res. isti. de le.

22 †Aduerte tamen ad vnum quòd si aliquis ex coniunctis fuerit admissus ad partem suam de iure speciali non vtetur iure accrescendi vt l. mulieri & titio. ff. de cõdi. & de & ibi no. per Bar.

23 †Porro qa superius visum est quibus casibus pars deficiens alijs accrescat videamus an in legatis accrescat cum suo onere vel sine sicut supradictũ est in hæreditate. In quo articulo sic distingue aut pars deficiens est pro non scripta & accrescit sine onere vt d. l. j. §. in primo de ca. tol. aut erat caduca vel quasi & tunc aut sunt cniuncti verbis tantùm, aut vtroque modo. Primo casu distinguit Barto. aut onus erat impositum nominatim, aut simpliciter vt supradictum est in hæredibus vel dic secũdum Cy. quòd in legatarijs considerãdum est hoc. Aut enim est onus consistens in damno, & tunc accrescit cum tali onere d. l. j. §. ne autem. C. de ca. to. Aut consistit in faciendo & tunc aut non inheret persone & idem aut inheret persone & tunc non accrescit cum onere sed sine eo vt habetur in d. l. j. §. sin autem. &. §. si verò talis Vbi autem vtroque modo coniuncti tunc aut pars deficiens est pro non scripta & idem quod supra distinguendum est per d. l. j. §. in primo aut est caduca vel quasi & tũc licet in hoc sint diuerse opi. tan. ẽ veritas est quòd sine onere accrescit quinimo non decrescit cum cuilibet insolidum res ipsa à princi. fuerit attributa sicut in coniunctis re tantùm, vt dictum est & cum ista determinatione intelligendus est præal. §. vbi autem legatarijs. & ibi per Cy.

24 †Nunc restat discutere articulum qui est an inter plures contrahentes locus sit iuri accrescendi. In quo sic distingue secũdũ Bar. aut quæritur de iure accrescendi quod procedit ex coniunctione hominis aut ex cõiunctione legis. Primo casu aut quæritur de vsufructu accrescendi & in eo locum habet ius accrescendi l. prima. ff. de vsufru. accre. aut quæritur de domino vel proprietate & tunc aut loquitur in diuiduis & locum habet ius accre. vt l. j. §. j. ff. de vsuf. acc. & l. proprium. ff. communia prædio. & tunc aut loquimur de dispositis à principe & habet locum ius accrescendi, vt l. j. C. si so. imperia do. libro. x. aũt est in dispositis per alium inferiorem & tunc aut interest contrahentis quòd locus fiat iuri accrescẽdi. & habebit locum etiam auersario inuito vt probatur in l. fundus ille. ff. de contrahen. emp. & ibi no. Aut eius non interest & tunc cessat ius accrescẽdi vt l. si mihi & titio. ff. de ver. ob. & ibi no. per Bar. in d. l. si duo patroni. in prin. ff. de iureiu. fallit in assignatione liberorum. vt. ff. de assi. li. l. fina.

25 †Per quæ colligitur [a] determinatio ad illam. q. quando eadem res duobus est data in feudum vel emphyteusim an sit locus iuri accrescendi int eos in qua. q. Barto. in l. si mihi & titio sic distinguo aut res ipsa data fuit ambob⁹ præsẽtib⁹ acceptãtibus & tunc mortevnius non sit locus iuri accrescẽdi p d. l. si mihi & titio. quia p acceptationẽ & requisitionẽ cessat ius accrescẽdi vt l. circa. ff. de vsu. leg. & ad hoc bene facit. c. j. de duo fra. de no. bñfi. inu. cs. x. de gra. suc. in feu. c. j. nisi eẽt emphyteusis paterna. Si autem data fuerit vni præsẽti & alteri absẽti tunc nõ valet nisi pro dimidia regularit̃ vt d. l. si mihi fallit si esset talis persona quæ posset absẽti quærere vel ex forma statutorũ vel iuris cõmunis item quęreret soli præsẽti insolidũ si esset cõtractus onerosus vt d. l. fũdus ille.

26 †Sed quid dices [b] si sit patri res aliqua in feudum concessa vel emphyteusim recipiendi pro se & filijs suis, quo mortuo alter ex filijs decessit sine herede an accrescat alteri portio sua vel redeat ad dominum: dic secundum Barto. quòd accrescit quia hec aquisitio est paterna ideo sit locus iuri accrescendi. vt d. c. primo. de duo. frater. de no.

a Colligitur. Adde Bal. in c. de cedẽti qui feuda. pos. in v si. feu. Bal. in l. si qua. C. ad ter. docto. in l. si. mihi & titio. de ver. ob. Spec. ti. de feu. vers. xxxvj. Paulus de ca. cõ si. clvj. & seq.

b Dices. Vide Abba. in c. raynutius de testa.

benefic.inue.& in c.cum verò corradus.qui feu. da. pos.Tangitur per Cy.in l.j.C.quando non pe.par. & per Spe.in tit.de loc.§.nunc aliqua. ver.lxix.& per Dy.in l.codicil.ff.de vsufr.leg.

Postremo quæritur an ius huius reciprocæ substitutionis transeat ad hæredes ipsius substituti, dic breuiter quòd non, vt d.l.lucius.§.fin. & lege qui plures.& lege qui liberis.§.hæc verba.ff.de vul.& pup.nisi fortasse & hæredes eius essent pariter cum eo substituti, vt plerunque vidi fieri, & est optimum consilium, vt testator dicat Titium, & filios ac hæredes suos Cayo substituto, ius autem accrescendi transit in quoscunque, vt l.si ex pluribus.ff.de leg.hæredi.& hæc sufficiant.

EPITOME.

1 *Quare dicitur exemplaris substitutio.*
2 *Muto, surdo, & prodigo, an substituatur exemplariter.*
3 *Qui possint exemplariter substituere.*
4 *Quibus possit exemplariter substitui.*
5 *Substitutus exemplariter à matre, an præferatur substituto exemplariter à patre.*
6 *Quæ personæ possint exemplariter substitui.*
7 *Ex pluribus filijs, an pater possit vnum ad substituendum eligere.*
8 *Pater an teneatur substituere æqualiter fratres tā vtrinque quàm ex eadem matre tantùm.*
9 *Vulgaris vel exemplaris facta mentecapto, an contineat exempla.*
10 *In expressa pupillari, an contineatur tacita exemplaris.*
11 *Tacita exempla an excludat matrem.*
12 *Quæ sint necessaria ad substi.exempla.*
13 *Substitu.exempla.quando finiatur.*
14 *Substitu.exempla.extinctæ per sanitatem superuenientem an reuiuiscat morbo inualescente.*
15 *Substitutio exempla, an sit penitus extincta condito testamento per mentecaptum tempore sanitatis.*
16 *Codicil.o testamento ante furorem substi.exempla. facta tempore furoris non valet.*
17 *Superuenientibus liberis, an finiatur substi.exempla.*

EXEMPLARIS. Hæc substitutio est de raro contingentibus. Cuius forma talis est, si filius meus mētecaptus, vel furiosus antequā rediret ad sanos mores decesserit, substituo sibi
1 Sēpronium. †hæc eñ exēplaris dicit.qa ad exemplum pupillaris est inuēta, vt qua ratiōe fit substitutio pupillaris ei qui defectu ætatis testari non potest, sic & ei qui defectu sensualitatis impeditur testari, vt traditur in l. humanitatis, & ibi per Cy.C.de impu.& alijs substi.& in l.ex facto, & ibi per Bart.ff.de vul.& pu.& in §.qua actione.
2 insti.de pup.substi. †Sed circa hanc quęritur an muto, surdo, & prodigo possit substitui exemplariter, videtur quòd non, quia de furioso, & mentecapto loquitur lex, ergo ad alios non extenditur, argumen.in lege si verò.§.de viro. ff.soluto matrimonio. nisi de speciali gratia principis. vt d.l.ex facto.& hanc partem sequūtur alij quos refert Cy.in dicta lege humanitatis. Alij tenent contra. quia in eis est eadem ratio, ergo idem ius vt lege illud.ff.ad l.acqui.ad quod facit lege gallus.§. & quid si ttāūm. ff.de libe.& post.& l.j.C. de cu.fu.& l.si furiosi. C.de nupt. Nec ob.quòd lex humanitatis loquitur de solo mētecapto, quia illud solum est positum gratia exempli, quod non habet regulam restringere, vt l. damni infecti. in fine. la ij. ff. de dam.infec. & hæc verior. non ergo est opus pro hac substitutione hodie principem adire, cum omni iure liceat cuicunque hanc substitutionem facere propria autoritate, & quo ad hoc ramanet correcta l. ex facto pręalle.
3 †Deinde
a quæritur [a] qui possint exemplariter substituere, dic breuiter quòd soli ascendentes vtriusque sexus, videlicet pater & mater.& alij superiores, vt dicit tex.in d.l.humanitatis.& d.§.qua ratione per quòd colligitur vna differentia inter hanc exemplarem substitutionem & pupillarem, nam mater non potest pupillariter substituere.quia non habet filium in potestate, vt lege - mater.ff.de vul.& pupilla.

[a] *Deinde quæritur. adde Bar. in l.ex. facto.de vul. & pu.Bal. & doc.in l. humanitatis.*

4 † Tertiò principaliter quæritur, quibus potest exemplariter substitui, dic quòd liberis tantùm, nō extraneis patientibus aliquod vitium de prædictis, siue sint in potestate, siue sint sui iuris, siue sint naturales & legitimi, siue naturales tantùm, siue legitimi tantùm, vt dicta lege humanitatis. & l.ex facto. per quæ patet alia differentia inter hanc & pupillarem, quia pupillaris non fit naturali tantùm, vel emancipato, vt supra dictum est, & probatur in dicta lege lucius.cum simi. Est etiam alia differentia, quia hæc substitutio non fit impuberi. si enim fieret pupillo furioso operaret hęc substitutio, tanquam pupillaris potius quàm exemplaris attento vitio, seu defectu naturali potius quàm accidentali, ar.in l.qui habet.ff.de tute. nisi pupillus esset emancipatus, quo casu cum non posset operari vt pupillaris, operaretur vt exemplaris, secundùm doc.& Bartolum vt no.in d.l.ex facto.& per Cy.in
5 d.l.humanitatis. †Quartò quæritur, quoniam dictum est patrem &

H ma

matrem poſſe hanc facere ſubſtitutionem,pone quòd pater filio furioſo dedit vnum ſubſtitutum mater dedit alium,quis eorum præfertur,dic quòd licet ī hoc diuerſę ſint opi. Illa tamen æquior eſt qua diſtinguitur, aut filius erat in poteſtate patris,& tunc præfertur ſubſtitutus datus ab eo in paternis bonis, vel aduentitijs, quia ius paternæ poteſtatis potenti⁹ eſt iure matris.In bonis autem maternis præferendus eſt ab ea ſubſtitutus,ar.eius quod dicitur de filio arrogato in l.ſi errogato.ff.de adop . & l.ſi plures.§ . in arrogato. ff.de vul.& pu.facit etiam quod dicitur de tutore in l.mater.C.de teſt.tu.& l.mulier & l.ſi patronus. ff.de confir.tu.Si autem filius erat emancipatus , & tunc in bonis paternis præfertur ſubſtitutus à patre . In bonis maternis præfertur ſubſtitutus à matre, in aduentitijs æqualiter omnes admittuntur,quòd operatur diuerſitas parentum & patrimonium,ſicut aliâs dicitur in d.l.ſi arrogator . & quæ dicta ſunt in patre & matre,locum etiā habent in auo & auia,& alijs ſuperioribus, vt plene tradit Bar.in d.l.ex facto. miror tamen quòd doc.non conſiderauerunt in hac.q.qualitatem ꝑſonarum ſubſtitutarum,ar.d.l. hūanitatis credo quòd hoc poſuerunt ꝓ conſtāti Sed quid ſi mater tranſiuit ad ſcđa vota , an priuatur hoc priuilegio ſubſtituendi exemplariter ipſi filio, dic quòd ſic, quia tunc ceſſat illa humanitas . de qua in d . l . humanitatis.ar.ī l.omnē.C.ad ter.& l.ſciant. C.de legi.hæ.& quòd habet in l.lex quæ tutores.C.de admi . tu . & in auct.hoc ſacramentum.C.qñ mul.tu. officio fun.po. & l.j.C. vbi pu. edu.

6 de. †Sexto q̄ritur quæ ſint illæ ꝑſonæ quæ pñt exemplariter ſubſtitui,dic quòd illæ ſolæ quas veriſimile eſſet ipſos liberos ſibi ſubſtituiſſe, vel inſtituiſſe ſi fuiſſent ſanè mentis , & potuiſſent teſtari,vt puta ipſorum filios,nepotes.& alios ſimiles ꝓximiores.Extranei autem illis extantibus ſubſtitui nō poſſent, vt probatur in d.l.humanitatis. Et ex hoc colligitur etiam alia differentia inter hāc ſubſtōnē exemplarē, & pupillarem,quia in pupillari oēs pñt ſubſtitui , vt in l.ij.§.quos poſſent. ff. de vulga. & pupil. & in hac illi ſoli de quibus dictum eſt. quam quidam voluerunt dicere,quòd d.l.humanitatis corrigat.d.§.quos poſſunt.cum ſi.vt ſit hodie idem quo ad hoc in vtraque ſubſtitutione quæ opi.non eſt communis,vt refert Cy.in.d.l.humanitatis.&

7 Bar.in d.l.ex facto. †Quid igitur ſi iſte filius cui fit hæc ſubſtitutio,habeat plures filios vel fratres,an liceat patri eius,vel matri vnum ex eis eligere,& illum ſolum ſubſtituere alijs excluſis,vel præteritis.Dic breuiter quòd licet quo ad hoc ſint cōtrariæ opi.doct.attamen verior eſt opi.vt diſtinguatur,aut non ſubeſt iuſta cauſa præteritionis, vel exhæredationis.& tūc tenetur æqualiter eos ſubſtituere,& ratio eſt q̄a pater & mater pari mō debēt ſe habere in hac ſubſtitutiōe,ſicut veri ſimiliter ſe habuiſſet ipſius filius ſi teſtamentum cōdidiſſet vt ꝓbatur ꝑ tex. in dicta lege hamanitatis.

8 †Poſt hæc quæritur quid ſi filius habet fratres vtrinque coniunctos,& alios vterinos tantùm, an pater teneatur ipſos æqualiter ſubſtituere,quidam , quos refert Bartolus in dicta lege ex facto.dicunt quòd ſolùm vtrinque coniuncti ſunt ſubſtituendi,quia hi ſoli ſunt ſubſtituendi qui admittuntur ad querelam,vt probat tex.in dicta lege humanitatis . & quia vterini ſoli non admittuntur ad quærelam , vt lege ſi fratris . C.de inofficio.teſta.ergo non ſunt ſubſtituendi . Alij autem diſtinguunt , aut ſubſtitio fit à patre, vel à matre. ſi à patre tunc præferendi ſunt in ſubſtitutionē vtrinque coniuncti,vel conſanguinei tantùm. Si verò à matre,tunc ſunt æqualiter ſubſtituendi omnes , de quo plenius

9 vide in dicta lege ex facto. †Rurſum quæritur ſi pater ſubſtituerit ſolùm vulgariter vel pupillariter tantùm filio ſuo impuberi,& mentecapto.An in hac vulgari & pupillari contineatur exemplaris ſubſtitutio , dicunt quidam quòd in hac vulgari expreſſa non continetur tacita exemplaris.nec ſimiliter in pupillari ne duo ſpecialia in eodem concurrere videantur,vt no.in l.j.C. de do.promi.& cum poſt.§.gener.& ibi no.ff.de iure do.Bar.vbi ſupra diſtinguit , aut tempore quo pater ſubſtituit filius nullum patiebatur defectum.tunc nō cōtinetur in ea exēplaris propter ſuperueniētē defectum,quia ad caſum inexcogitatum non ſunt extendenda verba.ſubſtitutionis,ar.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de ver. ob.Aut tempore teſtamenti filius patiebatur defectum furoris,& tunc in vulgari cōtinebitur tacita pupillaris infra tempora pupillaris ætatis,& ceſſabit exemplaris, attento potius naturæ vitio quàm accidentis,vt ſupra dictum eſt poſt verò pupillarem ætatem continebitur exemplaris, & ſic prouiſio teſtatoris videatur relata ad omne tempus ſecundùm qualitatē perſonæ,ſi tamē perſona ſubſtituta fuerit de his quæ continentur in d.l.humanitatis.& hoc dictat æquitas,& humanitas.d.l.facit.in ar.l.qui neque . & l.ſi prædi-

10 cta.ff.de re.earum. †An autem [a] in expreſſa pupillari contineatur tacita exemplaris , voluerunt quidam dicere , quòd ſic, ratione ſimilitu-

dinis

[a] An autem. adde Bald. in l.humanitatis. C. de impube. verſi.tertio quæritur.et Alex. cōſi. xxv.ī j.vo.

dinis quam habent inter se, vt plurimum istæ duæ substitutiones, Ideoque de vna ad aliam facilior est transitus. argu. in l. rem. §. item quecumque. ff. de rei ven. & l. si accepto. cum si. eo. ti. Aut distinguunt, an hæc pupillaris sit facta cum limitatione temporis, verbi gratia, si filius meus decesserit in pupillari ætate talem substituo. Et tunc si semel valere potuit, vt pupillaris, postea in aliam non resoluitur. ac obligatur. vt lege si ita quis. ff. de hær. insti. aut est facta simpliciter, & tunc aut est facta filio in potestate, & valet vt pupillaris vsque ad pubertatem, & post, valet vt exẽplaris. ar. in l. cẽturio. ff. de vul. & pup. aut est facta filio emencipato, & tunc valet vt exemplaris, arg. in l. galus. §. j. ff. de li. & post.

11 † Vltra quæritur [a] an prædicta tacita exemplaris excludat matrem, dic secundùm doct. quòd non nec alias personas quas non excluderet tacita pupillaris. sapit enim hæc substitutio in multis na turam pupillaris. vt statim subijciam, cum sit ad ipsius exemplum inducta & reperta, vt in §. qua ratione. insti. de puisub. ergo & c. vt l. j. ff. de leg. j. le. ij. C. con. de le. Sed expressa exemplaris bene matrem includeret eadem ratione qua pupillaris expressa quod tenet Bart. vbi. supra.

12 † Item quæro quòd sunt necessaria ad hoc vt exemplaris substitutio fiat, & valeat. dic breuiter quòd sex. Primò videlicet quòd is cui fit substitutio sit de liberis. Secundò quòd sit mẽtecaptus, vel in simili vitio constitutus tpe testamẽti. seu mortis ipsius testatoris, ar. in d. l. ij. §. si extraneus. ff de vul. & pup. Tertiò quòd morte testatoris nõ recidat in alterius potestatẽ quia si reciderer, quod non potest per se, non poterit p aliũ, ar. in l. neque. C. de he. insti. sicut de pupillaribus superius dictum est. Quartò quòd testator faciet sibi testamẽtũ, vt d. l. humanitatis. Quintò quòd sit institutus saltem in legitima, non. autem exhæreditus, nec præteritus vt. d. l. humanitatis. Sextò quòd ipsius testatoris adeatur hæreditas expresse, vt habeatur pro adita ipso iure per existentiam sui hæredis, vt supra dictum est pupillari, vt lege si filius qui patri. ff. de vulga. & pupilla. & lege si. §. j. C. de cu. fu. hoc sequitur Barto. vbi supra ex quibus patet differẽtia & consonantia inter has substitutiones

13 † Septimò quæritur [b] quando hæc substitutio exemplaris finiatur & vicietur. ad hoc sic respondeo, quòd generaliter vitiatur vbicunque aliquid ex prædictis substantialibus. defecerit. Finitur etiam ex superuenienti conualescencia, & qualitercunque vitium cessauerit. Item finitur si filios quos prius non habuerat susceperit hic furiosus, vt dicta lege humanitatis.

14 † Sed circa hoc quæritur si per conualescentiam superuenientem extincta sit substitutio exemplaris post quàm reincidat in furorem. an substitutio reuiuiscat. seu reconualescat, & quidam distinguunt, aut vterque actus furoris cessantis, & redeuntis contingit in vita testatoris, & tunc reconualescit substitutio. argum. lege posthumus. ff. de iniu. rup. & irri. testa. iuncta lege secunda. ff. de peti. hære. aut contingit post eius mortem, & tunc non reconualescit per iura prædicta. Bartolus autem in dicta lege ex facto. aliter distinguit. aut enim furor & dementia perseuerat. & tũc planum est quòd substitutio firma stat, aut furor cessat, & eodem modo cessat substitutio, non autem extinguitur. Ideoque si iterum superueniat furor ipsa substitutio vires assumit quæ prius cessauerat, & tali verbo cessat vtitur cum ministerio dicta lege humanitatis.

15 † Ex quibus secundùm eum colligi potest decisio ad quæstio. quid si filius post reditum ad sanos mores testamentum fecit, quod facere potuit, si erat sui iuris, vt. l. furiosus. C. qui testamen. fa. poss. si. post reincidat ad furorem, quod non reuiuiscat vlterius substitutio exemplaris. quia per eius propriam prouisionem satisfactum est in bonis eius, vnde superflua est aliena ne per indirectum sublata esset sibi testandi facultas. quod esset non debet, vt lege stipulatio hoc modo, ff. de verbo. obligati. † Deciditur etiam & aliud videlicet, quòd si talis filius qui prius numquam fuerat furiosus in perfecta salute fecit testamentum, deinde superuenerit sibi furor, quòd non poterit sibi exemplariter, vel à patre, vel a matre substitui ratione prædicta ad quod facit lege si arrogator. cum ibi notat. ff. de adoptionibus. videtur tamen opinio Bartoli in eo quòd dicit substitutionem cessare contradicere tex. in dicta lege ex facto.

17 † Postremo quæritur an ex superuenientibus liberis finiatur substitutio exemplaris. & dic quòd sic, siue sint filij naturales tantùm, vel legitimi, vel simul legitimi, & naturales, vt probat. text. in. d. l. humanitatis in ratione sui. licet ille tex. loquatur in filio suo, & hoc tenet Bartolus in d. l. ex facto. pro quo facit, quia præsumptio est ipsum furiosum, si foret sane mentis ipsos filios cæteris in institutione prætulisse, vt lege cum acutissimi. C. de fidei commissarijs &, lege auus. ff. de condi. & demon.

[a] *Vltra quæritur. adde Bal. in. l. lucius. ff. de vulga. & pupill.*

[b] *Septimo quæritur. adde Bart. in l. ex facto. ff. de vul. & pu.*

EPITOME.

1 *Cur dicatur compendiosa.*
Quæ sit forma compendiosa,

3 *Compendiosa an sit species de per se.*
4 *Quas substitutiones comprehendat compendiosa.*
5 *Verba directa compendiosa quae.*
6 *Verba obliqua quae.*
7 *Verba communia quae.*
8 *Cum substitutio sit per verba directa, quas substitutiones comprahendat.*
9 *Verbum sine liberis adiectum verbis compendiosis quid importet. nu. 10. 11. 13. 14.*
12 *Substitutio ita facta, si filia mea decedat antequam nubat, an sit compendiosa vel fideicommissaria.*
15 *Qui sit effectus, an substitutio sit directa vel fideicommissa.*
16 *Compendiosa quando sit per verbum commune quid importet.*
17 *Quando mater est in medio, an sufficiat fuisse tempore mortis testatoris, licet non fuerit tempore quo cedit dies substitutionis.*
18 *Facta substitutio filio si impubes sine liberis &c. an eo decedente post pupillarem aetatem locum habeat.*
19 *Facta substitutione filijs de tertia persona vno ex eis decedente, cohaeredes, an substitutus admittatur.*
20 *In substitutione compendiosa pluribus institutis continente pupillarem, vulgarem, & fideicommiss. an sit locus substituto cum disiunctione.*
21 *In vulgari cur exigatur impedimẽtum cõditionis in persona omnium institutionum, vt sit locus substituto, in alijs autem distinguitur.*
22 *Substitutio de pauperibus, an habeat locum vno ex pluribus filijs institutis, decedente sine filijs.*
23 *Substitutio compendiosa facta per verbum commune, an contineat substitutionem vulgarem.*
24 *Substitutus compendiosè in re certa, an sit haeres insolidum. nume. 25. & 26.*
27 *Quae differentia inter institutionem quota & substitutionem.*
28 *Substitutio compendiosa facta per verba directa & communia, an iudicetur directa vel fideicõmissa.*
29 *Verbum perueniat, an sit directum vel obliquum.*
30 *Verbum pertineat, an sit directum vel obliquum.*
31 *Verbum accrescat, an sit directum vel obliquum.*
32 *Verbum moriatur, quid importet.*
33 *Substitutio compendiosa qualiter finiatur.*

1 COMPENDIOSE. †Aduertendum est multùm circa hanc substitutionem, quia est in quotidiano vsu: vt l. legaui. ff. de lib. le. quae ideo compendiosa appellatur, quia secundùm quosdam sub quodam verborum compendio, includens in se multas substitutiones & plura tempora, quae quidem deriuatio seu denominatio non est concludens, quia & reciproca substitutio est huiusmodi, sicque esset denominanda compendiosa, & ideo melius dic quòd ideo sic appellatur, quia Imperator eam sic baptizauit, vt lege praecibus. C. de impuberis & alijs substitutionibus. nec super hoc est insistendum, quia plura sunt negocia quàm vocabula, vt lege natura. ff. de praescri. ver. & sunt talia pertinacibus relinquenda, vt lege ecunda. C. de consti. pec. & glo. in rubrica. ff. solu. smatri.

2 †Circa hanc substitutionẽ de pluribus est quaerendum, & primo quę sit eius forma vbi respondetur, quòd talis est quandocunque filius, vel haeres meus sine liberis decesserit Sempronium eidem substituo, vt habetur in lege centurio. ff. de vul. & pup. & ibi plene per Barto. & in d. l. praecibus. vbi per Cy. & per hoc not. quòd haec substitutio fit per hoc aduerbium quandocunque vel si.

3 †Inde quaeritur, an haec substitutio compendiosa sit species substitutionis distincta, & separata ab alijs, dicunt doc. aut haec substitutio fit à milite qui potest directo substituere, & tunc est propriè species substitutionis distĩcta ab alijs: vt d. l. centurio. & l. praecibus. Aut fit à pagano, & tunc quia paganus non potest substituere directo, nisi vulgariter & pupillater. Ideo vltra hos casus & eorum tempora, talis directa substitutio non porrigitur, sed resoluitur in fideicommissariam, vnde in pagano est adiectio quaedam infra tempora pubertatis, postea verò est species distincta, quia transit secundùm aliquos in fideicommissariam, vt infra dicetur & supra dictum est de reciproca, & non substitutio per se ab alijs distincta, nisi fortassis per statuta terrarum reperiretur aliud dispositum, & tunc idem in pagano, quod in milite esset censendum.

4 †Tertiò quaeritur quas species substitutionum comprahendere habeat compendiosa substitutio si fiat à milite vel pagano, dic quòd si quidem fiat à milite attenta persona eius cui fit ex forma substituendi, aliquando comprahendit vulgarem tantùm, aliquando pupillarem tantùm, aliquando simul vtramque, & idem dico in pagano in quo cõprahendit, aliquãdo etiam in fideicommissariam, vt dicta l. centurio. & apertius demonstrabitur in sequentibus. Quaero igitur ad eorum declarationem, quando comprahendat vulgarem vel pupillarem aut fideicommissariam. Cuius gratia praesciendum est quòd aliquando haec substitutio compendiosa fit per verba merè directa, aliquando per verba merè obliqua, & aliquando per verba communia.

5 †Verba autem directa appellantur illa quae ita directo referuntur ad personam substituti, quod in acquisitione haereditatis ipsius factum & ministerium & non alterius personae requiritur, verbi gratia, si testator dixerit, Gayum filium meum haeredem instituo, & quandocunque ipse filius meus decesserit, talis sit haeres sibi. vt no. per glo. super verbo, directas. & l. eam quam. C. communia dele. & in l. praecibus. C. de impu. & alijs subst. per hoc enim quòd dicit, sit haeres, agit testator vt substitutus à seipso capiat sine alterius ministerio, & idem si dixerit, talem instituo. & quandocunque filius meus decesserit talem substituo.

6 †Verba autem obliqua appellantur illa per quę testator in acquisitione fienda per substitutum exigit alterius ministeriũ, verbi gra. si testator dixerit qñcunque filius meus decesserit, restituat haereditatem Gayo, nam isto casu & sequentibus non

potest Gayus à seipso intrare,& appræhendere hæreditatē nisi præcedente,& interueniēte facto hęredis restituentis,vt l.cohęredi.§.cum filiæ.ff. de vul.& pu.& l.ex facto.§.ex facto.& §.si.l.recusare.§.titius.& l.restituta.& quasi per totum.ff.ad tre.Idem si dixerit rogo vt facias Gayum hæredē vt d.l.ex facto.in prin.in l.filiusfa.§.vt quis hęredē ff.de leg.j.Idē si dixerit reddat hæreditatē Gayo, vt l.cum quidam.ff.de leg.ij.quę verba sunt obliqua.& l.verbum reddedi.ff.de ver.sig.verbū ergo restituat,reddat,recipiat,& satisfaciat sunt obliqua
7 vt patet ex prædictis. †Verba autem communia sunt illa quę se possunt habere ad vtrunque significatum, videlicet quòd hęres capiat à seipso,vel ab alio,& sic possunt esse directa,& obliqua,de quibus ponuntur exempla per gl.in d.l. pręcibus.& primo in verbo substituo,vt puta si testator dixerit,quandocunque hęres meus decesserit Sempronium substituo, hoc enim verbum substituo aptum est referri tam ad directam quàm ad obliquam substitutionem propter ipsius verbi generalitatem,nam vnusquisque dicitur substitutus qui in locum alterius subrogatur,arg.in l.titius.cum seq.ff.de hęre.insti. & l. j.§.in primo.& §.pro secundo.C.de cad.tol.sunt etiam alia exempla de verbis communibus,& alia de quibus dubitatur,an sint directa,vel obliqua, vel communia, de quibus omnibus infra declarabitur,nec mireris de hac inuestigatione quia inter directam substitutionem,& obliquam multiplex est differentia, maxime quia de illa directa nulla detrahitur quarta de fideicommissaria,sic,vt infra patebit. His itaque sic præmissis rediens ad propositam quæstionem concludo tres casus principaliter examinandos. Aliquando fit substitutio compendiosa per verba merè directa,aliquando per verba merè obli-
8 qua, aliquando per ver. communia. †Circa primum arti. cum fit per verba merè directa, quæritur de pluribus quæstionibus. & primo quas species substitutionum comprahendat in se hæc tacita substitutio compendiosa & distingue,aut hæc substitutio fit à milite,aut à pagano. Primo casu omni tempore est directa. vt d. l.centurio.& sic comprahendit vulgarem, pupillarem,& aliam quancunque directam pro toto tempore.Secundo casu subdistingue, aut fit impuberi,& resoluitur in fideicommissariam, & secundùm illam operatur pro toto tempore, quia paganus vltra ætatem pupillarem non potest directo substituere, text. est in l.sceuola.ff. ad treb.facit quod no.in l.verbis ciuilibus.& in l.in pupillari.ff.de vul.& pup.Aut fit pupillo, & tunc secundùm communem opi.glo.& doc. infra tempora pupillaris ætatis fungitur vice pupillaris substitutionis,& tanquam de pupillari disponitur,postea autem finitur, vt d.l.verbis.& d.l. in pupillari. quam opi. sequitur in hoc gl.in d.l.centurio.& in l.præcibus.& insti. de pup.substi.in gl.magna.& idem Azo.in sum. eo.ti.& idem Cyn.in d.l.præcibus.in glo.in c. raynutius.extra de test.& Io.an.in gl.in c.j extra de test.lib.vj.Alij autem sunt qui dicunt,quòd valet infra tempora pubertatis,vt pupillaris,postea autem trahitur ad fideicommissariam,quam opi. sequutus est Io.an.mutato proposito in nouella sua super.d.c.j.& alij quidam idem sentiunt,& mouentur præcipue ex coniecturata mente testatoris,qui comprehendendo omne tempus videtur substitutionem hanc voluisse operari omni tempore,prout melius posset,ad quam mentem verba sunt inquātum possunt trahenda,vt in l.ij.in fi.C.de li.præte. & in l.conditionibus.de cond.& demōstratio.etiā impropriando ipsa verba,vt l.si alij.& ibi not. ff.de vsufr.leg.& l.insulam.ff.de præs.ver. Bar. autem in d.l.centurio,voluit pro concordia distinguere quæ truffa est.Sed circa prædicta quæritur an pupillaris contenta in hac substitutione compendiosa sit tacita vel expressa,& quidem gl.magna in d.l.centurio, & in l.præcibus videtur sentire quòd sit tacita,quod etiam videtur probari per tex.in d.l.precibus. Tu tamen secundùm Bar.dic quòd quantum ad formam verborum est tacita,sed quantum ad iuris effectum est expressa, quod patet,quia matrem excludit. vt in c.j.extra de test.lib.vj. & d.l.præcibus.&
9 no.per Bar.in d.l.centurio.in iiij.op. †Quid autem dices de quæstione quotidiana, pone quòd in hac substitutione facta per verba directa, testator adiecerit verbum sine liberis, verbi gratia, quandocunque decesserit filius meus sine liberis, sempronius sit hæres,an idem hoc casu erit censendum quod in proxima quæstione dictum est.aduerte quòd sicut in præcedenti quæstione sunt opi.contrariæ sic in ista, & quidem gl. in d.l.præcibus, dicit quòd omni tempore hæc substitutio est fideicommissaria propter illa verba sine liberis,& idem sequitur glo.in d. c.ray.doc.tamen communiter tenent idem quod in præcedenti videlicet quòd infra tempora pubertatis valeat,vt pupillaris postea trahatur ad fideicommissariam per d.l.centurio. quidam autem dicunt quòd opi.glo.est verior.quia propter illa verba sine liberis substitutio videtur relata ad id tempus principaliter,quo liberos habere possit,arg.in l.j.in prin.ff.de suis & le. sicque debet ista substitutio pro omni tempore esse vniformis,& eodem iure censeri,ar.l.cum quidam.ff.de vsu.quæ opi.reprobatur eo maxime. quia ille sermo indefinitus quandocunque decesserit &c.ęquiparatur vniuersali,vt l.si pluribus.ff.de le.ij.vnde debet p se tantum operari quātum cum verbis illis adiunctis sine liberis &c. patet igitur ex pręmissis quòd hæc verba sine liberis faciunt substitutionem fideicommissariam post tempora pubertatis secundùm opi. communem vel omni tempore secundùm opi.glo.cuius effectus est maximus,vt per te dignoscere po-
10 tes. †Et hęc faciunt ad quęstionem quam habui de facto.Testator habens filium pupillum

sic dixit, si filius meus decesserit in pupillari ætate sine filijs gayũ sibi substituo, quæritur an hæc substitutio sit pupillaris tantũ vel fideicõmiss. tantùm, vel simul vtraq;. Dubium autem oritur ex eo quia ista verba, sine liberis, determinationem habent ab illis verbis in pup. ætate, sicq; videtur quòd sit pupillaris, nec in hac substitutione est apposita aliqua alternatiua vel copulatiua, quæ habeat denotare hanc substitutionẽ debere in tempus post pubertatẽ extendi, imo magis oppositum, quia testator tẽpus limitauit, & designauit, dum dixit in pupillari ætate &c. & p hoc substitutionẽ ipsam restrinxit ad hoc tempus, ar. in l. si ita quis. ff. de vul. & pu. In contrarium est veritas, quia hæc talis substitutio est pupillaris infra tẽpore pupillaris ætatis, postea est fideicommissaria, nec videtur restricta ad tempus pupillaris ætatis tantùm, sed vltra protẽsa, & hoc per illa verba sine liberis, quæ natura sui significati important ad tempus potentiæ habendi liberos substitutio referatur quod est post pupillarem ætatem, & illa verba in pupillari magis causa demonstrationis personę quàm limitationis temporis videantur apposita. & hæc omnia interpretari begninius est, attenta mente defuncti, qui bene sciebat ipsum in pupillari ætate filios generare non posse. alioquin verba illa, sine liberis, frustratoriè erunt prolata, & nihil operarentur contra l. si quando. ff. de leg. j. vt ergo aliquid operentur dicendum est hanc substitutionem vltra pupillarem ætatem extendi. Idem fortiùs est tenendum si testator dixerit, si filius meus decesserit impubes sine lib. &c. & ita clare determinat Bar. in d. l. centurio. & Inno. in c. ray. ex-
11 tra de test. †Deinde de alio quæritur, ecce testator habens filiam pupillam ipsam hæredem instituit, & si sine liberis decedet quandocũq; eidem gaium substituit, præmoritur testator hæc filia nupsit. & dotem de bonis paternis eius marito dedit, pacto apposito, quòd ipse lucretur dotem si ipsam sine liberis præmori contigerit in matrimonio, deinde casus contingit quòd ipsa filia sine liberis pendente matrimonio decessit, propter quòd substitutus vult reuocare bona paterna in dotem tradita, quæritur an sit audiendus, hic aduertendum, quia quæstio est quotidiana, & distinguenda sic secundùm Bar. aut bona in dotem tradita sunt vsque ad legitimã, & non vltra, & tũc non auditur substitutus volens illam reuocare, quia in legitima non tenuit substitutio, vt in l. quoniam in prioribus. & l. quoniam in nouella. C. de inof. te. aut sunt vltra legitimam & tunc, aut dos erat talis quæ conueniebat marito eius attenta condictione patriæ, & consuetudine, & tunc non auditur substitutus. tex. est no. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad treb. coniuncta auc. res quæ. C. commu. dele. aut erat talis dos quæ nec filiæ, nec marito conueniebat, & tunc auditur substitutus de qua quæstione plenius vide quod no. Bar. in l. lucius titius. §. maritus. ff. ad tre. coniuncta auc. res quæ. C. communia. dele. & per Cy.
12 in l. j. §. videamus. C. de rei vxo. ac. †Insuper quæritur de oucurrenti sæpe quæstiõe, ecce quòd pater habens filiã eã hęredem instituit. & sibi hoc modo substituit, si filia mea decesserit antequam nupserit, sibi gayum substituo, quæritur qualis sit hæc substitutio an cõpẽdiosa vel fideicõ. dic quòd in pegano est fideicõmissaria, quia habet extẽsionẽ vltra ætatẽ pupillarẽ, nã hæc cõditio põt impleri quãdocũq;, & sufficit simplex despõsatio. nec est necessaria ductio in domũ mariti, vt habetur l. hæc cõditio. & l. an fuerit. cũ si. ibi no. de cõdi. & demõ. & per hoc sequitur quòd si filia moritur post mortẽ patris in pupillari ætate quòd substitutus poterit ex pupillari substitutiõe tẽta in fideicõmiss. sub. ipsi filiæ directo succedere, vt nota. infra in ij. glos. ver. amplius quæritur. Quid autẽ dices si testator fecerit hanc substitutionẽ per verbum lego, & nõ per verbum substituo. v. g. dixit testator quandocũq; decesserit filius meus sine liberis lego vniuersa bona mea gayo. Erit ne isto casu substitutio tantùm, vel legatum, vel quid aliud, videtur quòd sit substitutio, & non simplex legatum per tex. secundùm Bar. in l. verbis ciuilibus. ff. de vul. & pu. & l. filium. §. legata. iuncta. l. j. in prin. ff. de le. præst. an autẽ sit directa vel fideicõ. Bar. tenet quòd sit omni tempore fideicommissaria per l. iul. §. fi. ff. de tre. secundùm strictam significationem, & propriam, ipsum verbum lego sit species distincta à verbo substituo. ideo diuersos habet titulos, dic latius, vt tangit Bar. in d. l. centurio. Venio nunc ad secundum articulum qui est quando substitutio fit per verba merè obliqua, quo casu dic breuiter scđm oẽs quòd est fideicommissaria pro omni tempore tam in milite. quàm in pagano, nec mater per talem substitutionẽ excluditur à legitima filij, & tre. vt l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de vul. & pup. & facit l. fundi trebatiani. ff. de vsu.
13 le. †Inde quæritur de quæstione quotidiana quæ est, testator dixit qñcunque decesserit filius meus sine liberis volo quòd bona mea distribuantur inter pauperes per meos fideicom. & executores infra scriptos quæritur an talis substitutio, sit fideicommissaria infra tẽpore pupillaris ætatis. & videtur quòd omni tempore sit fideicom. ar. d. l. fundi trebatiani pro qua facit gl. in d. l. præcibus. in contrarium deter. Bar. in d. l. centurio. dicens quòd est directa infra tempora pubertatis, & fit ratio scđm eum, quia in hac dispositione, subintelligitur verbum, accipiant, & sit sensus si filius meus decesserit sine lib. tunc executores accipiãt bona mea, & dent pauperibus, vt l. alio hærede. ff. de ali. & ci. le. & ibi plenè per eum. de materia istorũ executorũ, ad quod etiã facit l. denique. §. interdũ. eo. ti. & in authen. de ecc. ti. §. si quis autẽ. qđ quidẽ verbũ accipiãt, est verbũ directũ, vt pbatur in c. j. extra de test. lib. vj. & ibi not. & in l. his verbis. in prin. ff. de hære. insti. & pro hoc videtur tex. in c. cũ tibi. extra de test. vbi tales executores nullo alio hærede instituto, pro hæredibus reputantur, prout etiã sequitur Gof. in ti. de

testa.versi.quid erit.& Spe. in titu. de instr.edi.§. nūc aliqua.ver. itē pone. & notandū scdm Barto. quòd hæc talis compendiosa in casu isto matrem excludit, quia pupillaris in ea inclusa est magis expressa quàm tacita, attenta præsumpta voluntate defuncti, quæ præsumitur ex diuersis coniecturis, & maximè ex hac, quia pro salute animæ suæ instituit pauperes Christi, & per hoc ipsum Deum, qui est salus omnium. Ideoq; præferri debet salus animæ proprio amori filiorū, vt l.deo nobis.C.de epi.& cle.iuxta illud euangelij: nisi dereliqueritis patrem, matrem, vxorem, & filios, non intrabitis in regnum cœlorum.

14 Vltra quęro, quid si testator nullos nominauit executores, sed simpliciter dixit, si filius meus quādocūq; sine filijs decesserit, volo quòd bona mea dentur pauperibus, an hoc casu talis substitutio erit fideicōmissaria. Et videtur quòd sit directa, co modo quo proxime dictū est, quia hoc casu episcopus loci est ordinarius executor, vt l.nulli.& l. si quis ad declinandam.C.de epi.& cle. ergo locū tenebit hæredis. In contrarium deter.Bar.in d. l.centurio.dicens quòd omni tempore est fideicō. quia hæc verba, detur bona mea pauperibus, sunt verba merè obliqua. ergo &c. vt d.l. cohæredi.§. cū filiæ.ff. de vul. & pu. & idē esset si testator dixisset, volo ꝙ bona mea vēdātur, & preciū detur pauperibus, quos elegerint mei executores secundùm eum.

15 †Vlterius quæritur quis sit effectus, an substitutio sit directa vel fideicom. respondeo multiplex, nā ex directa nulla detrahitur quarta, quia institutus vel substitutus capit à seipso, vt dictum est, sed in fideicō.detrahitur quarta, vt insti. de fideicō.hæred.§.sed quia. & in l. fideicōmissaria.ff.ad treb. & in c.raynutius.& in c.raynaldus. extra de testa. Item propter legitimā debitā iure naturæ, quæ nō cadit in restitutionē, nec substitutio quæritur, sed detrahitur de hæreditate: vt l. quoniā in prioribus.& l.omni modo.& l.ex trib⁹. C.de inoff.testa.& in prædallega.c. raynu. & in c. raynal.& in d.c.si pater.de test.lib.vj.& no.in d.c. cū filiæ.sed in directa veniret legitima applicāda substituto, si filius decederet in pupillari ætate, postea non, vt in l.sed si plures.§.ad substitutos.ff. de vulg.& pupil.& l centurio.item proter fructus qui non restituuntur ipsi substituto in directa substitutione, nisi extarent, vel pendente tempore quo cedit dies substitutionis, vt d. l. centurio. in fi. in fideicommis. aliter distinguitur, vt infra dicā in glo.seq.itē propter matrē quæ in directa excluditur à legitima, sed non in fideicō.vt dictū est de his in d.l.præcibus.

16 †Nūc autē videndū est de tertio articulo, qn̄ fit hæc substitutio per verbū cōe, vt est verbū substituo, & quæro si testator habens filiū impuberē dixit, quādocūq; decesserit talem substituo. An talis substiutio erit omni tēpore directa, an fideic. super quo variæ sunt opi. Tamē secūdùm cōem & veriorē opi.sic conclude.aliquādo hæc substitutio fit, cū quadam expressa temporum diuisione, seu distin.v.g.si filius meus decesserit infra pupillarem ætatē, vel postea quādocūque Gayum substituo, & in hoc concordat oēs, quòd infra tempus pupillaris ætatis valet iure directo vt pupillaris, postea verò trahitur ad fideicōmissariam, vt habetur & no.per.glo.& Cy.& alios scribentes in d. l.præcibus. aliquādo fit substitutio simpliciter cū signo distributiuo, quandocūq; v.g.quandocūq; filius meus decesserit Gayum substituo, & in hoc casu reperio quatuor opin. prima fuit quòd omni tempore sit fideicōmis.quā tenet glo.in d.l.precibus.& l.centurio.& Azo in sum.C.de imp.& alijs substi.glo.in d.c.ray.& Io.An. in glo.in d.c.si pater.hanc similiter opi. sequūtur Dy.Mar.& Ray. & quasi cōmuniter oēs. Secūda fuit opin.alterius glo.positæ insti.de pup.sub,in glo.magna, quæ tenet quòd infra tempora pupillaris ætatis valet iure directo, postea verò obliquatur & trahitur ad fideicō.quā opi. proposito mutato sequitur Io.An. in nouel.super d.c.si pater. Tertia est opi.Ia.de Are.& Cy.in d.l.præcibus.distinguētiū, aut hæc substitutio est facta cū termino antedicto vel simili distributiue intra tempus, & tunc habet locū opi. glo.insti.de pu.sub.& eius sequatium.aut est facta simpliciter, & tunc procedit opi. glo.in d.l.præcibus. & sequacium. Quarta est opi.Barto.in d.l. centurio. distinguens sic, aut ex aliquibus coniecturis vel præsumptionibus constare potest de mente testatoris, quòd voluerit eam valere iure directò infra tempora pupillaris ætatis, & tunc verum dicit.d.glo.insti.de pup.sub.& qui sequuntur eam, aut de his non constat, & tunc aut mater est in medio, & fit interpretatio pro matre vt sit omni tempore fideicō. vt d.l. præcibus.arg. in l. qui duos. ff. de re. du. aut mater non est in medio, & tunc filius moritur in pupillari ætate & iudicabitur directa pro eo tempore, aut moritur postea, & tunc iudicabitur fideicom.& sit ratio secundùm eum, quia quando verbum potest se habere ad plura tempora debet iudicari prolatum esse secundùm futuros euentus: vt l.tertia. in fi.ff.de adi.leg.& l.hæc conditio.ff. de condi.& demonst. vnde sequitur quòd si contigerit ipsum filium decedere in pupillari ætate, iudicabitur pro latura in hunc casum pupil.sub. si verò decesserit postea, iudicabitur prolatum in casum fideicom. substi. quia lex semper est certa, vt l. ventre. & l. cum quidam.ff.de acqui.hæredi.ideo facit præsumi talem fuisse ab initio substitutum, qualem sequens euentus demonstrat, veruntamen in iudicando non est recedendum à communi opinione, de qua latius vide Bartolum in dicta lege centurio. Nam ego Ioan. pe. huius opusculi & nouæ practicæ compositor solis conclusionibus intendo, sermonibus prolixioribus resecatis.

17 Hic autem dubitatur de vno, videlicet quando mater dicitur esse in medio, an sufficiat fuisse tēpore mortis testatoris, licet non sit tēpore mortis testatoris, licet nō sit tempore quo cedit dies substitutionis, dic breuiter quòd debet esse superstes

& viuens tempore quo cedit dies ſubſtitutionis:
vt probatur in d.l. præcibus. in fi. coniuncta glo.
magna.in prin.& ſit ratio, quia cum fauor matris
ſit cauſa reſolutionis, ſubſtitutionis & alteratiõis,
vt dictũ eſt, ſi ipſa defuncta ſit eo tẽpore ceſſare
habet ipſe fauor,& per cõſequens remanet ſubſti-
tutio in ſua propria natura, & de hoc eſt tex. ex-
18 preſſus in l.fi.C.de inſt.& ſubſti. †Deinde quæri
tur de eo quod ſuperius aliqualiter tetigi, ecce ꝙ
teſtator ſic dixit, ſi filius meus impubes deceſſerit
ſine liberis Gayũ ſubſtituo, vtrũ eo decedẽte poſt
pupillarẽ ætatẽ ſine liberis, locus fiat ſubſtitutio-
ni, videtur ꝙ non, quia non deceſsit impubes, per
hoc enim quòd teſtator dixit, impubes videtur
teſtator ſubſtitutionẽ limitaſſe ad tẽpus pupillaris
ætatis, arg. in l.ſi ita quis.ff.de vul.& pup.dicit In-
no.diſtinguendũ an illud verbũ, impubes, adijcia-
tur verbo diſpoſitiuo, an executiuo. Primo caſu
fit locus ſubſtitutioni, quia verbum illud videtur
appoſitum potius gratia demonſtrationis quàm li
mitationis. Secundo caſu repellitur ſubſtitutus: ar.
ad hanc diſtinctionem in l.ij.ff.de au.& arg. leg.&
l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.& l.titius.ff.
de teſta.mili. ſed Io.And.in d.c.ſi pater.tenet ſim
pliciter quòd locus fiat ſubſtituto propter illa ver
ba, ſine liberis, quæ reſpiciunt tempus, quo liberos
procreare poterat,& illud verbum, impubes, vide
tur non gratia limitationis appoſitum, ſed gratia
demonſtrationis, patet ergo quòd hæc ſubſtitu-
tio, ſi ſine liberis deceſſerit, facta ſimpliciter ſine
ſigno diſtributiuo, quãdocũq;,& omni tẽpore eſt
fideicõ. quod etiã in dubio ſequitur Ia.de Are.&
omnes vt ſupra tactũ eſt in proxima quæſtione.
19 † Amplius quæritur de quotidiana q. ecce quòd
teſtator habens quatuor filios, eiſdẽ ſubſtitui hoc
modo, ſi filij mei deceſſerint in pupillari ætate,
vel poſtea quandocunque Gayum ſubſtituo vul-
gariter, pupillariter & per fideicommiſſum, dein-
de vnus ex eis ſine liberis deceſsit, vel hæredita-
tem repudiauit, quæritur in eius ſucceſsione, quis
præferatur, an cohæres an Gayus ſubſtitutus,& vi
detur quòd Gayus ſubſtitutus cæteris cohæredi-
bus præferatur, nam regula eſt iuris, quòd ſubſti-
tutus præferatur cõiuncto, tam in legato quàm in
hæreditate, vt in l.j.§.j. & §. ſinautẽ aliquis.C.de
ca.tol.& in authen. hoc amplius.C.de fideicom.&
ille ſermo pluralis, ſi filij mei deceſſerint, reſolui
tur in ſingularitatem, vt l. falſa demonſtratio. §.j.
ff.de cõdi.& demõ.& l.quãuis.C. de impu.& alijs
ſub.in contrarium autem facit l.pe.C. de impu. &
alijs ſubſti. Pro quorũ omniũ cõcordia ſic diſtin-
gue ſecũdùm Bar. vt per eũ no.in l. hæredes mei.
§.cum ita ff.de vul.& pup. aut ſubſtitutio eſt facta
pluribus ſeparatim aut coniunctim. Primo caſu
locus eſt ſubſtitutioni in perſona cuiuſcunque
ſubſtituti, cum euenerit conditio ſubſtitutionis. vt
l.pe.ff.de iniu.rup.& irrup.teſt. & l. pater filium.
§.fi.ſecundùm primam lect.ff.ad le.fal. Secundo
verò caſu cum ſit pluribus coniunctim, tũc ſubdi-
ſtingue, aut ſubſtitutio fit ſimpliciter ſine adie-
ctione nominis collectiui, aut cum ea adiectione:
Primo caſu ſubdiſtinguitur, aut fuit ſubſtitutio
vulgaris aut pup. aut fideicõ. ſi fuit vulgaris. verb.
gra. dixit teſtator, ſi filij mei, vel tales per me in-
ſtituti hæredes non erunt, talis ſit hæres, vel talẽ
ſubſtituo,& tunc requiritur eſſe nullum hęredem.
& fit locus ſubſtituto, vt probatur in d.l.quãuis.C.
de impu.& alijs ſub.& no.in d.l.hoc articulo.ff. de
hære.inſti.& d.l.falſa. §.fi. Si autem fuerit pupilla
ris ſubſt. tunc dic per omnia, vt infra dicetur in fi
deicommiſſa. in qua ſic eſt dicendum, quòd regu
lariter morte vel repudiatiõe cuiuſcũque hęredis
extat cõditio fideicõmiſſariæ ſubſtitutionis, ſicq;
fit locus ſubſtituto in perſonam illius qui deceſſe
rit vel repudiauerit: vt l. lucius.§. Gayo.ff. ad tre.
facit l.fin.§.filium.ff. de lega.ij. quæ regula fallit
quãdo præſumptio eſt teſtatorem aliud voluiſſe,
quod quidẽ præſumitur quãdo voluit inter ipſos
hæredes ſaluum eſſe,& locũ habere ius accreſcẽ
di: arg. in l.vel ſingulis ff.de vul.& pu. vel natura
rei hoc inducit, vt patet in vſu & habitatione.l.co
dicilli.ff.de vſufr.leg. itẽ fallit in ſuperſtite aliqua
perſona, quæ ex præſumpta voluntate defuncti
excluderet fideicommiſſarium ſubſtitutum, vt pu
ta, aliquis de liberis, vt l. is qui ducenta.§. item ſi
pater.ff. de re.du.l. cum acutiſsimi.C. de fideicõ.
& l.generaliter.C.de inſti.& ſubſti. Secundo ca
ſu principali, videlicet, cũ ſubſtitutio eſt facta cũ
adiectione nominis collectiui, ver.g. ſi teſtator di
xerit, ſi omnes hęredes mei, vel ſi vterque vel am
bo deceſſerint &c.& tunc aut attentis propriam ſi
gnificationem vocabuli, & repellitur ſubſtitutus,
vt d.l.hæredes mei.§.cũ ita.in prin. aut interpræ-
tationem quæ ex defuncti voluntate colligi po-
teſt,& tunc aduerte an ſupereſt aliquis de liberis,
qui extraneum ſubſtitutum ſolent excludere, &
tunc repellitur ſubſtitutus: vt d.l.fi.C. de impupil.
& ali.ſub. aut nõ eſt aliquis de liberis, vel fortaſſe
ipſemet ſubſtitutus eſt de liberis, & tunc admitti
tur ſubſtitutus, vt d.§.cum ita.
20 † Quid autem ſi facta fuerit ſubſtitutio com-
pendioſa pluribus inſtitutis, quæ cõtinet vulgarẽ,
pupillarem,& fideicõmiſſariam, vt idem Bar. no.
in d.l.centurio. & dixi ſupra an vt ſubſtituto locus
fiat, erit adhibenda dicta diſtinctio, ſi fuerũt plu-
res hæredes, vt prædicitur inſti. ad quod reſpon-
det idem Bar. quòd ſi quidem extiterit conditio
vulgaris iudicabitur de vulgari, & diſtinguetur,
2 [redacted] Vnde eo tempore quo ſtudebant Imperatores ampliare fidẽ chriſtianam quæ tunc modica erat, & in paruo ſtatu, oportuit conferre multa priuilegia eccleſijs, & his q ſe ad fidem catholicã cõuertebant, vt patet tit. C. de ſac. ſan. ec. & in ti. C. de epi. & cle. & in auc. de ſan. epi. & in ti. de eccle. ti. cum multis ſimi. [redacted]

[redacted] Redeũdo autẽ ad ppoſitã qſtionẽ dic qđ quãdo in diſpoſitiõe adijciũt verba vltra pdicta verba ſequẽtia. ſ. ex legitimo matrimonio pcreatis ceſſat pdicta diſputatio. qa int hęredẽ & monaſteriũ nullũ cõtrahit matrimoniũ vt patet ex diffinitiõe matrimonij de qua tradit inſtitu. de nup. prin. cũ ibi no.

EPITOME.

1 *Quibus verbis poßit fieri ſubſtitutio reciproca.*

2 *An euacuetur ſubſtitutio decedente ſubſtituto ante hæredem vel hæreditatis ſubſtitutionem ſibi factam nu. 3. & 4.*

1 QVI ex eis ſupuiueret. †Hęc eſt ſubſtitutio recipca de qua tradit in l. titi⁹. & ſey⁹ cũ l. ſe. ff. de vul. & pu. †Hic aũt qrit qđ ſi

2 ſubſtitut⁹ deceſſerit ante hæredẽ, vel antequã ſibi facta fuerit hęreditatis reſtitutio an vacuata & nulla remaneat ſubſtitutio, videt quòd ſic, qa hęreditas nõ adita ad hęredes nõ trãſmittit, vt in l. j. §. in nouiſsimo. C. de ca. te. cum ſi. In contrarium facit l. iij. & l. ſi in perſonã. C. de fideicõ. dic ſic diſtinguendum. Aut loquimur in ſubſtitutione directa, & illa nõ tranſmittitur, vt d. §. in nouiſsimo. aut loquimur in ſubſtitutione fideicom. & tũc ſubdiſtingue, aut hæres fuit rogatus de reſtituendo purè vel poſt mortẽ

3 ſuam vel ſub cõditiõe. †Primo caſu ſubſtitutus tranſmittit in eius hæredem ius petendi hoc fideicõ. vt d. l. ſi in pſonam. & pbatur in l. cogi. §. idem metianus. & ibi gl. & in l. apud iul. l. vtrum. cum ſi. ff. ad tre. Scđo aũt & tertio caſu cũ fuit grauatus poſt mortem, & ſub cõditiõe tũc euacuat ſubſtitutio. nec ſit per ſubſtitutũ ille trãſmiſsio ſi nõdum ceſſaret dies petendi fideicõ. puta quia cõditiõe nõdum venerat, vt l. iiij. ff. qñ dies le. ce. & no. per glo. in l. poſt mortẽ. C. de fide. Si verò añ mortem ſubſtituti extitiſſet conditio, quãquã nulla facta eſſet reſtitutio, fieret tamen eo caſu trãſmiſsio, nec euacueretur ſubſtitutio, vt l. ſi. C. quando di. le. ce. & no. per Cy. in d. l. iij. & plenius per Bar. in l. filio. ff. de le. j. nec ob. d. §. nouiſſi. quia illa regula procedit in ſubſtitutione directa puta vul. & pup. vt ſupra dixi, quę non tranſmittitur in hæredem, vt l. liberis. §. hæc verba. & l. lucius. §. fina. & l. qui plures. ff. de vul. & pu. & l. ſi ex pluribus.

4 *Imperator habuit vtrũque gla. doc. in c. nouit. de indi. & diffuſe per do. Ant. roſellum in ſua monarchia. opus aureum ac diuinum.*

I in ſi.

in fi.ff.de suis & legitim[redacted]
4 j.§.is ita.C.de ca.tol. †Differentiæ autem ratio põt assignari, quia in hac fideicommissa.subst.hæres est obligatus ipsi substituto quam cito cessit dies fideicõmissi petẽdi,& ipsi quæsitũ est ius ad rẽ,vt l.cogi.& l.postulãte.ff.ad treb.quã obligationẽ trãsmittit in suũ hæredẽ,ar.in l.j.C.vt ac.ab hę.& cõtra hę.& l.j.C.de hę.ac.quę quidẽ obligatio,& ius ad rẽ cessat in substitutione directa,merito ergo finitur cũ ꝑsona,nec trãsmittitur,ar.eorũ quę no.in gl.se.& quia nemo trãsfert ĩ aliũ qđ nõ habet penes seipsum.vt l.nemo plus iur.ff.de reg.iur.& adde qđ infra no.in vlti.gl.& prædicta sunt multũ notãda,quia quotidiana,videmus enim qđ testatores filios grauãt hæreditatẽ restituere alijs ꝑsonis,si cõtigerit ipsos decedere sine filijs,& sępe occurrit ipsos substitutos filijs pręcedere,certè si postea moriãtur filij,sine filijs hæredes substituti præmortui à petitione huius hæreditatis & fideicommissi pœnitus excluduntur,& ideo notarius debet dicere substituit gayum,& eius filios natos,& nascituros.

DECESSIT adita per ipsum hæreditate. Quid igitur si decessit iste Bernadus antequã adiret hęreditatem,an ipsius hęres cogendus erit adire,& restituere breuiter in hoc distinguitur,vt no.ꝑ gl.& Cy.in l.eã quã.C. de fideic.aut hæres grauatus decesit.infra tp̃s deliberãdi,& tũc hæres eius cogẽdus est adire & restituere,ar.l.cũ antiquioribus.C.de iu.deli.aut decessit post tempus deliberãdi,& tunc,aut præcesserat coactio seu compulsio in persona grauati,& tunc hæres eius cogitur adire,vt l.non iustam.C.ad tre.aut nulla præcesserat cõpulsio,& tunc non cogitur adire,vt l.ille à quo.§.si de testamento.in fi.& ibi no.ff.ad treb.aut hæres sponte adiuit,sed antequam restitueret decessit,& tunc hæres cogit̃ restituere,vt ꝓbat̃ in l.si eius.§.si quis.ff.ad treb.& no.per gl.in d.l.ille à quo.§.j.in fi.& per Cy.in l.iij.C.de fideicommissis.

QVARE CVM PRAEDICTA vera sint.
Hæc est conclusio petitionis,& libelli ad quam omnia reducuntur,ideoque ad eam semper aduerte,vt aliàs scripsi.

QVODQVE CONDEMNETIS dictũ Zanel. Hic quæritur an possit agi contra dictũ Zanellum añ restitutionem factam saltem verbo dicto Ia.substituto, dic breuiter qđ aut agitur ad vniuersum fideic.consequendũ,& tũc etiam ante restõnẽ factam agi põt vt fiat.vt l.cogi.& l.postulãte.& l.nã qđ.§.j.ff.ad treb.cum si,aut agitur cõtra eum ꝓ re aliqua singulari vel cõtra aliũ possessorẽ,& tũc nõ põt agi ante restõnẽ factam,vt l.fi.in fi.cum ibi no.ff.de fideic.hę.pe.& supra dixi.fallit in certis casibus in quibus ipso iure potestas agẽdi trãsit in fideicõmissariũ,sine alia restitutiõe vt no.ꝑ gl.in l.pe. C.ad tre.& l.quia ꝑinde.§.restituta.& l.si patroni.in prin.ff.ad treb.Primus est si hæres grauatus fuerit contumax in restituendo,per qđ patet qđ frustra s̃.quæsitum est an hæres hęredis post compulsionẽ teneatur restituere. Secũdꝰ casus est si grauatꝰ decesserit sine hærede. Tertius si fideicommissarius alteri scđo restituere sit grauatus. Quartus quãdo grauatus alienauit hæreditatem in toto vel pro parte,quia in alienatione non est necessaria restitutio.

EPITOME.

1 *Inter substitutos est locus iuri accrescendi.*
2 *Cessio vel alienatio iuris substitutionis ante euẽtũ cõditiõis facta per ipsum substitutum, an teneat nume.3.& 4.*

DIMIDIAM PARTEM HAEreditatis. Quid si Frãciscus eius frater,& cõhæres repudiet partẽ suã,vel aliter sit exclusus ab ea morte,vel defectu cõditionis nõ impletæ
1 an accrescet ipsi Ia. vr̃ qđ sic.†quia ĩter substitutos sit locus iuri accrescendi,vt l.j.§.his ita.C.de ca.tol.Sed in contrarium determinat glo.& Cy.in d.§.his ita. per l.si pluribus.ff.de suis & leg.& l.si plures.in prin.de vulg.pup.iuncta.l.substitutio,& quod ibi no.ff.de acqui.re.do. Ad quod facit.l.j.§.sed & quoties.& l.cogi.§.si quis autem. & §.metianus.& §.idem metianus.ff. ad tre. Nec ob.§.his ita.quia loquitur in substõne directa,secus autẽ in fideicommissaria,& huius est ratio manifesta,quia in directa si nõ fieret accrementum,succederet absurdum,vt qs decederet ꝓ parte testatus,& ꝓ parte intestatus,qđ ius nostrum nõ patitur,vt in regula ius nostrum.ff.de re.iur.quæ ratio cessat in fideicõmiss.Nam institutus partẽ repudiatã in se retinet cum sit hæres ideoque alteri non accrescit,quia testator in ea parte hæredem habet,vt l.j.in fi.ff.ad treb. & l.fi.C. eo. facit insti. de fideicom.
2 hę.§.si quis ex vna. †Postremo circa materiam prædictarum substitutionum formo talẽ quæstionẽ,quam vidi de facto.Ecce qđ substitutus vulgariter,aut pupil.vel alio mõ,antequam casus substi[redacted] ipsum ius substi[redacted] autem nõ valeat talis dona[redacted] l.j.ff.de here.vel ac. vendi. sed quòd ipsa venditio teneat est tex.non violando literam in l.ij.§.ij.ff.eo.ti.licet scđm intellectum gl.fit tex.pro pri-
3 ma parte. †Sed hic insurgit aliud dubium. dictum est supra quòd substitutio directo decedenti ante cõditiõis euẽtum ius huiusmodi directæ sub[redacted]

cõ

contrarium facit, quia per talem iuris alienationẽ impugnatur voluntas defuncti, qui voluit illum solum quem nominauit sibi esse hæredem, ergo ad alium tale ius transferri nõ potuit, & translatum extinguitur morte solius ipsius substituti, arg. eorum quæ habentur & notantur in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. & pupil.

4 †Et ex hoc sequitur quòd ius dictæ substitutionis vendi vel cedi non posit alteri, vt dixi supra, sed tu cogita latius super his, & pro prima parte facit, quia alienatio transit cum causa sua, vt l. alienatio. ff. de contrahen. emp. nec debet conditio dispositionis testoris immutari facto successoris, vt l. qui fundus. in fi. ff. de condi. & demonst. & ff. de verb. obl. l. ij. §. j. cum simi.

Forma libelli pro hæreditate vel re singulari diuidenda.

CORAM VOBIS &c. agit & in iure proponit d. Augu. de Salerna. legum doctor cõtra & aduersus Dominicum Salerna eius fratrem. & contra quamcunque aliam personã pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparantem, dicens quòd q. egregius & spectabilis legum doct. do. Fran. de Salerna eorum genitor pluri tempore decessit superstitibus sibi etiam hæredibus vniuersalibus institutis prædictis fratribus eiusque filijs, qui post mortem dicti eorũ patris, & adita per eos hæreditate cõmuniter & pro indiuiso tenuerunt & possederunt, ac hodie tenent & possident totam & vniuersam hæreditatem prædictam, insuper dicit & proponit pręfatus do. Au. quòd Bernar. de Saler. in suo vltimo testamẽto legauit & reliquit fratribus memoratis pro ęqualibus portionibus domũ vnã positã & iacentẽ in Papia, cui cohęret &c. quã domũ ijdem fratres pluribus annis post mortem dicti Ber. communiter & pro indiuiso tenuerunt & possederunt, & hodie tenent & possident, verùm quia iure cautũ est quòd omnis cõio parit discordiã, & negligi solet, quod cõiter possidetur pręfatus do. Aug. sæpe & sæpius requisiuit suprascriptũ Dominicũ quatenus diuisionem simul cum ipso do. Aug. faceret de hæreditate & domo prædictis, quam tamen facere vsq; nũc neglexit ac recusauit, licet indebitè & iniustè. Idcirco cũ prædicta vera sint præfatus do. Augu. petit & requirit à vobis domino vicario antedicto quatenus omni modo, via, & iure & forma, quibus melius fieri potest per vestram diffinitiuã sententiam condemnetis & condemnatũ iuris remedijs compellatis suprascriptum Dominicũ ad faciendum simul cum d. do. Aug. diuisionẽ rerum hæreditariarum, & domus, ampliusq; eundem Dominicum condemnetis forma prædicta in omnibus & singulis fructibus per eum habitis & perceptis & in futurum percipiendis de & pro partẽ & partibus tangentibus & pertinentibus ipsi do. Augu. ex dictis domo & hęreditate simul cum cęteris damnis, interesse & expensis passis & factis, & fiendis & patiendis per ipsum do. August. & prędicta petit &c. Deducendo in pręsenti iudicio &c. non astringens se &c.

CORAM VOBIS. Aduerte hic in forma pręsentis libelli. nam in ea duplex actio fami. her. quæ competit pro hæreditate diuidenda, vt in toto titu. ff. & C. fami. her. & cõmuni diui. quæ pro re singulari, puta domo vel fundo datur, vt in toto titulo ff. & C. communi diui. hoc autem nomen fa. her. compositum est, vt exponatur familiæ. i. hæreditatis & hercisti diuidendæ, vt no. per glo. in rub. ff. fami. her. & quæ sit differentia inter has actiones infra patebit, nec est absonum dicere quòd in eodẽ libello plures actiones simul proponantur, vt scripsi in primo libello, & tangitur per Dy. in regula nullus pluribus.

DOMINVS FRANCISCVS. Iste vir fuit frater matris meæ, & sic auunculus meus, & dicti eius filij mei consanguinei germani, fuit autem mihi genitor do. Aug. & eius frater mihi patruus do. Augu. legum professores, à quibus ipse minimus inter eos ortum habui, quẽ mihi dedit prouidentia creatoris.

EPITOME.

1 *Actio fami. her. vbi habeat locum.*
2 *Per act. fami. her. quid diuidatur.*
3 *Quoties act. fami. her. intentari possit.*
4 *Act. communi diui. quando competat.*
5 *Act. fa. her. an habeat locum inter possidentes rem hæreditariam diuisam, ita tamen quòd non probetur per instrumentum diuisio.*
6 *In præscriptione rei singularis an ex longæua possessione præsumatur de titulo.*
7 *Ex fratribus stantibus in communione hæreditatis paternæ per spacium xxx. an. an alter possit prouocare alterum ad diuisionem.*
8 *Diuisioni factæ per testimonium standum est.*
9 *Qui hæredes teneantur adinuicem bona conferre.*
10 *Filij succedentes olim, non tenebantur quartam cõferre.*
11 *Quæ bona sint conferenda.*
12 *Donatio facta per patrem filiæ, an sit conferenda.*
13 *Peculium castrense vel quasi, & aduentitium nullo modo conferuntur.*
14 *Pecunia soluta pro condemnatione filij, an sit cõferẽda.*
15 *Fructus & redditus dignitatis quæsitæ filio per patrem, an sint conferendi.*
16 *Libri empti filio pro studio, an sint conferendi post mortem patris.*
17 *Pater an teneatur ad pecunias mutuo acceptas à filio gratia studij de eius voluntate.*
18 *Lucrum ex pecunia profectitia, an fratribus sit conferendum.*
19 *Facta dona. per aliquem cũ pacto, vt ipse donãs teneatur*

COMMVNITER & pro indiuiso. Ex his verbis & alijs quæ inferius subijciũtur colligitur qualitas vtriusq; actionis, videlicet eius, q̃ pro hęreditate diuidēda à iure attribuitur, q̃ fam. her. appellatur, vt dixi, & probatur in l. ij. in prin. fa. her. & alterius quæ cõmuni diuidēdo dicitur, vt l. j. & ij. ff. communi diui. & l. j. cũ seq. eo. ti. Differentia autem inter vtranque actionem inferius apparebit.

1 †Sciendũ est ergo quòd actio fa. her. locũ habet in quacũque hæreditate vel bo. po. quouis modo debita, siue ex testamento siue ab inte. siue de iure prætorio siue de iure ciui. vel aliter quouis modo, vt l. ij. in prin. & §. j. & l. sed & eius. in fi. & l. si

2 ex asse. ff. fa. her. † Deinde sciendũ est quòd per hãc actionē diuidũtur omnia bona mobilia & immobilia iura & actiones, & nomina debitorum, quæ fuerũt in bonis ipsius defuncti tempore mortis suæ, vt l. planè. & l. cæteræ. & l. veniunt. cum l. seq. ff. fami. hær. licet nomina debitorum magis assignanda sint quàm diuidenda, cum sint ipso iure diuisa, vt inquit tex. in l. ea quæ. C. fa. hær. & in d. l. ij. in fi. & l. cæteræ. in prin.

3 †Rursum est sciēdũ, quòd hæc actio nõ potest, nisi semel in iudicio intentari, vt l. si filius. ff. fami. hær. & no. per gl. in l. j. C. eo. ti. Sed petitio hæred. non potest pluries intentari, vt l. licet. ff. de peti. hære. & quæ sit huius differentiæ ratio tangitur per Cy. in d. l. j.

4 † Quartò & vltimò sciendũ est quòd pro rebus singularibus & hæreditarijs vna vel pluribus diuidendis agendũ est actione cõmuni diui. vt l. inter cohæredes, in prin. ff. eo. tit. quia fa. her. agi nõ posset cũ semel actũ fuerit, vt dictũ est, si tamē actũ nõ esset ne quis agere vellet hoc iudicio vniuersali fa. hær. possent cohæredes eo omisso agere iudicio singulari cõi diui. pro rebus singu. diuidendis, vt d. l. inter cohæredes. in princi. & §. j. & l. in hoc iudicio. cum simi. eo. tit. & notandũ quòd hãc diuisionē vniuersalē hæreditatis possēt quis consequi per actionē petitionis hæreditatis, quã consequitur per act. fa. her. vt dicit tex. in l. nõ possumus. ff. si pars hæ. pe. quæ sit huius ratio declara, vt

5 ibi no. †Sed pro declaratiõe prædictorũ quæro quid econtra, pone enim quòd isti fratres lõgo tempore pro diuiso tenuerũt ista bona habitando separatim, & quilibet eorũ faciendo colere partē hæreditatis, non tamen apparent testes nec instrumenta de ipsa diuisione, sed solũ apparet, quòd lõgo tempore quilibet eorũ separatim & pro parte sua ipsam hæreditatē possedit, quæritur an posit peti inter eos diuisio per act. fa. hær. In huius solutione est aduertendũ. quia de facto plerunq; occurrit ista q. nam solent aliqui ita secretè facere diuisionem hæreditatis, quia nolunt vt in notitiam transeat aliquorum, quam q. formauit glo. in l. si maior: C. cõi diui. & ibi per Cy. & Odof. & alios, & in ea reperiuntur variæ doct. opi. tam antiquorum quàm mod. dicunt autem quidam quòd præsumitur facta diuisio. & ideo amplius peti non potest, ar. in l. cum de in rem ver. ff. de vsuf. coniuncta l. ij. C. de acqui. pos. & quod habetur in l. si quis diuturno. ff. si cer. ven. & in l. j. in fi. ff. de aqua plu. arcen. cum simi. Et hanc partem sequitur Odo. alij verò, vt Ia. de Ra. & Pet. tenent cõtrarium, dicentes quòd de diuisione non præsumitur, nisi probetur per testes vel instrumenta, vt d. si maiori. cum sim. nec obst. d. l. cum de in rem ver. quia ibi loquitur in actu solutionis, vel alterius præstationis frequentatio, quæ fieri solet de difficili, nisi subsit iusta causa, quæ ad hoc cogit, argu. in l. cum de indebito. in fi. ff. de proba. vnde de causa præsumitur tali solutione interueniente. Sed hic loquitur in acto diuisionis, in quo sola patientia interuenit, qui actus communiter de facili fieri solet, ideo sola patientia non facit præsumi causam præcessisse diuisionis, nec per alium titulum, nisi aliunde probetur. Sed posset hic iuuenis contradicere, nam si in q. supponitur quod isti fratres steterunt separatim, & separatim terrás coluerunt, non cadit præsumptio diuisionis: argu. optimum ad hoc in l. itaque cum separatim. ff. pro so. nisi forsitan quis respondeat quòd ista separatio videtur facta potius gratia commoditarij vsus quàm diuisionis, nec obst. d. l. si quis diuturno. cum si. quia illa loquuntur cum quis obligatus erat ad patientiam præstandã, de qua obligatione præsumitur ex temporis diuturnitate, etiam si aliter non probatur, & hanc opi. Iaco. & Pe. puto veram inter fratres, inter quos consueuit gratia commoditatis potius quàm diuisionis quilibet colere vnã pertem bonorũ, inter extraneos verò putarem opinionē Odo. veriorem, per d. l. itaque

6 quã ipse nesciuit allegare. † Sed quid dices in præscriptione rei sing. an ex longeua possessione præsumitur de titulo, si titulus allegatur gl. dubitat

tat in d.l.si maior dicunt quidam quòd sic, arg. d.l.j.cum de in rem ver.Ia.& Cyn. in d.l. maior. tenent contrarium,quia in præscr.rerum corporalium requiritur probatio veri tit.non præsumpti,vt l.nulli.C.de rei ven.& hæc verior ad l. cum de in rem.ver.responde vt supra.
5 †Vlterius quæritur quid si isti duo fratres steterunt,vt plerunq; de facto vidi, in cõione paternæ hæreditatis & possessione spa.xxx.ann.an poterit alter alterum ad diuisionem prouocare videtur quòd nõ,quia omne ius,omnisq; actio tollitur spacio xxx.ann.vt l.omnis.& l.cum notissimi.C.de præscri.xxx.an.vñ nõ obstante præscriptiõe alter alterum ad diuisionẽ nõ poterit prouocare.Aduerte quod gl.in l.j.§. ad hæc.C.de ann.excep.& in l.fi.C.cõi diui.distinguit.Aut quæritur an sit præscriptũ dominium rerum,& dicendum quòd nõ, ideoq; cõe erit dominiũ hæreditatis & bonorũ vtriusq;. Aut quæritur an sit præscriptũ actioni cõpetenti pro diuisione fienda.& dicendũ est quòd sic.Ex quo sequitur qđ necesse habebũt perpetuo stare in cõmunione. Et hanc partem sequutus est Ray.in l.si non sorrem. §.sit centum.ff.de condi.inde.& est ratio secundùm eum, quia præscriptio solùm illud ius perimit,& aufert,in quo reperitur ad habita negligẽtia,sed in proprietate nulla intercessit negligentia , quia dominio & proprietate continuè vsi sunt,ergo cõtra dominium erit cursa pręscriptio. manebunt autem in tali cõione , vt dixi, & in hoc etiam resides Cy. in d.§.ad hæc. quæ opi. mihi multum videtur æquitati & begninitati contraria,cum per eam remoueatur naturalis charitas inter fratres , & tollatur inter eos materia cõionis. Quare alij dicunt , & longe melius , aut isti fratres steterunt diuisi, aut steterunt cõiter in pos.si diuisi,& tunc obs.præscrip.in omnibus tam quo ad actionem quã quo ad dominium.Aut steterunt cõtinuè in cõmuni pos.& indiuisi,& tunc minus habebit obstare præscri.nec quo ad act.nec quo ad dominium duplici ratione. Primo quia possidenti non currit præscrip. vt l. male agitur. C.de præscri.lon.temp.Secundo quia per pactum non potest tolli actio, quæ pro diuisione datur, vt l.in hoc iudicio.§.si conueniat.ff.communi diui. ergo nec præscriptione,arg.in l.nam satis.§.sed is.ff.quemad.ser amit.quam opi.tenet Ia.de are. Gui.de cu.& plures alij,quæ cõmunis est & eã sequitur Bal.in l.fi.C.fi.reg. & ipsam puto veriorem maxime cum neuter præscribere intenderet, sed tanquam de re cõi vtẽdum putauit. Deniq; ad pleniorem doctri.præmissorum,quia in hęreditate diuidenda quædam sunt bona quæ inter fratres conferuntur , quædam sunt quæ deducuntur,de singulis videamus . Eo tamen præmisso ad euidentiam quòd aliquando pater facit testamentum solenne inter liberos,diuidendo bona sua & singulis assignãdo illã partem, bonorum de qua sibi
8 videtur. †& huic diuisioni standum est nisi pars assignata esset minor legitima, quia tunc agi potest ad supplementum,vt probatur in l. qui volebat.ff.de hære.insti.coniuncta l.quoniam in prioribus.& l.ex tribus.& l.scimus.§.repletionẽ.C de inof.test.l.papi.§.quoniam aũt quarta.ff.eo.ti.& idẽ per omnia si fecerit testamentũ minus solẽne defectu numeri testiũ,quia ei stãdũ est,vt l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.Aliquando pater diuidit bona sua inter viuos assignando cuilibet filiorum partẽ suã,& tali diuisioni etiã est stãdũ vt plerũq; vidi fieri à prudẽtibus & à diuitibus patribus,vt habetur in l.fi.C.fa.he.& l.si filia.§.si pater. & l.si pater.& l.ex parte.§.fi.ff.fa.he. dũmodo nõ sit minor legitima portio cuilibet assignata vt ibi no. Aliquando pater non diuidit,nec testamentum facit,sed abintes.decedit, & tunc omnes æqualiter succedunt , vt in auctẽn.de hære.abinte.in princi.& insti.de her.abinte.& in princip.§.j. Et omnibus casibus prædictis dubitari consueuit de colla. bon . inter hæredes & successores fienda, & quando & qualiter, & per quos. Itaque de tribus principaliter est quærendum.& disserendum. Primo qui sint illi hæredes qui sibi inuicem bona conferre teneantur. Secundo quæritur quæ & qualia bona sint inuicem conferenda. Tertio an hęc bonorum collatio locum habeat tam ex testamento quàm ab intest.
9 † Circa primum sciendum est quòd quo ad presens attinet quatuor sunt species hęredũ,sunt eñ quidã ascendentes,alij descendẽtes alij collaterales,alij extranei.Ascendẽtium duæ sunt species,nã quidam sunt in potestate quidã emãcipati.Circa hrdes ascẽdẽtes illud est conclusiuè tenendum scđm sententiã omnium,quòd siue ipsi succedant eorum liberis emancipatis vel in potestate constitutis, non tenentur inter se inuicem aliqua bona conferre, & idem per omnia dic in colateralibus & extraneis qui simpliciter non astringuntur sibi inuicem conferre , siue tales personæ succedant ex testamento,siue abintest.quia hoc non reperitur aliquo iure cautum,secundum quod deter. Ia.de are.Cy.& alij,in l.emancipati.C.de colla. sicque ille titu.locum non habet in personis supradictis. Relinquitur ergo sola dubitatio in hæredibus descendentibus , qui liberi appellantur, vbi conclusiuè dic quòd aut soli emancipati succedunt patri vel auo , & tunc sola profectitia tenentur conferre sibi inuicem secundùm omnes,vt probatur in l.vt liberis.C.de colla.& no.plenè per.Cy.in d.l.si emancipati . aut succedunt cũ collaratelibus extraneis,& idem quòd supra. Aut succedunt cum alijs existentibus in potestate, & tunc licet sit diuersitas opin.tamen secundùm veritatem emancipati conferunt suis in potestate constitutis sola profecticia. Et econtra suis emancipatis,& sic est æqualitas inter eos in modo collationis secundùm docto,vbi supra, quam opi.sequitur Iaco . bu.in l. cerium.C. fam.
10 hær.& l.fin.C.de col. † Vnum tamen aduerte quòd olim filij succedentes ex testamento paterno non tenebantur quartam conferre,vt in l.j. C.de colla.Hodie autem siue succedant ex testa-

mento, siue ab inte. tenentur inuicem conferre modo quo supra, vt in auct. ex testamento. C. de col. nisi testator aliud disposuerit, vt ibi.

11 †Hic autem insurgit aliud dubium per quod declarabitur scdm quæsitum, quod erat quæ bona sint cōferēda, vnde quæro an simplex donatio facta filio in potestate vel emancipato à patre vel auo debeat conferri, sicut cōferūtur alia bona ꝓfecticia, quā quæstionē examinat gl. ac. Dyn. & Cy. in d. auct. de testamēto, & plenius Bar. in l. j. §. nec castrense. ff. de co. bo. dic ergo distinguēdū secūdū eos, aliquādo hæc donatio fit filio emancipato, & tūc est cōferēda, vt l. liberis. in fi. de col. Cui⁹ ratio est qa hęc donatio tenuit in vitā patris donantis, & ex ea fuit filio ius quæsitū, merito ergo venit conferenda. sic intellligitur, quod habetur in d. auct. ex testamento. Aliquando fit hæc donatio filio existente in potestate, & hic subdistinguitur. Aut pater post ipsam donationem filium emancipauit, sicque ipsa donatio quæ à principio non valuit in vita patris confirmatur & tunc debet conferri, sicut si à principio fuisset facta filio emancipato, vt dictum est arg. ad hoc in l. siue emancipatus. C. de do. ff. eo. l. donationes. §. si pater. coniuncta l. vt liberis. in fi. C. de colla. aut pater non emancipauit ipsum filium, sicque in eius vita confirmationem non recepit, sed post eius mortem confirmationem assumpsit, & hoc casu, quia talis donatio legatorum naturam assumit, vt in l. in donationibus. C. ad l. fal. & sic incipit mortuo patre dominium eius quæri filio, merito in collationem non venit, vt l. à patre, & l. ea demum. C. de coll. & in l. j. §. si ab ipso. ff. de col. bo. & l. filię. C. fa. her. fallit hoc in tribus casibus. Primo si emergeret inæqualitas, quo casu donatio, quę morte confirmatur conferri deberet, vt l. pe. §. fi. C. de col. Secundo fallit si pater hoc ordinauerit, arg. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. test. Tertio si pater donasset vt haberet filius in peculio profecticio, vt l. si donatione. C. de col.

12 †Post hæc quæritur quid si pater filiæ donauerit ob aliquam certam causam in donatione expressam, an talis donatio sit conferenda, dic secundùm Barto. vbi supra quòd donandi causa potest esse multiplex, & secundùm diuersitatem causæ, diuersificabitur modus collationis, ideoque sic distingue, aliquando pater dotauit filio tanquam benemerito, quia se abuit in exhibitione bonorum plurium versus patrem multum affluenter, aliquando donauit filio vt habeat in profecticio peculio, aliquando donat ex alijs causis, quæ variæ sunt, vt infra dicetur. Si quidem donatio facta fuerit filio tanquam benemerito hoc expresso vt communiter fit in instrumentis donationum, tunc licet gl. sint varię tamen conclusiue secundùm veritatē dicendū est talem donationē tenere, & dicetur talis donatio peculiū aduenticiū nō profecticium, ideoque non confertur, vt no. per gl. in auc. vnde si parens. C. de inof. test. quòd sequitur Gui. de cun. & Ia. bu. Et aduerte ad vnū qđ in hoc casu nō sufficit, qđ notari⁹ dicat in instrumēto, qđ pater donat tali ei⁹ filio ꝓpter ei⁹ seruitia ab eo recepta & si. quia ista verba naratiua non ꝓbāt merita pcessisse, sed est op⁹ aliūde probari scdm Bar. in l. qđ si forte. ff. de cast. pec. & l. is q. §. pe. ff. de leg. præstā. Si verò pater donet vt filius habeat in peculio profecticio, tunc debet hæc donatio conferri, vt dictum est.

13 †Peculium autem castrense vel quasi & aduenticium nullo modo conferuntur, vt traditur in l. certum. C. fa. her. & l. j. §. nec castense. ff. de col. bo. & l. fi. C. de col. cum sim. vbi autem donat ex alia causa, tūc secundùm Bar. cōsidera, aut est talis causa propter quam cogitur pater filio donare puta ex causa dotis, vel donationis propter nup. vt l. fi. C. de do. promi. & l. qui liberos. ff. de rit. nu. & tunc debet talis donatio conferri, vt ff. de col. do. per totum, & l. filiæ. & l. illam. C. de col. cum si. Cuius ratio est, quia cum pater det ex iuris necessitate, videtur velle quòd conferat, & etiam quia hæc donatio quæritur filio in vita patris, ideoque conferenda est, vt dixi supra & probatur in l. pomponius philadelphus. ff. fa. her. Et hoc no. pro sororibus maritatis & dotatis, quæ volunt venire ad successionem hæreditatis paternæ simul cum fratribus, quæ tenentur dotes suas conferre, & eodem modo frater alteri fratri donationem propter nup. quam pater eius contulit, dum frater ipse vxorem duxit, aut causa donationis est talis quæ non necessitabat patrem ad donandum, & tunc distinguitur an dederit, vt habent in peculio profecticio vel aduenticio

14 aut castrensi. vel quasi, vt dictum est. †Sed circa prædicta quæritur secundùm Bartalum pone quòd pater soluit pecuniam ob condemnationem filio impositam, propter aliquod eius delictum, an in diuisione paternę hæreditatis debebit hæc pœna soluta conferri, & ipsi fratri imputari, & secundùm eum sic est distinguendum vt plenè scripsi in l. stichus. ff. de pec. legata. & per Gui. de cu. in lege frater à fratre. ff. de condi. inde. aut filius tempore solutionis habebat solum peculium profecticium, & de eo præsumitur facta solutiò, & ob hoc de ipsa tali pecunia soluta fienda est collatio, vt supra sepius dictum est, & ita intelligitur d. l. stichus. quod ibi notatur. aut habebat solum peculium aduenticium, & tunc præsumitur de eo facta solutio argu. in l. nensennius. ff. de nego. gest. & quia pater videtur magis administratorio nomine soluisse quàm proprio, argu. in l. post mortem. ff. quando ex fac. tut. & le. cum vnus. §. fin. ff. de admi. tu. ideoque nulla collatio fiet vt aliàs dictum est aut soluit condemnationem hanc ex necessitate quia per statutum ciuitatis erat ad hoc astrictus vel fideiusserat pro ipso filio & tunc quia talis solutio imputatur in legitimam filio, vt le. hæredes. §. si filius. ff fa. hær. Ideoque confertur & imputatur arg. in l. illud. C. de colla. Aut soluit ex voluntate simpliciter, & tunc videtur facta solutio causa pietatis vnde nō

audire

audiretur pater volens talem impensam à filio repetere. arg. in l.j.C.de neg.gest.& l.filius. cum ibi no.ff.de neg.gest.sicque ideo non confertur.vt supra dictum est de simplici donatione & eadē cōclusio locum habet,si pater soluerit pecuniā pro redemptione filij captiuati, nam in dubio talis solutio videtur facta causa pietatis alio non apparēte & ob hoc non confertur, quia nec à filio repetere tur.vt supra proximè dictū est.facit l.liber captus. ff.de cap.& postli.reuer.& no.per Guil.in d.l.frater à fratre.Item dic per oīa in donatione facta filio seu expēsa pro eo facta ꝓ aliqua militia,vel doctoratu,prebeda,vel episcopatu,aut alia dignitate sibi quæsita secūdū aliquos,sed sēcpm Bar.vbi supra dicēdū est locū esse collatiōi duplici ratione. Prima quia talis expensa facta est ex necessitate, cum pater sibi obligetur iure naturæ quærere filio honorem & dignitatem.vt in auth.constitutio quæ de digni. Secunda ratio est, quia hæc pecunia filio quæritur in vita patris, ergo & c.vt dictum est.

15 †Sed an fructus & redditus huius dignitatis conferantur, dic secundùm eundem aut talis dignitas est transitoria in hæredes, vel alienabilis in quemcunque, & tunc tam dignitas quàm eius redditus conferri debet,iuxta formam l.omnimodo.in fine.C.de inoffi.testa.cum talis militia in quartam filio imputetur. vt ibi & sic locum habet illa regula, quòd ea quæ computantur in quartam conferunt & conferuntur,sed non conuertitur,vt habetur in l.illud.in principio.& §. j.C.de colla.aut hæc dignitas non est transitoria in hæredes vel non est alienabilis. vt dignitas episcopatus, vel abbatiæ, vel doctoratus, & tunc non confertur ipsa, nec eius redditus, nec in quartam filio imputatur. vt d. l. omnimodo. quasi hæc dignitas in peculio castrensi vel quasi fore censeatur. vt l.sacro sanctæ. C. de epi.& cle. aliquando contingit, quòd pater dat pecuniā filio & ignoratur quo animo dederit, an vt illā habeat in peculio,vel eam habeat in mera donatione,quo casu sc d̄m Bar.considerandū est,an ꝑcesserint aliqua merita,& tunc ꝑsumptio est merę donationis ꝑpter merita ꝑcedentia filij, argu.in l.si donatio. C.de dona.aut merita nulla præcesserunt, & tunc aut illud quod filio dedit ip̄e pr̄ emit nomine ipsi⁹ filij,& tunc ꝑsumitur dedisse aīo donandi.vt argu. in l.filiæ.C.fami.her.& l.ij. C.si quis alteri vel sibi aut solum tradidit, sed non emit, & tunc in dubio videtur dedisse filio.vt habeat in peculio profecticio,vt l.quid fructuarij.in prin. ff.de ac.re.do.nisi per aliqua alia iudicia contrariū appareret,puta,si dederit pecuniam filio existenti in militia. vel in studio. nā tunc videtur dedisse.vt habeat ī peculio castrēsi vel quasi.arg in l.j. C.de castr.pec.lib.xij. & hoc sequitur Dy.& Cy.post eum.vt nota.in l.si donatione.C.de coll.aut econtra emit nomine filij,sed non tradidit,& tunc videtur emisse.vt habeat in poculio ꝓfecticio. Aliqñ contingit quòd pr̄ non emit nec tradidit filio, sed ex promissione acquirit,quia filio ꝓmittit, & ī hoc Ia.de are.& Bar. post eum.in l.si pater.ff.de dona.sic distinguit,aut qñq, ab extraneo pater stipulatur pecuniā noīe filij,& tunc videtur stipulari vt filius habeat in peculio profecticio,vt probatur in l.fi.ff.de pe. Aliqñ nō ipse pater, sed filius stipulatur de iussu patris, & tunc ex numero filiorū, & quātitate pecuniæ in stipulationē deductæ ꝑsumitur donatio vel quòd habeat in peculio profecticio.ar.in l.qūtū.§. si pr̄. ff.de iur.instru.& l.si filio.ff. de le.iij. & l. si licitū. ff.de do.inter vi.& vx.

16 †Deinde pro latiori prę missorū doctrina qro de nota.q. Ecce quòd pater emit filio suo libros pro studendo i ure vel in medicina in studio Bon. vel papię tunc qritur an mortuo patre isti libri debeāt cōferre, quā q.plenè ponit Cy.in l.filiæ.licet in sacris.C.de colla.& Bar.in d.§.nec castrēse.& in ea sunt variæ opi.nā gl,in l. fi.C.fam.hęr.tenet quòd non cōferātur ꝑ illū tex. quā opi.sequūtur Dy.& Cy.vbi supra,alij vt Odo. dicunt quod debet cōferri, sicut alia simp.ex donatio.vt supra dictū est. Vber. vero de bobio doc. anticus tenet opi. Dy.licet eū ꝑcesserit ætate tali ratiōe certū est eīm quòd si pr̄ donet filio militāti arma & equos, qđ illa nō coferūtur, tanquā bona castrensia vel quasi,vt dicto §.nec castrense, ergo nec filius libros,nā militant causarū patroni,& studentes in iure.vt l.fori.C.de aduo.diuer.iudi.nam arma & leges fraternizant.vt insti.in prohe.& C. de no. C.confir.& C.de offi.diuer.iudi.l.cimus.Bar. autem vbi supra sic distinguit, quandoque pater libros prō filio emit,nec tū adhuc tradidit eor sibi nec expressit, quod filio donauit vel donare proposuit & tunc quia remanserunt in pleno dn̄io & hæreditati patris diuidendi sunt & coferedi,argu. in l.j.C.de castren.pecu.lib.xij. Nam vt donatio perficiatur, requiritur traditio.vt l.ij.l. si quis alteri vel sibi. & l.fiij. C. de dona. inter virum & vxorem.quandoque pater emit nomine filij & expressit se donare ipsi filio, & hic subdistingue aut eo tempore filius erat in dignitate doctoratus vel aduocatus, & tunc tāquam peculium quasi castrense non confertur. vt d.l.j.in ij.respon.C. de castrensi pecu.& ff.eodem l.castrense.ad quod facit l.si filius. C.fam.hercis. aut eo tēpore fili⁹ erat in actu simplici scholastico.& tunc aut ante patris obitum filius compleuerat studium suum & tunc quia incipit quasi militare. illi tales libri efficiuntur quasi castrense pecu.& talis donatio confirmatur. argumen.C.de do.l.siue emācipatus.& ff.eodē.l.donationes.§.patri.ideoque cessare debet collatio. vt §. nec castrense. aut pater est præmortuus, ante studium completum seu antequam doctoratum assumpsisset & tunc non potest dici peculium tale esse quasi castrense, quia qualitas personæ demonstrat nullam in ea esse dignitatem. ex his de quibus habetur in l.finali. C.de dignitatibus. libro duodecimo. non enim iure cautum reperitur quòd nudi scholares habeant peculium castrense vel quasi, nec est conueniens eos gaudere beneficio dignitatis, qui nondum

dignitatem sunt assequuti, ar. in l.j. C.de exc.artiū. lib.xij. & l.fin.C.de iuris.om.iud.vnde cōcludendum est idē in hac donatione, quod supra dictum est in simplici donatione, quæ si morte patris cōfirmetur, nō confertur: & maxime fauore studentiū: arg.optimū in l.qui pater.ff.fa.hær.

17 ¶ Sed pone quòd filius de voluntate vel præter voluntatē patris fuit ad studiū & pro eius expensis mutuo sumpsit pecuniā à personis extraneis, an pater & eius hæredes teneantur ad solutionē & ad restitutionem huius pecuniæ, breuiter dic, vt plenē no.p gl.in l.sed iulianus.§. quod dicitur.ff. ad sen.con.macedo.

18 †Amplius quæritur, pone quòd filius ex pecunia profectitia aliqd est lucratus, an hoc lucrum sit fratribus suis cōferedū, & cōclusiuè determinat gl.p sic, in l.cū oportet. in prin. C.de bo.quæ lib.quam opi. sequitur Spe.in ti.de iud.§.sequitur.Bar.autē in d.§.nec castrēse.aliter distinguit, aut filius lucrum cōsequitur ex tali pecunia sine aliquo onere suo, vel personæ exercitio, & tunc procedit opi. prædicta, aut lucrū cōsequitur eius exercitio mediate, & tūc debet considerari lucrū, quod potest ex pecunia prouenire per se & lucrum, quod potest prouenire exercitio personæ, & attribuere cuique portionē suam, & lucrum pecuniæ cōicare, tanquā profectiū, lucrū autē personæ tanquā aduenticiū nō tenetur cōmunicare. hoc modo debet intelligi, quod traditur in d.l. cū oportet. per glo.& insti.per quas perso. post princ. & si forsitam dubitetur quæ sit portio condigna attribuēda personæ, & quæ attribuenda pecuniæ, dicēdū est secūdm gñalem cōsuetudinem, nisi quantitas esset nimis magna, qa medietas est attribuēda personæ & alia medietas pecuniæ, de quo no.in l.j.C.pro so.

a Item quæritur. adde Bal. in authē. ex parte. C. de coll.Bar. in l. j. §. nec castrēse.ff. de cast. pe. & Franc. porce. in trac.de dub. fratri. in ij. parte. in xxxvj. quæstio.

19 †Circa prædicta quęritur de alia q.sæpe occurrente in monteferrato. Ecce quòd titius donauit partem dimidiā omniū bonorū suorū Gayo, hoc pacto, quòd simul cum eo debeat habitare, eūq; nutrire & alimētare, & tāquam patrem tractare & tenere, versaque visa idem Titius tenere debeat & habere Gayū tāquā filium. modo contingit quòd dictus Gayus viuente dicto Titio aliqua bona acquisiuit, deinde moritur Titius, eius hæredes petunt ab ipso Gayo partē bonorū p eū acquisitorū, quæritur an sint audiendi. Respondeo breuiter ante omnia considerādū esse quòd per verba pdicta nō sunt facti inuicem pater & filius, cū in filij arrogatione & adoptione requiratur auctoritas superioris, vt aliàs dixi, ideo sequitur quòd aduenticia, nec castrensiā, vel quasi quo ad dominiū vel vsufructū fuerūt q̄sita ipsi titio, vel rōne societatis oīum bonorum inter eos contractæ, tacitè vel expressè dici potest ipsa bona cōicari debere, quia verba donationis hoc non exprimunt, dici ergo posset quòd aut ista bona sunt acquisita ex rebus amborum tā donatis quā retētis, & tunc hæredes sunt audiēdi, vt partem ferant aut sunt q̄sita ex ppria psona ipsius Gay & ipsius industria, vel aliunde, & tunc non sunt audiēdi, arg eorum quæ dicūtur de filio naturali.s. pximè, nam licet non sint inuicē pater & filius, tamem quia se obligauerunt tractare tanquā tales, sequitur quòd quantū ad se in casu isto pro talibus sunt habendi cogita super hoc.

20 † Itē q̄ritur a pone quòd pater filio existenti in studio, vt moris est fecit expensas singulis annis pro eius victu & vestibus, patre mortuo volunt fratres sibi istam expensam imputare in quartam, & volunt quòd eā conferat, quæritur an talis expensa sit filio computanda & conferenda. Bar. vbi s. sic distinguit, aut iste filius nulla bona habebat, & tunc non imputabitur, nec conferetur sic intelligatur l.qui pater.ff.fam.her. aut filius habebat aduentitia vel castrensia seu quasi & in pecunia consistentia, & tunc psumitur in dubio alio non apparente, quòd pater miserit & dederit de pecunia ipsius filij potius quàm de sua, argu.in l.nensennius.ff.de nego.ge.quia potius administratio nomine quā pprio misisse psumitur vt l.post mortem.ff.qñ ex fact. tuto.& videtur casus in l.fi.ff.de pe.hære.

21 †Deinde quæritur de q. quotidiana. Ecce quòd pater generans duos filios, vni ex eis dedit vxorem, & eam duxit in domum, & pro ea fecit, vt moris est, varias expensas in nuptijs, vestibus, & iocalibus. Mortuo patre vult alter frater ducere vxorem, & petit ab alio fratre, vt alterum de duobus faciat, vbi patiatur de communibus bonis fieri pro eius vxore similes expensas, vel conferat omnes expēsas p vxore sua factas, quæritur qd iuris, dicit idem Bar.vbi s̄.quòd iste frater, qui non petit, non est audiendus quātū ad expensam de cōibus bonis fienda, sed illā facere debet de suo proprio nisi cōtrariū pater ordinasset in eius testamēto, arg.ad hec, in l.iij.§.fi.ff. de mu.& ho.& ibi no.p gl.

22 †Quo aūt ad collationē faciēdā distiguēdū est scdm eū, aut sūt vestes viles, et alia p quotidiano vsu necessaria, et tales nō sūt cōferēdę, qa ab initio tenuit ī eis donatio inter socerū & nurū, vt l.ex aīo.in prin.de do.inter virū & vxo.& ff.ad l.fal.l.sed si vsufructus.§.fi.cū gl.sua facit l.peculiū nascit.ff. de pe.aut sūt vestes & alia præciosa iocalia & festiua, & tunc, veniūt cōferēda talia qualia sunt, quia ista remāserunt in dñio soceri, cum in his non tenuerit donatio, vt l.mortis

suæ

suæ causa.§.fi.ff.de do.inter vir.& vxo.& ff.de pe-cu.l.id vestimentũ.& ibi tex.no.nec ob. si dicatur hæc donatio saltem morte soceri cõfirmatur, quia respondetur, quòd à principio non fuerunt donatæ sed ad solum vsum concessę, vnde non habet locũ
23 illa regula, vt d.l.mortis causa.in fi. †Ex his patet secundùm Bart. quòd ista iocalia, quę à viris mittuntur vxoribus, dũ sunt in domo parẽtũ añquã ductæ sint ad domũ mariti, videãtur magis ad vsum cõcessa quã donata, ideoque morte viri nõ confirmatur talis donatio, multoque min⁹ cõfirmatur morte soceri, stãte adhuc matrimonio inter eos, vt probatur in l. cum hic status.§.oratio. cum se.ff.de do.inter virum & vxo.& facit quod no.in l.pe.§.j.
24 ff.so.ma. †Itẽ quęritur, ecce ꝙ pater in vita sua misit filiũ suũ ad studiũ, posteaq; decessit ipse pater, quo defuncto reqrit ipse fili⁹ ab alijs fratrib⁹, quòd sibi ꝓuideatur, de expẽsis de cõibus bonis hęreditarijs, an bene dicat. Dy. tenuit quòd sic, qa munus cęptum perfici debet de cõi, vt l. si filia.§. idẽ scribit.ff.fa.her.& d.l.j.§.nec castrẽse ver.sed si ad hoc & per gl.no.in l.q originem.§.fi.ff.de mun. & ho.& l.lucius.§.idem respõdit.ff.ad muni.& ibi no. per Dy. facit in ar.ff.ꝓ so.l.hęres socij.ff.de hæ.tu.l. j.& l.furti.§.fi.ff.de his qui no.infa. Sed Bar. vbi supra tenet contrarium quia factũ patris ita demũ obligat heredes si ad illud explicãdũ pater fuerat necessario obligatus, vt l.sed si filium.ff.de mũe. & ho.cõiũcta l.honores.§.his qui.ff.de dec. Sed nõ repit iure cautũ, quòd pater necessario astrĩgat tenere filiũ ĩ studio, ergo &c. Nã aut dices istos fratres obligatos ad hoc ratione paternæ obligationis in eos trãsfusæ, & hoc nõ ratiõe prædicta. Aut dices eos teneri ex sua ꝓpria obligatiõe, & idẽ multominus quia nec ex lege, nec ex eorum voluntate sunt ad hoc astricti, aut dices eos teneri vigore obligationis paterne eius morte confirmatæ, & hoc non arctat, qa pro furto tempore nulla interuenit traditio, quę est necessaria, si morte debeat confirmari, vt lege papinianus.ff.de dona.inter vi.& vxo. si tamen ipse filius in vita patris stando in studio aliqua debita ex honesta causa contraxerit, soluenda erunt per fratres de communi pecunia tanquam ęs alienum.l.macedoni.& le.sed & iulianus.ff.ad mace. Aduerte quia ego aliter sentio in pręcedenti casu & distinguo sic cõcordãdo opi.omniũ aut iste filius in vita patris per modicũ tẽpus fuit in studio & tunc procedit opi.Bar. aut fuit ibi longo tẽpore, ita quòd iam perfect⁹ est in multis, & tũc aut portio contingens ipsi filio de bonis paternis est suffi ciens sibi facere consuetas expensas, adhuc procedit opinio Barto. aut non est sufficiens sibi facere
25 expen.& tunc procedit opi.Dy. †Et ratio differentiæ potest assignari, nã quãdo stetit lõgo tẽpore in studio, nec habet de parte sua quicquam sufficiens ad solitas expensas, tũc pater per tã longam patiẽtiam videtur alligasse se ad talẽ expẽsã, & ęquitas etiã suggerit ne tempus in vacuũ perdidisse appareat, si studiũ non perficiat, & ne in derisum cadat quod de communi suppleatur expensa, quæ ratio cessat cum ibi stetit modico tẽpore, vel sufficiente partem hæreditatis habet ad supportendum expẽ.
26 †Insuper quæritur, pone quòd mortuo patre, isti fratres hæreditatem paternam communiter & indiuise tenuerũt & possederunt. & vnus ex eis aliquã bona alienauit sine alterius consensu, an talis alienatio ei nocebit. dic quòd non regulariter, vt in l.j.& ij.C.de cõm.re.alie. plẽne no.ꝑ gl.& doct.
27 in l.in familiæ.C.fa.hær. †Sed quid si vnus ex eis aliqua superlucratus fuerit vel emit, an talia superlucrata vel empta sint inter eos cõmunicanda. distingue breuiter sic, aut fuit inter eos contracta societas omniũ bonorũ, & hæreditatis aut ipsius hæreditatis tantùm. Primo casu bona vndecũque quæsita, etiã aliũde quã ex hæreditate sunt cõicãda, vt l.cũ duob⁹.§.si inter fratres. aliàs incipit l.papia.ff.ꝓ so. Secũdo casu sunt cõicãda ea sola, q̃ sunt ex hæreditate quęsita: vt in d.§. si inter fratres.& ꝓbatur in l.si patruus.C.cõia vtri.iu.cũ ibi no. aut nulla fuit inter eos societas specialis vel gñalis cõtracta, & tũc aut ille quæsiuit ex rebus cõibus ꝓprio noĩe tantũ, & nõ tenetur cõicare, aut quæsiuit noĩe omniũ, & cõicare tenetur, vt hæc ꝓbãtur in l.si patru⁹.cũ ibi no. de quo statim plenius dicã. In dubio autẽ nõ præsumitur inter eos contracta aliqua societas: vt l.ex patre.§.filius.ff.fami.hærc. & not.per Barto.in l. Titiũ & Meuiũ.§. altero.ff. de admi.tu. nisi omne lucrũ ponerent in cõmuni, quo casu præsumitur tacitè cõtracta societas inter eos nõ gñalis, sed illius tantũ negociationis secũdũ eũ. Sed do.Bal.in l.si patruus.& in quodã tractatu de duobus fratribus dicit, siue nullus fratrũ negocietur, siue alter tñ, siue oẽs, ꝙ si ponãt oĩa lucra in cõi ex hoc & alijs actibus seu circũstãtijs p̃sumitur inter eos tacitè cõtracta societas gñalis: ar.in l.cũ duobus.§.cũ duo.ff.ꝓ so.& sic omnia bona qualitercũque quæsita erũt inter eos cõicãda, vbi autẽ certũ sit eos nõ esse socios.& tũc oẽs sumptus quos alter ex eis fecerit circa suã personam stando, puta in studio vel circa filiam, in causa maritãdo vel in ducẽdo ꝓpriã vxorẽ, tenet ipse solus agnoscere & subire.ar.in l.socius ꝓ filia.ff.ꝓ so.
28 †Quod autẽ dixi tacitè societatẽ præsumi.& tacitè cõtrahi non est incõueniens, quia in contractibus, maximè bonęfidei tantùm operantur cõuẽtiones tacite quãtum expresse, vt l.itẽ quia conuẽtiones.ff.de pac.& l.cum quod.ff.si cer.pe.& triticum.ff.de ver.ob. cũ si. pro tanto bonũ est cõsiliũ quòd mortuo patre superstitibus ibi pluribus filijs si intendãt stare simul & fugere quęstiones, quod statim facient & societatẽ ineant inter se omniũ bonorum, aut saltẽ totius hæreditatis & pacisci simul quòd quæcũque quęrẽda cõicentur inter eos ex hoc enim tolletur omnis materia iurgiorum.
26 †Quid ergo si processerint in cõione cum illo cõi errore, vt solent cõiter facere, nulla facta conuentione, nec vlla contracta societate, quod erit de quæsitis per alterum ex eis, dic plenius, quod aut bona vel pecunia sunt quæsita ex personæ industria, & ista in dubio non sunt cõicanda insti.

per

per quas perso.nob.acqui.§.j.in fin.
aut sunt quæsita à fortuna ex causa
donationis vel legati,& tunc aut do-
natio vel legatum procesit solùm
contēplatione illius,cui donatū vel
legatum est,& tunc non debet cōmu
nicari,vt d.§.j.& in l.cum oportet.
est mortalis, aliæ verò nõ, & ignoratur à quo vuln⁹ mortale sit illatum, quæritur an delinquentes omnes, vel nullus teneatur de occiso, vel omnes de solo vulnere, quam quęstionem tetigit Dy. in c. in obcuris. extra de iu. li. vj. & Cy. in l. quoniam multa. C. ad l. iul. de vi pu. in vj. q. & Bar. in d. l. si in rixa. ff. de sicc. dicit Alb. Papi. qđ aut apparet ex cui⁹ ictu, vel percussione mortuus est, & tunc ille solus de occiso tenetur cæteri autem de vulnerato per text. in dicta lege si in rixa. aut hoc non apparet, & tunc nullus de homicidio tenetur, sed omnes de vulnere, & pecunialiter iudicis arbitrio de iure communi venient puniendi, vt in lege ita vulneratus. in fi. ad legẽ aqui. nec ob. l. item mella. §. si plures. ff. ad legẽ aquil. quia secundùm eum loquitur quãdo ciuiliter agitur ad emendationem damni serui occisi, hic autem cum agitur criminaliter ad pœnam corporalem, vt puta homicidij, vbi debent probationes esse luce meridiana clariores vt lege sciant. C. de proba. & quo casu nemo condemnatus est ex præsumptionibus, vt in lege absentem. in fi. ff. de pe. pro qua opi. est gl. in dicto §. si plures. Barto. verò & Dy. & Cy. vbi supra. & Inno. in c. significasti. de homici. sic distingunt, aut omnes habebant propositum committendi homicidium, aut vnius tantùm vel nullus. Primo casu de iure communi secundùm quòd magis attenditur animus quàm actus facti, tenentur omnes de occiso. vt in dicta lege is qui cum telo. cum si. & intelligam eos fuisse talis propositi, maximè si clamabant ad mortem ad mortẽ, vt fecerunt iudæi contra Christum, quod sequitur Inn. in dicto c. significasti. de iure autem statutorum Italiæ secundùm quòd attenditur factum, & non propositum, vt prædixi est distinguendum, vt infra proximè. Secundo casu quando vnus tantùm, vel nullus erat propositi homicidium committendi, tunc contemplari debet ictus cuiuscunque per se, & si quidem apparuerit cuius ictu, vel percussione sit mortuus ille solus de occiso principaliter tenebitur, alii verò poterunt condemnari de opere, & auxilio pręstito ad homicidium commitendum secundùm eum, vt in l. in actione §. ope. cum si. ff. de fur. ac etiam de vulnerato, & coadiuuatione, vt lege iij. ff. ad legẽ iul. de vi pri. Si verò non apparet cuius ictu fuerit mortuus tunc aduertendum, quòd hoc potest contingere dupliciter, vno modo, quia nullum vulnus erat per se mortale, sed omnia simul iuncta faciunt vulnus esse mortale, hoc casu puniuntur omnes de occiso, quia verum est dicere omnes occidisse, vt in lege item mella §. si plures trabem. ff. ad legẽ ac. & in l. ita vulneratus. in fi. ff. eod. tit. ar. in lege si plures. ff. ar. fu. ce. quod sequitur Inno. in dicto c. significasti. alio modo contingit non apparere de persona quæ intulit vulnus mortale, si cõstat vnum solum vulnus esse mortale, & alia esse non mortalia, & tunc propter ignorantiam personæ quæ intulit illud vulnus mortalæ, præsumitur omnes simul vulnerasse secundùm Barto. & per consequens tenentur omnes de occiso. & sic intelligitur d. l. item mella. §. si plures trabẽ. & §. sed si plures ij. responso. sicut in simili dicitur, quando plures simul decesserunt, & ignoratur de ordine, quia præsumitur omnes in dubio pariter decessisse, vt in l. inter virum. & l. sed de illo. ff. de re. dub. quam opi. in casu isto sequitur Dy. & Cy. vt supra sed re vera opin. Alb. est æquior quia in dubijs est inclinandum in benigniorem partem, vt l. beniguius. ff. de legi. maximè in pœnis, vt in l. si de, interpretatione. ff. de pœ. licet pro priori opi. faciat tex. in c. significasti. in versic. quod si discerni.

3 †Sed pone statuto cauetur quòd villã teneatur capere homicidam, quòd si nõ fecerit tunc soluat pro pœna flo. mil. accidit quòd plures homines occiderunt simul aliquem, qui capi non potuerunt, vel capti non sunt. q̃ritur an villa teneat soluere pro singulis eorũ flore. mil. & qđẽ Dy. vt re fert Bar. in d. l. si in rixa. determinat quòd non, sed sufficit vna pœna pro omnibus, nam ipsi omnes pro vno reputantur secundùm Bar. quando ex facto eorum alius debet teneri, puta commune seu villa vt in lege si cum exhibuissent §. finali ff. de pub. & lege j. & per to. ff. si fa. furtũ fe. di. & licet statutum loquatur in singulari, quia tamen sermo ille indefinite profertur. vniuersali sermoni æquiparatur, sicque resoluitur in plurali. vt. sit sensus, si omnes homicidas non cœperit. ar. in l. si plures. ff. de. leg. iij. & l. si pluribus. de le. ij. per quod sequitur quòd vno solo ex homicidis capto, & sibi capite detruncato, quòd commune, seu villa liberabitur, si alios homicidas non cœperit, quia quantum ad liberandum villam sufficit pro homicidio quòd alter eorum pœnam impositam patiatur licet in contrarium faciat ille verborum sensus, dum dicitur si omnes homicidas non cœperit quod requirere videtur omnium simul concursum, argumentum in lege finali de in ius vo. vt eant, vel satis. & in l. seruus. §. si plurium. ff. si quis cau. cum ibi nota.

4 †Et ex his etiam deciditur alia quęstio vn⁹ præstitit opẽ, & auxilium tribus personis ad committendum aliquod maleficium seu homicidium nunquid punitur pro singulis eorum, ac si separatim vnicuique opem. præstitisset, & auxilium, & breuiter secundùm Dynum debet solùm puniri vna pœna pro omnibus per rationem prædictam, & eodem modo puniendus esset vnica pœna tantùm pro omnibus ille qui mandasset vulnerari, vel occidi vnum vel plures personas nam istæ personæ plures pro vna sola reputãtur per rationes prædictas secundùm Bartolum in d. l. si in rixa.

5 †Quid autem in casu econuerso, si plures personæ delinquerunt in vnam personam tantùm, an ipsi omnes debeant vna pœna communiter, vel diuersis pœnis singulariter puniri, dic vt supra dixi, quæ disputatio de qua supra procedit quando erant plures delinquentes non officiales. vbi autem essent officiales, tunc omnes reputantur pro vno, quando delinquunt in his quæ pertinent ad officium eorum, & sic om

omnes simul vna pœna puniantur, vt habetur in l.
6 si multi.ff.de publi.& l.in tres.ff.de admi.tu. †Rursum quæritur pone quòd vnus alium percussit vnico ictu pluribus percussionibus, puta cum bidente, vel tridente, an percussor sit puniendus pro singulis percussionibus, Bartolus distinguit.in l.senatus.ff.de ac.& plenius in l.si gemina arbor.ff.arborum fur.cæs.& in l.nunquam plura.ff.de priua.delic. aliquando lex vel statutum punit actum criminosum prout ab agēte infertur simpliciter & indeterminatè, verbi gratia, si disponat statutum hoc modo, siquis sagittauerit per ciuitatem, vel si quis extraxerit gladium in platea, puniatur tali pœna, & tunc si vnico ictu sagittauerit plures sagittas, vel extraxerit plures gladios puniendus est pro vnico delicto & vnica pœna tantùm, argumentum l.tria onera.ff.de executione tutorum. aliquando l.punit actum criminosum determinatè respectu personæ patientis, verbi gratia, dicit statutum si quis percusserit aliquam personam puniatur in tantum, & hoc casu, considera quòd aut ex eodem actu criminoso resultant duo tituli criminis se inuicem habentes tanquam genus & species, sicut est homicidium, & parricidium, nam parricidium est species homicidij & tunc punitur parricidium committens vna tantùm pœna, & vna lege, vt in dicta lege senatus.ff.de accusationibus. & eodem modo si vnum crimen sit pars alterius verè & præsumptiuè, vt sunt arma ad percussionem, vel insultum & euaginatio ad percussionem. Idem si vnum crimen in alio confundatur. verbi gratia, quando ex percussione vel pluribus statim sequitur homicidium, nam pro solo homicidio punietur delinquens, & in alijs præcedentibus casibus etiam pro vno solo delicto punitur vt determinat glosa l. quę de crimine.C.de accusationibus.& ibi per Cy. in iiij.q.& per Bartolum.in l. nunquam plura.ff.de. priua.deli.pro quo facit l.illud.in fi.ff.ad l. aqui.& no.per Bartolum.in l.libellorum.& in dicta lege senatus.ff.de accusationibus aut ex eodem facto resultant duo crimina quorum vnum non est pars alterius, nec alterum confunditur in alio, sed se habent, vt species separatæ, puta verba iniuriosa cum percussione, & tunc pro omnibus punietur, vt in l. si adulterium, cum incest.ff.de adulterijs. nam regulariter actus criminosi sunt considerandi respectu patientis, vt lege j.in fin.ff.de iniur.& l.multa.C.ad l.iul.de vi public.quia ex illis plures resultant effectus vt in dicta l.nunquam plura.

7 †Ideoque, in proposita quęstione cum quis alium percussit cum tridente pluribus percussionibus, nec ex eis statim sequutum est homicidium, punitur pro pluribus percussionibus, argumentum in lege titia.in fin.& in l. si pluribus. in prin. ff.de verborum obligationibus & idem erit secundùm eum si vnico actu & instrumento factæ sunt plures eidem personæ percussiones in diuersis mēbris, verbi gratia, si cum ense quis vnico ictu sit percussus in capite, & in manu, vel debilitati sunt & vulnerati plures articuli eiusdem membri, puta duo vel tres digiti eiusdem manus, nam pro pluribus percussionibus percutiens punietur, argumen in l. de pupillo.§.si quis deiiciat.ff.de no.oper.nun. & l.si seruus seruum.§.rupisse.ff.ad l.aquili. immo quod amplius est secundùm eum, & si percussio facta sit in vno loco.& caro putrefacta sit aperta in alio loco punietur delinquens pluribus percussionibus: argumen.l.si seruus seruum.§. si nulli.ff.
8 ad.legem acquiliam. †Ex quibus dicitur illa quæstio si quis vnico actu dixerit alicui plures iniurias, vel dederit plures alapas, an pro omnibus sit puniendus, vbi dicitur quòd sic, licet teneatur simul omnes proponere in eodem libello, & non in diuersis, vt habetur in l.prætor edixit.§.si plures aliàs, si verò plures.ff.de iniurijs. facit l. nunquam plura.ff.de priuatis delictis.& notatur per Bartolum in dicto §.si plures.& per Cynum in l.si non conuitij.C.de iniurijs & per Bartolum in l.apud la
9 beonem. in §.conuictum.ff.de iniur. †Sed quid erit si in eodem loco corporis quis fuerit plures. ab eadem persona percussus, an percussor punietur pro pluribus vulneribus, an pro vno tantùm, breuiter distingue secundùm eum, aut statutum imponit pœnam pro vulnere, aut pro percussione. Primo casu cum sit vnicum vulnus, licet ampliatum ex multiplicatione ictuum, punietur solùm pro vno vulnere. Secundo autem casu punitur pro pluribus, cum sint plures actus percutiendi, vt in dicta lege nunquam plura. Quid autem dices quando vnus committit delictum in pluralibus, vel plures in pluribus, qualiter fiet punitio, dic vt notatur per Bartolum in lege secunda. §.si ad plures.ff.de se.vio.quando autem plura delicta committuntur circa rem aliquam notat. per eundem Bartolum in lege inficiendo.§. infans. ff. de fur.quandoque committuntur plura delicta non facto sed verbo, & de his vide quod per eum not. in lege item apud labeonem.§.cum vitium.ff.de in
10 iurijs. †Vltimo ex prædictis colligi potest decisio etiam ad aliam quæstionem quæ his temporibus sæpius de facto occurrit. Ecce quòd aliquis congregauit gentes ad capiendum aliquod castrum, villam vel ciuitatem, vel aliam possessionem, & in tali insultu vel rixa aliquis de ciuitate, vel terra occisus est. Quæritur nunquid omnes teneantur de occiso, vel ille solus qui occidit, si de eo constet, & videtur quòd ille solus tam secundùm opinio. Albe. quàm Dy.& aliorum, vt supra dictum est. In contrarium quòd omnes teneantur, vel saltem ille qui gentes coadunauit simul cum ipso percussore faciunt quę habentur in tex.& per Cy. in l.quoniam multa. C.ad lega. iu.de vi pu.vel priua. & sic in dubio si iusta vires haberet multorum capita essent truncanda Nec ob. disputatio & opi. Albe.& sequa.quia loquitur quando homicidium est commissum sine propositio, vel coadunatione inuadendi locum alterius, vel possessionem, sed simplici propositio offendendi personam, vnde sequitur quod grauius est delictum locum alienam inuadere quā personam

quod

quod nota.

VNA PERcussione in capite. Aduerte ꝙ in accusatione & inquisitiõe debet exprimi locus vulnerum & qualitas eius & alia de quibus no. in d. l. liberorum. de accu. & ibi per Barto.

EPITOME.

An quis in dubio præsumatur mortuus ex vulneribus. nume. 2.

1 EX QVIBVS percussionibus idẽ Albertus mortuus est. †Quæritur an in dubio præsumatur mortuus ex vulneribus vbi sic distĩgue aut percussus mortuus est infra paucos dies post vulnus illatũ aut post longum tempus. Prio casu præsumitur esse mortuus ex eo vulnere. Secundo non vt no. in glo in c. ij. extra de cle. percu. in quo tamen standum est iudicio medicorum vnius vel plurium si haberi possunt vt in l. semel. C. de re mil. lib. xij. & ibi per Bartolum & in capi. signi. de homici. & no. per Bartolum in dict. l. in

2 rixa. ff. de sicc. †Sed quod dicitur breue vel longum tempus dicunt communiter medici si moriatur infra xl. dies à tempore vulneris illati tunc dicitur, & præsumitur mortuus ex vulneribus aliàs autem præsumitur mortuus ex solo mago regimi. Et quia circa protestationes medicorum solent committi fraudes cum multi corrupti pecunia vel gratia protestentur contra veritatem pro tanto in aliquibus locis prouisum & declaratum est ꝙ si vulneratus decesserit infra tot dies præsumatur ex vulneribus mortuus, alias secus.

EPITOME.

1 *Furtum quid.*
2 *Quomodo nascatur furtum.*
3 *Fur qaliter hodie puniatur.*

FVRTO ET per furtum substraxerunt. Debes scire quòd moderno tempore & à tempore mortis magni ducis Medio. citra fuerunt & sunt plures fures quam vnquam fuerũt quia de mille nouem centum viuũt de furtis, rapinis, latrocinijs, & robarijs, quod quidem furtum est contra ius diuinum & humanum vt no. in l. j. in fi. ff. de

1 fur. †Est aũt furtum cõtractatio rei alienæ fraudulosa inuito domino animo lucrandi vt in d. §. fi. & committitur hoc furtum in rebus mobilibus non autem in immobilibus, vt l. verum. ff. de fur.

2 †Sciendum præterea est quòd furtum aliquando incipit à delicto simpliciter vt puta cum quis clam ingressus domum alterius pecuniam substraxerit vel quid simile, aliquando incipit à contractu & inde vertitur in delictum, vt puta si depositarius vel commodatarius vtuntur re ad alium vsum vt l. qui re sibi commodata. & le. fullo. in prin. & in l. si pignore. in prin. & lege qui inuenta. cum simili. ff. de fur. facit quod habetur in §. itaque

3 & in §. placuit. insti. de obli. ex quasi male. Pœna autem furti de iure communi est hodie extraordinaria arbitrio iudi. tam peculialiter quàm corporaliter imponenda ita tamen quòd de furto nemo morti nec abscissioni membri tradatur vt in auth. sed nouo iure. C de ser. fug. vt ibi no. nisi sit fur. famosus qui debet furca suspendi l. capitalium. §. famosos. ff. de pœ. vel nisi furando pacem ruperit quo casu pro furto .v. solidorum potest furca suspendi vt in lib. feu. ti. de pa. iura. fir. c. j. §. si quis v. solidos. & no. per doct. in d. auth. sed nouo iure. verumtamen ex forma statutorum totius Italiæ & omnium prouinciarum aliter est super furtis & alijs criminibus prouisum quibus statutis est deseruiendum vt in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. quouis tamen modo quis condemnetur de furto siue peculialiter siue corporaliter siue leui culpa siue graui vel magna est infamis vt l. non poterit. ff. de furtis & de hoc iure communi quando processum est contra furem per accusationem & condemnationem & secundùm formam iuris cõmunis, vbi autem esset comdemnatus secundùm formam statutorum vel per viam inquisitionis cõtra eum formatæ vt fieri videmus quotidie, tunc contrariæ sunt opiniones gloss. & doctorum vt refert Bartolus in dicta l. infamem. ff. de pup. iu. nã dicunt quidam nec aliquis condemnatus pup. iu ꝑ inquisitionem infamis efficitur, vt no. per gloss. in l. iij. §. præterea. ff. de suspe. tu. & in l. fi. ff. eo. titu. & per Cy. nec etiam dãnatus ex forma statuti & sic per conditionem ex l. quia nulla conditio habet infamare, vt l. cessat. ff. de ac. & ob. cũ si. Bar. autem in d. l. infamem Old. & And. de pis. tenent contra. quia cum inquisitio ex forma statutorum sit remedium ordinarium vt supra dictum est & succedat in locum accusationis sapiet eius naturã ar. in l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cau. cum si. est enim verum dicere eum qui damnatus est per inquisitionem fore damnatum pup. iud. ergo habet locum l. dispositio. de qua in le. j. ff. de his qui no. infa. & eadem ratione dicit Barto. in damnato ex forma statuti qui infamis efficitur quia non ordo vel modus processus sed rei effectus debet attendi vt in l. ordo. ff. de pup. iud de hac materia infamiæ plenius vide per Bartolum. in eadem l. infamem.

FLORENOS centum. Vides hic quòd plures res furatæ fuerunt vnde quæritur an tot sint furta quot sunt res. & in hoc sic distingue aut plures res furantur vno & eodem tempore & tunc dicitur vnum furtum tantùm pro omnibus rebus & non plura furta vt habetur in lege eum qui. §. idem dicit. & ibi nota. per Bartolum. ff. de furtis aut plures res fuerunt diuersis temporibus furatæ & tunc quot erunt res tot erunt furta vt in dicta lege. eum qui. §. pomponius tractat quod nota propter statuta quæ disponunt quòd pro quolibet furto condemnetur fur in tanta pecunia.

EP·

EPITOME.

1 *Contractatio eſt de ſubſtantia furti.*
2 *An committantur tot furta quot ſunt cō tractationes.nu.3.*
4 *Bouum damnum dantium an committatur furtum ſi alio ducantur.*

CONTRActando & amouēdo de loco ad locum.
1 †No.quòd hæc contractatio eſt de ſubſtantia furti qua ceſſante furtum non committitur q̄a ſola cogitatione verboque vel alio ſimplici actu non committitur furtum niſi ſecuta amotiōe & portatione rei de loco ad locum vt in l.prima .§.ſola cogitatione. & lege ſi quis vxori.§.neque verbo ff. de fur.
2 †Sed nunquid quot interueniunt contractationes tot committantur furta, verbigratia, fur rē furtiuam contractauit Placentiæ deinde Cremonæ deinde Ferrariȩ & poſtea fugit an punietur pro omnibus contractationibus eiuſdem rei, videtur quòd non per tex.in le. eum qui furti. in prin.ff.de fur.& per hoc patet quòd ſi fur commiſit furtum in ciuitate Papiæ & poſtea rem furtiuam contractauit Mediola. & ibi reperiatur cum re furata quòd poteſtas Mediol. non poſſit eum punire,vt in d.l.eum qui.
3 †In contrarium tamen determinat Barto.in l.ſi dominium .ff.de fur.& hoc tali ratione ex mutatione noui dominij rei ſubſtractæ naſcitur noua actio furti ex ſequenti contractatione ipſi nouo domino, vt d.l.ſi dominium. & l.inter omnes. §.fi.ff.de furt.ergo pari ratione ex mutatione noui territorij,& noua contractatione debet naſci noua actio furti ad vindictam publicam ſicque ibi ſecundùm eum poterit puniri,quæ opi.licet ſit æqua vt compeſcantur delinquentium maleficia tamen non eſt communis nec per modernos de iuris ſubtilitate approbata, de qua quæſtione tāgitur per Gandi.in titu.quæ ſit pœna furti imponenda, ver.ſed iterum pone.
4 Deinde quæro a ſecundùm Gandi.in titu.præal.Ecce dum boues mei darent damnum in pratis Gay.ipſe Gayus dictos boues meos ſua actoritate cepit & ad domū ſuā eos duxit,cōtra meā volūtatē detinendo,quæritur an poſſim ipſum accuſare de furto determinat quòd non ſecundùm Mar.de ſa. quia furtum ſine animo doloſo furandi & lucrādi non fit vt d.l.j.in fi.ff.de furt.& in dict.l.ſi quis vxori.§.cum creditores.ff.ad leg.acquil.l.ſi quis.§.fi.& conſuetudo admittit talem detentationem vſque ad emendam damni ſicque peccare non dicitur, quod fit de conſuetudine approbata argumen.l. quid ſit fugitiuus .§.apud labeonē. ff.de edil.edic.& in l.ſcire oportet .§.lucius.ff.de adminiſtrat.tuto.& lege.prima in fine.ff.de ven. inſpi.

a Deinde q̄ro.ad.læ do iij.c.ſi bos deinu.& dāno dato

EPITOME.

1 *Semper præſumitur rem contractatam eſſe contra domini voluntatem.*
2 *Fur an liberetur à manibus iudicis ſi dominus dicat ſibi furtum factum non eſſe hoc eſt conſenſum præſtitiſſe.*
3 *Si fur dicat ſe credidiſſe dominum conſentire,& dominus contradicat an liberetur.*

PRAETER & contra voluntatē dicti Iac.
1 † Aduerte quòd in dubio ſemper præſumitur quòd dominus fuerit inuitus & contra volūtatem eius fuerit res ſubtracta in lege qui vas.§.vetare .ff.de fur.& nota.per glo.in le. inter omnes.§.recte.ff.de fur..
2 †Quid ergo ſi formato proceſſu inquiſitionis p̄ iudicem contra furem veniat dn̄s ei furatȩ coram iudice & dicat & proteſtetur quòd ipſe accepit rē ipſam de eius conſenſu & voluntate an liberabitur fur,& circundacetur proceſſus videt quòd ſic quia ſcienti & volenti non fit iniuria nec dolus vt l.cum donationis .C de tranſa.& probatur per textum in dicto.§.recte. quam ſententiam diſputando tenuit Iac. but.& hoc quia inquiſitio & officium iudicis ſuccedit in locum accuſationis partis vt in l.ſi ob cauſam.C.de euic.vnde ceſſante accuſatione & partis voluntate debet ceſſare iudicis officium in tali inquiſitione .Sed Bartolus in dicto §.recte.non approbat hanc opinio.q̄a ſequeretur abſurdum quòd eſſet in poteſtate domini liberare vel non ipſum furem vnde ſecundū eum conſiderandum eſt quòd ex furto & quocunque alio delicto naſcuntur duȩ obligationes & duo iura vnum perſonȩ damnum vel iniuriam ſeu furtum paſſæ.aliud reipublice cuius intereſt ne delicta remaneant impunita vt l.licitatio.§ quod illicite .ff.de publi.& l.ita vulneratus. in fine.ff.ad l.aquil.& l.prima.§.merito . in fine.ff.depo.Vnde licet ius partis remittatur per hanc proteſtationē non tn̄ remittitur ius reipublicȩ.ſicut,cōfeſſio vel proteſtatio filij vel ſerui non nocet patri vel domino niſi appareāt aliqua legitima iudicia p̄ quȩ cōualidetur ipſa cōfeſſio vt in l.quæro.in fine.ff.de edi.edict.& l.cū p̄batio.ff.de p̄batio.in p̄poſito talis p̄teſtatio dn̄i nō nocebit iuri publico

niſi.

niſi appareant aliqua indicia propter quæ dici poſſit quòd conſenſum,& voluntatem præbuerit,verbi gratia quia eſt eius conſanguineus vel proximus & amicus vel coſuetus talia concedere,& ſi. quibus apparentibus iudex non procedet vlterius quod eſt notandum,& habui ſimel de facto.pro hac determinatiōe facit quod habetur in capitulo primo & ſecundo extra de collu.dete.

3 †Sed pone econuerſo quòd dominus dicat ſe non adhibuiſſe conſenſum,fur autem dicat quòd credebat ipſum dominum permiſſurum,& ſic non commiſiſſe doloſe furtum,an excuſatus erit ipſe fur,& ſuæ aſcēſcioni in hoc redatur,gloſſ.in dicto §.rectè.videtur tenere quòd ſic,pro qua facit quod not.per gloſſ.in §.aliæ.inſti.de actio.Alibi verò melius diſtinguit gloſſ.in §.placuit.inſtitu.de ob. quæ ex deli.aut fur habuit rem ipſam ab initio domini voluntate,& ſic furtum incœpit à contractu,verbi gratia,quia rem ſibi commodauèrat,vt iret Mediolanum,& iuit Romam,& tunc eſt credendum aſſertioni furis,dicentis ſe crediſſe dominum permiſſurum,aut furtum incœpit à ſola contractatione & exportatione,& tunc non erit eius aſſertioni credendum ,quia contra eum eſt præſumptio iuris,cum nemo videatur ſua bona velle iactare ſeu perdere,vt l.cum de indebito.in fi.ff.de proba. niſi ex aliquibus indicijs contrarium appareat quod ſequitur Barto.in d.§.rectè.

IN DOMO DICTI IACO. POSI. Papi. No.quòd furtum erat commiſſum in domo in qua erant res furatæ. Quid ergo ſi repertæ fuerunt ipſæ res extra domum, puta in via , vt aliquando accidit quòd ſacculus pecuniæ,vel annulus aut corrigium auratum cadit in terra,& alius inde tranſiens illum accipit,& in ſuos vſus cōuertit an furtum committat,diſtingue, vt habetur in text.no.in l.falſus creditor.in §. qui alienum.ff.de furtis. Deinde aduerte hic quomodo iudex vel poteſtas Mediolani procedit pro furto facto in Papia. Quod an facere poſſit dixi ſupra. Vnum autem aduerte quòd ſi rem furatam non detulit Mediolanum , licet ſola perſona eius reperiatur,non poterit etiam ſecundùm Barto.opin. de qua ſupra in Mediolano puniri. quia in eo loco nulla interuenit noua contractatio,& ſic ceſſare habet ratio ipſius Bar.quam multum nota.

ANNO PRAESENTI, MENSE Maij. Hoc tempus ideo ponitur , quia in criminalibus cauſis tempus delicti commiſſi, ſcilicet annus & menſis,non autem dies adponi debent in cauſa & inquiſitione,vt in l.libellorum. ff.de auct.& ibi plenè per Bartol.niſi forte per diei omiſsionem reo auferretur defenſio , quia tunc cogeretur accuſator exprimere diem delicti commiſſi,vt deter.Barto . in l .is qui reus.ff. de pub.iudi.& in l.ſecunda.§.fin.ff.de eo quod certo loco.Item tenetur etiam diem exprimere ſecundùm Bartolum vbi ſupra quando delictum non vniformiter eſſet punibile in qualibet die,ſed ſolùm in aliqua die,puta nundinarum,vel in feſto ſanctæ Mariæ,eodem modo debet exprimi hora qua delictum eſt commiſſum,qñ nō eſt vniformiter punibile qualibet hora,argumen.l.eū actū.ff. de nego.geſtis.& in l.actor.C.de probationibus. & in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de noui oper.nun.ad quod facit capitulo fina. extra de reſcrip.in clemen.& in l.j.§.fina.ff.de incend.rui. naufra.&c.

IN DOMO DICTI IACOBI Ecce aliud ſubſtantiale quod eſt exprimendum in accuſatione & inquiſitione,videlicet locus in quo delictum eſt commiſſum , vt dicta l.libellorum.

Sed quæritur an locus loci debeat exprimi,puta in camera domus prædictæ diſtinguit Barto.vbi ſupra aut delictum eſt æqualiter punibile in vtroque loco,& tunc ſufficit generalem locum exprimere videlicet domum ſimpliciter, vbi autem non eſſet æqualiter vbique punibile tunc debet exprimi locus loci pari ratione ſicut dictum eſt ſupra de hora & die.

CVI COHERET &c. Hic nota quòd locus delicti commiſſi certificandus eſt, ſaltem per duo confinia , vt l.forma.ff.de cenſi. niſi forte locus ipſe eſſet notorius ſecundùm Bartolum vbi ſupra,vt verbi gratia palatium ciuitatis,vel platea communis, & eccleſia maior, quia notoria alia demonſtratione non indigent, vt l.j.circa fi.ff.de do.præle. & in l.certum.ff.ſi certum peta.

CONTRA FORMAM IVRIS & ſtatutorum. Hic dubitari poteſt , an vtraque pœna tam iuris communis quâm ſtatutorum puniri poſſint delinquentes. Et breuiter Barto. in dicta lege ſecunda.§.ſi publico.ff.de adulterijs tenet quòd non,ſed in arbitrio iudicis reſidebit imponere quam pœnam voluerit,vel legis communis municipalis , ſicut accuſator poteſt eligere quam viam voluerit intentare vel iuris cōmunis vel municipalis, vt per eum notatur per legē ſanctio legum. ff.de pœnis , & vide quod infra dicā in gloſſa ſup verſiculo debita forma iuris.

SVPER quibus omnibus. Hæc eſt concluſio inquiſitionis , quæ tamen in cauſis criminalibus non eſt neceſſaria ſecundùm doctores,vt notat Bartolus in dicto.§.ſi publico. & in dicta lege.libellorum.& per Cynum in lege nec exemplum.C.ad legem corneliam .de falci. & in lege in cauſis.C. de accuſationibus. & eſt ratio quia res ipſa ſupplet concluſionem, vt lege prima in princip. verſicul. ſi autem pronunciauit. ff.ad turp.licet aliud ſit in ciuilibus,vt dixi in primo libro. & notatur per doct.in l.prima in princip.ff.de eden.

AC AB EIS DEPENDENTIBUS. Quæ dicantur dependentia, incidentia, emergentia & conexa ,nota.Specula. plenè in ti.de incid. quæſtioni.& per doc.& gloſſ.in lege quod iuſſit.ff.de re iudi & in l.quoties.C.de iudi.& in l.prima.C.de ord.iudi.& extra de ord.

Et hanc cautelam tenet Ange. de are. in pract. sua in versicu. emergentibus &c. propter duo. Primo quia si tantùm inquireretur de vulneribus non posset sequi condemnatio de morte sequuta sed bene adiecta dicta clausula posset sequi condemnatio de morte, quia hoc est emergens et contingens ex vulneribus. Secundo operatur quia si omittitur aliqua qualitas, puta loci, vel temporis qua virtute processus non posset intelligi attenta secundùm materiam Barto. in l. senatus. ff. de accusa. & in l. in delictis. §. si detracta ff. de noxa. secundùm Florē. quia si apponitur dicta clausula, et qualificatur talis qualitas, et probatur se qui potest condemnatio virtute talis clausulæ. arg. not. in l. prima. C. de ordi. iud. & maxime per Bald. & Saly. quoniã criminalib⁹ pceditur ad similitudinē ciuiliũ. l. absētē. ff. de pœnis. vide Angel. de are. vbi supra &c. adde tu, & intellige prædicta vera dũmodo illa qualitas nõ importet diuersitatē facti, vt puta si fit inquisitio de delicto cõmisso de die, & tale delictũ pbētde nocte, quia virtute talis clausula, ita etiã in qualitate loci, ita Bald. in l. secũda. C. de pba. quē refert, & sequitur Alexan. in consilio. xxxj. columna iiij. versiculo quod vltimum in primo volumi. allegat etiam Bald. in lege edicto. columna xij. vers. sed quid si statutum dicit. C. de eden. & vide d. Soci. in consilio clxxxviij. in fin. versicul. & maxime, vbi dicit quòd dcta clausula importat tantùm quantum clausula omni meliori modo &c.

cog. c. j. & ij. Et no. quòd bona est cautela [a] inserere hanc clausulam in inquisitione propter multa quę possunt incidenter occurrere super quibus opponi posset ea omissa in inquisitione.

EPITOME.

1 *Iudex an possit punire pœna iur. communis & municipalis.*
2 *Quot sint genera pœnarum.*
3 *Quilibet iudex an possit quancunque pœnam imponere.*
4 *Parte non comparente, an statim absque alia citatione possit iudex mulctare.*

DEBITA FORMA IVRIS. Iste sermo iuris est generalis, & aptus referri, tam ad ius municipale quàm ad ius cõe, vt in l. pen. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & in §. constat. insti. de iure
1 na. gen. & ci. † Nunquit ergo poterit iudex istos delinquentes punire pœna iuris communis ac etiã municipalis, dixi aliquid supra, sed nunc dicam latius, dixerunt quidam quòd non, quia senatus censuit nequis pluribus legibus reus fiat, vt in l. senatus. ff. de accu. Alij dicunt quòd vtraque pœna ligantur isti delinquentes, sed est in arbitrio iudicis imponere quam velit, tamen vna imposita cessat alia; vt in d. l. senatus. & hanc opi. sequitur Barto. in d. § si publico vt supra dixi. Alij dicunt quòd vtraque potest imponi nisi per legem municipalem fuerit. l. communis correcta. quod tamen in dubio præsumitur secundùm eos, argumen. ad hanc opinio. in lege. quoties. ff. de ac. & ob. & ibi no. alij latius & plenius sic distingunt, vt notat. per Batro. in l. sanctio legum. ff. de pe. & per Cyn. in l. qui sepul. vio. C. de sepul. vio. Aut pœna est generalis & alia specialis, aut vtraque est specialis. Primo casu est distinguendum aut pœna generalis est incerta, & arbitraria, & tunc sola specialis pœna erit imponenda, quia talis dispositio pœnalis incerta non extenditur ad specificata, siue sit dispositio specialis in ea lege, vel diuersis legibus, vt in dicta lege sanctio legum secundùm lec. gloss. aut vtraque pœna est certa, & vtraque pœna imponitur in lege vel statuto. & tunc sola specialis imponitur, quia dispositio generalis ad specificaca. non trahitur, vt in dicta lege sanctio legum. secundùm lec. Dy. aut vtraque pœna imponitur in diuersis legibus vel statutis, & tunc aut vna imponitur à lege, alia imponitur ab homine ministerio legis, vt quia eius arbitrio lex pœnam concedit imponi, vel dicit iudex eum puniat in tanto, & tunc vna non tollitur pet aliam. sed ambæ pœnæ erũt imponendæ, arg. l. non dubium. C. de leg. iuncta lege iubemus. C. de sac. san. eccle. aut vtraque pœna est imponenda per hominem, & tũc inspecta origine vtraque est in obligatione, & impositione. sed inspecta excusatione sufficit alteram imponi, vt in l. prætor edixit. §. j. ff. de iniur. & in lege senatus. ff. de accusationibus. Aut vtraque pœna imponitur per l. simpliciter. sine ministerio hominis, & tunc specialis pœna tantùm erat imponenda per dictam regulam generi per speciem, de qua traditur per Dy. in c. generi per speciem, de regu. iu. libro vj. Sed huic repugnat tex. in l. j. §. vnde quæritur. ff. de pub. dic vt ibi. Secundo autem casu principali quando vtraque pœna est specialis tunc est in iudicis arbitrio imponere quam voluerit, nisi lege cautum esset quòd vtraque imponeretur, vel appareret ex aliquibus præsumptionibus & coniecturis quòd statuentes voluerint corrigere ius commune. vel ab eo discidere, quòd in dubio præsumitur, quibus casibus cessaret pœna iuris communis, & locus esset tantûm pœne iuris municipalis per ea quæ habentur in dicta lege quoties. & notatur per Bartolum. vbi supra & in l. j. ff. vi bo. rup. & per Cynum in dicta lege qui sepulchra.

2 † Postremo circa huiusmodi poenas est sciendum quod duo principaliter sunt genera pœnarum, quædam sunt pœnæ ordinariæ, quædam extraordinariæ. Ordinariæ quidem pœnæ appellantur illæ quæ habent à iure certam & limitatem taxationem illius pœnæ quam substinere debet delinquens pro suo delicto, vt, verbi gratia, si lege vel statuto caueatur quòd quicunque fecerit vim publicam, sit pœna deportationis. vel qui percusserit aliquem sit pœna abscisionis manus, vel alia pecuniaria, puta librarum mille, & patet in finitis exemplis diuersarum pœnarum tam corporalium quàm pecunia-

lium

lium.vt ff. & C.de pœnis.& ff.& C.ad l.iuliam
maiestatis.& ad l.iuliam de sicca.& ad l.iuli.de vi
publica.&c. & in statutis omnium ciuitatum &
terrarum, quarum quidem pœnarum natura,&
conditio est vt in eis augendis & diminuendis
nullum arbitrium iudex habeat.vt traditur in l
j.post principium.ver.nam & papinianus.ff.ad tur.
nisi forte ex magna causa, secundum ea quæ not.
per glosã & doct.in l.quid ergo .§.pœna grauior.
ff.de his qui no.infamia. Et si fortasse iudex pro-
nunciauerit super delicto tantùm, nec de pœna
aliquid expresserit, tamen sententia tenebit. licet
incerta quantum ad pœnam fuerit, cum lex sit
certa de pœna,& iudicis defectus suppletur .per
legem.vt habetur in dicta l.j.ver.sinautem. & ibi
Barto.ff.ad turpi'ianum.pœna verò extraordinaria
appellatur illa quæ imponitur arbitrio iudicantis,
super qua imponenda nulla reperitur taxatio,vel
limitatio facta,vt probatur in l .iij. §.penul. ff. de
crimi.stelli. quæ pœna extraordinaria appellatur
proprię strictè mulcta. vt habetur in l.aliud est
fraus.§.inter mulctã. l.si qua pœna. ff.de ver.sig
veruntamẽ Bar. in d. l.si qua pœna.ad pleniorẽ
cognitionem huiusmodi pœnarum tradit talem
doctrinam per quam secundum eum cognosci-
tur quæ dicatur pœna,& quæ mulcta, dicit enim
quòd vbicunque lege communi, vel statuto
pœna imponitur pro delicto nominato. vt est
furtum, homicidium, & similia. tunc illa pro-
prie est pœna, siue sit ordinaria, siue extraor-
dinaria.vt in dicto §.inter mulctam. vbi etiam
imponitur pro alio crimine innominato. vt pro
contumatia, vel aliquo clamore. & similibus.
tunc est proprie mulcta. In harum autem pœ
narum extraordinariarum,seu mulctarum impo-
sitione debet iudex obseruare consuetudinem
hactenus in similibus obseruatum,vt supra dixi.&
habetur in l.si quis reũ.in fine. ff.de custo.& exi-
bitione reorum.& notatur per glossam in l.ho-
die. & in l. respiciendum . in principio . ff. de
pœnis. nec tamen credas quòd cuicunque iu-
dici liceat mulctam indicere, nec quantum vo-
luerit imponere. iudex enim simpliciter in
causa delegata non habet ius indicendi mul-
ctam, nisi super hoc hàbeat speciale manda-
tum.vt l.secunda in fine .ff. de iudicijs .& in di-
cto §.inter mulctam. Quòd expresse deter-
minat Bartolus in l.prima.ff.si quis iusdicenti
non obtemperauerit. quòd multum notatur pro
istis iudicibus,quibus quotidie delegantur quæ-
stiones.In contrarium tamen facit l.finalis.ff. de
officio eius cui mandata est iurisdictio. cum simi-
3 libus. †Sed nec iudices ordinarii possunt in
quacunque quantitate mulctam imponere
nam fienda est differentia inter maiores iudi-
ces, & minores, & quidem maiores possunt ma
gnas mulctas imponere. Iudices verô minores
non possunt paruas mulctas imponete. vt l.
maiores C.de modo mulctandi. & in l. de-
fensores. C. de deffensoribus ciuitatum. & sic
debet intelligi lex prima .ff.si quis iusdicen.non
optempe.cum similibus ibi nota.
4 † Sed circa prædicta quæritur de vno
quotidiano videlicet vtrum eoipso quòd pars
citata non comparuit possit statim à iudice
mulctari absque noua citatione. dicit Bartolus ꝙ
non,immo iterum citandus est & eidem terminus
assignari debet ad faciendum suam defentionem
cum plures sint iustę causę quibus excusandus est
si non venit vt probatur & ibi nota. per Bartolum
in lege ex quacunque causa.ff.si quis in ius voca.
non iter.lege secunda .ff.si quis cautio.cum simi.

EPITOME.

1 *Quid fiat de bonis damnatorum.*
2 *In bonis publicandis na filius possit petere suam legit mam.*
3 *Vitam amittantes an possint testari.*
4 *Bona seipsos interficientium an publicentur.*
5 *Qualiter quis puniatur pro alieno delicto.numero 6.*
7 *An possit peti cautio de non offendendo.*

TRANSEAT in exemplũ.Sic vt pœna vni
us metus sit aliorum vt habetur In lege pri-
ma .C.ad leg.iul.repetun.& in lege aut fa-
cta.in fi.ff.de pœnis.
1 †Quid autem erit de bonis istorum damnatorũ
de iure communi ,dic quòd vbi quis damnatur de
crimine ex quo perdit vitam vel ciuitatem,
aut libertatem,& tunc eius bona deferuntur in
fiscum iure digestorum secundùm distincti-
onem positam per glossam & textum in lege.pri
ma .ff.de bonis damnatorum.& ibi plenè p Barto-
lum.de iure autem nouissimo auctenticorum re-
seruantur venientibus ab intestato vt in
auctentica bona damnatorum. C. de bono.præ-
scriptio. vbi autem vita , ciuitas , vel libertas,
non amittitur tunc nullo iure deferuntur in
fiscum, sed remaneant apud delinquentes , &
eius hæredes, vt.ff.de interdictis & releg.tis. lege
2 relegati. †Sed quid si statuto,vel decreto sim-
pliciter caueatur quòd bona homicidæ pu-
blicentur , an filius poterit petere eius legiti-
mam. , dic quòd sic , vt probatur in lege prima.
& ibi natatur per glossam & in lege ratio in prin-
cipio.& in.§.ex bonis.cum sequentibus.ff.de bonis
damnatorum. & idem credo versa vice, si filius
fuerit damnatus , nam patri reseruanda est sua
legitima, argumentum dicta lege cum ratio.§.si
in liberum, super quibus , & alijs dic vt per Bar-
tolum in lege si finita. §.si de vectigalibus .ff.
de damno infecto. & per Dynum in regula in
dultum , & per Cynum in lege sancimus. C.
de nuptijs.
3 † Nunquid autem de iure nouissimo
hi qui per condemnationem amittunt vitam
possint testari , videtur quòd sic , per di-
ctam auc. bona damnatorum. in contrarium de-
ter

terminat Bartolus & doctores quando post condē nationem non debet condemnatus superuenire per l. eius qui §.si cui & ibi nota.per Barto.ff. de testi.cum simi.& sic quo ad hæc iura antiqua remanent incorrecta,& per hoc sequitur secundùm eum quòd illi qui hodie per ciuitates Lombardiæ ex forma statutorum damnantur ad mortem,& ad furcas postea suspenduntur, vel decapitantur post sententiam etiam pendente tempore ad appellandum non possunt facere testamē tum cuius ratio est,quia statim lata sententia facti sunt serui pœne. vt l.qui vltimo. ff.de pœn.& idem sequitur Bar.in l.certa forma. C.de iure fis. & plene per domi.Bar.in l.& in priuatorum .C.si à non compe.iudi. Secus autē si dānatus viuus remaneret.vt quia deportaretur,vel in confinibus remaneret, vel aliter exbaniretur. quia tunc posset testari secundùm formā iuris cōmunis. non autē secundū formam statntorum ciuitati, à qua bannitus esset,secundum Bar,vbi supra,& vide per eum in d.l.j.de bon.damn.& ita debet intelligi authen. sed hodie.C.de dona.inter virum & vxo. secundū

4 Dynum. Vlteterius quæritur, an bona eorum qui seipsos interfecerunt publicentur hodie, sicut olim,vel agnatis reseruentur per authen. bona damnatorum. supra allega. dicunt doctores quod hodie non publicantur, sed agnatis reseruntur, & sic iura antiqua etiam in hoc casu per d.authen remanent correcta. vt determinat Bartolus in l. is qui.in fi. ff.de bonis eorum qui mort.sibi consc. & per glossam in l.finali.C.de iure fis. cum simili.

5 quod notatur.quia habui bis de facto. †Et quia in superioribus satis compendiose est tactum qualiter procedatur, & puniatur quis pro eius proprio delicto, superest videre, an qualiter & quando quis puniendus sit pro alieno delicto circa quod breuiter sic aduertendum est, quòd regulariter nullus debet ex facto, seu delicto alterius grauari vel puniri, ad quod committendum nullum præstiterit auxilium, consilium vel fauorem.vt C.ne filius pro patre.per totum.& C.ne vxor pro marito. per totum. quia pœnę debent solùm tenere suos auctores.vt in l.sancimus.C.de pœnis.nec agnatos, vel affines innocentes debent extendi,vt dicit ibi text.& habetur iu capitulo quę siuit.extra de his que fiunt à maiori parte capituli absurdum enim est,vt alteri per alterum posit afferri iniqua conditio. vt l.rem hæreditariam in fine ff.de euict.& in l.electo.§.finali.ff.de noxalibus.& plene per Dynum in regula non debet de regulis iuris libro vj.veruntamen in certis casibus specialibus reperitur aliquando contrarium,inter quos est quando pater committit crimen lesę maiestatis,quo casu filius sustinet illas pœnas de quib9 notatur in l.si quis.C.ad l.iuliam maiestatis.

6 †Vnde pro huius pleniori declaratione reuoco in dubium, an quis pro delicto sui familiaris posit conueniri in qua quæstione est sic conclusiuè distinguendum, aut ille familiaris est homo liber, aut seruus. Primo casu aut familiaris delinquit in re.quam dominus eius simpliciter tenebat,cuius tamen dominum,vel quasi erat alterius,vt quia erat commodata,vel locata ipsi domino suo,aut delinquit in rē alterius,& ab alio possessa,aut delinquit in personam alterius tantùm. Primo casu subdistingue,aut dominus famuli ad rei custodiam erat obligatus ex contractu præcedenti,& tunc tenetur pro delicto famuli in re ipsa commisso.vt in l.qui insulam.§.si.ff. loca. & commo.aut non erat obligatus ad hoc,& tunc non tetenetur dominus,vt in l.si vendita.in princip.ff.de peri.& commo.rei vendi.nisi lex ipsum dominum obligaret propter communem contractum, vel conuentionem,quadam suadente æquitate,ne tertia persona damnum incurrat ,vt in l. fluminum fluuius.§.quanquam. ff. de damn. infec. facit l. si fundus.in fin.& l.sed de damno.ff.loc.quo casu tenetur pro famulo,vt ibi.Secundo autem casu quando delinquit in re alterius,& ab alio possessa,tunc dominus non tenetur,vt in dicta l.vendita in principio & dicta lege quoties.in prin.& .§. fin.ff. de noxa.& notatur per docto. in l.prima.ff.si fa.fur. fe.dic. Tertio casu,quando delinquit in personam alterius,vt puta vulnerando,aut rapiendo,vel aliter delinquēdo,& tunc iste famulus deliquit in officio commisso domino suo, & tunc tenetur dominus,vt l.secunda.ff.fur. aduer. nau.cau.stab.per totum,& lege prima.§.familiæ.ff.de publi.& ibi plenè de hoc per Bartolū facit.ff. nau. caupones stab. per totum,aut deliquit extra officium ,& tunc dominus non tenetur,vt in dicta lege quoties in principio.& .§.finali.ff.de noxalibus.nisi dominus mandasset, vel opem, aut auxilium præstitisset ,vt supra dictum est. Si verò familiaris erat seruus,tunc tenetur dominus noxaliter de peculio, vt.ff.de noxalibus. & per totum, & de pecuniis. per totum,faciunt quæ notātur & habentur in lege si familia.ff. de iurisditione omnium iudicum , & ff. si fa.fur.fe.di.per totum.Et prædicta faciunt ad quæstionem pōtestatum officialium qui in officio eorum ducunt familiares,nam si tales familiares deliquerunt in officio, ipsi officiales teneātur prout supra.& probatur in l.j.C.ad l.iuliam repetūdarū. & l.nullus.C.de asse.Si tamen ipse officialis exhibeat delinquentem famulnm liberatur,secundùm Bartolum & Raynu. argumentum.dictæ l. prime.in §.nouissime. ff.de publicanis.& ibi notatur secus si dominus famuli exercet officium priuatum,puta tabernam vel hospitariam, quia tunc non excusaretur ipsum exibendo secundùm Bartolum. argumentum dicto §.nouissime cuius ratio esse potest,quia isto casu ex quasi contracti dominus tenetur ad dilligentiam & custodiam

7 Ideo requiritur,vt supra dictum est. †Postremo quia offensiones quotidie insurgunt, quæro si quis timeat ne ab aliquo offendatur,an possit petere quod sibi caueatur de non offendendo, quam quæstionem format Speculator in titulo de pignoribus.in §.sequitur. versiculo quid si timeo.Dic conclusiue secunùdm Barto.& Gu.l.do

cu

eu. Quandoque timetur damnum inferri de re ad rem, & tunc præstanda est cautio, vt in toto titulo.ff.de damno infecto. Quandocunque timetur de persona in personam & tunc idem, vt in lege denunciamus.C.de his qui ad ecclesi. confugiunt. Quandoque timetur de re ad personam, & tunc nulla præstatur cautio, vt in lege qui bona.§.quidam.ff.de damno infecto. & ibi per Bartolum potest tamen officio iudicis is cuius res est, cogi rem ipsam reficere, vt in lege præses. ff. de offici.præsi. Quandoque timetur de persona ad rem.& tunc prestabitur cautio, vt in lege si fideiussor. in fine.ff.qui satisda.cogan.& in lege imperatores.ff.de appell.cum similibus, ergo &c. & sic est finis.

Finis Practicæ V.I.D. acutissimi do. Ioan. Petri de Ferrariis, ciuis Papien. Illustrata copiosissimis additionibus V. Iu. Doct. domini Fran. de Curte, & domini Bernardini Landria. & aliorum in practica excellentium. Item summariis de nouo additis per V. Iu. Doct. dominum. Io. Riccium Venetum, & per eundem diligētissime omnia emendata & castigata.

LUGDUNI,
Excudebat summa cum diligentia
Franciscus Gaillardus.
M.D.L.VI.

24

74


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm